Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensia - Cod. St. Blasien 33 bis 37

5

urn:nbn:de:bsz:31-46594

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

L. B. Brien. 37

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Perusia

Prolegomenon I.

De Antiquitate Rhenaugiæ.

§. 1.

Rhenaugia sub antiquo Romanorum Imperio.

Rhenaugia

Rhenaugia oppidum est ad fines Helvetiorum, quâ Rubrum respiciunt, infrà maiores Rheni cataractas situm. duas ibi peninsulas fluvius efficit; quarum prima, cursu ad ortum converso, nemus, jam antiquitùs suaben dictum, complectitur, altera, relicto ad occidentem fluxu, prædictum oppidum claudit. Rhenus sibi ipse ex utroque latere medius inter ambas semi insulas tertiam relinquit integram, atque Monasterij ibi conditi muros ex omni parte lambit. collem in medio oppidi, utroque Rheno arctatum, cui nunc Ecclesia S. Nicolai imminet, Romanis pro munimento adversus Alemannos fuisse traditur; unde Rhenaugia à pleris que antiquitatum scrutatoribus /a/ inter Romana ad Rhenum præsidia numeratur. Constantius Chlorus, posteaquam Alemannos primum juxta Lingonas /b/ deinde prope Vindelicíam /c/ superasset, castra Rhenaugiæ locasse /d/ fertur, certè totum Rheni nostri tractum limitem præsidijs, muris que munijsse lumenius perorat, et inter alia munimenta Fines /: hodie Pfin :/ constituisse, teste Guilimanno /e/ liber constructionis Augiæ, vulgò Rinau, ostendit.

à Constantio Anno 299. munita.

b Alemannis eversa.

Verum Alemanni, superato nihilominus Rheno, non una vice infestam reddidere Romanis Rhetiam, ad Tauracos tunc protensam; qui eum, Juliano Cæsare Imperium in gallijs tenente, ad Lugdunum usq; prædas egissent, missis in subsidium à Constantio Iuniore per Barbetionem Mediolano viginti quin-

a. b. c. d. e.

/a/ Tschudig, Beatus Rhenang, Simlerus, Crusius, Waldkirch.
/b/ Hermannus in chronico ad hunc annum.
/c/ Stumpfius to. I. pag. 280.
/d/ Idem Stumpfius to. II. c. x. pag. 56. b.
/e/ Gulim. de Reb. Helvet. l. I. c. IV. pag. 22.

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

2.

qui à Juliano

-que millibus armatis, rejecti in patriam
hostes his ipsis in Insulis nostris ingenti gla:
:de affecti sunt. Rem sequentibus enarrat Ami:
f. :anus Marcellinus /f./ Barbari adventu exercituum
perterriti domicilia fixêre cis Rhenum, oc:
:cupatisque Insulis, et arboribus immensi roboris
cæsis, ululantes per flumen lugubre convitijs
et Romanos, et Cæsarem incessebant. at Cæsar
graviore animi motu percitus, auxiliares
velites cum Bajnobaude cornutorum tri:
-buno misit, facinus memorabile patratu:
-ros. qui nunc incedendo per brevia, scu:
-tis deinde per modum alveorum suppositis,
nando ad Insulam venêre propinquam,
g. /g. cui posteà Monasterium impositum./
nactique vacuas lintres, per eas licèt vacil:
-lantes evecti, in peninsulam Suaben. /per:
-ruperunt, egressique promiscuè sine æta:
:tis discrimine trucidabant ut pecudes, et
ubi cædendi satietas cepit, prædis onusti,
quorum partem vi fluminis amiserunt, redi:
:ère omnes incolumes. Hocque comperto resi:
:dui Germani, ut infido præsidio Insularum
relicto, ad ulteriora fruges, opesque barbari:
:cas contulerunt. conversus hinc Julianus
tres tabernas, munimentum ita cognomina:
-tum, reparavit. at Barbari collectis viri:
:bus primùm Barbetionem in agro Taura:
:censi, deinde Decentium Cæsarem profligant,
donec apud Argentarium /h./ Julianus insigni h.
victoriâ potitus Scuros Rhenoterminos
Anno 357. galliarum reddidit; quæ pluribus prose:
ceduntur. :quitur Amianus.

In peninsula Suaben. Demonstrant eruditi /i./ Insulas illas i.
alias à Rhenaugiensibus intelligi haud
posse. certè Suevorum peninsula tota syl:
:vestris magnis arboribus rudera domicilio:
-rum tegit, vallusque præaltus, ab uno ad
alterum Rhenum hodieque conspicuus adi:
-tum omnem claudit et munit. Nummi
ex Romanorum ætate, atque telorum spi:
:cula haud infrequentia sunt. domicilia
denique locum Suabowa ex nostris mo:

/f./ c. XVI. edit. Hauisij pag. 458.
/g./ Beatus Rhenanus pag. 158. Eam, inquit, Insulam
esse reor, in qua cœnobium hodie benedicti:
:norum, quod Rhenigiam appellant, propè cata:
-ractas ejus amnis infrà Schaffhusium.
/h./ Hauisius notat annum 367. Hermannus ponit
ad annum 355.
/i./ Sumpsius to. II. pag. 80.

-nimentis dictum constituebant, castra ibi
Alemannorum, ex adversa autem Galliarum
parte castra Romanorum in antiquis map-
-pis notantur. Scripsêre nonnulli /k/ sapi- k.
dictam peninsulam à Suevo Alemannorum
rege, vel potiùs duce, nomen Suaben obti-
-nuisse: certè à Suevorum domicilijs voca-
-tam fuisse non dubito, estque initium quod-
-dam Sueviæ in Helvetiam productum. cæ-
-terùm Alemannis nullas urbes aut oppida
fuisse, ex Cæsare, aliisque illius ævi scriptoribus
constat, multòminùs regias quasdam sedes.

Julianum hostem acerrimum sæpiùs
sensêre Alemanni; nam et apud Sanctionem
360. /l/ hodie Seckingen /haut procul Rhenaugia/
eosdem cecidit /e./ Nec minora Valentiniano e.
/cum Germanis negotia fuêre, qui eosdem haut
366. sine periculo apud Solicinium /sulz infra
Rottwilam/ prælio superavit /m./ quapropter, m.
Restituto per valen- ut tutam redderet Rhætiam, Rhenum omnem
tinianum præsidio. ab exordio præsidijs atqs castellis comunivit,
/n./ ne latere usquam hostis se præcipiens n.
posset. reparatum ea tempestate in altera
peninsula munimentum, ubi modò oppidum
nostrum, eò credibilius est, quò facilior hosti-
-bus, atqs adeò periculosior Rheni transitus.
Neque minùs exercituum reliquiæ ex hac
parte, nostra etiam ætate, reperiuntur, te-
-lorum cuspides, numi, cadavera, prout olim
notaverat Guilimannus, cujus his de rebus sen-
-tentiam admetior. /o./ Rhenovij antiquitatis o.
indicium magnum, situ mirabili. Rhenus
enim, ubi cataractas majores perlapsus est,
adeò tortuoso fluxu volvitur, et in tot me-
-andros, ut duas quidem peninsulas consti-
-tuat, unam solo Germanico, alteram tigu-
-rino, sibi mutuo ita conjunctas, ut solus
fluvius dividat. Germanica antiquo nomi-
-ne Sueviæ vocatur. In contrapositâ opi-
-dum Rhinovium antiquum et fractum, et
paulò infrà Augia Rheni Monasterium toto
Rheno à continenti separatum, nisi quantum
ponte ex opido nectitur. Sunt tamen et in
Sueviâ antiquæ fossæ, valli, murorumque

/k/ Cruſius to. I. p. 225. col. 2. i.
/e/ Amian. l. 20. Guil. l. II. c. IV. p. 182.
/m./ Amian. l. 27. Guilim. pag. 186.
/n./ Amian. l. 28. et 30. Guilim. pag. 91.
/o./ libr. I. c. 22. pag. 96.

reliquiæ; quod argumentum facit, à Germanis, Alemannis, et Suevis firmatam, et contra Romanos, qui Rhinovium tenebant, munitam fuisse, illo maximè tempore, quò duobus exercitibus validissimis eas gentes Julianus aggressus est; quare perculsos refert Amianus pleroosque in Rheni insulas perfugisse, eas vallo, et cæsis immensis arborum truncis sæpiùsse. reperiuntur vicinis prope Rhinovium campis etiam numi, hominum verò et equorum ossa passim, etquandoque fossæ oppletæ; quod indicat, moras ibi et castra Julianum, aut Barbetionem ducem habuisse, aut Alemannos cæcidisse, et uetra Rhenum repulisse. Augiæ antiquissimum Monasterium, et ibi Fundanus hybernus monachus jam sub Carolo M. sepultus non sine sanctitatis fama. hucusque Guilimannus, qui eiusdem S. Fintani et alio loco meminit, /p./ sed ad marginem melius annum christi 850. adscripsit, cum Carolo Magno hauc componendum. p.

§. 2.

Rhenaugia sub Alemannis.

Hactenùs Rhenaugia sub Romanorum Imperio fines Rhetiæ, Galliæq; tuebatur. at verò año 372. Burgundiones, eiusdem cum Alemañis originis, cùm juxta Rhenum consedissent /a./ fines prætergressi unacum Socijs infeliciter cum Gratiano Cæsare pugnarunt: /b./ quibus ille nihilominùs, ut ex Ausonio Burdegalensi existimat Guilimannus, /c./ Thuringorum, Tauracorumque agrum incolendum concessit. certum saltem est año 406. eosdem populos cum vandalis, Suevis et Alanis /d./ vastatâ Galliâ in Hispaniam usque penetrasse; quorum pars his oris occupatis nomen Alemanniæ ad Rusam usque protendit; reliqua antiquæ Helvetiæ parte Burgundionibus asserta. † Hac impressione Alemanni tandem victores effecti, odio Roma-

Año 372. Alemanni Rhenaugiam.

375.

380.

406. occupant,

a.

b.

c.

d.

† Reperiuntur hodiegs numi Gothici prope monticulum in media Rhenaugia, incolatûs illi urgentis testes.

/p./ pag. 1411.
/a./ Hermañus in Chron. ad eundem añum.
/b./ Idem año 375.
/c./ Lib. II. c. V. pag. 1190.
/d./ Rhenanus l. I. et III. Sumpsius lib. IV. cap. 26. Crusius to. I. pag. 178. Eckart orient. Franc. to. I. p. 21.

-norum, à quibus toties cæsi fuerant, cuncta mu-
et destruunt. -nimenta ad solum usque diruerunt, /e./ ut ne me- e.
-moria quidem ad posteros transiret, et mirari
-deginant viri eruditi, nulla præterea Romano-
-rum marmora, murosve Rhenaugiæ superesse.
Nunquam florentiores Alemannorum res fuisse
statuit Beatus Rhenang. /f./ quàm dum ejectis f.
Romanis dominatum ultra Rhenum protende-
-runt: qui vel maximè stabilitus fuit, cum anno
455. 455. Romanorum vires in Gallia per Merova-
-um Francorum regem orientalium, in Italia
per Odoacrum + Herulorum regem, utrumque ex + Italem Rumulfi seu Ulfi
Germanio ortum, penitùs actæ sunt.
Verùm hæc ipsa prosperitas Alemannis
Ipsi à Clodoveo causa ruinæ fuit, dum enim Francos in Gallia
subacti. latiùs dominantes æmulantur, atque ingenti
exercitu duobus sex regibus agrediuntur,
496. pugnâ apud Tolbiacum /g./ commissâ, post acer- g.
-rimum certamen, non sine Numinis nutu, à
Clodoveo Francorum rege devicti sunt, ut
Christi fides utrique genti splendidiùs illu-
-esceret. Burgundionibus quoque Alemanno-
503. -rum socijs haut multis interjectis annis si-
-mile jugum impositum. permanserunt nihil-
-ominus pristina vocabula terris, et Rhetiæ
sub Romanis primædicta, nomen Sueviæ ad-
-hæsit; /k./ et pars ultra Rhenum, in qua Tu- k.
-regum, pagus Turgoviæ sub ducatu Aleman-
-niæ nuncupatus. Religionem christianam
quod attinet, ea sæculo quarto sub Imperato-
-ribus christianis majorem in modum in nos-
-ris regionibus effloruit, perturbata non-
nihil per incursum Alemannorum adhuc Idolis
servientium. Supersunt inter cimelia nostra
superstitiosi cultûs monumenta, et effossa
Deorum simulacra, quorum unum Reveren-
-dissimus Calmetus /i./ æri incisum minùs i.
feliciter explicavit. Ipsidem in vicinia
cultam fuisse, docet collis Rhenaugiæ proxi-
-mus, /k./ quem Ofenbuck, quasi Idolis bur- k.
-gum hodieque vocant. At Alemannis à Clo-

/e./ Sumpto I. p. 279. b. et to II. p. 80. b. Tschud. Gall. comat. pag. 2. ii.
/f./ pag. 206. Eckart Franc. or. to. I. p. 42.
/g./ Aimo l. I. c. XV. Guil. pag. 234. Herman. in Chronico ad annum 494. Eckart Franc. or. to. I. p. 93.
/h./ Rhenan. pag. 208. Sumpf. to. I. p. 279. b.
/i./ Itinerar. Helvet.
/k./ Hottinger hist. Eccl. in addit. p. 6.

-dovæo domitis, ipsóque ad fidem perducto,
reliqui Infideles inter Christianos degentes
palatim omnes suavi jugo colla submisère,
rem egregiè promoventibus Monachis, et
Apostolicis viris. inter quos ad annum Christi
513. 513. S. Fridolinus Rhenum nostrum /l/ præ- C.
614. -dicando lustravit. Sequenti Sæculo S. Colum-
-banus /m/ de Brigantio pulsus febricitantem
Gallum ibi reliquit, qui Helvetiorum colle
sua incolere cæpit. Sæculo octavo S. Pirmi-
-nius Abbas Chorepiscopus primùm in Fungen,
seu Pfungen, infrà Viteduranum, haud procul
Rhenaugiâ, ubi Duces Alemanniæ Gottefri-
-dus, et Luitfridus residere solebant, conse-
724. -disse fertur. /m/ qui deinde in Augiæ In- m.
-sula cœnobialem vitam instituit. /n/ Eo- n.
727. -demque curante Cuthardus Dux funda-
-vit Monasteria Gegenbach, et Arnolfs-
-münster, Schwarzach postea dictum — et
731. ultra Rhenum translatum. /o/ Anno 731. tria o.
cœnobia, id est, Altacha, Morbach, et Fava-
-rias ex Augiensibus Fratribus instructa
sunt. /p/ Anno autem 752. Rudogerius p.

Alemani iterum Domiti.

Inter hæc Alemanni sæpius adversus
Francos rebelles erant, maximè postquam
Majores domus regiam Auctoritatem usur-
-parunt, quibus nostratium Duces se haud
inferiores existimabant. Verùm primò
à Carolo Martello, /q/ deinde à Carolo-
746. -manno Anno 746. repressi, magnam q.
Auctoritatis jacturam fecerunt, per
Nuntios regios seu Missos aliquamdiu
gubernati. Inter quos Warinus et Cu-
-thardus S. Othmarum Monasterij S. Gal-
-lensis Abbatem consensu Sidonij Episcopi
constantiensis iniquè damnatum in In-
758. -sulam Rheni stein relegarunt. Cuthar-
-dus arcem Kyburgensem anno 760. con-
760. Kyburg conditum. -didisse fertur. /r/ Nihilominq nomen
Ducatûs Alemannici jugiter perseve- r.
-rasse tum ex diplomate nostro, /s/ tum s.

Fuisse videtur Fundator et Abbas, locum illum incolere cœpit.

/l/ Hermannus annis 613. et 614. de S. Columbano agit, non verò anno 627. ut perstringit Stumpf-
-ius to. II. p. 10. procul dubio mendosum apo-
-graphum nactus.
/m/ Hotting. ad an. 713. ex Stumpf. l. V. c. 34. p. 113.
/n/ Herman. to. /o/ Mabill. anal. /p/ Herman.
/q/ Herman. ad an. 722. et 746. Hepidan. ad an.
743. et 758. &c.
/r/ Leo in lex. Helv.
/s/ de anno 870.

+ vulgatæ editiones hic corruptæ omnes sunt; vid. Ekard Fra. or. to. I. pag. 349.

Parthenonis Turicensis, /t/ tum denique Caroli t.
M. dato Abbati Fulrado constat, quò plures
cellas, seu Monasteriola in ducatu Alemañi-
co /v/ ab eo fundata, uniuntur Monasterio v.
S. Dionysii. qui regum nomine provintijs
præerant, non amplius Duces illa tempesta-
te vocabantur: hic tamen titulg non solùm
adhæsit illis, qui exercitus ducebant, sed
quibusdam etiam præstantioribus in Ale-
mañia familijs, veluti Agilolfingicæ, et ex
ea descendenti Guelfica, cui titulum Ducis
nemo derogabat. /w/ certè in regni comitijs w.
non minùs proceres Alemañiæ quàm Fran-
ciæ auctoritate pollebant, juxta leges
Alemañicas circa idem tempus à Regibus
probatas. /x/ x.

Rhenaugia Lucum Sedes. Inter alias Alemañiæ ducum Sedes
Rhenaugia numeratur quoque /ȝ/ unde ȝ.
eruditi plerique antiquissimam, amplissq
ædificijs instructam centuêre. /ȝȝ/ neque de- ȝȝ.
fuêre, qui eius amplitudinem, licèt mino-
ri cum verisimilitudine, ante christi usq
tempora protraxerunt. /ȝȝȝ/ testatur ȝȝȝ.
oculatus testis, /ȝȝȝȝ/ Inter omnes tota ȝȝȝȝ.
amplissima Constantiensi diœcesi vetustissi-
mam ecclesiam Rhenaugiæ constitisse, quæ
certè plurimorum in Turgovia mater fuit.
Ea jam duobus abhinc sæculis in monti-
culo collapsa, et nova S. Nicolai erecta
fuit; nam de reliquarum Ecclesiarum
quæ Scriptoris ætate in Insula nostra
constiterant, origine ac dedicatione
ex monumentis nostris certò constat.

/t./ apud Hergott Gen. dipl. to. II. p. I. chart. 54.
/v./ Beatus Rhenan. pag. 208.
/w/ Jo. Geo. Eccart Franc. orient. to. I. p. 368.
/x/ Herzog Reichs Geschicht to. I. p. 102.
/x./ Goldast Rer. Alem. to. II. p. 1.
/ȝ./ Greg. Mangolt de orig. Monast. p. 19. b.
Hottinger to. IV. addit. p. 24.
/ȝȝ/ Guil. C. C. Stumpf. C. V. c. 18. p. 79. b.
Tschudig gal. comat. p. 135. Hat ein an-
zeigen eines uralten Flecken.
/ȝȝȝ./ Steiner. Antiquarig Rhenang verbo Rheinau.
/ȝȝȝȝ/ Bulinger Epist. ad Rod. Bulinger
1. July 1572. Hotting. to. IV. addit.
p. 24.

Prolegomenon II.

De fundatoribus Mnrij Zhenaugiensis.

Wolveni Viri Illustris in Alemania Avum primum Monasterij Zhenaugiensis Fundatorem extitisse, diplomatum auctoritate liquet. Hunc Wolfehardum Kyburgi comitem dixêre majores, ſa/ eumq; anno 778. ad Monasterium in Insula Zheni condendum animum adjecisse, Historici consentiunt. /b/ Possessores nempe illius arcis fuerant, quæ postea nomen comitibus ex ea stirpe progenitis præbuit. Welphis rectius nostra ætate adseruêre viri Eruditi, /c/ cum quibus idem ferè nomen sortiti sunt. Situs quoq; Zhenaugiæ illis aprimè convenit, quos ad Zhenum inter Germaniæ, Galliæq; confinia consedisse constat. denique annus fundationis nos ad Welphum illum magnum Judithæ Imperatricis Patrem rectà deducit, præterreliqua adjuncta, et Welphicæ gentis facta, quæ fundatoribus nostris ad amussim conveniunt. Verùm singula ex antiquis monumentis perscrutari libet.

Año 778. Monasterium Fundatum â Welphis.

a.

b.

c.

§. i.

Welphorum nomen et Conditio Fundatoribus aserta.

quorum nomen fundatoribus Comune.

Wolfehardi atque Wolfeni nomina, quæ promiscuè tribus primis fundatoribus Zhenaugiæ â Majoribus nostris attributa sunt, convenire cum Welfi, Welfonis, seu Guelfi nominibus, res inter eruditos expedita est; /d/ ijs enim medij ævi scriptores eandem personam haud raro designarunt. Sic Ekhardus Junior Monachus S. Galli

d.

/a./ Goldast. rer. Alem. to. I. pag. 254. Aumpf. to. II. p. 81. Mabil. Anal. to. II. pag. 361.

/b./ Bucelin chron. Const. ad an. 778. Langius de: -lineat. or. to. II. p. 332. et 1083. Hottinger Hist. Eccles. to. II ad an. 778.

/c./ Joan Georg. Eckart orig. Guelf. to. II. pag. 14. præeunte Leibnitio, probante Grubero, edente Schneidio. Schenc. Gerberg to. II. Thesauri rer. Suev. Vegelini diſert. iii. tota. Illustris. Mareschallus de Thurn Valsassina diſert. de orig. Reg. Burgundiæ, oblata Societati Regiæ Inscriptionum & Litterarum Parisiensi

/d./ Eckart, Senckenb. Loc. cit. Cruſius part. II. lib. I. cap. 15.

Galli nepotem S. Conradi Wolfhardum dicit, /e/ quem Anonymus Weingartensis Guelfum nominat. /f/ Sic ab Hermanno Contracto Welf nuncupatur /g/ qui Welfhardus est Hepidano. /h/ neque defuit, qui patrem Juditha una syl-laba Wolf extulerit. /i/ cui facile addi potuit, ad energiam exprimendam particula Hart, quemadmodum dixere Manhart, Erhart, Sighart, aut Hartman, Hartmut, Hartwich. Testamento Fulradi Abbatis S. Dionysii Wolf-hardus omissa prima vocali, ad annum 778. adscriptus reperitur; /k/ et ad annum 808. chartæ cuidam Wolvinus comes; /l/ quæ usitata Fundatorum nostrorum nomina sunt, eundem tamen Welphum designant. unde Ill-lustrissimus Senestenbergius huc in modum proloquitur: Nomen Welf idem esse, quod Wolf-gangus, Wolfhardus, Wolfinus, Welfhardus, aut quod infrà occurret Wolfene, confirmabar, quando didici, ipsum Welfum IV. Wolfhardum Ducem compellari; id quod dubium ferè relin-quebat nullum: accedebat Latinum catuli nomen, quod haud secus, ac germanicum Wolf, et lupum et canem exprimit. quando verò primos gentis auctores hoc nomine in tantum delectatos legi, ut minimum primoge-nitus, aut aliquis etiam aliorum, si impedi-mentum nasceretur, in illud adscriberetur, opinatus ferè sum, hic accidere potuisse, ut posteritas inde communi nomine, etiamsi alio aliquo in Baptismate essent aliqui insigniti, nihilominus compellaretur: quia in re animum præcipuè attendi Ottonis Frisingensis auctoritati, qui ita fatur: duæ in Romano orbe apud Galliæ Germaniæque fines famosæ familiæ hacte-nùs ficère, una Henricorum de Guebbelinga, altera Guelforum de Altorfio. Hæc Senesten-bergius Loco superiùs citato: quæ mirificè illustrantur per Fundatorem nostrum Secun-dum Wolfehardi seu Welphi filium nobis quidem Wolfinum dictum, ab Anonimo au-tem Weingartensi Ethiconem vocatum; nam

---

/e/ apud Goldast. to. I. pag. 18.
/f/ Edit. Basnag. to. III. pag. 581. n. 5.
/g/ ad annum 1027. /h/ ad annum 1031.
/i/ Vitus Prior Ebersperg. in Chron. Bavarico apud Pistium to. III. anecdot.
/k/ apud Mabil. act. SS. ord. S. B. sec. III. part. II. pag. 341.
/l/ Schoepfel. Hist. Zaringo Bad. to. I. p. 426.

ut ait analista Saxonicus, [m] tempore Ludovi- m.
-ci Pij Imperatoris filij Caroli M. extitit
quidam de Principibus Bavariæ, qui fuit
Binomius, nam et Ethico, et Welfus diceba-
-tur†, à quibus non abhorret Baso in chroni- † quamvis Patrem
-co picturato. [n] Appositè Reverendus De- cum Filio con-
n. fundere videatur.
-fingius Welforum, pronè et Agilolfingorum
potius cognomina fuisse existimat, licèt alijs
in familijs illo ævo id passim non contingeret.
[o] de qua re Eckardus: Habilinga, inquit, illud o.
fortè in catilinga mutatum est, ut catulinga seu
Guelphica familia indicetur; ea enim et Alaman-
-niæ, et Bajoariæ indigenata gaudebat, et Wel-
-phus Judithæ Imperatricis Pater, cum in Sue-
-viâ degeret, nihilominùs Thegano de Nobilissi-
-ma stirpe Bavarorum fuisse dicitur. [p] Non p.
igitur necesse est, ad fabulas quasdam confu-
-gere, unde nomen Welf sæpè dictæ familiæ
adhæserit; constat enim, id multo antiquius
esse, et sagacissimus Pfingius [q] auctorem q.
argentei libri Episcopum Westphalonum, quem
ulfilam vocant, Wulfet, et Welfet interpreta-
-tur, qui tamen jam Sæculo quarto Teutonicam
linguam, fortè omnium primus in versione
quatuor Evangeliorum litteris consignare
est ausus. Anonymus Weingartensis, sub initi-
-tium Suæ historiæ Guelficæ, ubi prædictas
fabulas saltem refert, sic demum concludit:
sic nomen, quod in principio fuit abomina-
-bile omnibus, postremò factum est in hac
prosapia quasi naturale, et acceptabile.
[r] Naturale, ait, quasi omnibus naturâ ad- r.
-hæreret, atque comune foret.

Welphi Principes, Comites, ac Duces.

His de Nomine Fundatorum Genealogiæ
discussis, ad conditionem eorum convertimur
quam non minorem, atque Guelforum fuisse

---

[m] apud Eckard corp. hist. medij ævi to. II. p. 659. et 186.
2 [o] Reichsgeschicht to. I. pag. 95. et alibi: der alte Welf Ethico.
i [n] Edit de año 1492. By dusses milden Keysers tyden Ludowicus, so was Ethico eyn Welpÿ siner Keiserine vater: dusse here Ethico eyn Welpÿ was ein here von Ravensparge &
[p] ad præfat. legis Salicæ pag. 9. Arani. o. to. II. p. 154.
[q] loc. cit. pag. 35.
[r] apud Bafnag. to. III. pag. 680. Buccelinus in Genealogia Gentis Agilolfingicæ, atqs Guelphicæ frustra memoratis fabulis imo-
-ratur.

constabit. Equidem Welphos inter primos regni Principes semper numeratos fuisse certum est, et ingentia sunt, quæ Anonymus Weingartensis de illorum magnificentia prædicat. Titulum tamen Comitis atque ducis, quemadmodum et Fundatoribus nostris, nonnulli dubium reddere volunt, quod Welphi ministeria regum subire decretarint, ducum verò nomen à Francis regibus penitùs suppressus fuerit. Verùm unius Ethiconis fastus ad reliquos eiusdem familiæ trahendus non est, nosque suis annis chartas publicas producturi sumus, ex quibus constabit, Welphos regum nomine comitatus administrasse. Duces verò non raiò vocantur eiusdem familiæ Principes. Sic Luthardus, licèt sub nomine Nuntij, aut Missi regij Ducatum Alemanniæ administraret, tamen alibi Dux dicitur. /s/ Sic Welpho I. à coevo Scriptore Wegano Ducis titulo honoratur, dum scribit: Imperator Ludovicus Pius accepit filiam Welfi Ducis. /t/ qui tamen ab Astronomo, pariter coevo auctore eadem occasione comes vocitatur: Imperator inspectis plerisque nobilium filiabus Welpi Comitis filiam nomine Judith uxorem duxit. /v/ in Necrologio denique S. Gallensi ad diem 13. Nov. iterum sic scribitur: obitus Welhardi Ducis. certè reverendissimus Dei ejus titulos comitis ac Ducis familiæ sic Guelphicæ adhæsisse existimat, etiam dum nullo regum ministerio afficeretur, cuius verba ad marginem adnotavi. /w/

/s/ Mabill. anal. ad an. 727. Anastasij edit. Vignoli to. II. p. 103.

/t/ Edit. Schilteri. /v/ Edit. Reuberi.

/w/ Reichs geschicht to. I. pag. 231. Der namen Graff ist gantz gewis auch jenen vornemen leuthen gegeben worden, welche seine königliche beambte, sonder freye herren und landsstände waren, und endlich dem gantzen adel: der beyspihle seind vile, jenes des Welfen ist berümbt, welcher die königliche bedienungen als eine grosse schande seines hauses ansache, deme doch der graff und herzog titel von niemand angefochten wirdet. post pauca: es waren nit alle so aberglaubisch, wie der welf. scilicet Ethico, ut ministeria regum declinarent. denique pag. 266. wen mann den Welfen nente, verstund mann schon was grosses.

Fundatorum Eadem conditio

Jam verò Fundatores Thenaugiæ non minoris fuisse nobilitatis non solùm coevus auctor vitæ S. Fintani demonstrat, qui Wolvenum Nepotem primi Fundatoris virum Nobilem in Alemannia vocat; sed id multò evidentiùs ex diplomatibus Auctographis liquet. Sic enim ipse Ludovicus Germaniæ Rex anno 852. eundem Wolvenum similibus verbis Virum Nobilem in Alemannia nuncupavit; sic Ludovici filius Carolus Crassus anno 876. eum viri Illustris titulo afficere non dubitavit, ut nihil dicamus de alijs prædicatis, Vassi regij, Fidelis, Venerabilis, Nomini loci, Senioris, qui omninò idem est cum præcedenti, atque, ut illud Gallicum Seigneur, dominum terræ significat. certè titulus Nobilis illa tempestate non nisi viris primi ordinis tribuebatur. /x/ desinginus, ubi nobilitatem antiquorum Germanorum ex professo perquirtatur, ait Nobiles illo ævo regni fuisse Principes, eosque nominatos optimates Seniores, Proceres, Fideles; nomen verò Baronum ac Dynastarum multò recentius esse; unde Ethico egregiæ libertatis Princeps analiste Saxonico est. /y/ Alij inferioris ordinis dicebantur, liberi, Ingenui, et Caballarij, Equites, seu Equestres. Titulum Illustris reges Merovingici, Pipinus, et Carolo M. sibiipsis tribuebant; eodemq; et alios primæ nobilitatis viros afficiebant, nec regum filij, alioquàm Nobilis præconio compellebantur, /z/ Eadem igitur Welphorum, Fundatorumq; nostrorum conditio fuit.

x. y.

z. ~~Mabil. de re dipl. Du cange &c.~~

§. 2.

Situs, ætasq; Fundationis Welphis accomodata.

Welphi degunt Thenaugiæ.

Credibile est, Welphos, tempore fundationis Monasterij, Thenaugiæ habitasse: certè earundem terrarum Domini erant, quæ à fundatoribus Monasterio tributa reperiuntur. historia Guelfica tradit, eiusdem Gentis primos circa ripam Theni in confinio Germaniæ et Galliæ consedisse: /a/ quosq; supra vidimus, quosdam Alemanniæ Duces sedem Thenaugiæ habuisse. /b/ certè monu-

a.

b.

/x/ Besoldus verba Adel.
/y/ Loc. cit. pag.
/z/ Mabil. de re dipl. Du cange &c.
/a/ Anonymus Weingart. apud Basnag. to. III.
/b/ Mangolt p. 19. ex archivio Constantiensi.

-menta nostra insinuant, non solùm Volve-
-num, antequam Abbatiam regeret, verùm
etiam Patrem et Avum ipsius in eodem loco
habitasse, quem Monasterio constructo con-
in vicinia, -stanter excolebant. Ruthardus Sibuzium
haut procul Rhenaugiæ condidisse fertur,
vidipsúeque alij eiusdem gentis rami post
excitatas in Imperio contra Guelphos tur-
-bas in Burgundiam et citeriorem Sueviam
comigrasse. Eruditissimus Senckenbergius
tam ex situ, quàm ex nomine Fundatores
nostros Guelphica prosapia fuisse ita pro-
-bat: /c/ videntur mihi aliquid ad hanc gentem c.
spectans suppeditare chartæ Rhenovienses,
celebris illius in Turgovia Monasterij huius Fun-
-dator dicitur Wolfhardus Comes de Kyburg,
quia in ea traditione, et constanti fama om-
-nes conveniunt: nec ego contradixerim aut
traditioni, aut verisimilitudini. Id tantum
observo, primos huius Monasterij Fundatores
dictos fuisse Wolfene, hoc Welfos; aut erg ò
Welfi Monasterij Fundatores, aut planè ipsi
Kyburgij Welfis accensendi, præsertim cum
Welfos in Gallia, Germaniaque finibus simul
consedisse legamus. Kyburgicus autem Bur-
-gundiæ comitatus ad terras gallicas satis
aptè quadrat. accedit Conradum Guelficum
fuisse Ducem Burgundiæ, quod fieri fortè ne-
-quiviset, nisi is aut Burgundius, aut illic
magnis bonis fuisset præditus, cùm semper
diffisimi ferè ex provincia in Duces lege-
-rentur. hæc Senckenbergius, cuius Conradus
Dux Burgundiæ nepos primi Fundatoris
nostri fuit; constat enim Welfos pluribus
in pagis, imò et regionibus latifundia posse-
-disse. /d/ d.

In Alemannia, et Turgovia. Cæterùm tempore fundationis nostra
Welphi non minùs ac ipsi Fundatores Ale-
-manni censebantur. Hermannus Contractus
identidem illos Suevos vocat. /e/ Author e.
vitæ S. Altonis hæc fatur: post obitum Bea-
-ti Altonis præpotens quidam in Alemannia,
Pater videlicèt illius comitis, qui vulgo no-
-men sortitus est, quod latinè exprimitur
catulus. /ff/ cuius Cuthardum, qui teste Wa- f.

/c/ apud Wegelin Thesaur. Suev. to. II. p. 136.
/d/ Sefing l. c. pag. 146.
/e/ ad an. 1025. et 1047.
/f/ apud Boland. to. II. Febr. p. 360. n. 6.

Fundos possident Rhenaugix fundatos.

-castido /g/ tunc temporis totius Alemannicæ curam cum Warino administrabat, magnis bonis, ut phrasi Senatzenbergij utar, in eo ducatu præditum fuisse, necesse est. castrum Stybargicum, quod condidit, non minus ac Monasterium nostrum in pago Turgoviæ situm erat, parte nimirum Alemannicæ, est inter Styburgum atque Rhenaugiam Dynastia andelfingen, vicusq; haut procul situs Islingen, quibus non solum possessiones Welforum in Turgovia circa Rhenaugiam, verùm etiam Ruthardus stipes eiusdem familiæ, atque adeò Pater primi Fundatoris nostri luculenter demonstratur, refert Anonymus Weingartensis in historia Guelphica commutationem quamdam, quam S. Conradus cum fratre suo Rudolfo ex bonis paternis fecit, receptis ni-merum memoratis locis Islingen, et andelfingen, quorum vice alia fratri præstitit. verba scriptoris sunt sequentia: /k/ Sanctus igitur Conradus in Episcopatum promotus, patrimonium, quod à Patre possederat, Hetorf, Wolpetes wende, Iberge, Fronhoven cum suis attinentijs, et omnia ultra fluvium nostrum Rudina sita, sicut ad nos hodie pertinent, fratri suo Rudolfo per concambium donavit, et ipse ab eo remotiora accepit, idest, Enfilingen, andilvingen, cum omnibus appenditijs suis. Sic Anonymus. Jam verò his ipsis in locis Rhenaugia silura à Fundatoribus donata possidebat, et adhuc dum ex parte cum jure directo possidet; quis igitur dubitabit, eosdem S. Conradi progenitores, atq; adeò Guelphos fuisse. porrò Ruthardum primum fuisse andelvingæ possessorem, ex Ratperto Monacho S. Galli demonstratur, /i/ qui, postquam persequutionem Rothmari, instigante Sidonio Episcopo constantiensi factam, retulisset, subdit, eundem Episcopum suis suis exequutoribus bona quædam gratitudinis ergò distribuisse, et Ruthardo quidem tradidisse Uznach, et andelvingen: quibus, ut solatio esset, inquit, beneficia promisit, atque donavit, Warino videlicet Vina, et Turinga, Ruthardo verò antolvinga, et uzinkaha. Igitur an-

g.

i.

k.

-del-

/g/ vita S. Othmari cap. 4. apud Goldast. to. I. pag. 178.

/k/ ex Mſc. augiæ, et apud Basnag. to. III.

/i/ De Casibus S. Galli C. II. apud Gold. to. I. p. 2.

-delvingen per Luthardum Domui Guelphicæ ac-
-quisitum, partim per fundationem Filij transijt
ad Rhenaugiam, partim per hæreditam et comu-
tationem ad S. Conradum Guelphicæ stirpis ne-
-potem. Denique Islingen hodie ad Cartusiam
Ittingen spectat, cuius Ecclesiam Heinricus Ba-
-varia et Saxoniæ Dux Guelpho, Ano 1188. data
chartâ testatur, ex hæreditate Suâ, et parentum
Suorum constructam fuisse. /K/ Frutnach, de quo K.
supra, cum Triconia, quæ Volveni nostri quoque
erat, postmodum ad comites de Kaperswil per-
-venit, quos Anonymus Weingartensis pariter
ex Guelphis et fratre S. Conradi deducit. /C/ C.

In Italia quoque

At enim non solum bona quædam in Burgo-
-via Guelphicæ genti, Rhenaugiæque comuni-
fuerunt, verum etiam in Italia, mirum sanè,
Monasterio nostro à Fundatoribus Loca quædam
insignia in Italia, ipsique in pagis donata fu-
-isse, ubi olim fortasse Guelphi ex familijs Ale-
-mannicis late dominabantur. Ludovicus Ger-
-manicus in Diplomate de ano 868. inter alias
fundationes Monasterio Rhenaugiensi factas,
confirmat etiam, quicquid illi /Wolveno/ in
Italia in pago Veronense, et Tartonense Here-
-ditario Jure provenit, cum omnibus ibi adja-
-centibus. Nomina locorum alijs chartis Desig-
-nantur, nimirum curte nova, Cubesol, Ho-
-drum, et Gaves. quæ porrò ignorat, Guelphos
in Italia celebres, quorum ceni adalberto Lu-
-thardi Germano Caroluswil. devictis Longobar-
-dis, pagum Veronensem regendum tradidisse fer-
-tur? /m/ In altero pago Tartonensi extat ad- m.
-huc castrum, quod à Guelphis Castell Guelfo
nominatum est. tendere sanè Guelphi vero-
-nam usque ad Azonem Estensem, Marchionem
Ferrariæ, qui scilicet stirpem eiusdem Domus
in Germania Suscitavit. Superstant ex ea ho-
-die Serenissimi Duces Mutinæ, qui nexum
cum Augustissima Domo Austriaca feliciter
copulavere.

Ano Fundationis 778. floret Welpho I.

Ad tempus Fundationis Monasterij Rhe-
-naugiensis accedimus, quod non solum fami-
-liam Guelphicam, verum etiam certas in ea
personas nobis offert, à quibus fundatum
Monasterium credamus. Tria autem hic tem-
-pora nobis consideranda sunt: prima Funda-
-tio ad an. 778. stirpatio Monasterij per domestica

/K/ apud Hergott Genal. dipl. to II. charta 232.
/C/ Füesslin to III. pag. 24. apud Basnag. to III. p. 58 i.
/m/ Leonardus Aretin. pag. 323. 409. et 423.
Schoepfl. Hist. Zar. to I. p. 48. Bucel. Topogr.
Germ. to II. pag. 386.

Prolegem: II.

Cella circa annum 832. postremo restauratio per Wolvenum facta ad an. 851. Solertissimi originum Guelphicarum scrutatores /n/ nullum n.
alium seu Wolfehardum seu Welfum circa an: 778. invenerunt, qui Monasterium Rhenaugiæ condere potuerit, præter magnum illum Alemanniæ seu Comitem seu Ducem, Judithæ Imperatricis Patrem. certè Ruthardo Hyburgi conditor ille anno jam obierat; cuius ergò filius primus Rhenaugiæ Fundator est, qui eodem prorsus anno 778. subscriptus reperitur testamento Fulradi Abbatis S. Dionysii. refert hoc testamentum Mabillonius /o/ ex authogra- o.
pho, datum Haristalli propè Mosam, ubi ad finem prædicti anni Carolum M. regem interalios convenerat Welfhardus, id est, Welfhardus seu Wolfhardus, armatos Alemannos contra Saxones iterum rebelles ducturus. refert se Fulradus in eodem testamento plurites ad loca quædam, quæ à Chrodardo, idest, Rothardo Patre Wolfhardi in Ducatu Alemannico olim emerat, cuius Instrumentum itidem producit Mabillonius. /p/ contraxerat amicitiam p.
Fulradus cum Ruthardo jam ano 753. quando à Pipino rege utrique obviam missus fuit Sumo Pontifici Stephano II. ad S. Mauritium in Burgundia, quam rem sic enarrat Anastasius: conjunxerunt quoque se illi S. Stephano. /in prædicto Monasterio Augiensi Fulradus Abbas, et Rothardus Dux directi à præfato Pipino Excellentissimo Francorum rege. /q/. q.

Idem Welphorum ac Rhenaugiæ fatum funestre.

Sub secundo Fundatore Rhenaugiæ Monasterium, fervente domestico Bello, pari stirpium fuit; Id enim Wolvenus accidisse ait, parentibus eius inter se litigantibus, atque vastantibus. Epocha huius vastationis in illud ipsum tempus incidit, quo Alines Guelphicæ gentis Lotharius, Pipinus, et Ludovicus, ob Iuditham Welphi filiam, et Ethiconis sororem, eiusque filium Carolum Calvum, contra Patrem Ludovicum Pium ingentes turbas In

---

/n./ Leibnitig, Eccard, Gruberg, Schmidius, orig. Guelph. to. II. p. 14.

/o./ act. SS. to. III. pag. II. pag. 342.

/p./ De re diplomat. lib. IV. cap. 45. ubi duæ aliæ chartæ exhibentur de annis 752. et 759. quibus ambo simul subscribuntur.

/q./ Edit. Vignolij to. II. pag. 103. ubi diversas ortographias nominis Rothardi notat. Mabil. anal. to. II. pag. 162.

In Imperio excitarunt, propinquorum studijs
inter se dirisis, /2/ quibus tamen præcipuè suc: 2.
-cubuêre Iudithæ Fratres, vastatæ eorum
possessiones, eversa Monasteria à possis fun:
-data. nam teste Eatperto /3/ Ludovicus, Bajo: 3.
-ariæ rex, Alemanniam penetrans singula
loca sua, suorumq; ditioni subjecit. quare
contigit, ut sicut regna, ita et Monasteria
diversis erroribus atque laboribus quatean:
-tur. Hoc igitur bello stirpatum Monasterium
Rhenaugiense satis indicat, quibus Fundato:
-ribus ac possessoribus sit adscribendum.
Pace reddita Neps restauratum fuit usque ad pacem Virdu:
Stauratur. -nensem anno 843. integrè stabilitam, et qui:
-dem per Wolvenum primi ac secundi Funda:
-toris filium ac Nepotem, qui opportunè in
chartis nostris eo ipso tempore occurrit, quan: n 03
-do Welphorum historia, atque Genealogia in:
-gentem patitur hiatum, procul dubio per
prædictas turbas et bella causatum, suc:
-cessit sequenti sæculo altera per Hungaros
vastatio Monasterij, cui reparando Eubentius
S. Conradus Episcopus Constantiensis Welpho: n 33.
-rum Nepos occurrit, quod à Majoribus suis
olim fuerit fundatum. Videtur sanè Mo:
-nasterium nostrum ab Anonymo Weingarten:
-si /4/ comprehensum inter Ecclesias, quas à t.
Guelfis à primo fundamento constructas
his verbis testatur: Ecclesias regales, scili:
-cèt constantiensem, Augustensem, Fisingen:
-sem, Curiensem, Campidonensem, Utinbu:
-rensem, magnis prædijs, et magna familia
ditaverunt; quasdam verò ex integro à pri:
-mo fundamento, quæ adhuc ad successores
spectant, honorificè construxerunt. Eodem
ævo, quò Anonymus scripsit, nempe ad finem
sæculi duodecimi, Welfo quidam Abbas noster
fuit. quòd verò Rhenaugiam non expresserit,
mirùm non est tum quia post quadringentos annos
ab ejus Fundatione scripsit, tum quia, ut ait
Senckenbergius, soli propè suo Monasterio in:
-tentus sit, eosque duntaxat referat Guelfos,
qui de eodem benè meriti fuêre. concludere
igitur cum Laudato Eruditissimo viro de Fun:
-datoribus Rhenaugiæ Guelphicis scribenti mihi
liceat: certiores probationes, atq; allata sint,
hic exigere non licet quin curationes in tanta
caligine nec quercetanus, scrupulosissimus fa:
-nè, si hypereset, exigeret. /5/ v.

/2/ Nithardg de dissensionibg Filiorum Ludj c. 1. et IV.
edit. Boecleri pag. 86.
/3/ apud Gold. to. 1. pag. 6.
/4/ apud Basnag. to. III. pag. 380.
/5/ Loco supra citato. pag. 143. §. XX.

§. 3.

Genealogia Guelphica Expenditur.

Quæstiones de Genealogiis devitandas esse haut ignoro, maximè de temporibus à nostra ætate adeò remotis, ut vix aliquid certi statui posse videatur. coacti igitur Welforum originem, atque successionem breviter attingemus proillustranda non nihil Fundatorum nostrorum prosapia, magis ardua aliorum doctiorum indagini sponte relinquentes.

Welphus filij Ethiconis stipes remotg.

Viri itaque eruditi /a/ qui de originibus Gentis Guelphicæ scripserunt, eandem referunt ad quendam Welfonem ducem Scytorum, Herulorum, Rugorum, atque Turcilingorum, filium ducis Ethiconis, fratremq; Odoacris Regis Italiæ. quem in Senium Prior Ebersperg. sic fatur: /b/ Generatio Guelforum inclyta, et nobilissima, et Deo semper devota, Romanæq; Ecclesiæ semper assistens. Guelfones creduntur viri inclyti fuisse de Gentibus illis, quæ sub valentiniano Imperatore de Scythia Erumpentes diversas provintias occupaverunt, et Dominatum obtinuerunt. memorat deinde idem auctor Warinum et Zuthardum, quasi Stipites ejusdem domûs in Alemannia. cui adstipulatur Goldastus his verbis: videntur autem Warinus et Zuthardus eius stirpis fuisse, unde postea Guelphi nati sunt. /c/ Verùm testimonia veterum perpendenti facilè patebit, amb. hos Regum Missos non unius familiæ, imò non unius propemodum nationis fuisse. Prior enim Warinus Francia orientali Natus erat, posterior Zuthardus sobus Alemannus. Sanè auctor vitæ S. Pirminij Warinum dicit Alta Francorum nobilitate propagatum. /d/ Is donavit S. Pirminio in finibus Episcopatuum Trevirensis et Moletensis fundum quendam, ad construendum Monasterium Hornbach. Eius pater vocabatur Wegenleuto, ut probavit Frecherus in originibus Palatinis, /e/ de quibus videndus quoq; Eccardus in stemate Gibelino. Filium Gyambertum habebat Warinus, qui

a. Gothardus Hist. prodit.

Melchior Goldastus.

/a/ Leibnitius, Eccardus, Zurlaubius &c.
/b/ Coco. Cit. apud Pezium.
/c/ to. 1. Rer. Alem. pag. 105. Bucel. par. II.
Hector. Agilol. pag. 361.
/d/ apud Mabil. in act. SS. 3. Nov. c. 15.
/e/ pag. 48. et seq.

et Warinher, wernher, Warman, de quo sic scri-
-bit Ekk. Uhardus Monachus S. Gallensis: /f/ conse- f.
-secutus autem serum Hambertus Filij Warini,
persecutoris nostri othmari, librata lancea
inter armum et guttur eius cor penetravit, et
Imperatori palpitantem consignavit. ubi
Idem Scriptor addit, Hamberto in praemium
huius facti, quo Carolum M. à Tauro liberavit,
Irmentrudem sororem Hildegardis matris
Ludovici Pij, adeptum fuisse sponsam.

Ruthardus stipes proximior. Ruthardus igitur Alemannus, nec mino-
-ris, quàm Warinus nobilitatis, stipes Welpho-
-rum statuendus venit, cuius propria loca
Ilfingen et Andelvingen, ut supra ex Calpeto,
et Weingartensi vidimus, Guelphi ex haereditа-
-te paterna partiti sunt. Ait enim Ekkardus
Junior /g/ utriusque Ruthardi et Warini, atque g.
adeò Guelphorum, atque Gebelingorum profapi-
-am evidentius declarat. Sic enim ille de Con-
-rado I. Rege, aut Imperatore fatur: Rex vero
castellum illud odiosum Hortman. /: Othmari :/
causa mali tanti tradidit diruendum, omnique
anno ille, dum vixit, censum capitis sui incera
ad sepulchrum eius, ut filius carnificem elo-
-rum, pro reatu in eum quasi proprio mitte-
-ret, quod et Rudolfus postea Wolfhardi /: seu Welfi :/
Comitis pater, cùm eiusdem quidem profapiae fue-
-rit, in censu Calybum de metallo francium Italis
-rum fecit. Ex utriusque persequutoris S. othmari
posteros: Conradum quidem Imperatorem utpote
Francum genere /h/ ex Warino; Wolfhardum h.
autem seu Welfum huius nominis tertium, eiusque
patrem Rudolphum, S. Conradi fratrem, ex Ru-
-thardo progenitos. sanè eiusdem profapiae
non erant Conradus Caesar, atque Wolfhardo-
-mes; cùm igitur ille se fateatur Warini Franci
nepotem; necesse est, hunc ex nepotibus fuisse
Ruthardi Alamanni, quorum proavi S. Othma-
-rum fuerant persecuti. Belli deinde eiusdem Stema-
-te postea scripsit Otto Frisingensis /i/ duae in i.
Romano orbe apud Galliae Germaniaeque fines
famosae familiae hactenus fuêre, una Henrico-
-rum de Gueibelinga, alia Guelfonum de altorfio,
altera Imperatores, altera magnos Duces pro-
-ducere solita.

Welpho I. seu Wolfehardus. Cùm igitur Ruthardum protoparentem
Guelphorum fuisse satis liqueat, ille certè ge:

/f/ apud Duael. loc. cit. pag. 666.
/g/ apud Gred. to. I. pag. 18.
/h/ Chron. Welph. Herman. ad an. 911. Ekard. Franc. ed. to. II. p. 718.
/i/ apud Urstis l. II. de Gestis Friderici I. c. 2.

nuit Welphum primum, qui sub nomine Wolf-
hardi anno 778. subscripsit testamento Fuitra-
di, eodemq; anno Monasterium Rhenaugiense
fundavit. occurrit idem in charta quadam data
ano 808. sub nomine Wolvini Comitis Brisgo-
viæ, quem Hergottus /K/ Rhenaugiæ fundatorem [K.]
utique primum censet, ac prædicto anno Comita-
tum Brisgoviæ administrasse. nomina enim
ducis ac Comitis promiscuè illa ætate sume-
bantur, quamvis prior titulus potius ad Bel-
licas, posterior ad civiles expeditiones sit re-
ferendus. de Welphone primo ista leguntur
in historia Guelphica: /E/ Guelfo genuit fi- [E.]
lium Ethichonem nomine, filiam Judith, quam
Judith Ludewicus Imperator cognomento Pius
Caroli M. filius, defuncta uxore Ina Irofh-
gardh /Irmengarda./ duxit uxorem, que genuit
Guelphum Caluum. De alijs Welphis. Scipsum
apud Weingartensem Ulentium, licèt ex coævis
authoribus /m/ certò constet Judithæ fratres [m.]
extitisse Conradum et Rudolphum, quo audam
sororis sequuti in gallijs præcipuè inclaue-
runt, factorum sororis participes. Rudolphus
Palatinus, conradus verà comes Parisiensis
extitit, Pater Hugonis et Welfi, qui ob diver-
sa Monasteria, quæ comendata possidebant,
sub nomine Abbatum in historia noti sunt.
Tertius Conradi filius Conradus Iunior Dux
Burgundiæ Genuit Rudolphum I. Burgun-
dionum regem secundæ stirpis, quæ in Ru-
dolpho III. quem dicunt ignavum tandem
defijt, Burgundia ad Imperium sub Conrado
II. reversa: uxor Conradi Senioris Materga
Iuniorib. fuit Adelaidis, filia Hugonis comi-
tis Alsatiæ ex progenitoribus domus Au-
striacæ, teste Hmo Furlaubio in tabulio Genealogi-
cis pag. 61. Hæc secundo matrimonio cum Rober-
to Fortis dicto genuit Robertum Franciæ re-
gem Avum Hugonis Capeti. porrò ex Carolo
Calvo Judithæ filio prodijt Ludovicus Balbus
Galliæ seu Franciæ occidentalis rex, cujus fi-
lijs, diviso regno, contendentibus sine spari-
ter expiravit.

• Ethico Senior. Secundus igitur Rhenaugiæ conditor Ethico
fuit, qui, ut ait Anonimus Judithæ frater Pa-
tri defuncto primus hæres successit. Adeptus ni-
mirum Paternam hæreditatem à Patre cæpta

/K/ Geneal. dipl. to. II. part. I. pag. 47.
/E/ apud Basnag. to. III. ad calcem.
/m/ Theganus et Nithardus Edit. Schilteri
Item anales Bertiniani.

Rhenaugiæ quoque persecit. Manuscriptum vetustis-
simum Augiæ in posito texu aneps est, videturque
legendum Cocò pivo priùs heres successit, prout
Braelinus ex suo Manuscripto expressit /n/ ut n.
sensus sit: Ethiconem priùs Patri defuncto suc-
cessisse, quàm desponderetur Iuditha Imperato-
ri: eius memoria in publicis chartis rara est,
quòd sicis rebus intentus aulæ ministeria decli-
naverit, maximè postquam ingens persecutio
contra ipsum, fratresque eius in Imperio exor-
ta, sub qua Monasterium quoque nostrum
succubuit. videtur, ab hoc primùm tempore se-
dem welphorum mutatam fuisse, atque in sue-
viam citeriorem translatam. Ethico vastatam
Rhenaugiam procul dubio reliquit, licèt eius
filius eandem restauraturus sedem pristinam
repetierit. Ipsum enim Weingartense chronicon
/o/ primum fundatorem altorfensis cœnobij o.
constituit Henricum Patrem S. Conradi; et ad
Ottonis III. regimen scribit: sub hoc tempore
Ravenspurg construitur. certè uetrà Ethiconem
habitatio welphonum altorfij produci non po-
test. Hunc ipsum Ethiconem, qui tempore Lu-
dovici Pij vixerit, vocat analista Saxonicus
Egregiæ libertatis principem, qui nunquam
alicui, nec ipsi Imperatori pro aliquo benefi-
cio se subdiderit dominio. /p/ post Ethiconem, p.
quem cum Radislao Suntheimio Eccardus vocat
seniorem /q/ ingentem hiatum patitur Genea- q.
logia Guelphica tum in historia, tum in Chroni-
co à Weingartensi conscripto. confundit enim
hunc Ethiconem, cum altero eiusdem nominis
ipsius nepote, quem Chronista ipse primùm
reponit post regimen Caroli Crassi, eiusque
fratris Ludovici Iunioris. quapropter in Codi-
ce Manuscripto Augiæ manus peranticua,
sed haut indocta, ad marginem in historia, ubi
de utroque Ethicone quasi de uno agitur, se-
quentia notavit: Ille Ethico vixit tempore
Karoli Crassi post Iuniora tempora. igitur
utrique Ethiconi necessariò interponendus alius,
unius videlicèt Senioris filius, et Alterius Iu-
nioris Pater. Æquius ille, nisi Welvenus seu
Welfo Fundator Rhenaugiæ Tertius seu Re-
staurator, in chartis non solùm domesticis,
sed etiam extraneis adeò celebris, quippe di-
plomatibus intermedio tempore datis, vir
Nobilis, et Illustris, vasallusque regius comparet.

Welvenus:

/n/ loc. cit. pag. 569.
/o/ loc. cit. apud Basnag.
/p/ apud Eccard in corp. hist. medij ævi to. II. pag. 659.
/q/ Inter Scriptores Brunsvicenses to. I. Leibnit. p. 802.

Hunc certè felicius viri eruditi ad explendam Genealogiæ lacunam adoptarunt /2/ quàm alij nostratium rerum ignari, Henricos, aut Ludol- -fos gratis gemināriant. /3/ Siquidem rationes adductæ pro Fundatorum nostrorum ex Guel- -phis origine probant, ea certè Wolvenum filium Ethiconis Senioris fuisse demonstrant. 2. 3.

Ethico Junior. Genuit is alterum Ethiconem Juniorem, qui sub carolo crasso floruit, et Fundator Monasterij Ambrgensis extitit. de hoc igitur accipienda sunt, quæ narrat Anonymus, quòd nempe filio Henrico aulam Ludovici filij Ar- -nolfi, sequuto nimiùm indignatus fuerit, quasi libertas ipsius atqs nobilitas nimis esset declinata; fastum nempe avi cognomi- -nis æmulari videbatur. unde asciscitis duo- -decim ministerialibus infrà montana, ad vil- -lam, quæ dicitur Ambrgo, secessit, ibidemqs cœpit collectis Monachis cellam construere. Forsitan Anonymus utrumque Ethiconem confudit ob similitudinem factorum, et quòd uterque pristinas sedes religiosè rese- -ratur. cæterum Ambergovicæ adjacet oppidum Ettal, seu Ettonis vallis inter Edi- -fissimos Bavariæ scopulos, quà tyroli jun- -gitur, ubi torrentes duo magno strepitu in ambronis fluenta præcipitantur. cir- -cumjacent Monasteria, Fuessen, Laitenbuch, et Steingaden, quæ Guelphos posteros Funda- -tores agnoscunt. anno 1132. referente Ana- -lista Saxonico /4/ Henricus Niger Dux Bava- -riæ in eodem loco Ettal Ecclesiam super ossa Majorum suorum fabricari jussit: quæ per intervalla annorum collapsa, Ludovicus IV. Im- -peratot Bavarus insigne Monasterium ho- -diegs clarum ordinis nostri ano 1330. fun- -davit. Cæterum præter Ethiconem Wolve- -no filiam Dietbergam adscribunt monumen- -ta nostra, quæ an eadem sit cum uxore Lu- -dovici II. Imperatoris filij Lotharij, non statuo; hanc certè Guelphicæ prosapiæ eclitisse viri Eruditi volunt, quidquid con- -tradicat Heumanus. /5/ certius videtur ex chartis, quas suis annis referemus, Wolfeno filios quoque fuisse Bossonem atqs Ruad- -pertum, cui plures filij à Chronico Mfc. Einsidlensi adscribuntur. 4. 5.

Henricus. Ethiconi Juniori unicus filius asigna- -tur

/2/ Eccard, Schneidig, Curlauben.
/3/ Aventinus, Lalig de Gent. migrat. pag. 363.
/4/ Loc. Cit. pag. 661.
/5/ De re Diplom. Imperatri. pag. 44.

tur ab Anonymo Henricus cum aureo curru, sic dictus ob factum verum, aut fictum, quòd nimirum fraude joculari à Germanica rege Ludovico tertio nempe Arnolfi filio, quì in Chronico Guelphico cum Henrico conjungitur, amplissima latifundia nactus fuerit, plures nihilominus filios genuisse ex ea credibile redditur, quòd et aliæ Principes familiæ ad Gentem Guelphicam origines suas referant, inter quas Estensis præcipuum locum tenet, Serenissimorum /w/ Borussiæ Regum Mater. w.

Henricus Monachos ex Amberga via transtulit in alten Münster, ubi Abto corporalibus requiescit, et Abbatiam satis Divitem et religiosam perfecit, ut narrare pergit Anonymus, postea et in Altorfensi villa Abbatiam cum Sanctimonialibus, in loco, ubi nunc parochialis Eccles:a est, construxit. Generationem ejus sic prosequitur: Idem Heinricus uxorem duxit de Hochinwarte in Bavaria, Beatam Nomine, ex qua tres filios genuit: S. Conradum constantiensem Episcopum, Ethiconem /quem tamen in vita S. Conradi Welfum vocat./ et Rudolfum. S. Conradus non tam Episcopali solicitudine, quàm familiæ necessitudine permotus Chenaugiense Monasterium ab Hungaris vastatum administrandum suscepit, reparavit, ac denique libertati restituit. quòd verò de reliquis Guelphis in chartis nostris deinceps parum aut nihil memoretur, mirum non est, cum Sedem pristinam penitus mutaverint; nam Wolveno Abbate effecto tota Chenaugia cum circumjacentibus terris tradita fuit Monasterio.

Rudolfus. Rudolfus Henrici filius accepit uxorem de Öningen, Ilam nomine, cujus Pater Cuno Nobilissimus Comes, Mater verò ejus filia Ottonis Magni Imperatoris fuit Richilt nomine. Idem Cuno est, qui collegium Canonicorum Regularium Öningæ fundavit, confirmatione ab Ottone M. obtenta. pergit Anonymus Rudolfus præfatus ex hac Ita duos filios Heinricum et Guelfonem et filiam Richardam nomine progenuit. Henricus juvenis interiit. Guelfo autem Monachos ex alten Münster Altorfium transtulit, et Sanctimoniales illuc ponendo permutavit. hic genuit filiam Chunigam, et filium sui nominis Guelfum Ducem Carinthiorum, qui, excusto priori, Monasterium in Monte in honore Sancti

Guelfo.

/w/ Reinerus Reineccius de originibus Illustriss. Stirpis Brandenburgicæ ex prosapia Welforum.

Martini fundavit, nomen Winigartin, Wein-
-garten imponens, in quod de villa transla-
-tis Monachis, Ecclesiam priorem Parochialem
esse constituit. hic denique Guelf sub Juve-
-nili ætate in castro Botamo moriturus cœ-
-nobium altorfense hæredem instituit. at
Mater eius, sciens se hæredem habere ex fi-
-lia, missis in Italiam legatis, donationem
interdixit. Hactenus fere Anonymus.
Fuit circa hoc tempus quidam Welfo seu
Wolvenus Abbas Chenaugiæ, cuius tamen
præter nomen vix aliquid reperest, forte
ad alium tamen eiusdem familiæ referen-
-dus. præterundum tamen non est, in chro-
-nico Guelphico illi historiæ subjecto Ottoni
tertio Imperatori adjungi præter morem Nogge-
-rum quendam Abbatem his verbis: Otto filius
eius / Ottonis II. / annis XXIII. / regnavit. / X / Nogger Abbas claruit. Id certe de Noggero
Abbate Chenaugiæ accipiendum est, qui ab otto-
-ne III. Insigne diploma obtinuit, qualiter
autem ad gentem Guelficam spectet, me latet,
nisi quod Monasterio præfuerit, à Guelfis
fundato. x.

Azo Secundæ Stirpis fator.

Cum igitur prima progenies mascula
Guelphorum in Alamannia expirasset, Secun-
-dam constituit Azon huius nominis Secundus
ducta uxore Chuniza seu chunegunda Guel-
-phi ultimi sorore, post cuius obitum pariter
stirpem Italicam propagavit per Gasendam
filiam Roberti Guiscardi Apuliæ Ducis, cuig
posteri Duces Ferariæ et Mutinæ, in Serenis-
-sima Domo Estensi adhuc superstant; erat
enim et ipse Azo Guelphus Adalbertum Ru-
-thardi fratrem progenitorem agnoscens, Ge-
-nuitq; ex prima uxore Chuniza, Guelphum
huius nominis IV. totius terræ nostræ, ut
inquit Weingartensis, futurum hæredem et
Dominum, qui primus ex nostris Ducatum
Bavariorum adeptus est. duos habuit fi-
-lios: Guelphum V. Bavariæ ducem, cuius
uxor intacta Mathildis Comitissa, ex de-
-votione ad romanam Ecclesiam notissima,
et Henricum Magnum Ducem Saxoniæ si-
-mul ac Bavariæ. cuius filij Guelfo VI.
Dux Bavariæ, Pater Guelfi VII. et Henricus
Superbus Dux Saxoniæ. Is genuit Henri-
-cum Leonem dictum, Saxoniæ electorem;
inter cuig tres filios Otto IV. Supremam
Imperij dignitatem obtinuit, atque Chenau-
-giæ diploma cum raro Eius Sigillo Majesta-
-tico

Eiusq; posteri.

/x/ apud Bafnag. to. III. pag. 697.

tico impertitus est. alter Leonis filius Henricus Elector palatinus; tertius verò Wilhelmus, cuius filius Otto ano 1235. creatus Dux Brunsvicensis et Luneburgensis stipes evasit Serenissimorum Electorum ac regum, qui hodie Hanoverae et Magnae Britanniae imperant.

Alij rami eiusdem Gentis.

Pars haec Genealogiae Guelphicae est, quam nobis potissimùm conservavit Anonymus Weingartensis, utpote Monasterij ipsius Benefactricem; caeterùm, ut rectè judicat eruditissimus Senckenbergius, multi rami eiusdem familiae incogniti manserunt ex scriptorum defectu, quorum obscura duntaxat supersunt vestigia. potuit et ipse Welfo primus Eckhardi filius plures habuisse fratres, ex quibus diversae domus exortae. certè stirpem primam comitum de Kiburg nemo negaverit ad Guelfos esse referendam, cuius tamen nexus haud facile declarandus. vulgatum est [y] horum comitum schema, quod Hucbaldum constituit S. Udalrici Episcopi Augustani fratrem. Si verum est, hunc genitum fuisse Hartmanno, quod tradit Manlius, [z] potuit is filius fuisse Ethiconis Senioris, Fratris Wolveni nostri, atque simul genuisse Wolonem Monachum S. Galli, quem Ekkehardus minimus comitis Kiburgi filium vocat. aetas certè temporique convenirent, aequumque est, ut ex Eckhardo Kiburgi conditore Kiburgios descendisse credamus. Senckenbergius Wolonem inter Nepotes Fundatorum Rhenaugiae numerat: in hoc systemate foret is nepos Ethiconis secundi Fundatoris proneposque primi. ad exemplum Wolonis, cuius avunculus Beatus Rodgerus Balbulus erat; credibile est S. Udalricum fuisse Monasterio S. Galli comendatum. Sanè chronicon Mfc. Einsidlense fratrem quoque Wolveno nostro assignat, atque ex fratre Nepotes, cum quibus dissidia exorta tempore, quo penè stirpatum fuit Monasterium; unde divisione facta provenire potuit, ut nulla deinceps Monasterio nostro cum comitibus Kiburgij intercederet necessitudo, licèt proximi ferè Rhenaugiae existerent. diversas, inquit, laudatus Senckenbergius, fuisse post annum 900. Eneas, facilè concesserim, et aliud Kiburgios dicendos ac Guelfos, sed tamen idem utrisque contigisse genus ultimum, de quibus docebunt chartae Rhinovienses. occurrunt porrò alij in

[y] apud Stumpfium to. II. pag. 108.
[z] apud Historium pag. 664.

monumentis nostris, qui cum Wolveno, atqs adeò cum welfonibus sanguinis et amicitiæ nexu conjuncti fuisse videntur, ict Adelbertus Comes ijsdem possessionibus Italiæ auctus; Sigemarus vir Nobilis, qui se suósqs cum filio, Wolveno tradidit; ict nihil dicam de S. Meinrado, Hermanno Contrado, Comitibus Kelgoviæ, Sigmaringæ, Veringæ, [ccc] Coleranio &. qui suas origines Gruel- [ccc].
phis adscribunt.

Sepulchrum Henaugiæ.

Dissertationem hanc præliminarem claudere placet cum Epitaphio Fundatorum nostrorum, quod renovari curavit año 1770. Rmus et Amplissimus Dominus D. Abbas Januarius. et meritò quidem, cùm priùs à R.mo Geroldo II. de Zurlauben fieri curatum, menda quædam contineret, saltem quoad chronotaxin, quæ frustrà corrigere conatus est R.mus Calmet. [cccc] cæterum monumentum ipsum vetustissimum est, ac perpetuò in Ecclesia Henaugiensi conservatum. constat saxo vago Lapideo undiqs clauso, quod in veteris Ecclesiæ media tegebatur alio Lapide supra pavimentum elevato, cuius Inscriptio simpliciter Sepulchrum Fundatorum designabat. quapropter non unus duntaxat, sed plures ibi conditi fuisse videntur, nimirùm præter Wolvenum Restauratorem, ac postea Abbatem, etiam illico Avus Welfo primus, ac fortasse Dietberga Wolveni filia necrologio nostro inscripta. crate lignea defendebatur ab incedentium pedibus monumentum, ac quibusdam diebus honoris ergò tapete, cumbella, Luminibusque ornabatur. modò pareti imminet, præfertque sequentem Inscriptionem. [ccccc]

Epitaphium.

[cc] Goldastus pag. 121. cap. 7. in notis ad Burchardi casus Sigmaringen à Sigmaro Derivatur.

[ccc] Iter Helvet. pag. 113.

Dys Manibus

Welforum Alemaniæ Ducum —,
Monasterij Rhenaugiensis Conditorum.

Wolfehardo Avo,
Ludovici Pij Imperatoris Socero,
Fundatori Primo ad annum DCCLXXVIII.
Ethiconi Patri,
Egregiæ Libertatis Principi
Fundatori Secundo ad annum DCCCXX.
Wolfeno Filio,
Viro Nobili et Inlustri,
Ludovici Germanici Vafso,
Restauratori ad annum DCCCLII.
Demum Abbati Venerabili
ad annum usque DCCCLXXVIII.
Cuius Cineres
In Veteri olim Ecclesia cum honore servatos,
Sub hunc Lapidem ano MDCCX. condiderat
Rmus Abbas Geroldus II. de Zurlauben.)
Hoc æternæ Gratitudinis monumentum
Post limine restituit
Rmus Perillis et Amplmus D.D. Januarius
Huius Monasterij Abbas
Anno MDCCLXX.

Chronicon
Monasterij Rhenaugiensis
Millenare
Ab anno Christi 778.
Saeculum I.
Wolfehardus
Fundator Primus.

Anno 778. Monasterium Rhenaugiae fundatum.

Annus volvebatur à virginis partu Septingentesimus Septuagesimus octavus, cùm Wolfehardus seu Welfo, vir Nobilis et Illustris quoddam Monasterium Rinaugia nuncupatum in Alemannia, in pago Turgowe, ob laudes divinas et regulares disciplinas /a/ in honore S. Mariae Virginis construxit. Carolus Francorum rex eodem anno, occupatur bello hispanico, cùm comperisset, Saxones usque ad Rhenum progressos omnia ferro et igni populari /b/ orientales Francos et Alemannos contra eos misit. Inter auxilia ferentes Wolfhardus Alemannorum dux Heristalli praesente rege /c/ testamento Fulradi Abbatis S. Dionisij subscripsit, atque patrio more fundati à se Monasterij à Carolo confirmationem impetravit; nisi id post Biennium contigisse credamus, cum rex Italiam petiturus constantiam pervenit, ubi privilegia Monasteriis /d/ fertur contulisse. Periere priora regum praecepta, quae tamen ex Ludovici Germanici Diplomate extitisse constat, ubi statuit /e/ quicunque autem potens vel impotens persona hoc statutum bonae memoriae Caroli Avi Nostri, ac piae recordationis Ludovici Patris Nostri viola cum nostra confirmatione transgredi praesumpserit &c.

à Carolo Magno Confirmatum.

a.

b.

c.

d.

e.

Deficientibus igitur primaevae fundationis tabulis, malumus nomina primorum Abbatum /: si qui fuerint :/ omittere, quàm dubia Lectori obtrudere; Latent paliter fundi tunc Monasterio collati; Consequentibus tamen

Dynastia Causen.

/a/ chart. II. et X. cuius Avus et Pater.

/b/ Astronomus apud Pertz. pag. 201. Albert. stad. Anno 778. et Poëta coëvus apud Bacler. p. 9. tunc orientales Francos, nec non Alemannos obviam ferre jubet statim Saxonibus dirutis. Anal. Franc. edit. Besançij. to. II. p. II. pag. 53.

/c/ apud Mabil. act. SS. to. III. par. II. p. 342. S. + Wolfardo. Ekkart orig. Guel. to. I. l. II. p. 225. 227. Hottinger Hist. Eccles. Helvet. to. I. pag. 654. et 561.

/d/ Mabil. anal. Bened. to. II. ad an. 780. n. 5. Bucel. chron. Const. eodem anno.

/e/ charta II. Hottinger Hist. Ecclesiast. Helvet. to. I. ad annum 778.

chartis constat /f/ iam tunc dynastiam Lauffen Rhe- f.
-naugiæ contributam, cum adjacentibus vicis
Langwiesen, Flurlingen, Morlingen, et Jachsen,
quibus adduntur Gehinhoven, et Holzheim, no-
-mina jam obsoleta, sed fortasse alios vicos pro-
-ximos Unwiesen et Feuerthalen designantia.

Porrò Lauffen arx est maximis Rheni Cataractis
imminens, qui à Schaffusio inter rupes diu lucta-
-tus, tandem hoc loco ingenti fragore in pro-
-fundum præcipitatur, sparso in altum spu-
-marum pulvere, iridis in modum nonnunquam
conspicuo; mox tamen fluvius pristinæ malaciæ
redditus naves onerarias Rhenaugiam devehit.
mirantur haud imeritò Eruditi, nullam huiusna-
-turæ miraculi apud antiquos scriptores mentio-
-nem occurrere; neque monumentis Rhenaugiensi-
-bus vetustiorum reperiri.

Præter istam dynastiam etiam alios fundos ex Aliqs fundi Collati.
similibus chartis à primæva hac fundatione ad
Rhenaugiam pertinuisse constat: ùt in pago Leg-
-govia /g/ Lottstetten et Balm, in Turgovia g.
/h/ Basentingen, in Alpegovia /i/ Hezelen k. i.
et Burglen. Lottstetten postea à Nobilissimo
comite /k/ de Oningen Cunone, cuius filiam k.
Itam Rudolfus ex posteris Wolfehardi, frater
S. Conradi, uxorem duxit, genitam matre Rich-
-linc Othonis Magni filia, collegio Canonico-
-rum /l/ ibidem fundato donata fuit. l.

794. Ad hæc temporibus Alcuinus, qui et Albinus
Mfc. Alcuinj. apud Regem Caterosque, teste Hermanno contracto
/m/ vitæ et doctrinæ clarus habebatur; cuius m.
extat in Musæo Rhenaugiensi codex Mfc. aucto-
-ritate Coëvus, continens librum de virtutibus et
vitijs cum præfacione ad Widonem /n/ ad cal: n.
-cem additur Epitaphium eiusdem, editum /o/ o.
à Clarissimo Gerberto. in fronte leguntur sequen-
-tia possessorem designantia Ex Marie Rhenau.
Eiusdem Alcuini liber precatorius Autho-

/f/ chart. X. XIV. et XX.
/g/ chart. XII. et XX.
/h/ chart. III.
/i/ chart. I. XLV.
/k/ Anonymus Weingart. de Guelphis, Mfc. Augiæ di-
-vitis, et edit. Canisij, p. 482. habet Zichluit.
/l/ ex eiusdem Collegij Diplomate.
/m/ ex Mfc. Coëvo augiæ divitis, et Edit.
Canisij.
/n/ Mfc. 104.
/o/ Itiner. Alem. pag. 287. nunc Princ.
et Abbas S. Blasij.

-graphus, quem Carolo Magno compositurat, Rhenaugiam pervenit saeculo XVI. prout et alter Caroli Calvi, quem sibi ex praecedenti pauc-is mutatis describi curaverat, dono datus à Theobaldo Abbate nostro Serenissimo Duci Bavariae Wilhelmo, atque typis in Golstadiensib. editus /p/ prostant et alij eiusdem aetatis manuscripti codices in Musaeo nostro, qualis est elegans continens decem homilias S. Gregorij in Ezechielem, et alter selectas sententias exhibens ex Sanctis Patribus, Gregorio, Hieronyma, Augustino et Isidoro /q/ p.

800. Carolus Imp. Anno octingentesimo in die Natalis Domini /r/ Carolus Romae à Leone Papa coronâ impo-sita primus regum Francorum caesar Augustus Imperator, Romanis laudes acclamantibus, appellatus est. eodem anno Normanni pyraticam exercere caperunt, atq; alienas terras invadere /s/ Inde Hyberniam per triginta annos indignissimis depopulationibus devastarunt. q. r. s.

Wolving Comes. 805. Anno quinto Caroli Imperatoris Wolvinus Comes /t/, quem Hergotus Fundatorem Rhenaugiae, adeoq; eundem cum Welfone seu Wolfhardo ominatur, adscriptus reperitur chartae, quâ Monasterio S. Galli quidam fundi in pago Brisgowe in marcis Sedilon et Antpäringa /u/ Selden et ampringen /donantur. Anno sequenti facta divisione Regnorum à W. Carolo inter Filios, Ludovico X. obtigit Aquitania; Italia Pipino cum parte Alemaniae Y. pagis Turgowe et Argowe; Carolo Z. Germania cum pago Althgowe, ita ut Regnum ab urgs dirigeret lineam rectam à Rheno supra Rhenaugiam ad Danubium urgs, ubi in Testamento exprimitur apud Eckard. to. II. Franc. or. pag. 44. t. u. W. X. Y. Z.

806. 812 Normanni. Anno octingentesimo duodecimo classis Danorum Hyberniam invadens à Scotis /w/ victa est; Dani autem et caeteri /x/ qui trans Daniam sunt, populi, omnes Normanni vocantur.

813. Sequenti anno Ludovicus, cum jam tres filios, Lotharium, Pipinum et Ludovicum ex Irmengarde suscepisset /y/ consors Imperij declaratur. unde ad hoc tempus referenda aetas liturgiae /z/ inter Alemannicas antiquissimae in Musaeo nostro Manuscriptae, cum memoria ibi occurrat Imperatorum cum Francorum exercitu, et Romano Imperio, de qua mag. Doctor Liturgia Antiquissima.

/p/ Mabil. anal. to. III. pag. 34.
/q/ Mss. 240.
/r/ Ex Mss. Augiae divitis ad annum 801. nam Hermannus annum inchoat à die Natalis Domini.
/s/ Eginhardo apud Baronium, Pagium, et Camdenum pag. 685.
/t/ Geneal. Diplom. to. II. part. 1. pag. 17.
/u/ Schoepfl. hist. Zar. Bad. to. I. pag. 426.
/w/ Herman. et Regino eodem anno.
/x/ Albert. Stadens. ad annum 810.
/y/ Herman.
/z/ Mss. 30.

Alia Mſſc. /a/ plura dabit. extant et alia huius Sæculi Mſſ. uti psalterium Davidicum, quatuor Evangelia, Sedulij hiberni huius Sæculi Scriptoris collectaneum seu expositio in Epistolas D. Pauli, S. Gregorij, libri Moralium et Dialogorum, et Hieronymi Epistolæ et explicatio in quatuor Evangelia cum quibusdam interpretationibus Theotiscis, quæ etiam adduentur alteri codici exhibenti libros regum, Itineraria SS. Arnulfi et Antonini, denique Miscellanea ex Annæo Seneca, Curtio, et quibusdam SS. Patribus, ex quibus augeri, atque emendari jam edita possent. a.

8.ix. Anno octingentesimo decimo quarto Carolg Imperator Magnus v. kal. Feb. aquisgrani obijt ætatis Anno 71. Ludovicus filius eius /b/ cognomento pius regnavit annis 27 qui post triennium Lotharium primogenitum suum Imperij consortem, Ludovicum filium Bavariæ regem præfecit. b.

Ludovicg Pius.

8.x. 8.xi. Anno octingentesimo decimo nono Imperator Ludovicus, mortua Irmengarde, accepit filiam Welfi Ducis /c/ qui erat de Nobilissima stirpe Bavarorum, et nomen virginis Judith, eamque reginam constituit. Hunc verò Welfum ipsissimum esse Fundatorem Chenaugiæ /d/ probat Eckardus, qui tamen nuptijs filiæ diu superviuisse non potuit; etenim Helwich seu Hegilwigis illius uxor /e/ nobilissimi Generis Saxonici, soror Egberti Ducis, anno vigesimo quinto huius Sæculi reperitur Abbatissa fuisse Monasterij Calensis. Eam valguti indices Successorem fuisse Giselæ Sororis Caroli Magni, quæ obijt anno decimo supra octingentesimum. Verùm Mabillonius, qui Helwigem venerabilem vocat, mauult initia eius regiminis differre ad supra dictum Annum quintum et vigesimum, ac peruenisse probat ad annum usque octingentesimum trigesimum tertium —; quò Ludovico Pio Imperatori ac Genero auctor fuit, ut elevari, ac transferri curaret corpus Beatæ Bathildis quondam Reginæ, ac eius cœnobij Sanctimonialis /f/ c. d. e. f.

Judithan ducit.

Cuius Mater Helvig.

/a/ Clariss. Gerbert, nunc Cels. Princ. S. Blas. Martinus II. edidit ano 1777.
/b/ Hermannus.
/c/ Theganus n. 26. Astronomus &.
/d/ Joañes Georgius Eccard orig. Guelf. to. II. pag. 14. typis Regijs Hanoveranis 1750.
/e/ Theganus n. 26. Chron. Fran. Or. to. II. p. 159.
/f/ Mabil. anal. Ben. to. II. paginis 391. 541. et 555.

Fundator I.

Welphi Patris obitus.

Incertus itaqs manet annus, quo obÿt Wolfe-
hardus Monasterÿ nostri Fundator primus, sed
non æquè dies, quam assignat Eckehardus decimam
tertiam Novembrium /q/ ex Necrologio S. Gallen: g.
-si, in quo sequentia habentur: IV. Idus No-
vemb. obitus Welfhardi Ducis. In altero codice
eiusdem Monasterÿ, qui dicitur liber vitæ
seu conscriptorum fratrum ac Benefactо-
rum, nomen eiusdem Wolfhardi manu huius
sæculi inscriptum lego, prout etiam Judithæ
filiæ cum tota stirpe regia /h/ eodem tempo- h.
-re adnotatum comparet. An Wolfehardus
Rhenaugiæ sepultus in monumento, quod anti-
quitus inscribebatur Fundatorum nostro-
rum, pro certo statuere non audeo, verisimi-
le tamen ex alibi dictis redditur, idem cum
Wolveno Nepote, atque Monasterÿ Instaura-
tore, Sepulchrum in Monasterio à se fun-
dato fuisse consequutum.

/g/ ament. de rebus Francia orient.
et Episcop. Wirceburg pag. 92 2.

/h/ Ms. Archivÿ Sancti Galli, cuius
fragmenta Goldastus inter rer. Ale-
man. Script. Tom. II. pag. 119. Wol-
vinus, et Wolfhart habetur adscriptus
in eodem libro Fratrum conscriptorum
pag. 2. columna 4.

Fundator II.

Ethico

Anno 820.

Fundator secundus.

Wolfcharius prætor Juditham tres reliquit filias /a/ Ethiconem, Conradum et Rudolphum, horum duo posteriores Lotharem ad aulam regiam secuti, magnos honores, magnas et ardue vicissitudines subierunt. Ex Rudolpho comite palatino prodijt Welfo Abbas centulensis: ex Conrado verò Hugo dictus Abbas et miletas, quas obtinuerat Abbatias, et alter filius Conradus Junior Pater Rudolphi primi Burgundiæ Regis. a.

Ethico Fundator II.

Ethico, qui et Atticus et Azzo, nomen apud Guelphos frequentia, avitas possessiones suscepit regendas, ac unà cum ijs Monasterium Chinaugiense, cuius non minùs in diplomaticis Fundator atque /b/ constructor celebratur. Is nova cum Imperatore Ludovico affinitate contracta, non omisit assuetam pro Monasterio privilegiorum confirmationem impetrare, ut constat /c/ ex diplomate superiùs adducto; licet cæteroquin Servitia regia aspernari videretur; nam teste analista Saxonico, prædictus Ethico vel Welfus erat egregia libertatis Princeps, qui nunquam alicui, nec Ipsi Imperatori pro aliquo beneficio /d/ se subdidit Domitio. ex qua progenie per successiones temporum descenderunt tres fratres, Rudolphus, Ethico, qui et Welfus et Conradus. ex quibus verbis corrigendus anonymus Weingartensis /e/ cùm isti tres fratres non dicantur filij Ethiconis Senioris, sed primùm per successiones temporum ex eius progenie descendisse, interpositis nempe quibusdam generationibus. appositè nihilominùs de isto Ethicone, eiusq; patre Welfone scribit: /f/ Ecclesias regales, scilicet constantiensem, augustensem, frisingensem, curiensem, campidonensem, utinberensem, magnis prædijs et magna familia ditaverunt: quandam verò ex Integro b. c. d. e. f.

/a/ Illustrissimi Marschalli de Thurlauben in Dissert. Diplomatica de Regibus Burgundiæ.
/b/ charta II. et X.
/c/ vide Suprà ad annum 880.
/d/ apud Eccard. in corpore histor. medij Ævi to. II. pag. 669.
/e/ Mss. aug. Divit. et edit. Canisij to. I.
/f/ Ibidem.

-tegro à primo fundamento, quæ adhuc ad successo-
-res spectant, honorifice construxerunt; inter quas
merito numerandum Rhenaugiense Monasterium,
cuius Abbas Wolvenus II. eodem sæculo XII. quo
Anonymus scripsit, comparet.

823. Anno octingentesimo vigesimo tertio Genuit Iu-
-ditha filium Carolum postea Imperatorem Carvem
825. dictum, Patrem Ludovici Balbi Regis Francix occi-
-dentalis. Biennio insequuto Ludovicus Imperato-
-ris filius cum Hemma conjuge primum Bojariam adiit,
licèt jam pridem eius regni tax designatus [g]. g.

827. Inter hæc sidus Rhenaugiæ faustum in Hiberniæ
S. Fintani provintia Laginiæ exortum est, Fintanus nato Pa-
primordia. -tre cive, ac inter præcipuos illius Gentis milite.
huius primordia inter inimicos horrida ex scri-
-tore coevo Monacho nostro, natione paxiter Iiber-
-no [h] paucis damus. Iuventute cum pietate ex- h.
-acta, iubetur à patre, sororem à Nortmannis
captam pensato lytro redimere: at ipse à perfidis
gentilibus captus, mox tamen divino nutu liberta-
-ti restitutus fuit. Nec minus mirandum, quòd ip-
-dem Nortmannis alia impressione facta domum ipsam,
in qua degebat Fintanus, pernoctantibus mirabili-
-ter subductus fuerit, ut nec videre quidem præsen-
-tem possent. Verum maius periculum imminebat
ex discordijs inter Principes patriæ exortis, quo-
-rum una cum patre Fintani auxilia tulisset, host-
-es domum paternam incendunt, foràsque product-
-um una cum altero filio interimunt. Fintanus per
medios ignes et hostes, divinâ eum gratiâ prote-
-gente elapsus, vindictam facilè à Fintano pe-
-cuniæ pactis redemere inimici: qui tamen beleum
conscientiâ ductus prodictum vi convivio per simu-
-latam amicitiam instructo Nortmannis tradide-
-runt. Diutiùs hi detinuêre captum, quatenque
alter alteri vendiderunt; donec postremo domino
in patriam reverso, strenuè in navali pugna fi-
-dem suam probavit. itaque mitius aliquantò ha-
-bitus, cum in uram ex orcadibus insulis deveni-
-sent, sua à libertatem consequi decrevit, latuitque
primò in spelunca licèt maris fluctibus pervia;
tandem post triduum lumini in perpetuum ser-
-vitium, ac spontaneam peregrinationem se de-
-vovens, se misit in mare, qua parte, licet vasto

---

[g] Brunnerus to. II. pag. 75.

[h] Ex Mss. et Impressis apud Goldastum, et Mabillon. in Act. SS. O. S. B. part. I. pag. 377.

sinu interposito, in continentem eluctari pos-
-se videbatur. mira dicturus sum! verba
sunt Synchronici: ita continuò divina pietas
vestes eius rigidas fecit, ut his sustentatus
mergi nequiverit, et quasi ipsarum nata-
tione, potabili videbatur, per tumidos fluctus
illæsus veheretur ad terras. terra hæc alia
præter Scotiam esse haud potuit, quæ proxima
Insulis orcadibus est; ubi post biduum diræ ine-
-dia transactum devenit, ad Episcopum, qui quon-
-dam in Hybernia litteralibus disciplinis fuerat
eruditus; cum quo per biennium comoratus,
multis humanitatis eius structus beneficijs. hæc
istis temporibus, diversis tamen annis peracta,
hoc loco simul ob oculos ponenda censuimus.

829. Bellis domesticis contra Iuditham

Anno octingentesimo vigesimo nono Ludovicus
Imperator Wormatiæ [i] Carolo filio ex Iudith i.
Augusta nato terram Alemannicam et Rheticam,
et partem aliquam Burgundiæ, coram filijs
suis, Lothario et æquævo Ludovico tradidit
illis cum Germano Pipino indignantibus. quare
[k] Lotharius, quasi justa querimonia reper- k.
830. -ta, anno sequenti ad compendium Patre super-
-venit, reginam velari, fratres eius Conradum
et Rudolphum tonderi curavit, atque in aqui-
-taniam Pipini servandos comisit. adnitente
nihilominus Ludovico Bajariæ rege ad modicum tem-
831. -pus regina cum fratribus restituta; nam Lotharij
reliquis provincijs extra Italiam à Patre muleta-
-tus Ludovicum quoque fratrem sub specie resta-
-randi statum Reipublicæ contra patrem anima-
833. -vit, qui anno octingentesimo trigesimo tertio im-
-minentibus festis paschalibus cum ingenti exer-
-citu totam occupavit Alemanniam ac Franciam
orientalem; unde præcipua illius posthac in char-
-tis Epocha. Tum junctis cum fratribus copijs,
[c] in campo magno inter argentariam et Basi- c.
-leam Patrem ad deditionem compellit, Regina
Iudith ad partes Italiæ in civitatem Tartonam
ablegata. Iudithæ fratres eâdem tempestate
abrepti; quin imò omnes Welphicæ Gentis pos-
-sessiones vastatæ, non in Italia duntaxat
per Lotharium in pagis Tartonensi, et Vero-
-nensi, sed et in Alemannia per Ludovicum, ubi

[m]

---

[i] Theganus n. 35.

[k] Nithardus de dissensionibus filiorum Lu-
-dovici pij. Lib. I.

[c] Theganus n. 42. Nithardus lib. I. edit.
Boecleri pag. 861.

/m/ à communi aliorum cœnobiorum clade Ehenaugia exempta nullatenus fuit. m.

Ehenaugia quoqs succumbit.

Ex posterioribus diplomatibus id solùm constat, /n/ Parentibus Welfeni inter se litigantibus atque vastantibus locum pœnè stirpatum fuisse, ubi sub nomine parentum tam consanguinei quàm affines meritò intelligendi. et Nithardus /o/ hac occasione nobilium studia divisa fuisse testatur. quibus tamen turbis intermortuum Ethiconem fuisse, ex alia Welfeni charta conjicitur, ubi ait /p/ post discessum antecessorum ab inimicis hominibus cœnobium pœnè fuisse destructum. cœnobium enim non solùm Welfone avo, sed etiam Ethicone Patre, primis fundatoribus, non erat, qui utcunque imminentia pericula averteret, unde cœnobium à familiæ Welphicæ inimicis direptum, ac ferè extirpatum fuisse, miran-dum non est. n. o. p.

Exauthoravit eodem anno Lotharius inaudita audacia compendij Patrem, atque cœnobio perpetuò detinendum incubuit. quod factum exhorrescens Ludovicus rex noster primò legationibus, deinde armis adeò præclarè remegit, ut pius Pater pristinæ dignitati atque auctoritati restitueretur, Carolo loco Allemanniæ /q/ quæ deinceps sub dominio Ludovici nostri permansit / assignata aquitania. verùm pro restaurando Ehenaugiæ cœnobio longioris temporis intervallo opus fuit, licet tam Judithæ fratres Conradg et Rudolphus, quàm ex Ethicone nepos Welpho mox avitas gentis possessiones, atqs etiam ampliores fuerint adepti; scribit enim anonymus weingartensis de Ethicone, alijsque similibus Welfis, quod fuerint /q/ in tantum ditati, ut divitijs et honoribus regibus præstantiores, ipsique romano imperatori homagium facere recusarent, et viribus propriis confisi, omnes terminos suos per se magna fortitudine et industria defenderent; domum quoque suam regio more ordinarent, et ita quasq officia in ea, id est, ministeria Dapiferi, Pincernæ, Marschalci, Camerarij, Signiferi, per comites, vel eis æquipollentes regerentur. q.

Ludovicus rex orientalis Franciæ.

834.

/m/ Mabill. anal. ad an. 832. n. 9.
/n/ charta 9.
/o/ l. IV. de dissensionibus filiorum Ludovici.
/p/ charta 10.
/q/ Edit. à Canisio. Koelerus apud Wegelin thesauri Suev. to. II. dissert. 9. ad finem.

Wolfenus Fundator Tertius seu Restaurator.

Anno 835. Wolvenus.

Wolfenus vir Nobilis in Alemannia, in chartis nostris celeberrimus, filius [a] Ethicomis, Monasterium Rhenaugiæ ab antecessoribus suis fundatum, sed ab Inimicis hominibus vastatum, restituere, propriis negotijs occupatus, ac præsertim bellorum motibus implicitus, haud potuit, quamvis Monachi in eodem loco non penitùs sed penè stirpato jugiter persisterent. alia igitur hic urbis facta ex chartis, ac monumentis publicis ad rem nostram facientia prosequemur.

837. quosdam fundos in Turgovia Bobio donavit.

Anno vigesimo quarto Ludovici Imperatoris, et Ludovici Junioris regis Alemannorum quinto, quæ alius à trigesimo septimo huius sæculi esse non potest, in quadam [b] charta S. Galleni occurrit sub Gerolde Comite, et Bernico Abbate, Gozbertus Monachus Sacrarius, Sacratarius seu Sacrista. Is circa idem tempus [c] ad Bobiense Monasterium fuerat destinatus pro obtinendis reliquijs S. Columbani; ex quibus aliquas partes consequutus est [d] Wolfenus noster dicto anno gratitudinis ergò ad Ecclesiam S. Columbani in pago Turgowe in Loco, qui dicitur Wangas [Wangen] ubi S. Columbanus olim habitare voluerat, prope Marcha Retiæ, quosdam fundos donavit, cum alijs filijs in Marcha Tucionniæ [Tuckgen] quos à Riesero acceperat, cum quo postea et alter Gozbertus comes Benefactor noster se commutationem quandam fecisse [e] testatur. adscribuntur huic chartæ filij Wolfardi seu Wolfeni Ruatpert et Bosso.

838. Novis in Imperio turbis.

Infesta denuò armis vicinia nostra fuit, cum Ludovicus Imperator [f] filio æquivoco regnum orientalium Francorum, quod ab eo acceperat, interdixit. quod ille invidiâ pravorum factum sciens [g] in Alemanniam anno trigesimo octavo irruit, et Bernico S. Galli Abbate, partibus adversis favente, depositor,

---

[a] Ecard. orig. Guel. to. II. pag. 114.
[b] ex Archivio S. Galli.
[c] Ermenricus Monachus augiæ Divitis ad Grimaldum Abbatem S. Galli.
[d] Muratorius antiq. Ital. to. I. pag. 275.
Scheidius orig. Guel. to. II. pag. 240. – 242.
[e] charta XIV.
[f] Hermannus.
[g] Mabil. anal. to. II. n. d. et 14.

Engelbertum subfecit, post triennium denuò abbatiam Grimaldo archicapellano cessurum. at Imperator vi fœdium expulsurus anno sequenti trigesimo nono, ad lacum ejus Brigantinum profectus deduxit, ibi festo paschæ celebrato apud Bodamum filia reconciliatus. verùm vix anno interposito Ludovico filio se privatum dolens, multis sibi adnatis, per Alemanniam, quæ debitum repetens regnum Francorum [i] contra quem pater electa aquitania copias colligit, nempe per Schavorum gentes laboriosè Bojariam repetere coegit. Imperator morbo correptus, in insulam Rheni prope Ingelheim ductus, designato in imperium Lothario filio xiv. kal. Iul. obiit. Igitur Ludovicus [k] collectis copijs ann quadragesimo primo occurrit Adalberto Comiti Imperatoris Lotharij Duci, cum in territorio Retiensi cum multis alijs victor prostravit tertio Idus Maij, quare conligit, in quit Annales [k] ut Siculi regna, ita et Monasteria diversis Erroribus atque Laboribus quaterentur. Inde transito Rheno adnatis cum fratre Carolo copijs, cum Lotharij magnam appetente de partitione regni concordiam non possent, juxta Fontinatam villam v. kal. Julij acie conligunt, et innumera strage facta Ludovicus et Carolus castris potiti sunt, Lotharius ad aquense palatium fugiente. Diutius frustrà tentatâ concordiâ, tandem Virduni anno quadragesimo tertio partitio regnorum inter fratres sacramento firmata, ubi denuò Ludovico obvenit Germania, Pannonia, Noricum, Alemannia [l] et nonnulla civitates cum adjacentibus pagis trans Rhenum propter vini copiam. Eodem anno iv. kal. Maij [m] Judith Imperatrix, Fundatorum filia, soror et Matertera obijt in Comitatu Caroli filij, sepulta Francionis apud S. Martinum. sequenti anno Sororum morte secatus Conradus Comes, Pater [n] Hugonis Abbatis S. Medardi, Welfi Abbatis Centulæ, et Conradi Junioris Ducis Burgundiæ.

Pace Virdunensi optatæ tandem tranquillitate reddita fuit Alemannia; unde Monachis

839. h.

841 i. i. k.

Lotharijs casu, 842. l.

843. Pax restituitur. c. m.

n.

---

[k] annales Francici Fuldens.
[i] Hermannus. [k] apud Goldast. pag. 6.
[l] regino, et Sigebertus Gemlacensis.
[m] Hermann.
[n] Mabil. to. II. anal. pag. 614.

844. Zinlos Benefactor primus.

Zhenaugiæ ex tot malis eluctantibus paulà liberiùs respirare licuit, nox enim sequenti anno prima inter chartas, ex tubris illis residuas /o/ data est, quà Fratres nostri concambiam quoddam inierunt cum Zinlone, cui dederunt quædam bona in Sezilinheim in pago Alpegowe, ad dies vitæ fruenda, et ab eo vicissim receperunt alia in villa Loucharinga pagi cleggovensis. quapropter Zinlos primus inter benefactores, quorum memoria superest, meritò salutatur, cùm id cogitans de æterna Beatitudine secisse perhibeatur. celebratus fuit iste tractatus ex consensu Fratrum per concessionem Gozbeeti Comitis, qui utrum advocatus, an missus regis fuerit, ambiguum est: Abbatem verò nullum Zhenaugiæ tunc præfuisse ex hoc loco satis luculenter colligitur, qui alias, prout in reliquis chartis, procul dubio sæpiùs adscribendus.

Comes porrò cleggovie notatur Adilbertus et annus secundus ejusdem pacis Ludovici regis, cuius præsentia frequens in vicinia nostra, nam et anno 846. juxta lacum Brigantinum, /p/ secundo Nonas Aprilis Paschæ celebravit. p.

846.

S. Findanus, peregrinatione peracta,

Opportunè hoc tempore Findanus ad Wolfenum tertium Zhenaugiæ Fundatorem arcessit atque restaurandi ex integro Monasterij occasionem præbuit; cuius itinera jam breviter prosequamur. Biennio apud humanissimum Episcopum in Scotia exacto /q/ ut votis denuncupatis satisfaceret Findanus, socios quosdam sibi adscivit, inter quos procul dubio hybernus ille fuit, ipsius Nomini fere superstes Findecanus, qui in perpetuo eius comitatu persistens, monachum dum ipso Zhenaugiæ induit, vitamque eius litteris consignavit. tum licentia et benedictione Episcopali, propere grinis aspecta, instructus, galliarum partes ad S. Martini Sedem turonos adivit. posteà Franciam, Alemanniam, Longobardiamque peragrans proprio pedum labore Romam pervenit. inde reversus, cum alpes Rhæticas superasset /r/ ad Monasterium Fabariense divertit; ubi deliberans, quorsum habilitatis suæ locum inquireret, per visum divinitùs Rheticas r.

/o/ chart. I. et apud Hergott Genealog. dipl. to. II. chart. 49. ad annum 844.
/p/ anal. Fuld. /q/ ex vita mss. c. 4. et 5.
/r/ Ibidem cap. 8. Mabil. anal. Bened. to. II. l. XX. ad an. 727. pag. 79.

edoctus est: eum locum sibi destinatum, ubi fluvius, nempe Rhenus haud procul Sabaria dissans, frequenti circuitu, per reflexos aquarum decursus plures efficeret Insulas: quam quidem visionem S. Fintanus ipsi Scriptori impulsus assiduè coactus aperuit.

847. ad Wolvenum divertit.

Digressus igitur Sabaria ad Wolfenum Nobilem virum in Alemannia anno 847. pervenit, eumque in clericatu per 4. annos permansit, eidem se in omni virtutum Genere praesertim abstinentiâ probatum reddens. Clericum itaque fuisse S. Fintanum, ex hoc loco constat, quò ordine procul dubio à Scotiæ illo Episcopo initiatus fuerat, ut non nisi obtentâ eius licentia iuxta canones peregrinationem suscipere auderet; cæterùm cùm in libro Fratrum conscriptorum nomen Fintani nulla nota presbyteri, Diaconi aut Subdiaconi afficiatur, prout in reliquis contingit, minorem duntaxat Lectoratûs ordinem intelligere possumus, nisi jam tunc nomen clerici pro litterato acceptum fuerit, quò in Ministerio viro Nobili sua Servitia praestiterit. Meditanti igitur Wolfeno restitutionem Monasterij à Majoribus conditi, procul dubio Fintanus stimulos addidit, quò eò promptiùs Monachatum suadenti Domino pariret, quòd eundem locum caelitùs sibi designatum agnosceret. Monachus itaque Rhenaugiæ factus est Fintanus anno octingentesimo et quinquagesimo primo, atque mox insigni virtutum exemplo [s] Monasticæ per- s.
fectionis normam præsentibus initiavit et futuris.

et Restaurandi Monasterij Instaurator fuit.

ut autem Wolfenus, disciplinæ restaurationi præprimis intentus, veteranis quoque Monachis emergentem ex ruinis Rhenaugiam instrueret, ex Monasterio S. Galli, regulari instituto tunc temporis florentissimo, atque aliàs sibi notissimo subsidia duxit comparanda. etenim anno 849. eidem S. Gallo [t] t.
849. bona quædam incentivatis, Kemsraten prope Capersvilam, dono dedit. anno 850. praesentiam suam sub comitis titulo Abbati Grimaldo accomodavit [v] commutationem quandam faci- v.
850. cuti

---

[s] Ex officio Ecclesiast. Msc. Saeculi XI.
[t] apud Goldast. Alaman. antiq. to. II. par. I. pag. 42. 43. ubi littera Dominicalis exigit annum 846. sed annus Regis 24. ab edita Bojariâ designat annum 849.
[v] Ibidem pag. 32. pagus ab Argen dictus, ubi Cubinacha, Liebenau, inter Tetnang et Argen —.

enti in pago Argungowe primaria Welforum
sede conspicuo. anno 854. Idem Wolfenus
unacum patruele Suo Conrado Duce Burgun-
diæ in S. Gallo [w] præsens fuit emancï- w.
pationi cuiusdam clerici. eodemque de-
mum anno cuidam precariæ [x] in x.
Cozzegrono. Gozzau. adstitit unacum
prædicto Abbate Gramaldo, Hartmuoto
Decano Guelphidæ Gentis Sureculo. [y] et y.
Adalhelmo Comite turgoviæ, in chartis
Wolveni [z] mox referendis notissimo. z.

---

[w] Ibidem to. III. pag. 54. ubi Mendose
Honoratus loco Wolfratus Comes Scri-
bitur, nam Germanis tunc nulla latina
nomina, alij ob litteram dominicalem
reponunt chartam ad annum 847.

[x] Hergott Geneal. Dipl. to. II. charta 59.

[y] Ekkardus Junior de Casibus S. Galli
cap. III. eum vocat Rudolfi Regis Bur-
gundiæ cognatum.

[z] charta II. X. et XXXIII.

~~Abbas I.~~
Gozbertus I.
Abbas Rhenaugiæ I.

Wolvenus igitur ex Monasterio S. Galli sibi adeò familiari subsidiarijs evocatis, serio de eligendo Abbate cogitare cœpit, atque unanimi fratrum consensu in Gozbertum collimavit, sibi jam pridem notum, à quo nempe S. Columbani reliquias olim obtinuerat, cùm à patruo suo Gozberto Abbate S. Galli ea de causa ad Bobiense Monasterium ablegatus fuisset, quo in itinere lacu mersus /a/ non sine manifesto miraculo incolumis evasit, teste Ermenrico Monacho augiensi in epistola ad grimaldum S. Galli Abbatem, in qua epistola satis commendat Gozbertum nostrum. Cum enim narrasset Walafridum augiensem Abbatem cœpisse etiam metrico carmine vitam S. galli scribere, sed morte præventum /b/ non absolvisse, hæc subdit: unde ego rogatus sum à quibusdam Fratribus, et præcipuè à devotissimo Gozberto, ne dicas Calvo, sed pilis cephali accretenus nudo, omni tamen sancta benevolentia pleno, felicissimi Abbatis Gozberti Nepote &. distinguendus nihilominus Gozbertus noster, ab alio eiusdem nominis S. Galli Monacho. Hic enim portarius, et exportariis factus est demum Præpositus, noster verò Sacrista fuit, et in Chartis S. Gallensibus sæpiùs cum portario et præposita ante annum 851. comparet; ab hoc autem anno solus ille noster verò in S. Gallo haud amplius reperitur.

Anno 851. Gozberto Abbas S. Gallo postulatus.

852. Cum Ludovico rege confirmatus.

Anno 852. magna Synodus /c/ et generalis conventus Moguntiaci à Rabano Archiepiscopo et Ludovico rege habitus, in quo multa correcta sunt. ad hanc ergo Synodum profectus est Wolfenus, et adhibito testimonio Rabani Moguntini, et Salomonis Constantiensis Episcoporum, nec non Abbatis Solowini Augiensis, aliorumque Principum, primum Regium Ludovici Germanici impetravit, quo confirmantur præcepta Caroli Avi, et Ludovici patris Imperatorum, jam olim Rhenaugiæ concessa, eligendo nimirùm liberè Abbatem utpote advocatum e Monasterij. Tertij huius Moguntini concilij acta fermè hoc nostro diplomate absolvuntur,

---

/a/ Brulisover chron. S. Gall. to. 1. L. III. cap. 19. Mabil. analect. pag. 420.
/b/ Hermannus ann. 840. obijsse scribit.
/c/ Herman. et Annales Fuld.

Gozbertus I.

Licèt cum multis erroribus ac magna lacuna edi- /d/ d. e.
-to /d/ Narratur tamen /e/ in auctographo quo-
-diter Monasterium Thenaugia ab Ivo et Ihtre
Wolveni Nobilis viri in Alemannia constructum,
ac post vastationem ab ipso restauratum, ubi
nuper quidam Monachus Gozbertus ab eodem
Wolveno atque à Fratribus Abbas electus fu-
-erit; quem proinde ex confirmat, potesta-
-te tributa, intùs et foris regendi Monasteri-
-um; quò decedente alius ex fratribus sibi de-
-gentibus per ipsorum electionem substitu-
-atur. cùm porrò advocati debita potestate
perhibeantur abuti, ita ut qui deberent esse
modesti defensores, jam effecti sint rapaces
et injuriosi exactores, statuit ex, ut nemo
eam potestatem sibi vendicare, aut quasi hæ-
-reditario, vel alio quocunque jure arroga re
præsumat, nisi, qui ab Abbate et à Monachis
fuerit electus. Is verò non alium sibi substi-
-tuat; sed quoties ab Abbate vocatus fuerit,
judiciariam ibi potestatem exerceat, Bannо
regali ipsi contradito; ex quibus apertè li-
-quet, Monasterio Thenaugiæ à primæva fun-
-datione præter possessiones atque proventus,
jurisdictionem quoque amplissimam fuisse
propriam, utpote per Bannum /f/ regale
exercendam. Hoc igitur Diplomate impetrato
Wolvenus Gozberto Monasterium regendum
comisit: atque adeò Supremam civilem au-
-thoritatem sive restaurationi adhibuit,
quam /g/ obtinuerat Domino Nostri Jesu
Christi, et pro remedio animæ suæ, et ante-
-cessorum suorum sub honore S. Mariæ
virginis inchoaverat, ut autem neque Ec-
-clesiastica potestas, quam ab Episcopo Con-
-stantiensi Salomone jam obtinuerat, nullo
modo sibi deesset, statuit adire Romam-
-ditiones suas in Italia diversas, unde ipsum
sacris Regijs dictatum redire videbimus.

Interea imminente anno 858. die 4. Maij
Gozbertus Abbas, atque eiusdem nominis comes

/d/ concilium Germa. edit. Hartzheimij to. II.
pag. 168. Emendatiq edidit Senkenberg.
rer. suevi. regel. to. II. dissert. 11. Can-
-ones to. I. pag. 332.

/e/ charta II.

/f/ Du Cange pag. 650. Adelhelmus Comes
Turgoviæ in hoc Diplomate Nominatus oc-
-curit anno 859. in Charta Hergotti 89.

/g/ charta X.

Cum privilegio Eligendi advo-
-catum.

858. concambium cum Thietone.

Hist. Eccles. Helvetiæ.

Abbas I.

Comes Gozbertus, procul dubio advocatus, et forte idem, qui in charta Lupoldi de anno 894. nominatur, authoritatem suam praestiterit cuidam concambio facto inter Monasterium [h] et Presbyterum quendam Thiethenum, continentem quosdam agros de Basendingen pagi Turgoviensis, cui jam Adilbertus Comes praerat. Eodem anno Rex Ludovicus [i] nobile coenobium virginum ad honorem Christi Martyrum Felicis et Regulae Turegi fundavit, cui filiam Hildegardem praefecit Abbatissam, ac subinde hujus sororem Bertam.

§ 54.
Sancta Fintani inter Fratres conversatio.

Ab hinc Regia Fintanus [k] Discipulus restaurator zelosissimus, loci ad incrementa virtutum suo trahebat exemplo, in regularibus observantijs exactissimus. quin et bellaria augustus [l] Clericis inter fratres degerat, occultè tamen lectissimijs supponebat lapides, ut duritie stratis membra domaret; tum post brevissimum quietem sese porrigere solitus canonicas vigiliarum horas praevenebat [m] et quod reliquum noctis erat, in Dei laude consumabat. Parsimonia deinde et obedientia singulari studio intentus, cum Abbatis Gozberti [mm] anno quidem quarta parte panis sibi deputata abstinuit, altero semi-lixa, tertio quartam duntaxat pro se servans, reliquas pauperibus erogare consueverat. Ideò tamen à tentationibus haud liber, cum in festo S. Patritij, singularis Hyberniae Patroni, tanta eum fames urgeret, ut partem totum manducaturus videretur; mox in orationes et lachrimas effusus, quas incomparabiliter fundere solebat, voce coelesti recreatus, edacitatis vitium profligavit. asseruit scriptor coelestem illam vocem Cimbrica Hyberna, quâ et saepius in decursu utitur, demonstrans, sese eâdem patria cum Fintano procreatum esse. at malig. daemon Fintani victorijs irritatus, quadam nocte, cum ille consuetudinarijs incumberet oratio-

[h] charta IV. et Hergott Gene. Dipl. Haut. 83.
[i] Mabill. anal. to. II. ano 853. n. 67. Hotting. Hist. Eccles. to. I. eodem ano. Hergott diploma exhibet to. II. part. I.
[k] charta Episcopalis prorexhumatione 1146.
[l] vita. Sub Wirtzburgae vixisse, habet Steiner edit. prima pag. 253.
[m] officium. [mm] sub Gozberto vixisse S. Fintanum tenet Mabil. ac Ll. Sae. IV. et anal. Lib. 26. pag. 351.

-nibus, in similitudinem cuiusdam hominis mirae Magnitudinis, quasi immanissimus Gigas, lingua emissa, manibus expansis, oculis minacibus terrere aggreditur: sed Signo crucis elisit omnis fumus evanuit; ipse verò intrepidus matutinalia coram altari in modum crucis stans explevit officia.

Wolveng. Romæ S. Petro Mnium comendat, et reliquias

Verùm Fintano ad eximia cælestia Beneficia occasionem præbuit reditus Wolveni ex Italia. Is ubi Romæ Monasterium restauratum, pro more illius ævi, in [m] S. Petro Apostolorum Principi, quem ex hinc singularem præ cæteris Patronum elegit, obtulisset, atque Successori eius Leoni IV. comendasset, multas Sanctorum exuvias pro ornando ditandoque Monasterio impetravit. [n] [o] Inter quas præ reliquis eminebant reliquiæ S. Blasij Episcopi et Martyris Sebastenis. [p] has ut speciale

8 55.
S. Blasij refert.

cum honore solemniter excipierent, prævia mandavit Wolvenus, parabantur omnia tanta festivitati necessaria. at Fintanus more suo per noctem in Basilica deambulavit subitò corporalibus oculis columbam super altare consedisse, quò reliquiæ S. Blasij die superventuro erant collocandæ, sensimque inde in criptam volantem dispariisse. crastina ergo reliquiæ S. Blasij super eodem altari fuêre depositæ, ac veneratione exhibita procul dubio in cripta observatæ, sacello nempe subterraneo in ipsa Basilica sacris eiusmodi usibus destinato. verùm

In quarum cultu S. Fintan cælesti promissione recreatur.

Verùm reliquæ, quæ mortali homini accidere possunt, facilè illud excedit, beneficia, quò eodem adhuc anno 863. Fintanus per eximium Patronum S. Blasium fuit affectus. contigit namque, ut similiter nocte intra Basilicam solus existens, prædicti Martyris suffragia sub verbis imploraret: S. Blasi, qui peregrinus his locis, sicut et ego, esse cognosceris, pro meis ad Deum intercede peccatis! cùm hæc ingeminans lachrimas more suo uberrimè fudisset, stans ante altare, quò Sanctæ positæ fuerant reliquiæ, non inclinatus, sed erectus, sed tamen, ut referre solebat, obtutibus paulisper obtenebratis, vocem audivit huius-

---

[n] Notabilis anal. ad an. 851. &c.
[o] charta X. reliquias Sanctorum ibi recondens.
[p] vita S. Fintani, S. Blasij reliquiæ huc ad Rhenaugiam de Roma venerunt, priori anno, quò claustrum erat ingressus.

Abbas I.

huiusmodi: Sedes tua in cælo jam dimissis pec-
-catis parata est. qua divina voce recreatus om-
-nem creaturam secum in dei laudem excitavit.
Hic idem animus emorticalis fuit Leoni Papæ IV.
cuius obitus contigit die 17. Julij, quo eius festum
celebratur, statimq; die 22. eiusdem mensis Ie-
-fectus Benedictus III. [9] obijt quoque Lotharius q.
Imperator, postquam Ludovicu Monachum indui-
-set, cui in Imperio et regno Italiæ successit eius
filius Ludovicus II. Chenaugiæ quoque Monasti-
-cam vitam assumpsit Meginhart Presbyter Bene-
Meginhart
Benefactor. -factor eximius se [q]ui pia æterna retributione r.
animæ suæ, parentum, fratrio, ad sororum suarum
tradidit eccliam in Mettingen pagi Albegovensis,
cum terris, ædificijs, campis, sylvis, aquis, Mon-
-cipijs &c. regnante Ludovico rege anno prima Be-
-nedicti Papæ tertij. occurrit in hac charta pri-
-ma vice S. Petrus additus Deiparæ Virgini Mo-
-nasterij Patronus, post Romanum nempe Vaben-
-iter. Curtis porrò ida in Mettingen [s] placata ejus s.
cum præfectura in feudum collata est Nobilibus
de Münchingen. Gozbertus I. Abbas Chenaugiæ
decessit non comparet, incertum, utrum morte,
an reditu ad S. Gallense Monasterium ablatus;
cui successit per electionem. Fratrum ex gremio

Antwarth Abbas II.
Chenaugiæ et Cellæ Abbas.

Anno 856. Antwarthum inter Abbates nostros Goz-
Otwart Abbas -bertum et Wolvenum interponendum esse, constat
tum ex catalogo Fratrum conscriptorum S.
Gallensi, tum ex ordine Instrumentorum in
Chartulario repositorum. exhibetur namque
eius nomen in charta septima in qua legitur
Monasteriem Chinaugia, ubi Abba Antwarth
præesse videtur. atqui hanc ipsam chartam
sequitur altera data mense Junio anni 857. ne-
-cesse est igitur, præcedentem cum Abbate Ant-
-warto collocandam esse ad annum 856. cum
mense octobri data reperiatur. Huius Abba-
-tis regimen, licet modico tempore circum-
-scriptum, magnis tamen factis turget.

Cellam Albam Imprimis occurrit Chenaugiæ facta
traditio Cellæ Albæ, illius nempe Monaste-
-rij, quod postea sub nomine S. Blasij tota Eu-
-ropæ inter prima Lyndea inclaruit. No-

---

[9] Hermannus.
[12] Charta IV.
[s] ex libro coëvo Feudorum pergameno.

litia huius /a/ traditionis publica habetur in chartulario, cuius scriptor saeculi duodecimi addidit annum primum Nicolai Papae; et hinc viris doctis occasionem praebuit, hoc factum differendi ad annum usque quinquagesimum octavum eius saeculi. Verum cum Nicolaus primùm electus fuerit Pontifex die vigesima quarta aprilis, et contrà diploma Ludovici Germaniae regis secundum, in quo Henaugia confirmatur cella in Alpegowe, quae dicitur Alba, signatum sit die duodecima eiusdem mensis, impossibile planè est eam traditionem non contigisse ante Pontificatum Nicolai. accidit, quòd /b/ plerique historici eiusdem aetatis cum nostro scriptore electionem Nicolai anteverterint, cuius opinionis fortasse et ille fuit. quapropter ordine chartarum servato potiùs retinendum duximus annum quinquagesimum sextum, cum instrumentum cellae Albae praeponatur chartis supra memoratis eidem ac subsequenti anno datis.

a. ✓

+ nonis.

b.

à Sigemaro oblatam suscepit,

Fertur, locum cellae ad ripam albam in Sylva Nigra seu Marciana jam antehac à quibusdam pijs Eremitis, quos Fratres ad Albam dixerint, habitatum fuisse, quibus ad vitam Monasticam aspirantibus vir nobilis Sigemar procul dubio fundas addidit, cellamque construxit, quam adeò ut /c/ eam sibi propriam Monasterio Henaugiae tradidit, singulari devotione erga Beatissimam Virginem ductus, cuius cultum promovere ac stabilire hac sua donatione intendit. Mos insolitum erat, cellas novas Monasteriis, ut regularis disciplina in illas induceretur, atque etiam temporalia fundatio conservaretur, securiùs, in quas ad minimum sex Monachi exponendi erant, qui divinis officijs ex praescripto regulae vacarent. unde Sigemar, fama restauratae disciplinae motus, praepotenti ac celsissimo Welveno cellam hanc suam comendare non dubitavit, qui in Alemanniam reversus Tutelam Hereditariam Henaugiae denuo in se susceperat, fortasse etiam cognatione attingebat Sigemarum virum Nobilem, conjectura /d/ ex oppido Singmaringen deprompta, cuius dynastae Hochenzollerani hodiedum à viris /e/ eruditis ad Guelphicam Gentem referuntur.

+ comendare /

c.

d.

Qui cum Filio

Habebat filium Sigemar Cuntherem

/a/ charta V.
/b/ Sigebertus Gemblacensis ad an. 857.
/c/ Charta VI.
/d/ Goldast. Rer. Aleman. to. I. pag. 132.

Abbas II.

Monasticen Rhenaugiæ profitetur.

nomine Rhenaugiæ Monachum [f] cuius intuitu, nec non et proseneipso eam traditionem fecit; nam filium in pio instituto mox sequatur, et ipse Monasticen testè Catalogo S. Gallensi Rhenaugiæ, quin etiam cella alba professus est; unam enim congregationem utrumque Monasterium tunc constituebat. eadem traditio duplici manuscripto Sæculi XI. continetur, in quo et Liuther Monachus dicitur, et nomen cellæ albæ diserтius explicatur, dum additur: quæ nunc dicitur S. Blasij. credibile est speciali regia authoritate factam fuisse hanc incorporationem, quæ ipsam traditionem præcessisse insinuatur per verba: Sub confirmatione tradidit; diploma enim Ludovici Secundum, in quo inter alias possessiones Rhenaugiæ numeratur cella alba, primum post Biennium fuit datum. exprimuntur in eodem diplomate mox post cellam albam [g] duæ aliæ donationes in pago Argego vensi, quæ eodem fermè tempore præcul dubio intuitu cellæ albæ Rhenaugiæ sunt factæ.

[f]

[g]

S. Fintanus sponte reclusus.

Erat hoc anno S. Fintanus nondum reclusus, ac proinde potuit, sicut Rhenaugiæ, ita et in cella Alba [h] Monastica perfectionis normam præsentibus initiare et futuris, quamvis viri alij, ut Sigemar et Liuther pro curando illo negotio non deessent. vergente nihilominùs ad finem mense Augusto Fintanus hoc ipso anno 856. transacto inter fratres solido quinquennio [i] cum Majore perfectionis amore succensus in arctissimo loco recludi cuperet, instantissimis precibus Domini voluntatem scire laboravit; unde huiusce modi vocem desuper delapsa in proposito fuit confirmatus: licet tibi à Deo postulos remeare. ubi cum inaudita corpus abstinentia perdomare cæpisset, primis hujus reclusionis diebus vehementiùs gulæ vitio fuit tentatus, ut usque ad lectionem Evangelij à cibo abstinere non posse sibi videretur. verùm Implorato suffragio S. Aidani Episcopi, [quem obiisse refert Hermannus anno 66 x.] cuius festivitas die 31. Augusti celebrabatur, voce cæleste denuò confortatus fuit. Sed enim invidus virtutum progressibus Dæmon scrupulum ex opposito Fintani animo ingessit, quòd totum fere victum pro sustentatione Monachorum deputatum pauperibus erogaret, quam videm

[h]

[i]

---

[f] Liber Fratrum conscript. S. Galli.
[g] charta X.
[h] officium Mſc. Sæculi XI.
[i] Vita.

tentationem per interventum /k/ Sancti Columbæ Hiensis Abbatis et Hyberniæ Apostoli feliciter superavit. Describit porro scriptor vitæ tunc præsens locum, cui Fintanus inclusus, quem sæpius artissimum, et semel pœnalem vocat, situmque fuisse ad Septendrionalem partem Basilicæ S. Mariæ Genitricis Dei, et Domini Nostri Jesu Christi. ex eo patebat fenestra ad Ecclesiam, ut officium et Evangelium audire posset; nam Basilica in medio Insulæ æquali distantia ab utroque latere Rheni sita tunc erat. Ipse verò Fintanus à primo suæ reclusionis anno has sibi leges imposuit, ut deinceps à pane, foco, lecto, et à Balneo prorsus abstineret, atque cilitio perpetuò uteretur; denique jejuniis, vigiliis, orationibusque indesinenter insisteret. quæ quidem leges multò duriores erant illis, quas /l/ Grimlaicus circa idem tempus reclusis præscripsit, desumptas ut plurimum ex Regula S. P. Benedicti; ubi præprimis cavet, ne reclusi permittantur, nisi in ipsis cœnobiorum congregationibus, et cum consensu tam Episcopi, quàm Abbatis, omniumque fratrum, quem hic adfuisse, dubium non est. k. e.

Landfrid Benefactor.

Eodem Anno, quo S. Fintanus recludi voluit, Nobilis Benefactor Landfrid, qui fortè idem cum eo /m/ quem Wolvenus Comitis titulo præditum in testem vocavit, pro amore patriæ cælestis, quidquid in pago Algegowe in villa Alaffin /. Algesen/ congregavit, obtulit Monasterio /n/ quod vocatur Einaugia, et est constructum in honore S. Mariæ, et B. Petri, ubi Abba Antwarth præesse videtur. actum in Nichilhun /. Neuffirch oppidum Cleggoviæ./ mense Septembri, regnante Ludovico rege, in cujus sequenti diplomate hæc donatio confirmatur, ac proinde anno 866. contigisse necesse est. is Annus assignatur /o/ nuptiis Thietbergæ seu Teutbergæ filiæ Bosonis Comitis cum Lothario rege Lotharingiæ filio Lotharij Imperatoris; cujus causa postmodum turbæ plurimæ enatæ. Fratrem habebat Hucbertum seu Hucbaldum, qui Abbas S. Mauritij Monasterium illud Agaunense possumdedit, in prælio anno 864. m.

/k/ vita S. Columbæ scripta ab Adalmanno habetur in Bibliotheca Schafhusiana Sæculo octavo exarata. de eo agit Hermann in chronico adan. 563. eiusq obitum ponit anno 596.

/l/ Holstein Cod. reg. to. I. pag. 302. reg. Grimk. c. 15.

/m/ charta IX.

/n/ charta VII. Hergott. Gen. Dipl. chart. 77.

/o/ Mabil. anal. to. III. p. III.

interfectus â Conrado Iuniore Iuæ Raetiæ Patre Rudolphi I. regis Burgundiæ. in quodam Kalendario nostro Manuscripto ad diem 8. Maij /p/ adscribitur Thiethega filia restauratoris nostri Wolveni, quæ fortè neptis scribi debuisset. post eadem fratris Thiethega ad Carolum Calvum, matre Guelphica natum, fugit, â quo Abbatiam avenicensem obtinuit. hæc pro illustrandis Genealogijs, â quibus tamen, quantum licet, mihi abstinendum.

857. Suab Presbyter.

Sequenti anno 857. altera donatio in pago Alpegovensi facta est â Presbytero Suab, qui cùm Monachus esse cuperet, donavit ad Monasterium, quod dicitur Renaugia, omnes acquisitiones Suas in vico et in termino ad Waldkilchun /: Waldkirch :/ /q/ tam in terris, quam ædificijs &c. actum apud Touingen /: Thiengen oppidum :/ x. Kal. Julij. confirmata donatio à rege Ludovico sequenti anno mense Aprili. q.

Wolvenus Publico Instrumento

Inter hæc Wolvenus Renaugiæ restaurator, stabilitati operis sui, quod adeò proficiebat, toto animo intentus, ne fortè miserandam vicissitudinem, quam nuper expertus fuerat, in posterum subire cogeretur, statuit Monasterium regi ipsi Ludovico tradere, atque ipsius supremæ protectioni penitùs committere. quapropter jam anno 855. /r/ Instrumentum publicum describi curavit, quod et postea Ludovico obtulit, prout ipse rex in proximo Diplomate testatur: /s/ Veniens Wolvenus in procerum nostrorum præsentiam detulit obtutibus nostris quoddam Scriptum. Id nihilominùs primùm accidisse arbitror anno 857. quando circa Kalendas octobris /t/ proceres regni Moguntiæ in Synodo congregati erant, præsidente Carolo Archiepiscopo, quem Rabano defuncto anno 856. Ludovicus successerat, ad hunc enim confugerat Carolus, persequutionem cum fratre Pipino passus à Carolo Calvo, cujus illi nepotes ex Pipino quondam æquitaniæ rege fuerant. r. s. t.

857. Monasterium Ludovico Regi Comendat.

Moguntiæ igitur mense octobri anno 857. Ludovico regi Wolvenus Instrumentum supra dictum obtulit, in quo narrat, qualiter Monasterium, quod dicitur Renaugia ab Ava et Patre ipsius fundatum, sed intervenientibus armorum motibus penè vastatum, ab ipso denuo

/p/ Diar. Mſc. P. Zoniani à Lauffen p. 29.
/q/ charta VIII. Hergott Gen. Dipl. chart. 65.
/r/ charta IX.
/s/ charta X.
/t/ Annales Fuldenses.

restauratum fuerit, sub Invocatione S. Mariæ semper virginis, et S. Petri Principis Apostolorum, cæterorumq; Sanctorum, quorum nempe reliquias nuper Româ Chenaugiam detulerat, et eum quidem in finem pie regis et Successorum suorum, ipsius quoque Wolvenni et Parentum eius memoria in orationibus Monachorum ibidem consistentium assidue frequentetur. quapropter tradit ipsum locum, cum omnibus in pago Turgoviensi ad ipsum pertinentibus in jus et dominationem, atq; Mundiburdium Domini ac Gloriosissimi regis Ludovici; sub ea tamen ratione, ut quamdiu vixerit Wolvenus, ipse res sub potestate sua habeat, ipsumq; Monasterium ab omnibus præstationibus publicis immune persistat; nisi quod singulis annis caballum unum et scutum cum lancea pro dono regi præstare tenetur. addit denique pœnas, et execrationes in eos, qui immunitatem loci sancti, ut vocat, infringere aliquando ausi fuerint. Datum quidem Ludovicus hunc actum tunc habuit: at Wolvenus majora animo volvens, parvo temporis spatio interposito, iterum regem adijt, qui in diplomate suo ita pergit: uet autem id actum habuit iterum veniens in præsentiam nostram ad nostram curtem Ulmam prædictum Monasterium cum omnibus rebus ibidem in Mundeburdium nostrum tradidit. secunda igitur vice id fecit Wolvenus, non solum ut ejus solemnitas huic traditioni accederet, sed etiam ut vicissim à Principe similitatis rescriptum obtineretur.

et Confirmationem iterato petit.

8'58. Instrumentum Wolveni coram rege testibus firmatur.

Referunt Annales Francorum /u/ Ludovicum regem anno 858. mense Februario postquam cum quibusdam consiliarijs in Forcheim colloquium habuisset, inde condicto palatio, et designatis ad hoc speciales comitibus, in villam Alamaniæ, quæ vocatur Ulma venisse: post mediam autem quadragesimam profectum esse in Francoforth, ubi pascha celebravit. Hac igitur occasione Wolvenus reversus est ad Ludovicum, atq; sæpè dictum instrumentum coram rege manu potestativa signavit, vocatis septem comitibus, ut tanquam testes signa sua opponerent, quorum nomina sæpius in chartis nostris occurrentia sunt ista, nempe Gozbertus, Adilbertus /uu/ Adalhelmus, alter Adilbertus, Luito, Addo et Landfrid. Actum

/u/ Annales Fuldenses.

/uu/ Adilhelmus Comes Thurgoviæ anno 853. in Charta Hergotti n. 53. et a. 852. in chart. II.

Actum Ulma Palatio regia, die Saturni undecimo Kal. februarij, adeoqs anno 888. praesente Litteram dominicalem B. Authographum huiq Instrumenti procul dubio regi traditum est, cuius transumptum nobis servavit scriptor Chartularij.

At Wolvenus haec sua comendatione non contentus, regem exoraverat, ut vicissim regiam protectionem in Monasterium Litteris publicis testaretur, atq; novam fundationem, terminis suis descriptam, cum cella alba, ac aliquibus bonis, quae hactenus ex Benefactorum largitate acceperant, Chenaugiae confirmare dignaretur. credibile est, Wolvenum postquam sepè dictum Instrumentum jam anno 888. describi curasset, Sanctimonis vitae propositum haud deseruisse, sed intra id tempus Monasticam vitam in hoc Chenaugiae Monasterio amplexum fuisse, reservata sibi nihilominus dispositione temporalium bonorum, quam perpetuò deinceps tenuit. Cuius rei exemplis plenae sunt chartae tum nostra, tum aliorum Monasteriorum illius aevi, quae Mabillonius narrat, /x/ Fulradum Abbatem S. Dyonisij testem adducens, cuius testamenti mentionem supra fecimus. /y/ Itaque rex non solum annuit Wolveno, sed etiam eundem Monasterio Abbatem praeficere decrevit, procul dubio nec Antwarthe, nec reliquis Fratribus invitis. quapropter jussit, ut inter designatos specialiter comites ulmâ Francofurtum aulam regiam regredientes, ubi mox /z/ amplissimum Diploma daturus esset, Antwarthum igitur, de quo nulla in chartis nostris amplius mentio, in regimine excepit ipse testatorum et fundator Tertius.

/w/ Mabil. de re dipl. lib. I. cap. 2. n. 10.
/x/ Idem lib. VI. pag. 495.
/y/ Ad annum 778.
/z/ Charta K.

w.
x.
y.
z.

et futurg Abbas
egem ulmâ
rancofurtum
comitatur

Abbas LII.

Wolvenus Abbas III.
Chenaugiæ et celæ Albæ.

Anno 858. Ludovicus rex Wolveno Abbatiam tradit,

Quemadmodum Wolvenus regi Ludovico Monasterium cum omnibus attinentijs in Munderburdum, et specialem protectionem tradidit, ita vicissim rex per diploma regium die 12. Aprilis anno 858. Francofurti illud Wolveno regendum concessit; quem in ipso /a/ a.
Diplomatis ingressu virum venerabilem nominat, titulo viris in Eminenti Ecclesiastica dignitate constitutis dari solito, quo proinde conditionem, statumque Wolveni satis expressit. Decernit itaque rex Ludovicus, ut Wolvenus Monasterium, cujus nomen Chinaugia, cunctis diebus vitæ suæ ad Dei servitium peragendum teneat; post cujus exhaustum, liceat Monachis alium inter se Abbatem eligere: Ipse verò Abbas Wolvenus cum successoribus nullum servitium potestati regiæ persolvere cogatur, exceptis hospitiis stationibus, unoque cabullo cum scuto et lancea in singulos annos in donum regi præstando.

Eiusque fundationem confirmat,

Præterea eodem diplomate Ludovicus totam Wolveni fundationem complexus, Enumeratis singulis locis fines territoriales definivit, adeo dominium, plenamque Jurisdictionem /b/ designavit, tribuit, confirmavitque. Terminos hos Chenus, qui fluvius hoc loco anguilon facit, versus occidentem et septentrionem complectitur; plagam Meridionalem constringit Taurus fluvius, qui infra Chenaugiam ad vicum Ellisen se Chenæ infundit; denique orientem versus, dictis villis Stamheim et Nusbaumen, protenditur Districtus fermè usque ad vicum Pfin, quem à finibus Romanorum retiam vicinantibus dictum perhibent. Loca porrò ipsa sic nominantur: Imprimis Chinaugia, deinde Martilla /. Martelen. / Ellinhova /. Elliſen. / Holzheim, wilginſpuoch /. wildenſpuch. / Ruodolvingen; Fruotlinhoven /. Früttliſen. / Pechinhoven /. Benſen / Fruotlinhoven /. Fruttiſen. / Slate /. Schlatt. / Stamheim; Nuſpoum /. Nusbaumen. / et Morinswilare /. Mörlen. / Plures hac tempestate his finibus vici claudentur, qui tunc aut nondum extabant, aut procul dubio cum reliquis traditi intelligebantur, cùm Monasterium in plerisque adseram usque ætatem jura quædam servaverit.

cum amplo Jurgovia Districtu,

/a/ charta X.
/b/ Besoldus v. Bezirch-brieff.

Hæc Wolveni Dinastica partem quondam pagi Turgoviensis in Alemannia constituebat quam pleno Jure Monasterio tradidit, ac insuper fundos quosdam proprios adjecit, nempe quatuor supra centum Mansos seu prædia, quæ singulis Colonis committebantur, ac insuper tres centa Mancipia, quorum nomina in distincta charta exarari fecerat. Excepit tamen ab illo districtu terram Salicam /c/ quam utpote Principi tributari- c.
am, vel ab ea exemptam non licebat Ecclesiis tradere, nisi consentientibus possessoribus, quorum propria erat. Possidebat Wolvenus et in alijs pagis ampliss[i]ma latifundia, quæ interim sibi reservavit: tradidit tamen, quæ hæreditario Jure ad ipsum delata sunt in Italia pago Veronensi et Tartonensi, quorum possessiones Guelphicas se protendisse notissimum est. Loca quatuor in illis regionibus singillatim nominantur tum in chartario, tum /d/ in Diplomate Henrici III. nempe d.
Civitè Nova, villa Nova, Rubesel, Loca Rubessa, in Veronensi; Gaves, Gavi, et Chodrum, Correggio prope Novi in pago Tartonensi. His Locis à Wolveno fundatis, eodem Diplomate alia à Benefactoribus Henaugiæ donata diserte verbis à Ludovico Rege confirmata sunt: nimirùm in Alpegove cella, quæ dicitur Alb-, Alapfa, et Waltkilcha; de quibus seorsùm egimus.

Addit demum tres amplissimas clausulas omnium jurium appertinentium, suscepit Monasterium denique in specialem Regiam protectionem; confertq[ue] immunitatem ab omnibus oneribus, quorum tria singulariter enumerat, ut nempe liberum sit ab omnibus mansionibus /e/ ne e.
ullus Successorum suorum, ulla alia potestas divertendi, aut milites hospitandi habeat facultatem. Deinde ne Abbas teneatur in itinere proficisci, id est regem, eiusque aulam, aut castra comitari, quod ingenti plerumq[ue] sumptu fieri consueverat. Postremò ut nulli liceat Servos Monasterij contrahere, quo privilegium de non avocando /f/ ad alienum forum satis de- f.
claratur. Sed liceat, inquit ex, Fratribus ipsius Monasterij sub nostra defensione, et Immunitatis tuitione pacificè in futuro residere, et Dei servitium perficere, atque pro nobis, et Conjuge Hemma, Prolèque nostra

Additis Immunitatibus.

/c/ Vadianus apud Gold. to. III. pag. 31. Ein frey eigen Gut. to. II. p. 60.
/d/ charta XXXIII.
/e/ Mabil. de re dipl. l. II. cap. 3. n. 3.
/f/ Mabil. de re dipl. l. V. pag. 404.

Ludovico, Carolomanno, et Carolo Crassa, Hildegarde, et Berta, seu totius regni â Deo nobis collati Divinam Misericordiam assidue exorare. Datum est hoc diploma manu regio subscriptum, sigillo q̃ firmatum in Francono-furt Palatio regio secundo Idus Aprilis, anno 26. regni Ludovici in orientali Francia, indictione VI. proinde anno 885 ab aera ducta ab anno 838. Eodem in loco, quarto die post nostrum, datum est /g/ diploma cum simili subscriptione Monasterio Turicensi sanctorum Felicis et Regulæ, ubi filia regis Abbatissa Hildegardis adhuc in vivis erat, paucò post mortua.

g.

Suscepit igitur regimen Abbatiale Wolvenus restaurator, ad omnem pietatem jam dudum exemplo S. Fintani eruditus, atq; Monasterium non solùm in temporalibus, sed et in spiritualibus mirificè auxit. Sub eius regimine vixerunt successivè Rhenaugiæ quadraginta circiter Monachi; tot enim ac plures exhibentur in libro Fratrum conscriptorum Monasterij S. Galli, qui à tempore restaurationis usque ad Annum 885. professi fuerant, quorum medietatem credibile est ab ipso Wolveno in Monasterium susceptam fuisse, nos q̃ suo loco referemus; hîc eos duntaxat subjũcientes, qui ante anditam â Wolveno Abbatiam videntur professi fuisse, ac certè ante annum 885. obierant. Sunt autem sequentes.

Monachorum Antiquissimorum Nomina.

Rumolf prb.
Lobegis prb.
Adalhart prb.
Richprecht prb.
Wago mõn.
Heremar prb.
Findan mõn.
Engilhart prb.
Emicho prb.
Scrat prb.
Notker mõn.
Luito sub.
Meginhart prb.
Findican sub.
Weifhere pr.
Hiltine pr.
Sunhar mõn.
Sigimar mõn.
Thingolt mãn.

/g/ Mabil. anal. et Hotting ad hunc annum, item Specimen dipl. Turic. à Schueckhgero edit. 1730.

/a/ Adian apud Cl /b/ Hermannus,

Adalhart prb.
Perahter prb.
Thiotine prb.
Liutheri mõn.

Explicantur. Sex priores, qui ante S. Fintanum scribuntur, ex antiquis ante restaurationem residui erant, qui cum reliquis usque ad quatuor postremos annum octingentesimum octogesimum quintum non attigerunt. his verò accessere seniores alij ad prædictum annum enumerandi. constat porrò ex ista Catalogo plerosq; fuisse Presbyteros, quorum quatuordecim illa nota afficiuntur. Sed et reliqui omnes litterati erant, utpote choro et divinis officijs mancipati; nam de laicis, quos vocamus conversos, post duo primum sæcula in nostris monumentis occurrit mentio. erant plerosq; Nobiles aut Ingenui, cùm plebei /a/ rarò litteris imbuerentur, neque ad Monasterium a.
nostrum usque ad Initium superioris sæculi passim admissi fuerint. cæterùm ex his ipsis Monachis quidam simul fuêre Monasterij Benefactores, ut Thiotin anno 883. Meginhart ano 888. Sigimar et Liuthee anno 856. Suab anno 857. de quibus his ipsis ańis egimus.

860. Anno 860. Hiems erat nimis sæva et prolixa, terræque frugibus noxia; /b/ unde Imi- b.
863. -nente anno fames validissima facta est. Præbuit
S. Fintanus annonam recib⁹ auget. ea calamitas S. Fintano nostro occasionem, exercendi suam in pauperes charitatem; nam deputatam sibi annonam distribuisse non contentus, ea etiam, quæ à pijs hominibus submittebantur, in eum usum adhibebat, Deo servi suæ liberalitatem miraculis comprobante. Accidit inter alia, ut in festo S. Brigidæ Virginis in Hibernia ano 520. sancta morte defuncta pauperum turma duplicata numero accurreret. vir verò Beatus, in adventorum Deo Gratias agens, particulas, quas ad numerum prius comeantium parare jussit, in Dei largitate confisus, qui quinque panes inter quinq; millia virorum multiplicavit, distribui fecit. Sed licet numerus geminaretur egenorum, et nihil de carnibus vel ab illo, vel à quoquam adderetur, unicuiq; tamen sua particula de eadem carunc⁹la inveniebatur. Id verò miraculum sæpius abeo patratum fuisse sequentibus celebratur

---

/a/ Vedian apud Gold. to. III. p. 3.
/b/ Hermannus, Hepidannus.

in antiquissimo officio Ecclesiastico: Inter alia virtutum exercitia tam singularis exequutor Eleemosinarum existebat, ut interdum exemplo Divini operis maxime multitudini pauperum idoneè satisfaceret ex paucis cibariis. adeò postea inclaruit miris ejusmodi factis Fintanus, ut in vetustissimis Martyrologijs non nostris tantùm, sed locorum etiam à Monasterio remotissimorum ad diem 15. Novembris hoc Elogio proclamaretur, /c/ In Episcopatu constantiensi, Monasterio Einaugiensi Sancti Fintani Confessoris, qui multum confert egenis. cæterùm à carnium esu Fratres nostri ex præscripto regulæ S. Benedicti omnes abstinebant: S. verò Fintanus etiam ex speciali regula /d/ solitariorum, imò propitio ardore erga abstinentiæ virtutem, cùm à primo anno suæ reclusionis etiam pane sibi interdixerit, solis oleribus contentus. Caro igitur illa solis pauperibus destinata fuit, aut à pijs secularibus in eum finem submissa, pro quibus Fratres nostri in antiquissima Liturgia specialem commemorationem his verbis faciebant: quorum eleemosinas erogandas suscepimus. c.

§ 62. Nanger et Adalnuis Benefactores.

Hâc virtutum ac miraculorum famâ excitati pijssimi Conjuges Nanger et Adalnuis anno sequenti 862. tradiderunt ad Monasterium Wolveni, quod jam passim à restauratore et Abbate Sto nuncupabatur, in pago Alpegovensi magnum Sylvarum, alterius q; terræ tractum, cum variis agris in duabus Marcis, quæ ambæ ab Alpibus Klapfen vocabantur, ubi Monasterium jam alia latifundia ex dono Landfridi possidebat. facta est ista donatio non solùm intuitu cultûs Beatissimæ Virginis Mariæ, sed etiam aliorum innumerabilium ibidem requiescentium. Tantam sanè vim Sacrarum reliquiarum Wolvenus Rhenaugiæ intulerat, ut in multis hujus ævi chartis mentio fiat quam plurimorum Sanctorum, locúsq; ipse meritò Sanctus diceretur. non enim Româ duntaxat Wolvenus S. Blasij, S. Hypoliti, /e/ aliorumque exuvias intulerat, sed etiam aliunde conquirere, more sibi jam ab anno 837. avorum, satagebat. inter quas procul- S. Reliquiæ. d.

-dubio e.

/c/ Solerius in auctario ad Martyrologium usuardj.
/d/ Reg. Grimlaici c. 43. apud Stolstein to. 1. pag. 327.
/e/ Mſc. 43.

dubio erat pars magna capitis S. Mauritij Thebææ Legionis ducis, quæ ad hunc usq; diem in veneratione est. id probant antiquissima nostra Kalendaria et Manuscripta, ex quibus |f| constat, huius Sancti festum eximio præ reliquis ritu, cum Speciali Missa, ac præfacione celebratum fuisse. cæterùm non moramur huius Sacræ Legionis hostes, quibus, si comperta essent veterum monumenta, et Romanorum Inscriptiones, |g| non auderent utiquè universo orbi ad nauseam usq; absurdis argumentis insultare. f. eiqs Speciale sacrum Dedicatum fuisse. g.

864. Anno 864. Guelpho Conradi Senioris comitis filius, nepos Welphi primi |h| Abbas centulæ efficitur. h.

866. Circa annum 866. cum jam dudum S. Fintanus reclusus fuisset, facta est translatio reliquiarum S. Blasij |i| in cellam albam. Exornandus nempe erat et iste locus sacris Cypsanis; quapropter, extento cranio S. Blasij, decrevit Wolvenus, ut Brachium illius in vicinum saltum, seu Nigram Sylvam, atque adeò in cellam ibi positam transferretur. Saltum enim Schwarzwald fuisse dictum constat ex quadam charta data anno 860. aut 870. |ii| cùm necessaria tam pio operi parerentur, ingens desiderium incessit S. Fintanum, cupiebatque, ut ipsius Martyris reliquias propriis efferre humeris mereretur, per cuius intercessum tot supernis fuerat gratijs cumulatus. verum obstabat votum, quò se obstrinxerat, ex arctissimo loco nunquam se exiturum. ut igitur Dominus desiderium pauperis adimpleret, ac famuli devotissimi vota rata esse concederet, eadem nocte visus est sibi pontem Rheni fluminis, per quem de ipso Monasterio exiturus, cum copiosa multitudine transijsse, Columbam quoque, sub cuius specie iam olim adventum sicum Româ præverterat, humeris suis insedisse, et eam se, ut capiebat, humeris suis deportasse, inde alios petere, iterum sibi volantem adesse. Mos inde invaluit, S. Fintanum cum columba humeris insidente in picturis, et statuis

translatio reliquiarum S. Blasij in Albam cellam.

|f| Msc. 75. et 30.

|g| Nova Gallia christiana to. XII. dissertatione præliminari ad historiam Monasterij aganensis. Notitia dignitatum Imperij sub Honorio Edita cum Notis Pancirolæ. Item de Episcopis Sedunensibus.

|h| Mabil. anal. to. III. n. 14.

|i| Boland. die 3. Febr. to. III. pag. 333. F.

|ii| apud Gold. to. II. pag. 30. chart. 17. juncta vita S. Fintani.

-tuis exhibendi. utrum verò per hanc visionem adimpletum et extinctum fuerit Sancti desi-derium? an eius vota adeò rata fuerint con-cessa, ut re ipsa clausuram egredi, atque in-cellam Sylvæ nigræ sacra ossa deportare ipsi licuerit? hagiographus non facile exprimit; non vacat tamen exemplis, reclusos ob similes causas dispensativè etiam ad longius tempus et iter cellis fuisse egressos. cæterùm in cella alba cum cultu S. Blasij ordo Monasticus, ingensque religio propagata est, ut non solùm eidem nomen S. Blasij postea adhæserit, sed etiam Benedictini Nominis incrementum mirificè effloruerit.

§ 69. Wolvenes in Aula regis.

Anno 769. Ludovicus rex Germanicæ, ra-tisbonæ agrotans, thesauros suos /K/ Ecclesijs, pauperibusque dispensari iussit; quocum Wol-venes noster in aula versabatur. K.

§ 70. Ludovici regis Dotatio in cleg-govia.

Sequenti verò anno de infirmitate sua con-valescens /L/ mense Februario in Purificatione S. Mariæ ad Francono furt villam regni sui pervenit. Ibi diploma tertium Thenargiæ Ludovicus dedit, quo inter fundatores meruit Iure recenseri. Hoc enim diplomate non solùm ab alijs donata confirmat, sed de sua proprieta-te integram ferè cleggoviam Monasterio con-tulit, expressis quatuordecim villis, quarum amplitudo quatuor horas in longitudine à Suabowa usque ad Laucheringam, in latitudine verò tres à Zaffa ad Sibelingam complectitur. adjacebat ista regio percomodè Thenargiæ, utque ex altera Theni parte magnum terræ tractum ex dono Wolveni possidebat, in me-dia fluminis Insula consistens, non minori possessionum spacio ex altera parte domi-naretur. Fecit id rex ob suæ meritis aug-mentum, et pro remedio animæ avi sui Caro-li, Genitoris Ludovici, Hemæ conjugis, atque prolium suarum. loca verò his nominibus ex-pressit: Gathelinga /. Gächlingen. / Sibelinga /. Sibligen. / Hovestat /. Hoffstetten ampliori olim vicus. / Hidestat /. Jestetten. / Hohinburg /. Veterum Dynastarum Sedes. / Bacba /. Balm Sedes item Recentiorum. / Suabowa /. vicus olim in apice peninsulæ ac Sylvæ Swaben. / Zaffa /. Zaffk. / Wolvenes riuti /. quidam tractus no-men retinuit, vicus in Balterswil excrevit. / Wilehinga /. Wilchlingen. / Haselacha /. Hasslach olim quoque vicus amplior. / Arzinga /. Erzingen. / vid. vila

/K/ Hermannus.
/L/ Annales Francorum Fuldenses.

Wizwila /. Wioweil. / Loucheringa /. Lauchrin-
-gen. / inter hæc loca modò alij vicus interjacent; ve-
-rùm sicut quidam ex nominatis hactenùs perie-
-runt, sic alij postea successivè enati sunt. in illis
ipsis autem Rhenaugia quædam particularia bo-
-na, decimas, et rem ecclesiasticam ab alijs possesso-
-ribus ante et post istam donationem obtinuit;
at Ludovicus regia usus potestate cum ampliss-
-imis clausulis de sua proprietate totum di-
-strictum attribuit, ubi per advocatos primùm,
deinde per alios officiales jurisdictionalia ad-
-ministrata fuerunt. Præterea etiam particu-
-laria ex Monasterio concessit, ut Ecclesias,
ædificia, sylvas, molendina, mancipia &. pra-
-uit ea Adileoz antea possederat, quem merito
primum ex nomine natum Eggoviæ dynast-
-am dicere possumus, à quo dynastia illa in regis
transiit proprietatem, quam ille fortasse in
beneficium duntaxat tenuerat /m/ invenitur m.
enim quidam Adileoz in S. Gallensi catalogo cir-
-ca idem tempus in Monasterio nostro Rhenaugi-
-ensi professus:

Neque regis munificentia Adiloci posses-
-ionibus se coarctari passa est, quin et de Rega-
-libus suis juribus Rhenum ipsum à Majori-
-bus cataractis usque ad confluentiam Sauri,
duarum fermè horarum fluxu, cum jure pisca-
-di Monasterio tradidit, ne scilicet pisces Ma-
-nachis vice carnium deessent. Superior pars
fluminis usque ad vicum Suabova supra Mo-
-nasterium ad oram Sylvæ cognominis positum, pi-
-ad tempus piscationis divisa tiene erat; inferior
verò sine exceptione cessit Monasterio, manetque
ad hanc usque diem, ubi omnimoda jurisdictio
exercebatur, non nisi ab hac regis concessione
derivanda.

Demum eodem diplomate confirmavit ex
liberum jus, post mortem Wolveni, alium Abba-
-tem secundum Regulam S. Benedicti eligendi.
quibus verbis satis indicatur, cujus Instituto
Monasterium nostrum ab ævo fuerit consecra-
-tum. unde in quodam psalterio nostro hac ata-
-te exarato distribuuntur cantica Ambrosiana
juxta ordinationem S. Benedicti; cujus sanctis-
-simi Patris Nomen vetustissima Liturgia /n/ n.
inter alia sanctorum nomina in canone Missæ
continet; ejusque festum dupplex tam mense
Martio, quàm Julio præscribit; nec desunt an-

/m/ videatur charta 111. apud Hergott Gen.
Dipl. to. II. part. I.
/n/ Msc. 30.

Rhenaugia, magnum terræ spatium complectitur. Rhenaugiæ, non minori, quàm Augiæ Sancti Galli parte dominatus augebatur. Rhenaugiæ Abbatibus jus fuit in cella Altorf, ingensque ibidem nomen Benedictini sortita est.

Rhenum piscatione Rhenaugiæ.

S. Benedicti Institutum.

tiquissima S. Regulæ Apographa. Sed revertamur ad Ludovici diploma, cuius duplicatum exemplar, [o] ut in gravioribus solebat, expediri curavit, o. utrumque sub eleganti regis sigillo et subscriptione datum anno 37.mo regni ab orientali Francia, indictione tertia, quod ad amussim convenit anno Christi 870. XIII. Kal. Aprilis, profesto nimirum S. Benedicti, quo regem Francofurti ob negotia adhuc detentum fuisse ex fuldensium annalibus Franciscus Liquet. Wolvenum verò Abbatem nostrum tunc regi præsentem fuisse docet charta in cubiculo regio data Chircheimij ano 27. à pace virdunensi 2. Non. Aprilis, ac proinde haud diu post datum superius diploma. apud Gold. to. II. pag. 30. chart. 17. sub Karolo Principe Brisgoviam gubernante.

Anno 871. contigit translatio reliquiarum Insignium S. Januarij Martyris et Episcopi Beneventani non solùm in Augiam, sed etiam in Thenaugiam [p] nostram. certè abilla ætate Thenaugienses nostri non minùs quàm Augienses festum huius Sancti Patroni solemniori ritu, et quidem die 19. octobris celebrarunt, ut constat ex antiquissimis [q] calicibus nostris, in quorum uno exhibetur Hymnus proprius eiusdem Sancti; in alterius verò calendario ad prædictam diem ista leguntur. Festo SS. Januarij & Augia et Thenaugia. in alio denique exhibetur translationis Historia. p. q.

871. Reliquiæ S. Januarij.

S. Fintani abstinentia.

Eodem anno S. Fintanus cum ætate Majores virtutum progressus faciens, duplicavit rigorem vitæ, et licet viribus deficiens ab oleribus quoque, imò ab omnibus, quæ mandi possunt, se domino confortante abstinuit, extra pisciculos, et hos paucissimos; quos quidem regula [r] solitario indulget. Hic invidiosus orcus totam dæmonum aciem contra Fintanum produxit, quoniam tantam multitudinem aliquando conspexit, ut terram simul et arbores, quos Thenus hinc inde cingit, implere viderentur: cumque diræ horrisonas darent voces, sancti viri precibus disparuerunt, et ulterius illic nusquam comparuerunt. r.

Adalberti Comitis Emptio in Italia.

Circa idem tempus Adalbertus comes Burgoviæ ex bonis Monasterij in Italia centum

---

[o] Mabil. de re dipl. Lib. I. c. 7. n. 5.
[p] Boland. Sept. to. VI. pag. 789.
[q] Mſca 75. 81. 111.
[r] Regula Grimlaci apud Holst. to. I. c. 43.

libris emit Chodrum, locum in pago Tartonensi, quem correggio à posteris dictum credimus haud procul à Novi situm. unde Wolvenus Abbas occasionem nactus est, novam traditionem Monasterio faciendi, ut locò illius multoplu-ra bona stabilia nanciscerentur. acceptis namque illis centum libris in usus sibi bene visos impendendis, Monasterio diversa latifundia in tribus pagis vicinis tradidit, quae pretium illud procul dubio excedebant.

Wolveni donationes.

/s/ dedit imprimis in pago Cleggove, in villa, quae vocatur Altunburch quinque Stuobas, et quidquid ad illas pertinet, quarum unaquaque ius possidebat decem porcos sagi-nandos immittendi in Sylvas Colstattenses, ad Wolveni proprietatem pertinentes, quando ibi glandes inveniri possent. equidem per-stitere quina illa praedia in eodem loco usque ad nostram aetatem distincta. porci autem frequenter alebantur in Monasteriis, uti de Casinensi quoque constat, ubi Carolomannus quondam rex Frater Caroli Magni eiusmo-di animalia pascebat. erat enim licitum quibusdam diebus Cardo uti Monachis, carne servis aut pauperibus erogata. Deinde in pago Alpagovensi hac occasione Wolvenus tradidit in villa Wis- in /. Wizen-/ rem Ecclesiasticam, et omnia ad eam pertinentia. Item quidquid habuit in Pallinholz /. Pahnholz./ sito haud procul Waldkirchio: et in Mettingen, ubi cur-tis jam olim Monasterio donata. Denique in pago Tulgove in villa Auggonem in bona residua cum terris, aedificijs, pascuis et Sylvis, seu quidquid dici aut nominari potest. ex quibus constat, Wolvenum sibi igitur dominium latifundiorum horum sibi reservasse, prout in pleris que chartis Dominus locorum compellatur, licet eius liberalitas erga Monasterium, cui Abbas gregi Dei praerat, fue-rit fere inexhausta. Data est haec charta Anno regni Ludovici in Orientali Francia trigesimo no-no; prorsus recte signata anno Christi 871.

Carolus Crassus Monasterium in protectionem suscipit.

Inter haec solicitus Wolvenus, ut fundatio Monasterij cum praeclara dote, post suam, ac Ludo-vici regis mortem, inconcussa, ac salva maneret, Carolum regis filium /t/ tunc Brisgoiae Prae-fectum, sibi per literas interpellavit, ut Monasterium cum omnibus bonis in speciale ius et Dominatio-nem seu tutelam suscipere dignaretur. fecit id Princeps, ut testatur in charta à se data in As-

/s/ Hergott to. II. p. I. chart. 72.
/t/ Hergott to. II. p. I. charta 75.

chinza /. Eschenz. / in qua Wolvenum virum Il-
lustrem /v/ titulo, qui Supremis duntaxat in v.
regno optimatibus tam Ecclesiasticis, quàm Se-
cularibus dabatur. / et Fidelem Abbatem no-
minat. Ambo igitur prafato anno 873. con-
cambium majoris momenti celebrarunt de re-
bus Monasterij cum Gozberto Comite. Hic
enim tradidit Monasterio imprimis decima-
tionis integritatem in villa Arbingen in-
clusa illa quoque parte, quæ alias ad Epis-
copum constantiensem pertinebat, quô quarta
decimarum illo ævo jam assueta haud obscurè
designatur, præsente ac consentiente Salomo-
ne Episcopo, cui Gozbertus in vicem illius
partis prædia quædam particularia cesserat
tradidit quoque Comes hereditatem suam in
Trasmundingin /. Trasendingen / et Teckbergen
/. Teckberg. / quam à Richero, ex alijs Monumen-
tis noto, quondam acquisierat. Insuper et illam
partem, quam in Sudbowa habuit, nec non et
omnem decimationem in Iedestetin et Hove-
stetin; denique huobas quasdam, quas in bal-
ba tenebat, cum omnibus terris, ædificijs,
et quidquid dici aut nominari potest. Econtra
accepit Gozbertus à Carolo et Wolveno ex
possessionibus Monasterij quidquid in Lau-
fatro /. Laufen. / marko habuit in villulis
Langenwisa, Flurlingin, Morinowilare, et
Tachsheim, certô argumentô, ea antehac ad
Monasterium pertinuisse. His addita fuere
Gozberto etiam illa, quæ Monasterium possi-
debat in locis Lozestetin et Tasso. Factus est
solemnis iste contractus præsentibus utriusq
partibus, nec non Salomone Episcopo, et Adal-
berto Caroli Missо, qui contrahentes de
ipsis rebus vestivit, unde nomen investi-
turæ postea enatum. Datum tamen à
scriptore Chartularij additum fallit, nempe
ab Incarnatione anno 876. à regno autem
Ludovici 36. nam Salomon Episcopus jam ano
875. obierat. aut igitur alia Epocha Ludo-
vici applicanda ab anno 855. quæ in alijs
quoque chartis occurrit, at evaniat annus
873. aut dicendum, contractum quidem
hoc ipso anno factum fuisse, veram Chartam
expeditam primùm anno posteriori, nam et
alia eiusdem concambij confirmatio demum
facta fuit anno 875.

Concambium cum Gozberto ~~Abbate~~ Comite.

Et aliud cum Comite Adelberto in Italia,

Missus ille Regius Adelbertus vider-
tur is ipse fuisse, qui sub nomine Comitis

/v/ Mabil. de re Dipl. lib. II. C. 3.

turgovia his annis frequenter occurrit, et haud
pridem ex Monasterij bonis Italiæ in pago Tarto-
nensi nonnulla centum libris coemerat, sortabatur
875. et ipse Guelphicæ familiæ hæreditarius. Is, cum
plura in eadem regione conquirere cuperet,
jniit quandam cum Monasterio cometationem
anno 873. /w/ recepit enim in dicto pago Tar- w.
tonensi locum Gaves /. hodie sub nomine Gavi
notum. / cuius loco tradidit totam hæreditatem
suam in pago Algigove in villa nuncupata Gurt-
Benefactore. wila cum terris, ædificijs, mancipijs &c. venit
nihilominus inter Benefactores eximios referendo,
cum Monasterio tradiderit non solum Gurtwilam,
sed et Gaves non aliter receperit, quàm dictus
vitæ suæ tantùm fruendum, post mortem verò
eius ad dictum Monasterium restitui voluit
in perpetuum tenendum.

875. Anno 875. Ludovicus II. Imperator et
rex Italiæ, Nepos Ludovici nostri ex fratre
Lothario abijt /x/ Sepultus Mediolani in Basi- x.
lica S. Ambrosij, cui in Imperio successit Carolus
Calvus rex Galliæ Judithæ Guelphicæ filius,
Wolveni consobrinus, quo anno Winithere, salu-
Winitherus tifera compunctione pertractus, tradidit Ze-
Benefactor naugiæ, ubi Wolvene fundator loci illius ve-
nerabilis Abba præerat quidquid habuit in
pago turgaue, in comitatu Adalberti Comitis,
circa villam Basmundingen /. Basendingen, non
solum ad Zhenum regnum, sed etiam ultra illum
fluvium, excepto usufructu, quamdiu in sæ-
culo vixerit, unius Curtalis, et Garandæ, cum
Molendino, quod situm est ad orientalem par-
tem torrentis, qui dicitur Biberacha, ubi ad-
huc hodie insigne molendinum in Regovia Zhera
imminens visitur. Factus est deinde Winither
Zhenaugiæ Monachus, Catalogo S. Gallensi
insertus, verum adjectis quibusdam condicio-
nibus pro illorum temporum disciplina re-
tatu dignis. condixit enim suaque bona Mo-
nasterio Zhenaugiæ sub pacto, ut duorum Fra-
trum annona, nec non indumenta, sicut duo
fratres singulis annis accipere solent, ipsi
tribuantur; insuper et unius Canonici tertia
annona, atque eiusdem indumenta addantur.
Annona illa procul dubio ex regula S. P. Be-
nedicti. consistebat in libra propensa panis,
duobus pulmentarijs, et quandoque tribus, una
vini hemina, seu potius Cerevisiæ, cùm vinum
rarius nostris crescret oris, quæ superaverant

/w/ Hergott to. II. p. I. charta 72.
/x/ Hermannus.

Singulorum victui, procul dubio licebat pau-
peribus erogare, quem in finem tam copiosam
annonam Winithet sibi peperisse videtur.
Certè Sanct Gallenses [y] quando S. Conradus Epis-
copus in fraternitatis societatem assumptus anno 960. diurnam annonam promeruit, id
aliunm in finem factum vix credo, quàm ut
pro ipso pauperibus erogaretur. Mentio Ca-
nonici in praesenti charta demonstrat, prae-
ter Monachos alios quoque Presbyteros Saecu-
lares, quos tunc à Sacris canonibus, quibus ad-
stricti erant, sic vocabant, fuisse alitos, atque
conductos; non enim lege [z] stabilitatis tene-
bantur. Passim pa[a] in Monasteriis illo aevo eius-
modi Canonici occurrunt, qui etiam pro ani-
marum cura, ac distribuendis Sacramentis ne-
cessarij erant, idque fiebat in Ecclesia separa-
ta, nam Basilicas Monachorum [b] non licebat intrare Feminis. Nilpeor, jam tunc Eccle-
siam S. Felicis et Regulae illi usui fuisse
destinatam. confessiones tamen factam vico-
rum à Monachis auditas fuisse, erui vide-
tur ex Liturgia saepè dicta, quae Monacho-
rum usui certo certius inserviebat, ubi me-
moria occurrit, pro ijs oblinguent, qui nobis
propria crimina confessi sunt. Stipendia
quoque pro Missis iam tunc dari solita
fuisse, ex eodem codice certum est, contra quam
nonnulli docti [c] censuerunt; nam pagina 3 a 8. pro uno libido assignantur tres Missae, pro libra
duodecim Missae, et totidem psalteria.

Anno 970. die 6. Februarij Hemma Regina [d] Ratisbonae obijt, et in Basilica S. Emerami sepulta est. eam, plurium Monasteriorum Fun-
datricem ac Benefactricem, Raderus in Bava-
ria sancta titulo Beatae honorat.

Ad hunc annum referendae sunt quaedam
donationes Monasterio Rhenaugiensi facta. Im-
primis Engilhart, cuius nomen inter Mo-
nachos nostros reperitur, tradidit Monasterio,
quicquid habuit in Hierolteswilare [e] Ge-
roldswyl in pago Turigovensi ad Cinach-
um fluvium sita ditionis, ut ipso Mo-
nasterium ingresso, Frater eius Adalgoz cum
sua posteritate usum fructum habeat, et
inde singulis annis Monasterio ad Natale

Caronici seu Presbyteri Saecula-
res in Monasterio.

Engilhart Benefactor.

[y] Goldast. rer. alem. to. II. p. 1.
[z] Mabil. anal. ad an. 818.
[a] Gold. pag. 107.
[b] S. Greg. pagina prima nostri chartularij.
[c] Anonymus stipendiorum impugnator Galliarum Epocham ad Saecul. XII. reducit; Mabil. praef. in p. I. Sae. III. Bened.
[d] Herman.

Domini persolvat, et ad villam, quæ vocatur Schwar-
-za, forte Schwarzach, quo nomine ob præterfluen-
-tem rivum designabatur locus, ubi nunc Monaste-
-rium Virginum Paradisus extat, deferat de vi-
-no Situlas sex, et totidem Mactera de grano;
quem censum, si per tres annos dare negligat,
usumfructum amittat, et ad Monasterium rede-
-at. En prima in chartis nostris mentio vini, et
quidem in pago Turigovienſi.

Altera donatio facta est à Nobili Matrona
Thieterat, quæ pro se, et anima defuncti Mari-
-ti sui Domini Danchradi tradidit, quidquid
in pago Turgowe in locis Triſlinhoven et Stat
habuit tam terris, ædificijs, Mancipijs, Sylvis
vineis &. sub eo pacto, ut diebus vitæ suæ fru-
-atur non solùm istis, sed etiam alijs, quæ in
ijsdem locis ad Monasterium pertinebant; post
eius verò de hac luce discessum ambæ res me-
-liorata ad Monasterium redeant in perpetuam
-tenendæ. En altera mentio de vineis in pago Tur-
-govenſi, quæ illa tempestate /e/ idem videtur
fuisse cum Turigovenſi. Locus Trüllikon hodie
præ reliquis Generosum vinum Germinat.

Thieterat
Benefactrix.

e.

Prædictus Danchradus tres habuerat fra-
-tres, Amilgerum, Othanherum, et Wichramum.
Amilger à Danchrado et Othanhero prædium
aliquod obtinuerat situm in eadem Marcha
Trüllinhoven Monasterio subjecta, ut diser-
-tè exprimitur. Hoc prædium Amilger ob-
-tulit Monasterio, ita tamen, ut eius usum-
fructum possideret eius frater Wichramus
Monachus Rhenaugiæ et postea Abbas, more
scilicet illius ævi, sacræ regulæ non planè
conformi. Post Wichrami obitum prædium
illud obtineat alius Amilger filius ortus Be-
-nefactoris Amilgeri; Ambo tamen sub onere,
ut Monachis in festivitate S. Benedicti dent
prandium singulis annis. post mortem deni-
-que amborum redeat prædium ad Monaste-
-rium, et ad Mensam Fratrum. En proventy
Mensæ separati. festivitas verò S. Be-
-nedicti, cui parandum erat prandium, cele-
-brabatur tam in choro, quam in foro die 11.
Julij, cùm in Martio ob quadragesimam non
liceret: Ejturgia sæpè laudata ut hoc quo-
-dem die proclamandum in Kalendario S. Bene-
-dictum assignat: at festum eius cum Missa
propria primum præscribitur 11. Julij sub No-

Amilger Bene-
-factor,

Wichrami
Abbatis frater.

/e/ Hergott to. II. p. I. charta 64. et charta 2.
ubi: in pago Durgaugienſe, qui dicitur Tu-
-richgovia.

-minè Natalis, non verò Commemorationis aut translationis S. Benedicti. Data est hæc charta in Rhenaugensi Insula, qualiter in vita S. Fintani sæpiùs exprimitur.

876. obitus Ludovici regis.

Interim Ludovicus Rex fortis et religiosus apud Francofurt V. Kal. Sep. vita decessit, et apud Lauersham cœnobium sepultus est, regnumq; eius tris filij Karolomann Bajoariam, Ludovicus Germaniam, Karolus Alemanniam, singuli cum adjacentibus provinciis accepère. His ex hermanno descriptis addere juvat sequens elogium ex regione in gratiæ animi significationem ergà tantum Benefactorem. Fuit iste Princeps Christianissimus, fide Catholicus, non solùm Sæcularibus, verum etiam Ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus; quæ Religionis sunt, quæ pacis, quæ Justitiæ ardentissimus executor. Ingenio callidissimus, consilio providentissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus discretionis moderamine temperatus, in prælio victoriosissimus, armorum quàm convictorum usu paratus studiosior, cui maximæ opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quàm auri fulgorem, apud quem nemo inutilis valuit, in cuius oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus corrumpere potuit, apud quem nullus per pecuniam Ecclesiasticam, sive Mundanam dignitatem obtinuit, sed magis Ecclesiam probis moribus, et sancta conversatione mundana, devoto servitio, et sincera fidelitate habuit autem hic Gloriosissimus Rex, cuius Memoria in Benedictione est, Regnam nomine Hemam sibi in matrimonium junctam, quæ Nobilis Genere fuit, sed quod magis Laudandum, nobilitate mentis multò præstantior, ex qua tres filios sibi peperit Excellentissimæ Indolis. hactenùs Regino. Albertus vero Stadensis in chronico ad hunc annum, et alibi sæpè Ludovicum hunc Nostrum Imperatorem nominat, quo titulo in posterioribus sæculis non raro occurrit; dignus sanè præ reliquis fratribus, qui eam dignitatem sua virtute honestasset.

+ in monumentis nostris;

876. Othram Benefactor.

Refert alia donatio eodem anno facta ab Othram, qui dedit Monasterio, quicquid habuit ipse in pago Cleggowe, in villis Wizwila, et Arzingen, sub pacto tamen, ut si revertens fuerit ab Itinere, quod benè longum esse

Debuit

debuit, et fortasse in terram Sanctam, redimere
donata quatuor denarijs posset; si reversus non
fuerit, potestatem redimendi maiori tamen pre-
tio intra quatuor annos habeant Othardi fratris
ipsius filij. eiusmodi reluitionis pacta hoc aevo
sæpè donationibus addebantur /f/ raro tamen f.
exequutioni mandata. Subscribitur donationi
Uodalricus Comes, qui circa idem tempus /g/ fre- g.
quenter in chartis occurrit.

Wolo Monachus S. Galli. Eodem anno /h/ quo Ludovicus pius Ger- h.
maniae obijt, Wolo cecidit, erat autem Wolo
Monachus S. Galli Eximij adolescens ingenij,
quem /i/ Eckardus Junior Scriptor undecimi i.
Saeculi Comitis Cuiusdam filium vocat: Eck-
ardus verò minimus, qui Saeculo Decimo tertio
vixit /k/ diserte narrat Beati Notkeri k.
ex Sorore Nepotem, et Comitis de Kyburg filium,
id procul dubio fecit more suevo, quando pos-
sessores illius arcis jam comitis de illa dicti
volebant. quod si tamen ex conditoribus illius
arcis progenitus Wolo, certè ad Fundatores
nostros erit referendas. Id ultrò fecit /l/ † Goldastus, l. neque
Eruditissimus Senckenbergius /m/ nec dubitat Wolo- m.
nem, quem teutonicè Wolo seu Welf existimat
dictum, fuisse Nepotem unius ex Fundatoribus
Rhenaugiae. quin imò Clarissimus Joannes Geor-
gius Eccard, de originibus Gentis Guelphicae,
Filium potat Wolveni Restauratoris nostri.
verum licèt aetas non adversaretur, aliae tamen
circumstantiae Wolveni nostri, historiae Wolonis
non conveniunt. Narratur enim, eundem Monach-
rem, Indolis vagae et inconstantis, ab ipsius Paren-
tibus e Monasterium S. Galli invitis commo-
nitum, ad breve tempus resipuisse: erat quadam
die, dum campanile ascenderet, in Ecclesiam pro-
lapsum ante altare Sanctarum virginum, quia-
rum cultor et imitator erat, arvicem fregisse.
post confessionem nihilominùs communicatum
in praesentia B. Notkeri avunculi sui expe-
rasse, qui duplicatum Monachi peccatum pro
eius anima in se susceperit, nec obscura aeternae
salutis indicia obtinuerit. Non, inquam, quae-
drat haec Parentum visitatio in Wolvenum
nostrum, qui jam ab anno 988. Rhenaugiae Ab-
bas fuit. si tamen Wolo filius Comitis de Kyburg

/f/ Vadianus apud Goldast. to. III.
/g/ Hergott. charta 81.
/h/ Hepidannus in brevi chronico S. Galli.
/i/ C. 3. apud Gold. pag. 26.
/k/ C. 27. apud eundem pag. 242.
/l/ to. I. pag. 254.
/m/ apud Wegelinum Thesauri Suevici to. II. pag. 136.

et Nepos unius ex Fundatoribus nostris, procul dubio Ethico Senior avus ipsius fuit, quem per Hartmannum fratrem Wolveni procreavit. Wolonis frater fortè Huebaldus erat, qui ex alia Thietberga filia Burchardi Nellenburgici [n] n.
S. Udalricum Episcopum Augustanum genuisse fertur. In eam fabulam cum Illustrissimo Senkenbergio sententiam eo, plures extitisse Guelphici Generis ramos, adhuc incognitos, certè monumenta non desunt [o] quæ Wolveno o.
nostro plures filios adscribant, Itaque cuidam ipsius fratri, ex quibus plures rami exoriri poterant.

877. Carolus Calvus obiit.

Anno 877. Karolus Calvus [p] Galliarum p.
Rex et Imperator æstate Italiam ingressus, cùm Karolomannum quoque fratris filium sibi invito transcensis Alpibus pugna secum congredi velle cognovisset, fugam more suo iniit, et inter fugiendum defunctus correptus periit anno regni 37. scilicet à morte Patris, et in Burgundia Agauni sepultus est; post quem filius eius Ludovicus Balbus regnum Galliarum accepit.

Rhenaugiæ hac Ævo prosperitas.

Cæterùm hic annus centesimus est à prima Rhenaugiensis Monasterij fundatione, et verè Jubilæus, quo mensæ apicem perfectionis attigisse videtur. tantâ siquidem rerum temporalium affluentia, tanta virorum Illustrium copia, tanta denique regularis vitæ disciplina præstabat, ut illius ætas verè aurea dici mereretur. Protendebat plures in pagos ac regiones sua latifundia, cellam sibi habebat adjunctam, media suis in possessionibus hinc Turgoviæ illinc Cleggoviæ secura Rheno innatabat, ut vix aliud Monasterium à suis incunabulis tanta amplitudine reperiatur fundatum. Summorum regum ac Principum gaudebat gratiâ; Comites ac Dynastæ certatim sua bona contribuebant, neque deerant inter hos, qui seipsos ibidem Deo consecrarent, Abbas illustrissimi Generis potentia et auctoritati vix ulli cedebat, regularis observantia à primo restaurationis fervore calescens, fulgebat præsertim in S. Fintani miris factis et virtutibus, verbo!

---

[n] Stumpfius nuptias anno 890. adscribit.
[o] Chronicon Einsidlense usque ad an. 1000. hæc habet: Alodas land von herren Wolvene geerbt war, kam der selb und seine söhn mit einem seinem bruder, und seinen söhnen in grossen krieg &c.
[p] Herman.

Abbas III.

Locus Sanctus erat copia sacrarum reliqui-
arum celebratissimus. quæ quidem Rhenau-
giæ felicitas medium ulterius Sæculum in-
concussa perduravit, quousque nova vasta-
tione pariter deleta, plurimum de pristina
celsitudine amisit. Verùm huiusmodi vi-
cissitudines, Divina providentia sic dispo-
nente, singulis ferè Sæculis experta, nec
tamen hactenùs suppressa fuit.

III.

Sæculum Monasterij Rhenaugiensis Secundum.

An. 878. Annus primus Seculi Rhenaugiensis Secundi satis memorabilis fuit. Imprimis

Caroli Crassi præceptum. præcipiente Rege Carolo Crasso, anno Regni eius Secundo, Wolvenus Abbas cum consensu Fratrum, et Luitonis Advocati, de novo confirmavit commutationem plurium bonorum cum Gozberto comite olim factam, quam anno 871. retulimus.

S. Fintani obitus, Verùm multò illustrior hic annus evasit beatissimo transitu Sanctissimi confratris nostri Fintani [a] qui postquam viginti septem annos in Monasterio nostro, et horum vigiliti duos in arctissimo loco pro Dei amore transegisset, inaudita corporis austeritate, virtutum splendore, cœlestibus visionibus ac miraculis clarissimus, annò, ut creditur, ætatis suæ Septuagesimo octavo, sedem jam pridem in cœlo sibi præmonstratam occupavit. mox miraculorum gloria, ut in vita, ita post obitum, quoque enituit, quæ teste Auctore Synchrono, in alio miraculorum volumine, cum aliis Sanctissimi viri virtutibus, prout multis veracibus testibus comprobata erant, fuere, et quidem cum cautela exarata. Nec mirum proinde, eius Sanctitatis famam mox longius propagatam, atque vix Sæculo interposito cultui publico fuisse affectam. Sepultus fuit in Monasterij Basilica S. Mariæ in loco, ubi nunc ejus Mausolæum conspicitur. Reclusorium verò ipsius, quod tunc extrà ecclesiam parieti adstructum erat, illud occupabat spatium, ubi modo altare eig honori consecratum extat, ecclesiâ novâ versùs Septentrionem protensa. extat eius effigies in Manuscripto quodam pervetusto cum Sanctitatis insignijs. arcus verò eius ligneus ano Seculari 1578. à Theobaldo Abbate exornatus, inter sacra cimelia asservatur, cui hi versus inscripsi: Scoticus in cœlo claret Fintanus Olympo; cumque Deo vivit, nomen in orbe manet.

Sive verat exemplo mera pauca capessere pondo, quo minùs à Christi tramite flectat iter. Me, quia corrodit tandem invidiosa vetustas, ære Theobaldus rupta recomposuit.

---

[a] Mabill. ubique veterem calculum de S. Fintano sequitur. act. SS. Sæc. IV. an. 826. anal. lib. 26. anno 800. pag. 353. et l. 30. pag. 512.

Et Wolveni Restauratoris,

Fertur Wolvenum Abbatem et restauratorem nostrum paulò post à S. Fintano ad meliorem pariter vitam advocatum fuisse, cuius obitus in antiquissimis Kalendarijs nostris unanimiter inscribitur ad diem 23. Decembris. certè eius mentio, aliàs in charistam frequens, posthac

Cuig Monumentum,

desideratur. monumentum, ict par erat, nacta est in eadem Monasterij Basilica, cui tamen nomen Fundatorum ict plurium numero, adscriptum olim erat; fortasse, quòd eius Pater et Avus, aut quidam ex liberis, vel Nepotibus ibi simul conditi essent. Sargovagum, quod ossa continet, capideum est, sed angustius, quàm ict pluribus condendis corporibus sufficere † possit. videatur. in veteri Ecclesia monumentum istud in media navi Elevatum, et crate à proterentium pedibus munitum erat, quod tapetibus, umbella ac luminibus subinde ornabatur, precibus verò fermè quotidianis à fratrum choro frequentabatur; ne scilicet ignorarent posteri, eos ex ipsis fundationum tabulis adstringi, ad orandum assiduè pro Fundatoribus. Laudes Wolveni hoc loco non prosequor, cùm abunde ex enarratis elucescat ipsius Munificentia in Monasterium, in Deum religio, Devotio erga Deiparam, pietas erga S. Reliquias, prudentia et dexteritas in agendis, quibus Monasterium ab inimicis penè vastatum, non restauravit solùm, sed et ditavit, ampliavit, et ad culmen decimum provexit. Doctum lege Divina (b) monumenta testantur; et Monachorum ingressum, Sacerdotio initiatum fuisse, ut non minùs Monachi, quàm Abbatis vices obiret, humilitate adeò profecit, ict cùm in plerisq; chartis eminentibus titulis, Illustris Nobilis, vasalli Regij, Fidelis, Domini, Seniorisq; restauratorij, ac fundatoris affectus fuisset, ipse in charta postrema hoc ipso anno data sese humilem duntaxat Abbatem nominaret: Ego Wolvene humilis Abbas cum consensu fratrum &c. At in Kalendarijs antiquissimis, de quibus supra aliter inscribitur. unum enim habet: obijt Wolvene Dominus constructor huius loci. alterum verò: Wolvene Tenaugensis Monasterij Fundator. tertium denique: Wolvenus Comes restaurator huius Monasterij Tenaugie.

(b) Monumenta Mss. Einsidlensia. D.

b.

Abbas IV.

Wichram Abbas IV.

Thenaugiæ et Cellæ Albæ.

Anno 879. Wichram Abbas gremio Electus.

Wichramum Wolveni successorem fuisse, ex Catalogo S. Galli, de quo mox plura, certò constat; nec non ex quadam charta fuisse Monachum Amilgeri Benefactoris Fratrem, atq; adeò ex gremio Electum. Cæterùm regna his temporibus multis vicissitudinibus subjecta.

880. Nam anno 880. mortuo Carolomanno Bojare Rege, qui regnum Italiæ tentaverat, Carolus Alemanniæ noster ex /a/ Italiam petens, Romamque veniens, unacum regina Richarda, Imperiali unctione à Joanne Papa coronatur ipso festo Natalis Domini, à quo sequentem annum Hermannus auspicatur. Fuit is, a.

881. /b/ Gualpholoni Abbati contubernalis, cujus successores fuere Germani Fratres Conradus Junior, et Hugo dictus Abbas; quorum ille eodem anno mortuus reliquit viduam Adelaidem /c/ Hugonis Comitis Alsatiæ, ex progenitoribus Habsburgicis, Filiam, Matrem Rudolphi Burgundiæ Regis; ex cujus secundo matrimonio cum Roberto Forti dicto prodijt Hugo Rex Galliæ. b. c.

882. Carolus Crassus

At Carolus, defuncto etiam altero Fratre Ludovico, regnum Germaniæ seu Franciæ orientalis adeptus anno 882. celebrato in Alemannia Natali Domini, ad S. Gallum divertit; ubi relignante Hartmuto, supradictorum cenobiæ Abbatum cognato, substitutus Abbas per Electionem Fratrem Bernardus fuit; Eo in loco Thenaugia jacturam instaurationis sui Wolveni experiri cogitur; cum enim is Monasterium suum in jus proprium et dominationem post suum obitum habendum Carolo tradidisset hic potestate sua abusus, cùm esset in S. Gallo cum propensissimus, illi in pago Turgovien-

Tamheim S. Gallo Donat.

si donavit /d/ Wolvesrieti seu Wolfsrieti, d.
/e/ hodie Rofswiler, et Stainhem seu /f/ Stamheim amplissimam villam, olim in fundatione Wolveni comprehensam. non enim alienumerat à regibus illo ævo etiam integra donare Monasteria, prout ibi Carolus S. Gallo ob vini et olei co- e. f.

/a/ Hermann ad annum 880.
/b/ Mabill. eodem ano in anal.
/c/ Schopfel. Alsatia Illust. t. 1. p. 753. 778. 781.
/d/ Trotpertus apud Gold. rer. Al. to. 1. p. 20.
/e/ Cong pag. 334.
/f/ Stumpfius l. V. cap. 5.

-piam tradidit Nassin Lombardiæ cœnobium, quod Liudwardus Episcopus Vercellensis et cancellarius in beneficium tenebat.

Is tandem culmen summæ potestatis est consequutus, cùm mortuis /g/ Carolomanno et Ludovico filijs nothis Ludovici Balbi, qui jam anno 879. decesserat, ac postposito legitimo posthumo Carolo tunc quadrimo, eò à proceribus gallia regnum deferretur. unde non solùm à corporis mole crassus ea Grossus, sed etiam ab amplitudine regni Magnus dicebatur, renovato Caroli Magni Imperio in Italiam, Galliam et universam Germaniam. Sublatus nempe in altum fuerat, ut casu graviore rueret. g.

885. In Cuius Fraternitatem Rhenaugia venit.

Anno 885. Indictione III. Imperante Serenissimo Domno Carolo Imperatore Augusto facta est conventio celebris /h/ inter Monasterium S. Galli, cui tunc venerabilis Abba Bernhardus præerat, et aliud Monasterium, quod Rinowa nominatur, ubi Wichramnus Abba præfuit ipso tempore: videlicet ut quandocunque de uno istorum Monasterio ad aliud nomina defunctorum pervenerint. Fratrum, plena Missarum et Vigiliarum, psalmorum et oblationum commemoratio peragatur, sicuti solent in utraque parte pro suo proprio agere fratre. Ita sonat Instrumentum Fraternitatis, quæ eodem anno, sed Indictione IV. scilicet à Kalendis Septembris inchoata, etiam facta est inter S. Gallenses et Morbacenses. Porrò Suffragia fieri consueta in sequentibus consistebant; Ipso die, quo nuntiabatur defunctus, singuli Presbyteri tres Missas, cæteri fratres psalterium ac celebrationem vigiliæ decantabant, communisque oblatio ab omnibus fiebat, quibus verbis sacra communio intelligi potest. Die septimo recitabantur triginta psalmi. trigesimo autem Presbyteri omnes pro defuncto unam missam, et reliqui quinquaginta psalmos implebant; denique annona, sicut uni è fratribus datur, pro illo ex integro per singulos triginta dies pauperibus tribuebatur. h.

Cæterùm inter triginta novem Monasteria S. Gallensibus fœdere juncta Rhenaugiense numeratur loco octavo: Fratribus in Rinowa;

/g/ Hermannus in Chronico.

/h/ Goldast rer. Alem. to. II. pag. 181.
Mabil. anal. to. III. n. 94. pag. 251.

quorum nomina libro Fratrum conscriptorum inserta sunt pagina vigesima octava, cui sequens titulus: Nomina Fratrum de Monasterio Rinowa. extat codex iste praclarus, quem Dn. praedecessor meus Authographum mihi habere dignatus est. Inscribitur primo loco Abbas noster Wichram Abba, qui Societatem illam iniit. huic subjiciuntur proximè antecessoris ejus Wolvine Abba, et Antwarth Abba. Gozbertus I. omittitur, praesertim dubio, quia S. Gallensis Monachus, necdum inde alterius Monasterij Fratribus in Societatem adlectis Miscendus erat. tum eodem ordine, quo Abbates, adscribuntur illi Monachi, qui eodem anno inviti foederis conventum Rhenaugiensem efficiebant, ac denique reliqui, qui sub dictis Abbatibus à tempore dedicationis vixerant, licet jam defuncti essent. Hos supra ad annum 858. annumeravimus; nunc par est, ut et illos subjiciamus, aequali ferme cum praecedentibus numero. Hi sunt itaque, qui fedas saepè dictum injere.

Nomina Monachorum nec viventium.

Adalhart prb.
Perachser prb.
Thiotine prb.
Liutheri prb.
Othart mon.
Jambrecht prb.
Pald mon.
Richker prb.
Adileoz Diac.
Hunbrht prb
Egilger mon.
Wolfhart prb.
Egilhart Diac.
Adalger prb.
Cunthere Sub.
Peringer prb.
Adaling Diac.
Liutpleht Sub.
Wolfride pr.
Walthere Sub.
Othart Sub.
Wolfhart Sub.
Othine Sub.
Winitheri Cler.

Inter hos quatuor Seniores jam arte regimen Wolvchi professi fuerant, et fortasse etiam Wichram in charta quadam de anno 878. nominatus, qui tamen in

præsenti catalogo ùt Abbas comparet. Ex reliquis nonnulli in alijs quoque chartis nostris occurrunt, veluti Adilolf, vel odilolf anno 870. Winitheri 875. Egilhart ão 876. Richker ão 879. denique Luitprech ano 892. cuius propria manu Scriptum monumentum adest. Iam de publicis Gestis ex Hermanni Manuscripto pauca sunt prosequenda, ne memoriæ excidat, qua tempestate nostrates vixerint.

886. Anno 886. Carolus Imperator in Gallijs minus prosperè contra Normannos pugnavit.

887. Secuuti verò Richarda Imperatrix adulterij cum Luitvardo vercellensi Episcopo, qui apud eam, et Imperatorem familiariter in palatio vigebat, ab Imperatore, et alijs incusata, divino Judicio ab omnium se virorum comixtione integram, et eatenus virginem comprobavit; quamvis Iam duodecim annis in Conjugio Imperatoris aparuerit. moxque ab eo separata in Andelahense /. Andlau./ Cœnobium Virginum à se constructum secessit, ibique sedula in divino servitio virgo regina permansit. Dein Carolus Imperator gravitèr infirmatur, mente etiam, ùt videbatur, minùs valuit, omnesque regni Principes averso ab eo jam animo, cum apud Francono furt conventum habuisset, /. Mense Novembri. /unanimiter eum deseruêre; et Arnulfum Fratris eig Karolomanni filium, non ex legitima coniuge, sed tamen Nobili, natum, Carentani scilicet Ducem super se Regem constituêre. Carolus verò cùm se à cunctis omnenò ministris, etiam et servis suis deseri, et à solo Luitperto Moguntiensi Archi Episcopo adhuc videret sustentari, supplex Iam Arnolfo munera misit, et pauca ab eo in Alemannia usque ad obitum suum prædia postulans impetravit.

Caroli Crassi Exauctoratio,

888. Et obitus. Anno 888. Karolus Imperio jam privatus, Deo devotè serviens in villa Karlemanniæ Nidinga infirmatus, et, ùt quidam perhibent, à suis strangulatus, Idus Januarij vita mortali decessit, et quibusdam videntibus cælo Aperto, et lumine super eum apparente /i /Augiam delatus, juxta altare S. Mariæ sepultus est. Tum multis regulis emergentibus Ludolphus filius Conradi in

/i /regino habet in Augea, non verò in Meinau, ùt perperam notat Frecherus ad annales Fuldenses.

in Burgundia, Rbo filius Rodperti in Gallia regium nomen invasere. e quibus Rdo Arnulfum regem, franciam petentem, humiliter adiens, et benignè susceptus, permisso eius invasum tenuit regnum. Itidem Rudolfus Ratisbonam adeum veniens favore eius pervasam impetravit Burgundiam.

Abbas V.

Gozbertus II. Abbas V. Rhenaugiæ et Cellæ Albæ.

Anno 888. Gozbertus, Rhenaugiæ haut ampliùs Wichramum sed Gozbertum præfuisse, certum est ex charta hoc ipso anno data, vocatur enim ibi Monasterium Rhinaugia, ubi modò Gozbertus præesse dinoscitur. Verùm an ille tunc Abbatis quoque munere functus fuerit, vel, pro illius ævi consuetudine, comendatum duntaxat sibi Monasterium tenuerit, adeò expeditum non est, cùm nomen Abbatis, aliàs exprimi solitum, reticeatur: quod in altera quoque charta data ano 892. contingit, in qua pariter, nomine Abbatis omisso, dicitur: ubi modò Gozbertus præst. Comitem fuisse, certum est, et, ut videtur, Cleggoviæ, ubi frequentius judicia exercuit, et latifundia sua posuerit, certè in concambio, quod cum Carolomanno et Wolveno restauratore de rebus Monasterij celebravit ano 872. et 873. sæpiùs Comes nominatur; quin imò in citatæ præsenti charta Comitis pagensis officium administrasse, per consuetum formulam innuitur: Coram Gozberto Comite. occurrit Gozbertus legatus Imperatoris Caroli Ja in Charta — a.
Bernardi Abbatis S. Galli, scripta à Hartperto, in præsentia Adalberti Comitis ano 893. qui consobrinus Gozberti in monumentis nostris vocatur. Nihilominus dubitari nequit, Abbaticali titulo paulò post insignitum fuisse sæpè dictum Gozbertum, quo se luculenter exprimit in alia posteriori charta eiusdem anni 892. ita loquens: ubi ego ipse licèt indignus Abba Gregi Dei præesse videor. tam humilis expressio te-

Anno 888. Gozbertus, Comes Cleggoviæ et Abbas.

a Ja apud Goldast. rer. Alem. to. II. pag. 32. Car. 24.

-spiciens ipsum regularem Fratrum Gregem non nisi vero Abbati convenire potuit; præsertim cum non minùs, quàm filius ipsius Folkerus, Monachum Lenaugiæ inter hæc induisse videatur.

Udalgerus et Imma Benefactores.

Dicto igitur anno 878. Udalgerus una cum coniuge sua Imma tradidit Monasterio, quicquid habuit in pago Tiergove in villâ Appilinkusin /. Appenhusen. / et Zeh-Zinvicare /. Ehweiler. / cum domibus, aliisq; ædificijs necessarijs, pratis pascuis, Sylvis, cultis et incultis, quæsitis et inquirendis, usque ad villam Eichelingam /. Eichslingen. / reservato tamen sibi, et uxori suæ usufructu in bona quædam Basendingæ ad Monasterium pertinentia; nec non in Beneficium quoddam, quo hactenus Egina in Kate fruebatur; denique etiam jure, viginti porcos tempore glandium in donatis Sylvis saginandi. Facta est hæc donatio in Basilica Zinaugiensi coram Gozberto comite, qui ad initium charta dicitur Monasterio præfuisse, Anno I. Arnolfi regis XV. Kal. Julij.

890. Anno tertio regni sui idem rex constantiam, Augiamque orandi causa adijt.

891. Sequenti verò anno, cæsis Nortmannis, Natalem Domini ulmæ celebravit. et tristi omine anno 892. Ungaris Auxiliatoribus, qui nuper illas in partes de aquilone advenerant, Moracensem Zwendiboldi Ducis regionem vastavit.

Gonthere Benefactor.

Eodem anno quinto Arnolfi regis, die 9. Februarij Gonthere tradidit Monasterio, quod dicitur Zinowa, ubi modò Gozbertus præst, Casadam Legitimam, cum pertinentijs ædificijs et pascuis, sitam in Munchingen /. Munchingen. / ad torrentem Wuttach, quæ villa in quadam charta /6/ dicitur pago Chlethgowensi contineri, quoniam illa tempestate Cleggovia protensa fuit. Eodem in eodem pago præsens donatio facta fuit in villa Hettenburch coram Gozberto comite. utrumque pagum Cleggovie et Hegovie confundit quoque [illegible] Ischudig 6.

/6/ Hergott. to. II. par. I. charta. xiij.

/c/ cuius caput hanc villam Altenburg facit, ubi exigua quædam vestigia manserunt antiquæ arcis, longè tamen ante enatos Schaffhusianos diruta. Suspicionem viris doctis /d/ hæc præbuere, nomen Comitum de Altenburg inde fuisse enatum. c. d.

Gotzberti Abbatis Amplissima donatio.

At benefactoris religiosi munificentiam sua facilè superavit ipse Gotzbertus amplissima donatione Monasterio facta eodem anno 892. die 18. Junij, jam Abbatis titulo gaudens: ubi ego ipse, licet indignus Abba, Gregi Dei præesse videor. Ceu, Gotzbertum tandem a Fratribus agnitum et Electum Abbatem fuisse, atque eapropter motum sit cumularet Monasterium beneficijs, cui non solum filium suum Folkerum, sed etiam seipsum sociare non dubitavit, exemplo Wolveni, et Sigemari, Salomonis quoque, qui circa idem tempus cum die S. Gallensibus familiaribus fuisset, tandem Monachum professus, et mox Abbas Electus, ac postea Episcopus Constantiensis huius nominis tertius. /e/ Verùm donationem munificam Gotzberti paucis prosequamur. Non solum igitur religiosi ille, quæ olim per concambium Monasterio cesserat, mensæ in pago Cleggoviæ in villa Ressingen decimationis integritatem, cum parte a supradicto Episcopo Salomone disquisita, omnemque decimationem in Jestetten, et Hossetten, cum reliquo ad eam pertinentibus in Grasmondingen Zechberg, Isaborn, et Dalba; sed etiam cuncta restituit, quæ per dictum concambium obtinuerat, nimirum pagi Cleggovianis dynastiam Lauffen, cum Thuetlingen, et Glorinsertare, pacto tamen redemptionis reservato sibi, et consobrino suo Comiti Adelberto, ad duos annos valituro. Adelbertus iste Junior vocatur in quadam charta /f/ de anno 894. ad distinctionem Senioris eiusdem nominis e. f.

/c/ Galliæ Comata pag. 266. Latobrogi populus der Cleggau auch Klegau an der rechten seiten des Rheins in germanischen gebieth gelegen, dessen haubt sich vor zeiten die veste Altenburg, dem namen Latobrog ehrlich gewesen, so vor vielen Jaren von denen von Schaffhausen zerstört worden, ist vor Rheinau der Helvetieren hinüber an der rechten seiten des Rheins gestanden.

/d/ clariss. P. Eustach. Heer anon. Chron. pag. 337.

/e/ Mabill. anal. to. III. ad an. 890. n. 48.

/f/ Hergott ubi supra charta 96.

Comitis Turgaviæ, de quo actum est sæpè. cessi-
-onem hanc scripsit manu sua Luitpertus Mo-
-nachus Rhenaugiæ, cum nota subdiaconi cata-
-logo S. Gallensi insertus, qui procul dubiò [g] g.
ex legum dispositione Monasterij Notarius seu
cancellarius constitutus erat. Sed enim his
Gozbertus non contentus, pro remedio ani-
-mæ suæ ac parentum suorum novâ donatio-
-ne superaddidit, quicquid in pago Cleggoviæ
in Ottwa [h] S. Egilsau. habere visus est, cum k.
terris, Basilicis, casadibus &c. Item quicquid
in Tinheim habere visus est, cum rebus Eccle-
-siasticis, vineis, pomarijs, pratis, molendi-
-nis &c. ubi iterum occurunt vineæ in proxi-
-ma valle, Käsenbergeri thal dicta, cui immi-
-net antiquissima arx Küssenberg, sedes
Comitum hujus nominis, qui fortasse hunc
Gozbertum inter progenitores suos nume-
-rabant. postremò etiam in pago Hegewe ad-
-jecit, quicquid in villa Ruotlingen S. Vieting-
-en & ad danubium. habere visus est, cum
Basilicis, vineis, Sylvis et Molendinis. cui
postremæ donationi similiter pactum reluti-
-onis pro se et filijs suis Folkere appositum
est, nequaquam tamen in opus redactum.
Hac tam liberali donatione, qua Monasterium
saltem ex parte etiamnum fruitur, Gozbert-
-us se verum Patrem Rhenaugiæ demonstra-
-vit; nam, qui Abbatiæ solum in Beneficium
tenebant, non solebant bona Monaste-
-riorum addere, sed detrahere.

895. Anno 895. Arnolfus rex Italiam pe-
-tit, et regenti expugnatâ Româ à Domino
Papa honorificè susceptus, Imperatorque
coronatus est. Cujus regni anno undecimo
Herluith novus Benefactor pro remedio
animæ suæ haud exiguam agri portionem
in pago Turgoviensi villâ, quæ vocatur
Wichsa [i] Wyden haud procul Stadelfingen,
Monasterio Rhenaugiæ tradidit, ea tamen ratio-
-ne, ut usque ad obitum suum possideat, hic
annuo censu unius molabilis Molaris, post
exitum verò suum, nepos ejus Walbramus
singulis annis dicos ejusmodi Capides præ-
-stet, ad denique ad propriam potestatem.

896.

Herluith Benefactor.

---

[g] Capitular. Caroli M. ann. 806. cap. 5. apud Mabil. de re dipl. l. III. c. 4. n. 5. et l. II. c. 13.
[h] Tschudius Chron. Helv. to. I. pag. 156. Hergott, prolegom. Geneal. to. I. pag. LIV. Gerbert. Hist. Aleman. p. 4. Ibi pro-
bant alia Littera Westingensi, quam vidi de an. 1318.

Monasterij redeat. actum in Loco, qui vocatur Buselingen /. Büsingen, aui inferius Schaffhusia accrevit. coram praesentia populi, et idoneo testibus.

899. Anno 899. Arnulfus Imperator Ratisbona, ubi frequentius morabatur, aegrotans obijt, et in Basilica S. Emerami sepultus est anno regni XII. /i/ cui filius eius Ludovicus puer anno 900. in regnum constitutus est. Heinricus filius Ethiconis Junioris primus Fundator Molsensis Coenobij /k/ extitit. Dedit de Hochunwarte in Bavaria, Beatam nomine, ex qua tres filios genuit, S. Conradum Constantiensem Episcopum, Ethichonem, et Luodolfum.

907. Ungari anno 907. et tribus sequentibus late vastant Bajoariam, Saxoniam et Thuringiam, Alemanniam et Franciam.

912. anno 912. Ludowicus Rex Adolescens moritur, 12. Kal. Febr. postquem deficiente nostris in partibus regio stemate, illius ex Sorore nepos Conradus filius Conradi /l/ ex Pica orientalis Franciae Dux electus est. Burchardus Dux Alemanniae occisus, pro quo Erchanger ducatum invasit.

/i/ Ita Herman. ad Annum 912. cum alij Scriptum tradant Aetinge.

/k/ Anonymus Weingartensis apud Canisium in historia et Chronico Welforum.

/l/ ad Annum 911. Herman. Mabillon. Hartman. ad an. 912.

Rupertus Abbas VI.

Thenaugiæ et Cellæ Albæ.

Post Egilbertum IX. Thenaugia præfuit Rupertus, qui ano 912. assistente Hiderado advocato quoddam concambium celebravit cum Pabone. dedit enim hic Monasterio, quidquid habuit in pago Chlingouue in villa Hasela s. Haslach. s. et accepit, quæ ad Monasterium pertinebant in ostro Chlingen. s. Ostringen. s. villa haud procul inde sita, ac olim in donatione Ludovici Germanici comprehensa. cæterùm ea ipsa, quæ Pabo in haslach tradidit, acceperat olim in Beneficium à Woldeno Extaiecratore nostro, et Seniore suo id est Domino ac Patrono. unde Pabonem jam provectæ ætatis fuisse constat, cùm istum contractum iniit, Woldeno jam ante triginta annos defuncto.

Anno 912. Rupertus Abbas Concambium facit cum Pabone.

Idem Rupertus Abbas scripsit codicem in Musæo nostro numero quinquagesimo primo, continentem diversarum SS. Patrum homilias, quibus ad finem nomen suum Ruodperti adscripsit, deprecans lectorem, ut pro ipso subjunctas orationculas recitare velit, procul dubio pro Abbatibus dici solitas: sub quo et alius Monachus ac Presbyter Hademarus codicem quatuor Evangeliorum scripsit, quibus ad marginem additur concordia Evangelistarum. Ipsius Hademari effigies ad calcem conspicitur, casula ex humeris defluente, tonsurâ lata in summo vertice, capillis circum defluentibus; cui hi versus subjuncti:

Hoc tibi dat munus, Deus omnipotens, Hademaro,
cui peccatorum veniam concede suorum,
Nostri Plasmator, cæli, terræque creator.
Hoc lector poscas, si propria crimina noscas.

Eius Mſc.

Idem Hademarus alium scripsisse codicem videtur, aut certè illius in munere Notarij Antecessor Luitprechtg Subdiaconus et Monachus; est enim mole exiguus, sed antiquariorum opinione magnopere æstimandus. nam continet exempla diversarum chartarum et Epistolarum; inter quas una est Epistola Thiathildis Abbatissæ Montis s. Zomarici ad Iuditham Imperatricem, cuius Abbatissæ nomen hactenus ignotum fuit; est et altera ad Hadrianum II. Summum Pontificem, denique sequuntur formatæ ac formulæ plures à jam editis diserepantes. Bolandus in limine sui operis pag. 47. adducit antiquissimum Martyrologium

nostrum, eoque per decursum ætatis, totumque edidit Goldastus in præfatione ad to. III. Juris alios eiusdem ætatis, scilicet sæculi decimi inchoantis, vigenti circiter codices, SS. Patrum opera plerumque continentes præterimus, omittendum tamen non est insigne S. Gregorij Sacramentarium, scriptum sub Ludovico infante, Conradi prædecessore, Regula SS. P. N. Benedicti, Liber Evangeliorum mirifice operè tectus, gemmisque ornatus &c.

Eodem anno 912. Rudolphus Dux Burgundiæ obijt [a] et Rudolphus filius Heinricus Rex Galliæ a.
fuit. Conradus verò Germaniæ Dux Natale Domini [b] Constantiæ celebrato, cum Salomone b.
Episcopo et Abbate S. Galli, ibi, inter alia beneficia Monasterio illi collecta, circa
Turbæ propter Stainhem [1] Stamen. sive villa à Carolo Crasso
Stamen. olim S. Othmaro dicta, quicquid Regij Fisci adhuc supererat, totum ad eiusmodi tradidit, [c] nam parentes eius eum vexaverant. c.
Alamanniæ tunc Duces dabant Nuntij regij Erchangerum et Berchtoldum, quorum ille Serenissimæ modò domûs Schwarzbergicæ [d] Heggoviæ d.
proximè nunc dominantis, Satores fuisse fertur. Illi castellum quoddam super Stainhem jam diu ibi construxerant, atque aegerrimè ferentes illud potestati huc subduci, resistunt primò Salomoni possessionem adituro, deinde in itinere obvium, pristinæ simultatis memores, cæpiunt, et in arcem Liupoldi burgum Hegovia
914. includunt; ubi nihilominùs à Bertha Erchangeri uxore benignè habitus, tertia post captivitatem die à Sigifrido patruele suo capitur, captis ambobus fratribus Erchangero et Berchtoldo, nec non eorum ex sorore Nepote Waltfrido. Et ad cæsarem delata, quicquid deprecaretur Salomon, capite plectuntur, et
917. Burchardus Sueviæ Gentis Nobilissimus Alemanniæ Dux constituitur. Ex vero castellum illud [e] solo æquatum. Rodamum [2] Othmaro sanctitate macte tradidit Turicensium, omnique annorum illo Conradus dum vixit, censum capitis sui in cera ad Sepulchrum eius, uti filius carnificum illorum, pro reatu quasi in eam propriè mittit: quod et Rudolfus postea Burchardi comitis pater, cum e.

---

[a] Hermannus in chron.
[b] Hepidanus in chron. apud Gold. to. I.
[c] Ekkardus Junior ibidem pag. 17.
[d] Acta Ipsh. ad annum 1709. apud Hottinger to. IV. in addit. pag. 62.
[e] Ekkardus Junior ubi suprà pag. 18.

eiusdem quidem prosapiæ fuerit, in censu Ca-
-lybum de metallo fraudem Iudiarium fecit.
Eiusdem prosapiæ, inquit Ekkardus Iunior,
nempe persequutorem Ecthmiæ, cùm alias
[f] Conradum regem Genere Francum, Rudolphum f.
Comitem verò Sveviæ suisse [g] constet. Con- g.
-radus igitur Wirtinum [h] acta Francorum
nobilitate progenitum, Rudolphus verò Ger-
-manus. L. Conradi, Ruthardum inter proavos
numerabat, cuius filius ab Ekkardo Wolf-
-hardus, ab Anonymo autem Weingartensi pe-
-petuò Guelfus nominatur.

Eodem anno 917. Ungari Bajoariam per- k.
-vagati, in Alemanniam irruperunt, captoq; i.
Udalrico Puchorni Comite, mirabiliter postea
uxori restituto, Basileam urbem [i] deseve-
-runt. circa idem tempus Monasterium quoque
Disertinense ab iisdem vastatum. [k] K

918. Anno sequente Burchardus Alemanniæ
Dux unacum aliis Imperij Principibus re-
-bellat: sed quibusdam debellatis Conradus
rex restituta pace diem supremum obijt.

919. Cuius hortatu Henricus, dictus auceps, Sax-
-oniæ Comes, in regnum eligitur. At Rudol-
-phus rex Burgundiæ, audita Conradi morte,
cum magnam partem moderne Helvetiæ
possideret, proximas Alemanniæ regiones,
progenitorum suorum sedes bello subjugare
aggreditur, et Turego in deditionem accepto
castra proppe Sichorgi arcem locat. at
Præliū apud Witoduruum. Burchardus Dux Alemanniæ apud Winterthu- C.
-rium [l] pugnâ comissa regem vicit, fuga-
-vitque. verùm agente Henrico rege pax in-
920. -ter partes Wormatiæ stabilita, Bertha filia
Burchardi Rudolpho regi nuptui data.

His successibus elatior Burchardus Mo- m.
922. -nasteria vastare cæpit, S. Gallum [m] Augi- n. o.
-am [n] Theonaugiam, Turicachum [o].
Donec Rudolpho Genero ad Imperium Italiæ
924. vocato suppetias ferens, post biennium occubuit.
925. Interhæc Ungari, nullo resistente, Alle- p.
-maniam vastando pervagantes [p] ad Cæno-

---

[f] Regino apud Freherum pag. 68.
[g] Anonymi Weingart. histor. Guelfica.
[h] author vitæ S. Firminj, apud Mabill. act. SS.
ord. S. Bened. Sæc. III. par. II. pag. 245.
[i] Hermannus ad hunc annum.
[k] Hottinger hist. Eccl. [l] Herman.
[m] Ekkard. Iun. apud Gold. p. 29.
[n] Herman. in Chron.
[o] Cang. pag. 475. [p] Herman.

ngari Vastant viciniam,

-bium quoque S. Galli pervenunt. Engilbertus Abbas, castello ad Sintheim Rhenum constructo, Thesaurum Ecclesiæ reposuerat, præter libros, quos Regiam comiserat, reliqua ab hostibus direpta; S. Wiborada reclusa nec tradita, Basilica, sed incassum, ignibus tentata. Tum subito tumultu facto, iter versus constantiam flectunt; nec tamen simul ibant, sed turmatim urbes, villasque invaserant, et spoliatas cremaverant. constantiæ, quæ foris muros cremata, intus armis defensa. augiam quoque navibus subductis, amnibus multis in circuitu fulgidam /q/ hostes sævi transierunt, circa Rhenum omnia igne, cædibusque pervadentes.. utramque Rheni ripam eos vastasse constat; nam et S. Ringensem S. crucis locum invasere, ex utraque parte confederant. Erat ea tempestate in pago, quem Fricowe dicunt Hüringer quidam vir non adeò præpotens, sed manu et animo validus: Iste turmam illam, quæ cis Rhenum à socijs, qui ultra Rhenum erant, distinctam intempesta nocte invaserat, et pæne omnes, præter qui Rhenum fuga transnataverant, aut occiderat aut merserat, spectantibus internecionem sociorum transfluminalibus hostibus. Tum navibus Hungri de Schwartzwalde multis paratis in Galliam suas legiones transponunt.

n Rhenaugia
Cella Alba.

Ex hac Ekkardi Junioris Monachi S. Galli narratione sepius videtur, non solum Rhenaugiam, sed et cellam Albam hac turbine subversam fuisse, quæ in Schwartzwalde sita prædonum Monasterijs præcipuè inficiantiam manus haud evasit. Detale silentium aut multos dehinc annos monumentorum nostrorum fatis deplorat irreparabile damnum tunc Monasterio nostro illatum; meritòque legendum, vix superfuisse /z/ quo posteris adeò cognitum totius patriæ vastationem brevi consignaret. occasione perditæ creduntur diplomata Caroli M., ac Ludovici Pij. Multa sunt loca, in chartis præcedentibus recensita, quæ hâc ruina aut penitus sepulta, aut ex populosis vicis in prædia solitaria redacta sunt. Sic Ruabova, Holtzheim, Morinsvilare, vix rei reliquæ vestigia. Sic Hofstett in et Hasela, amplioris quondam villæ, jam prædia sunt; arx quoque Altenburgi destructa. Monachi nostri cum Abbate Liuperto,

/q/ Ekkart ubi supra
/z/ Wurstisius chron. Basil. pag. 81.

qui in manus barbarorum inciderunt, certè /s/ ex more coram trucidati sunt fuêre: quorundam nihilominùs exstitisse, non solùm monumenta posteriora probant, verùm etiam, quæ maximo in pretio erant, ut sacræ reliquiæ S. Blasij, Januarij, Mauritij, diplomata Ludovici Germanici, cum quibusdam chartis ac codicibus conservata; decisis enim latis non immorabantur Barbari, et tunc jam consulebant metu Principum, constantia, ulnis, alicèque villæ circumductis muris urbes evaserant. Posteriores aliqui scriptores fugiam quoque /t/ descriptam voluêre, tacente domestico Hermanno, et contradicente Suppario Eccardo; unde Rhenaugiam supponere debuêrunt. Monasterium S. Trudperti, cellæ olim Albæ proximum, huic, dubitatis vastationibus succubuit, /u/ quando Ungari denuò Alpego viam pervagarunt. Campidonum ter distinctis vicibus per eos crematum. Ingens deinde fames, atque hominum mortalitas subsequuta; unde extat in quodam codice nostro coætaneo tractatus, de Nomine Hungarorum, quod non à Mag et Magog, ut multi tunc volebant /w/ sed à fame, quia hunger à Teutonicis dicitur, derivari docebat. s. t. u. w.

926. Anno sequenti porrigunt hostes vastare Alsatiam, Franciam et Galliam. Hermannus Comes pfalsinus, occiso in Italia Burchardo, Dux Alemannis constituitur. Monachi Rhenaugienses, qui cruce superverant, in Monasterio colliguntur, relictâ ac diplotâ penitùs cellâ Albæ.

933. Anno 932. Monasterium S. Trudperti /x/ ab Hungaris vastatum per Majores comitum de Habsburg restauratur, et pluribus ditatur. Ille verò ruinis per orientales Francos in Alemannia multas civitates igne /y/ et gladio consumentes, quos sequenti anno Henricus Rex multa cæde prostravit. Hugo Alsacius Abbas, præficitur. Eberhardus Argentinensis Episcopus primas indicta cella Meginradi venit; conditor nempe et Abbas illius Monasterij, licèt eam in Eremo prævenerit Deum /z/ antè ac post suam Mitris Episcopalem

934.

x. y. z.

/s/ Chronographia Benedicti Burani in Chronico Michelbergensi pag. 28.
/t/ Hartman, et Hottinger ad an. 925.
/u/ Bucelinus ad annum 928.
/w/ Mabil. to. III. ad an. 962. pag. 55 &.
/x/ Bucel. chron. const. S. Blasiens. Wulpert. prol. 1. Hist. Msc. S. Blas.
/y/ Continuator Reginonis.
/z/ Idem, nec non Hartman, et Mabillon.

S. Conradus
Episcopus Constantiensis Administrator seu Abbas VII. Rhenaugiæ et Cellæ Albæ.

934. Conradus Guelphus Rhenaugiam administrat;

Eodem ano 934. constantiæ Notingo Episcopo defuncto, /a/ Counradus Genere et vita præno- a.
-bilis Præsul ordinatus quadraginta et unum per annos illam nobiliter rexit Ecclesiam.
Electio facta in præsentia S. Udalrici Episcopi Augustani, eiusdem professæ Guelphicæ Sacer-
-dotis. cum enim S. Conradus Prohepos esset Restau-
-ratoris nostri Wolveni, haut gravatè Monaste-
-rij Rhenaugiensis ab Hungaris vastati curam in se suscepit, atque tam in Spiritualibus quàm temporalibus toto ferè sui præsulatûs tempore administravit. Sæpè præsentia sua Rhenau-
-giam dignatus est, atque inter fratres, instar Fratris /b/ more suo vivebat. ut verò pro- b.
-pior esset Monasterio nostro, haut diu post a-
-deptum Episcopatum possessionibus suis re-
-motioribus dimissis, loca Monasterio nostro prox-
-ima conquisivit. Etenim Patrimonium /c/ c.
quod à Patre possederat, Alsdorf /. aldtorf. /
et Wolpeterwende, et omnia ultra fluvium
Stuzina /. Schuls. / sita, Fratri suo Rudolfo per
concambium donavit, et ipse ab eo nobis pro-
-pinquiora recepit, id est Enslingen seu Euslin-
-gen /. Islingen. / et Andelvingen /. Andelvingen. /
cum omnibus appertinentijs suis. Porrò andel-
-vingen olim Ruthardus S. Conradi Atavus à Si-
-donio Episcopo constantiensi /d/ obtinuerat. d.
Rhenaugia verò in utroque loco jura sua red-
-nuit.

a propinqua conquirit,

Proximum castrum S. Udalrico invisit.

Contigit aliquando memorabile factum, dum S. Conradus una cum S. Udalrico Augustano E-
-piscopo Rhenaugiam inviseret, et ad proximum /e/ castrum Caugen se conferret, in quo dum si- e.
-mul commorantes die quodam Rheni maximum velut in abyssum prorruentis, indeque vi-
-su horribili ebullientis mirarentur impetum, duas vident volucres circa rupes è medio

---

/a/ Hermann. Anonymus Weingart. hunc annum assignat in eius vita.

/b/ Ekkard. Junior apud Gold. to. I. pag. 49.

/c/ Anonymus Weingart. in historia Guelfica apud Canis. et Basnagium.

/d/ Katpertus de casibus S. Galli C. II. apud Gold. to. I. pag. 2.

/e/ Udalricus Epis. const. in vita S. Conradi Calixto PP. oblata apud manlium chron. Const. edit. Pistorij pag. 640.

fluminis prominentes, incessantiqs volatu gy-
-rantes; quæ ingruente interdum rotatus de-
-fectu, aquarum voragine præcipitari in-
-cipiebant, rursumque emergentes, miserabi-
-le spectaculum intuentibus præbebant.
Non diu re insolita sancti frustrantur, qui in
avium specie animas necdum ad plenum pur-
-gatas, illo tormenti genere cruciari, per
spiritum docentur. Festinatur ergo ad cele-
-berrima mensæ cælestis præsidia, et prior
ùt hospes accedere cogitur senior Udalricq
hostiam vitæ immolaturus, qua divinitùs ac-
-cepta, non nisi una compalet avicula. alte-
-ra quoque per dominum domûs Conradum
offertur salutis victima, et altera simili
translationis modo liberatur anima. Domi-
-nus domûs erat Conradus, procul dubio,
quia Abbatis munere fungebatur Thenaugiæ,
ad quam castrum illud spectabat.

936. Anno 936. Henricus rex obiit, pro quo Otto filius eius regni gubernacula accipiens [f] tri- f.
-ginta octo fermè annis strenuè rexit. Sequenti
937. anno Ungari denuò Bajoariam, orientalem
Franciam, Alemanniam, Alsatiam, et Bur-
-gundiam vastant. Rudolphus Burgundiæ
rex defunctus Agauni apud S. Mauritium
sepultus est, filiusqs eius Conradus regnum
939. pro eo suscepit. Anno 939. Otto rex rebelles
941. domat, occisis ducibus Eberhardo, et Gisalber-
-to, castrum Brisacha expugnat. anno 941.
S. Udalricus ex ruderibus vastati agauni
reliquias Thebeæ legionis in augiam ad
Alwicum Abbatem defert. [g] g.

945. Reginbertus Thenaugiensis cellam Albam denuò habitare cœpit.

Anno quadragesimo quinto supra Nongen-
-tesimum [h] Reginbertus inter Thenaugienses, h.
manu sæculi decimi, catalogo S. Gallensi, cum
nota Presbyteri insertus, ad eremiticam vi-
-tam aspirans, de licentia S. Conradi Episcopi
et administratoris, solies, post dictinam deso-
-lationem, cellam Albam, relatis S. Blasij re-
-liquijs, habitare cœpit [i] ac magnis virtu- i.

---

[f] omnia ex Hermanni chronico.
[g] Mabill. in anal. ad hunc annum.
[h] distinguendq à Nobili de Säldenbüren, quem
hoc ano Bucelinq produxit. P. Stanisl. Wül-
-berz in singulari historiæ S. Bl. Mjc. Basilea
Sacra ad an. 950. pag. 133.
[i] diploma Ottonis II.

-tibus inclarescere. In altera Burgovie Ere-
-mo, ædificijs nondum perfectis /k/ eodem k.
anno Thiedlandus ab Eberhardo in adiutorem
adsciscitur, quem pseudo-hermang /l/ primum l.
Abbatem vocat.

948. Anno 948. Herimannus Dux Alemanie
defunctus, et Liutolphus Gener eius, filius Re-
-gis Ottonis, dux pro eo à Patre constitutus est.
Ipso anno /m/ Capella in cœnobio S. Meginra- m.
-di cælitus consecrata est XVIII. Kal. oct.

950. Anno 950. otto Rex Italiam subigit, Li-
-berata Adalheide factura sua Sponsa, vidua
Lotharij Regis Italiæ, et filia Rudolphi Re-
-gis Burgundiæ.

953. Circa Idem tempus plures, famâ virtutum
allecti, Reginbertо Socij /n/ adhæserunt, qui primò n.
Eremiticam vitam agentes, subsidijs ex Rhenaugia
adhibitis, cellam Albam in pristinum cœnobij sta-
-tum restaurare cœperunt.

955. Ungarij cum tantis, ut nunquam antea, co-
-pijs, percursa Bajoaria, Licum fluvium transeunt,
Basilicam S. Afræ Augustæ incendunt, S. Episcopum
Udalricum, multa Instantia Divinum implorantem
auxilium, Augustæ cum suis obsessum armis cir-
-cumsteterunt: Sed superveniente cum exercitu
Ottone Rege 4. Idus Aug. pugna valida nimis com-
-mittitur; multum humani sanguinis funditur,
cedes ungariorum immensa sequitur, alveus flu-
-minis fugientium et morientium cadaveribus
oppletur, et pauciss[imis] fugâ Elapsis, inume-
-rabilis eorum exercitus ad internecionem deletur.

956. Anno 956. Luitolphus Alemannia Dux, Otto-
957. -nis filius, Italiam subjugat; Sed anno sequen-
-ti apud Plumbiam /o/ alij Bobium /immatura
obitu vita decessit: et Burghardus Aleman-
960. -nie Ducatum accepit. Hoc tempore per In-
-dustriam Ottonis Imp. meliorato Imperij et Ecclesiæ
statu multa Monasteria et cœnobia, ad Laudem
Dei et honorem Sanctorum, aut restaurantur,
aut ampliantur, aut ædificantur. Sigebert Gemlac.

961. Anno 961. Otto Rex Romam veniens, à Joanne,
seu octaviano Papa Imperiali unctione coro-
-natur. /o/ o.

Inter hæc prosperis successibus Fratrum—

/k/ Hartman. /l/ posteriori manu additum con-
-stat ex chron. Augiæ. /m/ ita manu primæva,
quo tota Hottingeri discursus t. I. p. 503. in fumo abit.
/n/ Bucelin in chron. Const. ad annum 950. clariss.
P. Willeburg Coco cit. prol. 2.
/o/ Hermang in chron. more suo Natale Domini ad
an. sequentem referens. Chronicon Mariani Scoti.

92. Cella Alba à Rhenaugia separatur.

in cella alba motus S. Conradus consilium Sepa-
-rationis à Rhenaugia agitare cæpit, ut ex una
communitate efficerentur duæ, singulisque dis-
-tinctum caput præficeretur. consensêre haud
gravatè Fratres, quorum illi, quâ Rhenaugiæ
remanserant /p/ privilegia sua, imò et partem p.
bonorum sponte cesserunt; nulla enim deinceps
mentio in monumentis Rhenaugiensibus occurrit
bonorum in pago Alpegovensi sitorum, quorum
pleráque, ut sunt in villis Wald.kirch, Alpfa,
Gurtwila, Tezelen, Wizzin.weizen./ Baninholz
/. Bahnholz./ Munchhöfen &c. jam tunc una-
-cum donatione viri Nobilis Sigemari ab Rhe-
-naugia avulsa fuisse non est dubium. Itaq;
Fratres Cellæ Albæ ex privilegio à Rhenaugien-
-sibus communicato propriam Abbatem Beren-
-gerum seu Berngerum, virum eximium Elege-
-runt: utque rata tam ista electio, quàm Sepa-
-ratio Cœnobiorum, olim per confirmationem
Regiam unitorum, haberetur, Reginbertus Vir
962. Sanctus, ipsè aulam Imperatoris adiit; sed ne-
-gotio nondum plenè peracto diem extremum
clausisse scribitur. /q/ Fertur enim Diploma q.
963. Ottonis I. anno sequenti 963. Veronæ /r/ da-
-tum fuisse, quo libertas ab omnium hominum r.
subjectione cellæ à Beato Reginberto novi-
-ter constructæ jam non Albæ, sed S. Blasij
conceditur. obtenta facultate S. Conradus
mox novum Monasterium ab administratio-
-ne sua dimisit, primóque Abbate Berngero
inaugurato, Rhenaugiæ curam, sibi quasi à
Fundatione debitam, ad tempus retinere con-
-stituit. Reperiuntur tam Reginbertus, quàm
Berengerus Necrologio Rhenaugiensi inscripti.
Msc. 75. pag. 244.

S. Conradus cum consensu Fratrum dona-
-tionem Thuetonis recipit.

Unde S. Conradus eodem anno, cum con-
-sensu Monachorum Rhenaugiensium, dona-
-tionem quandam recepit alicuius prædij in
Marcha Füllinhova, pagi turgovensis, factam
à Thuetone ad mensam Fratrum ipsius Mo-
-nasterij; sub conditione, ut ipsius Nepos Wi-
-pertus, qui erat Monachus Rhenaugiensis
cœnobij, quandiu vixerit, quicquid ad

/p/ privilegia sua S. Blasianos à loco Rhenaugiæ
compulisse, docet liber constructionis S. Blasij
Msc. pag. 8. aversa.

/q/ Chronographus Saxonicus: Reginbertus Dei
servus obiit.

/r/ Bucelin. hoc anno. Item Mabillonius
perperam Reginberto Rambertum Einsid-
-lensem Presbyterum substituens.

locum illum ritè pertinet, ad necessitatem
suam redigat; sub onere tamen, singulis annis
ad mensam Monachorum tribuendi tres modios
farinæ, sex situlas cerevisiæ, unum vini, et
duos ~~frischingos~~ frischingos; post mortem
verò Wiperti prædicta res ad ipsum Monaste-
-rium et mensam Fratrum redeat. Erat tunc
præsens S. Conradus huic Donationi, quâ præ-
-cipuè solicitum se ostendit pro conventu et
Mensa Fratrum; nec tamen vel hanc donatio-
-nem sine ipsorum consensu acceptare voluit,
propter conditiones insertas. Porrò Wiperti,
quem in Monasterium suscepit, tanti meriti
vir fuit, ut post decennium S. Conrado in Abba-
-tiali munere succederet. cæterum ex hac char-
-ta constat, Monachos nostros tunc Cerevi-
-siâ communiter, vino autem, quod rarius erat,
partiùs usos fuisse; Frischingos autem, seu
animalium carnes, agris omninò, debilibusq;
impensas fuisse, licèt et Caseo, et Lardo seu
pinguedine quibusdam diebus uterentur
Monachi. /s/ Data est Charta cum consensu s.
quoque Engilboldi advocati 5. Idus Augusti,
seu die 9. ejusdem mensis, quæ incidebat in do-
-minicam, anno 28. Ottonis, Imperij ejus tertio,
sub Duce Burchardo.

964. Anno sequenti S. Conradus Ottonem Im-
-peratorem, ob romanorum turbas, in Italiam
Comitatus est. /t/ quò Roma morante cum cæ- t.
-teris principibus, Leo Papa consecrationem
Capellæ cœlitùs factam in cœnobio S. Me-
-ginradi coram Principibus scriptis con-
-firmavit. circa idem tempus Monasterium
Burense /v/ à Woltaldo restauratur, in quo v.
hactenus à vastatione per Hungaros facta,
duo tantùm Fratres Presbyteri degebant.

970 Anno 970. Welfo Nepos S. Conradi ex fratre
Rudolfo /w/ natus, matre Ita filia Cononis Chin- w.
-gæ comitis, adnitente S. Conrado, Monachos de
Altenmünster transtulit in Abbatiam Altorffen-
-sem, et Sanctimoniales vicissim in Altorff in
Altenmünster permutavit.

973. Anno 973. opportunè Otto M. /x/ constantiam x.

/s/ Mabil. ad an. 973. n. 90. Hergott in notis ad chartam 193.
/t/ Ita primæva manus chronici Hermanni.
/u/ Mabil. ad an. 955. n. 89.
/w/ Anonymus Weingartensis
/x/ Ekkerdus Junior de Casibus S. Galli. C. uet. apud Gold. to. I. pag. 60.

S. Conradus Zhenaugiæ ab Ottone M. Diploma impetrat.

venit, ubi occasionem nactus S. Episcopus Conradus, Zhenaugiæ administrator, supplex Imperatori fecit, ut Immunitates et privilegia Monasterio confirmare dignaretur, ac præcipuè facultatem, Abbatem ex Gremio Eligendi Fratribus concedere; dimissurus enim erat Abbatiam ingravescente jam ætate, ne successores in Episcopatu arsam arriperent usurpandi Monasterium. Impetravit itaque amplissimum diploma, quò Otto notum facit, quòd Venerabilis constantiensis Ecclesiæ Episcopus Chonnradus illius Imploraverit serenitatem, quatenùs conscriptiones et præcepta ab antecessoribus Regibus et Imperatoribus Monachis, et Monasterio Zenaugiæ edita sua confirmatione corroboraret. cuius petitioni assensum præbens, statuit, ut immunitas S. Loci subsistat, et Monachi secundùm Regulam S. Benedicti Abbatem inter se eligendi, et advocatum, quemcunque eis libuerit, inquirendi, habeant licentiam, et ut idem Monasterium cum personis intrinsecùs et forinsecùs sibi coherentibus, terris quoque cultis et incultis, ad se justè, donativè, ac legaliter pertinentibus, nullius superioris, aut inferioris personæ difficultate turbetur. subscribitur, præter Signum Ottonis Magni, vice Ruotperti Archinotarii, Willegisus cancellarius, postea Archiepiscopus Moguntinus, ~~et primus Elector Imperij~~ Datum is. Kal. Septembris anno 973. Indict. is. Cæsarea videlicèt, non Pontificia, Regni eius 34. Imperij 13.tio nempe ab anno 961. quo coronatus fuit. Eadem die, cùm simili prorsùs dato, itidem constantiæ aliud diploma Ecclesiæ curiensi concessum, refert Cruſius, /y/ licèt Hergottus ad præcedentem annum reponat. certè ex diplomatibus Monasterij Einsidlensis, quæ easdem chronologicas notas præferunt, /z/ constat, ottonem Magnum, eodem anno, et Menſe Augusto in S. Gallo, et in Augia invacum filio extitisse.

Anno Sequenti

/y/ to. I. pag. 396.

/z/ apud Hartmannum pag. 80. 83.

974. ab ottone II.

Anno sequenti [a] Otto Imperator Nonis a. Maij subitò mortuus, apud Parthenopolim quæ Magdeburg dicitur, sepultus est, et filius eius Otto Secundus regni pro eo jura suscepit. Sanctus quoque Ulodalricus Augustensis Episcopus migravit ad Dominum. Burghardus etiam Dux Alemanniæ defuncto, et Otto filius Liutolfi, Nepos Ottonis, paternum pro eo Ducatum recepit. Ne igitur mors Ottonis Magni nocumentum inferret Rhenaugiæ, S. Conradus mox simile diploma, ijsdem pæne verbis conceptum impetravit ab eius successore Ottone II. Datum Wormatiæ anno 974. Indictione I. regni, ad cuius participationem à Patre admissus, anno 13tio Imperij verò sui coronationis sexto.

---

[a] Hermannus cum alijs mortem Ottonis ponit ad annum præcedentem, pro veteri nimirùm calculo, ut observat Mabillonius to. III. anal. pag. 640. cæterùm annum assignatum, præter diplomata allata confirmant urspergensis, Albertus stadensis, Crusius, Hartmannus, Bucelinus.

Abbas VIII.
Wipertus
Henaugiæ Abbas VIII.

Anno 974. S. Conrado resignante suffectus Abbas Wipertus.

Accepta Imperatorum confirmatione vetustorum privilegiorum, præsertim liberè eligendi Abbatem, S. Conradus Henaugiæ restitutor Integerrimus Abbatiam sponte dimisit, Fratresque jussit ad Electionem procedere, qui in Wipertum Henaugiæ Monachum, Theotonis Benefactoris ad Annum 963. Nepotem collimarunt, à S. Episcopo mox ordinatum. comparet ille denuò in catalogo S. Gallensi inter conscriptos Fratres Henaugienses sub nomine Wipract seu Wipraft Abbatis, ciem litteram C cum sibilo illa ætate pronuntiare solerent. adscribitur statim post Fratres nostros in ipso initio fraternitatis exordio enumeratos, omissis reliquis, qui hactenùs vixerunt, Monachis, atque Abbatibus nostris.

Ipso anno in cella S. Blasij obiit]a[Rengerus primus Abbas sanctimoniæ fama illustris; cui substitutus quidem, sed mox rejectus ut ex Monacho Abbas, minùs Idoneus, Electusque Engaherus seu Wernherus, Egregiè munere suo per decem sequentes annos defunctus. a.

975. Obitus S. Conradi.

Sequenti anno]b[Sanctissimus Præsul Conradus vitam innocentissimam de meritis plenam cum Immortali gloria commutavit 6. Kal. Decembris, et pro eo Gamenolfus annos plus minùs quatuor præfuit. adscriptus est iste Episcopus in fragmento antiquissimi libri, ubi catalogus exhibetur eorum, qui in fraternitatis nostræ consortium venerunt, procul dubio, quia post mortem S. Conradi specialem quandam Authoritatem in Monasterium nostrum sibi vindicavit. quin imò, cum per diuturnam administrationem S. Conradi bona Episcopalia et Monasterij confusa inter

Bona Monasterij usurpata.

6.

Le

]a[Bucel. const. Chron. Clarissimus D. Wülbertz, historia Mss.

]b[Bucelinus chron. const. Hermannus ponit obitum S. Conradi ad annum 974. Sed fortè melius ad annum 976. vita S. Conradi apud Manlium, Merlius, Hartmannus &c.

se fuerint, magnam eorum partem, quæ Rhenau-
-giæ debebatur, usurpavit. poterat id cò fa-
-cilius contingere, quòd constet, S. Conradum
loca quædam Rhenaugiæ proxima, veluti
Andelvingen, et Iflingen, ex avita Guel-
-phorum hæreditate ad ipsum spectantia
|c| Fratribus Majoris Ecclesiæ constantien- c.
-sis tradidisse, cum quibus et jura Monaste-
-rij in eisdem ac vicinis locis, à Guelphis
paritèr provenientia confundebantur.

976. Anno 976. dissensio orta est inter Hein-
-ricum Ducem Bajoariæ, Patrem S. Heinri-
-ci Imperatoris, et Ottonem II. unde tandem
illo in exilium missò |d| Ducatum Bajoa- d.
-riæ otto Rex Suevorum accepit.

977. Annus denique Septuagesimus Septi-
Seculi Secundi finis. -mus supra nongentesimum, Seculum Rhe-
-naugiæ secundum claudit; quod quidem
ab initio faustum, per vastationem verò
Hungarorum medio in suo cursu Monasterio
exitiosum fuit. non enim turbata dun-
-taxat disciplina Monastica, atque dimi-
-nutus religiosorum numerus; verùm etiam
bona temporalia magnam partem distracta.
Amplissimæ possessiones in pago Hege-
-gowensi cum cella Alba fuêre divulsa;
nec minùs in Turgoviæ pago plurima
Rhenaugiæ fundata Episcopatui addicta.
restituit quidem Sanctissimus Pontifex
Conradus Monasterium, eidemque plu-
-rimum profuit, tum solicita administra-
-tione, tum obtentis privilegiorum con-
-firmationibus, tum vel maximè resti-
-tuta libera Abbatum Electione. verùm
fortasse morte præventus pristinam bo-
-norum distinctionem nondum perfecisse
videtur; + ~~quæ eò magis in unum confundi~~
~~poterant, quòd et bona Monasterij ex~~
~~Guelphio derivarentur, et multa circa~~
~~vicinam nostram abeodem sancto ex hæredi-~~
~~-tate eiusdem Gentis Ecclesiæ constantien-~~
~~-si donata fuisse constet. |e|~~ e.

+ unde divina
concertatio pri-
-ùs Episcopatum
et Monasteriam
deinceps exorta.

|c| Anonymus Weingart. Hist. Guel.
|d| Hermannus Contractus.
|e| ~~Anonymg Weingart. Hist. Guelphica~~
~~apud Bafnagium. To III.~~

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Chenaugiensis Monasterij Tertium

Sigehart Abbas IX.

Anno 978. Sigehart Abbas nonus huius, Monasterij S. Galli in sextus.

Post Wipertum Chenaugiæ præfuit Sigehartus seu Sigehardus, qui interruptum integro fermè sæculo fraternitatis fœdus cum Monasterio S. Galli restauravit, eidemque tam prædecessoris sui Abbatis Wiperti, quam subjectorum Fratrum nomina catalogo conscriptorum addenda transmisit. Comparet ibi exiguus Monachorum numerus, quod proventus Monasterij etiamnum sub Episcoporum potestate detinerentur, quorum tamen nomina admittebat.

Uodalker.
Managolt.
Alberich.
Perchtet.
Wadalhart.
Engilscalch.

Adeò attrita fuit hungarorum vastatione Chenaugia, ut licèt nunquam Monasterio defuerint incolæ, ad hunc tamen redacti sint numerum, paulò post copiosè auctum S. Galli censium quoque nomina Libro vitæ, ità in quodam huius sæculi Manuscripto nostro vocatur, Chenaugiæ fuisse vicissim inserta, constat ex fragmento quodam, quod superest, similis libri columnis pictis distincti; nam integros hujusmodi catalogos sæculo demum sexto supra decimum, in tumultibus ob religionem excitatis, scissos ac crematos fuisse, monumenta tradunt. Inscribitur prædicto fragmento Gamenolfus Episcopus constantiensis, qui hoc ipso tempore bona Monasterij, sub decessore S. Conrado confusa detinebat, obijtque Anno 979. [a] cui Gebehardus Nobilis et Venerabilis Præsul successit, qui Basilicam S. Gregorij in ripa Reni, Abbatiamque suis expensis construxit, Petri domum appellatam. 979. a.

Anno 982. Otho Ruffus Leonum obijt, et post eum Conradus Dux Alemanniæ factus est, Heinricusque Ducatum Bajoaricæ recepit. 982.

Sequenti anno Otho Secundus Imperator Romæ insimatus 6. Idy decembrium 983.

[a] Ex Hermanno.

984. moritur, pro quo otto tertius filius eius adhuc infantulus rex constituitur. Anno

985. 985. Cuodmannus Abbas Augiae defunctus est, qui pariter supradicto Fragmento nostro adscriptus legitur; non enim argumenta desunt, quibus credibile redditur, similem fraternitatis conventionem inter Augiam et Renaugiam, quae sapè in Manuscriptis nostris jungantur, viguisse, licèt in libro conscriptorum Augiae, qui mancus superest, Renaugienses desiderentur. certè Sacrorum, Cituum, Religiarum, Festorum, librorum expressam communionem inter utrumque Monasterium intervenisse inducitatum est.

Cum Augiae Mnrio comunio.

Adalbertus Abbas X.

Anno 988 Adalbertus Abbas in praelio à rusticis occisus.

Sigehastum in regimine Monasterij Renaugiensis excepit Adalbertus, qui sub nomine Adalbract, id est, Adalbraht Abba in saepè dicto Catalogo S. Gallensi occurrit. luctandum huic Abbati ratione bonorum temporalium non solùm cum Episcopo Constantiensi fuit, verùm etiam cum subditis ruricolis qui hac tempestate Monasterijs, atque Nobilibus dynastis census annuos aliasque praestanda negabant. /b/ Tandem conglobati ductore quodam de oppido Stein dicto Steinz seu Heinrico in apertam rebellionem prorupperunt. quos armati Nobiles haud procul Rhenania ad ripam Rhoni aggressi fuderunt quidem, sed magna suorum strage victoriam effecere luctuosam; quos inter noster quoque Abbas Adalbertus numeratur. occisorum corpora cognatis agentibus ibidem sacello ad honorem S. Petri fundato condita sunt, atque loco Paradysi nomen imponi coeptum, quòd crederent, in Paradysum defunctorum pro justitia animas recepturas fuisse. Beneficium pro aliquo clerico saeculari adjunctum erat, donec post tria circiter saecula in Pacellare Monasterium ordinis S. Clarae, adnitentibus potissimum Comitibus de Sibirg, excreuit. contigit supradicta Clades anno 992. Dies autem Emortualis Adalberto nostro /c/ in necrologio S. Galli, quod aliud est à saepè memorato libro, ponitur ad vigesimum Octavum Augusti his notis:

b.

c.

/b/ Stumpf. L. V. c. 16. Cruſius. Hottinger &c.
/c/ Jo. Geor. Eccard. Franc. orient. to. II. p. 92. i.

Adalbertus Abbas X.

Adalbertus Abbas de Einonia, fragmentum annalium Einsidlensium, qui in vetustissimo codice adhuc non edito hæc habet: Adalbertus Rhenaugiæ Abbas miserabiliter occisus est. Manuscriptum quidem nostrum refert Adalbertum cum aliis quam pluribus, additis nominatim quibusdam Eberhardum occisum quem supra notatis malumus, sicam Adalberti relato Iustitiorum tumultu adscribere, quàm bonorum tam principum cum Episcopo contraversiæ materiam aliis subministrasse. Adalbertus ad tandem diem vigesimam sextam Augusti, Regnante quoque in necrologiis diversis mox sæculo undecimo scriptis non nulla C. V. id est conversi, qui Adalgebertum, qui adulta ætate ad conversionem venerant, ut sæpe observavit Mabillonius. Similiter de Adalberto nostro dici potest, quod de Pappone ex converso in Fuldensem Abbatem promoto scribitur in Chronico Lauresheimensi, quod relicta Militia Cucullo ad loci regimen provectus fuerit, licèt malo seu Balteum postea mandò resumpsisse videatur.

Notkerus Abbas XI.

Anno 993. Notkerus Abbas claruit.

Est breve trium Abbatum regimen. Notkerus, vir Ingentis in Rhenaugiam meritis, Monasterium ex integro restituit, memorat, claruisse Notkerum chronicon Guelphicum, quando præter morem hæc scribit: Otto filius eius, nempe tertius, filius secundi Imperatoris, regnat annis octodecim, Notgerus Abbas claruit. [f] Neque enim alio sub Ottone tertio eius nominis Abbas reperitur, qui laudari ab isto scriptore meruerit. addit plerumque Imperatorum regimini Viros ex gente Guelphica insignes; unde suspicari licet, Notkerum ad eandem prosapiam pertinuisse. Eâdem quippe pagina simile Elogio usus est, quando dixit: S. Udalricus et Cuonradus Episcopi claruerunt. et post Notkerum nostrum: Hermannus contractus claruit. Anno 994. ex eodem stemate Conrado rege Burgundiæ mortuo, Rudolphus filius licet ignavus successit, cuius duæ sorores, una Gisela Mater Heinrici ducis Ba-

994.

---

[d] Mabill. to. IV. analect. pag. 565. et in act. SS. to. V. pag. 845.
[e] Mabil. anal. to. IV. ad an. 1015. p. 232. 6.
[f] apud Bafnag. to. III. pag. 597.

Notkerus.

Et bona ab Ep. usurpata recuperat.

995.

-varia [g] postea Imperatoris, altera Ger-
-berga Mater ducis Alemannie Herimanni. g.
At Notkerus Abbas rusticorum molestijs
per antecessorem solutis, curam omnem im-
-pendit, ut et bona Monasterij per Episcopos
Constantienses usurpata conquireret. Id tan-
-dem feliciter effecit, mortuo die 29. Aug.
Anno 998 venerabili Episcopo Gebehardo,
cui Campestrus habitu et professione Mo-
-nachus succesit, adhibitis potentissimis
intercessoribus, Mathilda Imperatoris
Amita quæ Quedlinburgensi Abbatissa, Wille-
-gisio Archiepiscopo Moguntino, et Hilde-
-bald wormatiensi Præsule negotium
interventu amplissimum diploma obtinuit
quo ille tertius restituit atque adjudicat
Monasterio Zenaugia nominato, cui Not-
-kerus venerabilis Abba præest, omnem
illam tertiam, quam Gebehardus constantien-
-sis Ecclesiæ Episcopus usurpative tenuit, multa
centum Librarum auri impesita in omnes dictæ
Episcopos, Episcopos, Duces, Comites, et Advocatos,
nisi præcepto parerent, atque Monachos ab ejus
ulla diminoratione suis bonis uti permitterent.
Datum est Diploma Quedlinburgi tertio Idg octo-
-bris, indictione octava, ano regni Domnicæ in-
-que Monasterium honoribus non solum S. Dei Ge-
-nitricis Mariæ, et S. Petri Principis Apostolo-
-rum, verum etiam S. Blasij Martyris Christi
dicatum perhibetur. Quum enim esset, ut quan-
-do olim Abba illud nomen assumpserat, etiam
Zenaugia, unde cultus ille derivabatur, illius
patrocinio gloriaretur. extat hymnus de eodem
Sancto hoc tempore Scriptus, quo utuntur S. Blasi-
-ani, sed stropham continet, qua pars S. Reliquio-
-rum Zenaugiæ adesse demonstratur, sic enim
habet. Gaudeas tantum colimus Patronum, Bla-
-sio multum decorata Sancto, empta thesauri pre-
-tio Sueui de Augia Zeni.
Usurpatis illa bonorum Monasterij, quam Sanct-
-issimus ille Pontifex fecisse dicitur, excusationem
meretur, quando illa sic à prædecessoribus accepe-
-rat, neque hic à vero alienum est, quod de eodem
S. Gebhardo, Hereditatem è manibus Fratrum
vindicante, scribitur, [h] id nempe non malitia, h.
Sed divino Zelo peregisse. cæterum post ejus obi-
-tum aliqua interposita conventione restitutionem
factam fuisse credibile est; quandoquidem

---

[g] Herman. in chron.
[h] Manlig invita apud Pistor pag. 652. c. 9.

Episcopatui quadam adhæserint, Monasterio in litteris fundationis adscripta; prout præsertim de dynastia Caussen constat, in locis Fluerlingen, Sachsheim, Langwisen, aliisque, plura nostro adhuc ævo jura Episcopo deferente. Merlius pag. 188. producit chartam de anno 1156. qua Episcopatui constantiensi inter alia confirmantur, domus Gotthardi, casa Wolfeini, curtis in Caussen cum ecclesia, curtis in Siplingen, quæ nostris quoque chartis inserta erant. Nihilominus in plenam, novamque quasi libertatem tunc asserta fuisse Zhenaugiam testatur quoque liber constructionis S. Blasii, ubi sub regimine Ottonis tertii asseritur initiatum quodammodo fuisse Cœnum Zhenaugiæ, et in integrum privilegiorum usum immissum, quorum participes quoque erant S. Blasiani, qui tunc una cum Zhenaugiensibus insigni splendore claruisse perhibentur. /i/

Numerum Monachorum auget.

Certè à Notkero nostro numerus Monachorum Zhenaugiæ insigniter adauctus fuit. comparet enim in libro Fratrum conscriptorum S. Galli nomen hujus Abbatis cum toto suo conventu, licèt singulorum nomina ob scissuram membranæ legi haud possint. nonnullis omnino planè character abscissus, et ex residuo spatio liquet, reliquorum nomina hunc in modum restituenda esse videantur.

Notker seu Notker Abba
Adker prb.
Odbert seu Adelbert prb.
to seu Ato prb.
Dalhart seu Adalhart diac.
nelger seu Snelger diac.
erolt, seu Herot diac.
---
ertelo, seu Bertelo.
Odbert, seu Adelbert.
---
eringer, seu Beringer.
---
ouftein, seu Roastein.
ipract, seu wipract.
---
olfelo seu Folkelo.
---
to, seu otto.
---
igeboto, seu Sigeboto.
---
eiskho, seu Heiskho.

Ex quibus patet, additis residuis, quæ eam hab

/i/ Brcd. chron. Constant. ad an. 987.

Sigehasto Abbate inscripti erant, numerum Deo ser-
vientium hoc tempore haut minorem fuisse, quàm
fuerat post restaurationem à Wolveno quondam
peractam.

997. Anno 997. Augiæ Alvicius Abbas promotus,
Romæ ab ipso Papa consecratus, et privilegio do-
natus est. /k/ Quem eius familiæ fuisse, apud, k.
ex qua postmodum Comites de Sulz procreati.
/l/ Idem Alvicius post triennium ad Episco pa- l.
tum Argentinensem promovetur.

Anno 1000. Ad initium Sæculi à Christo nato undecimi
S. Fintani statuenda est Beatissimi Confratris nostri
Cultus. Fintani anastasis, quæ Sanctæ Sedis Apostolicæ
auctoritate /m/ in Sanctorum numerum rela- m.
tus est, ac publico cultui expositus; studebant
jam Sæculo decimo expirante /n/ plures religiosæ n.
devotione patriæ suæ Sanctos exaltare, pia so-
licitudine vitas illorum investigare, Summ. Ps
Pontificis auctoritate ipsos Canonizare.
Ita Sethmari corpus eiusdem Pontificis decreto Ele-
vatum /o/ et Ita Ludolricus per bullam, ut vocant, o.
Solemnem Sanctis anno 993. adscriptus; Ita Meyn-
radus primus Eremi incola anno 1029. à Benedicto
IX. publicæ venerationi consecratus; /p/ ac paulo post p.
Wiboriada agente Norberto Abbate S. Galli per
Henricum Imperatorem Romæ simili honore affecta.
/q/ omni cultûs sacri genere S. Fintanum cum q.
exordio huius Sæculi exornatum fuisse, testantur
codices manuscripti. non solum enim eius festum
ad diem 16. Novembris Kalendariis Ecclesiasticis
et Martyrologiis illatum est, verum etiam officium
Canonicum proprium, quod nostra adhuc ætate
decantatur, compositum. Moxque Sacellum
cum altari erectum in loco, ubi tamdiu reclusus
vixerat, ad quod statis temporibus Supplicationes
institutæ. Sequenti Sæculo pro more tunc inva-
lescente Festo addita octava cum vigiliis atque
feriis, extatque antiquissima effigies eiusdem
Sancti cum limbo depicta. nec solum nostro
Monasterio circumscriptus eius cultus, sed plu-
ribus tota Diœcesi Ecclesiis propagatus, pub-
licis Litaniis eius nomine inserto. Solerius in
auctariis ad Martyrologium Usuardi exhibet ex
codice antiquissimo Hagenoensi Sancti huius nomen ad

/k/ Herman. /l/ Bucel. chron. Const. ad annum 998.
/m/ Ita Instrumentum Episcopale de anno 1446.
/n/ Monasticon Anglicanum to. II.
/o/ Ekkardus S. Gall. apud Gold. to. I.
/p/ Bucel. Chron. Const.
/q/ Burchardi de cas. S. Galli C. 6. apud Gold.
p. 67.

ad diem prædictam repentibus licèt corruptis verbis: in Episcopatu constantiensi Monasterio Ki-
-naugensi S. Tindari conf. quimobrem confert euge-
-nijo. ubi legendum egnis, sicut supra Kinaugensi Monasterio. In curiensique Episcopatu, ubi Sanctus, antequam Rhenaugiam cum Gallo adiret, aliquamdiu vixit, ab antiquo celebratus fuit. Nec denique incognitus patria sua fuisse, ubi in insula propinqua, quam Mulam dicunt, procul dubio ex arcalibus una, sacra ædes constructa ad ripam illam, sub qua idem sanctus delituit, propè quam fons scaturire dicitur, febricitantibus salutaris.

1002. Anno Millesimo secundo Otho III. in Italia
10. Kal. Februarij immaturo obitu sublato, Hen-
-ricus Bajoariæ Dux assumptis insignibus regni rex pro eo regnavit annis 23. circumque alios re-
1003. -bellans Hermannus Dux Alemanniæ Argentinam spoliavit, ad satisfaciendum à rege adactus. Quo decedente rex filium eius aquisgra-
1004. -cum in Ducatu Alemaniæ substituit, eiusque
1005. adminiculo Monasterium Duellij ex monte in appi-
-dum Stein translatum dotavit. Hegia vero
1006. Fratribus apud se accusatis Imonem, virum austerum, Portiensem Abbatem præfecit, qui et Primicam ipso tempore tenebat. Simi-
-liter Gothardo Abbati Altachensi monaste-
-ria Tegerseense et Cremifarnense regendum
tradidit. /2/ Disciplinæ enim Monasticæ Hen- 2.
-ricus zelator acerrimus non temporalibus modò, sed et spiritualibus bonis providere satagebat. Eodem tempore Laventburg et
1007. Babinberg construitur; /3/ ubi novus Epis- 3.
-copatus summo studio à rege fundatus,
1008. à quo tandem augiæ remoto Imone Wern, seu Werno, vir doctus et pius Brunwilen-
-sis Monachus Abbas est constitutus. /4/ 4.

IIII.

/2/ Mabillonius Annal. an. 1006.

/3/ Chron. Guelph. apud Pfeffinger. to. III. p. 597.

/4/ Hermannus Contractus.

Burchardus I.
Abbas XII.

Anno 1011. Burchardus Campidonensis quoq; Abbas constituitur.

Rhenaugiæ Notkero in munere Abbatiali subrogatus Burchardus huius nominis primus, vir tanto meriti, ut simul Monasterium Campidonense, procul dubio à S. Heinrico Imperatore ad cumulum superiorum comendatum, regendum obtineret. Citò utrobique idem Burchardus his temporibus, teste Hermanno contracto, ja[a] Abbas fuit, non obstantibus vulgatis Abbatum ex eodem Monasterio Indiciis, [b] in quibus ideò fortè ipsius nomen omissum, quod non ex gremio Electus, sed aliunde, nempe Rhenaugiâ, postulatus fuisset. Desideratur in dictis catalogis Rudolphus quoque Campidonensis Abbas, quem tamen ante paucos annos illi Monasterio præfuisse, ex diplomatibus Ottonis Secundi, et tertij demonstrat Mabillonius, [c] continetur idem Rudolphus in quodam Manuscripto nostro, quod campidonæ primitus exaratum, hoc tamen ævo Rhenaugiæ, procul dubio occasione Burchardi commuchis Abbatis illatum, pluribusq; defunctorum nominibus auctum fuit. omissus porro ex illis catalogis Otto Abbas, qui hoc eodem Seculo, nempe anno 1064. ab Henrico IV. pristinam libertatem Campidonæ impetravit; [d] nam in Beneficium etiam laicis dari consueverat; ut proinde sæpè dicti indices nihil nocere nos debeant, quo minus Burchardum Rhenaugiensem simul Campidonæ Abbatem præfuisse, pro certo statuamus.

1012. Anno 1012. Hermannus Junior Dux Alemanniæ defuncto Ernestum, sororis suæ Giselæ maritum, successorem habuit. Sequenti verò anno Heinricus cum Italiam
1013. cum Exercitu petijt; et restituto in Sedem
1014. Benedicto VIII. Imperiali coronatus est Benedictione. At in Alemania Suprà dicto
1015. Ernesto Sagittâ in venatu interempto, Ducatum eius filius æquivocus, viduam verò Giselam conradus, futurus postea Imperator,
1017. accepit. Anno 1017. Heinricus in Burgundiam usq; Rhodanum fluvium ad Rudolphum, avunculum suum accessit; unde rediens Jureguem venit, et sedit illinc quinque hebdomadas

---

[a] apud Mabil. annal. to. IV. ad an. 1026.
[b] Bruschius pag. 30. Crusius to. I. pag. 274.
[c] Mabil. loc. cit. p. 13. a. et analect. p. 449.
[d] Mabil. loc. cit. pag. 450.

1018. hebdomadas. je/ constantiae sequenti anno cam- c.
-perto Episcopo defuncto, Theodhardus praefu-
-catum accepit; annosq; ferme quinq; praefuit.

1019. Hoc Benedictq Papa ab Imperatore invitatus
Babenberg venit, ibiq; Ecclesiam S. Stephani de-
-dicavit, quem redeuntem Henricus Turegum
usq; comitatus est. Interea Welfharius frater
Leutoldi comitis Argentinae Episcopus, qui-
-busdam Ludis auxiliatoribus, Burgundiones
regi suo Rodolfo, invente causa, inimicit,
et conserto proelio vicit. at Imperator Basile-
-am dedicandae dedicationi Ecclesiae, quam con-
-struxerat, magnisq; donis ornaverat, interfuit.

1021. /f/ Anno 1021. Ivandrudis Buochaugiensis f.
Abbatissa venerabilis &c. Adelhardi abbatis,
cujus Eberhardi Abbatissa successit. hic Her-
-manni locus in exemplaribus corruptus, alia-
-bilionium quoque confusum reddidit. /g/ g.

1022. Sequenti ano Heinricus Imperator campa-
-niam petens civitates omnes in deditionem
accepit, sicq; per urbem transiens Romanam
victor rediit in Germaniam. qua in Expedi-
-tione pestilentia Adelberti Theodhardq Constan-
-tiae Episcopis, et Burchardo Abbas de Caeno-
-bio S. Galli, et pluribus Hecmo Episcopus annis
ferme quatuor, Theopaldus Abbas annis unde-
-cim praefuerunt. Anno 1023. Heinricus

1023. Imperator, et Robertus rex Franciae apud
Evasium convenêre, ubi Heinrici Manife-
-stitia regum Reisarum et Arabum opibus
comparare posse videbatur. /h/ h.

f. Henricus Weissenburg Rhenaugiae donat. Eodem anno cum Imperator in Herstein
sive Ehrenstein Nobili Alsatiae Monasterio
moraretur, pijssima eius conjux Chunegunda,
filia Sigifridi comitis Palatini, apud Maritum
interpenit, petijitq; ut Monasterio, Rinowa dicto,
cui venerabilis Abbas Burchardus praerat, cast-
-rum Wissenburg, Weissenburg haut procul
Monasterio in Elsgavia in comitatu Udalbertos-
-tis situm, Rhenaugiae liberaliter donaret. An-
-nuit Henricus clementissime, pro remedio animae
suae, et parentum suorum, Henrici Bavarici
ducis, et Gisilae, Conradi Welphi Burgundiae

/e/ Ibidem pag. 368. ex fragmento annalium Einsidlensium.
/f/ Hermanus haec adan. sequentem ponit.
/g/ Annalium to. XI. pag. 270. de pacibus Exem-
-plaribus agit in act. Ms. to. V. p. 824. 5. 6.
/h/ Sigibert. Gemb. apud Pistorium.

regis filia, diplomate desuper signato, quòcun-
-cta ad illam dynastiam pertinentia compleuus
est, cum omnibus Iuribus, præsertim venationi-
-bus, quæ in nostris diplomatibus sitz primo loco,
comperent. erat castrum Weissenburg Iusto Iudi-
-cum Iudicio /i/ in fiscum regium redactum
alteram illius domino Electo declarato, quod for-
-tè inter rebelles extiterit, qui Henrico Iudum
in regem electo cum Hermanno Alemaniæ duce,
Lamberto Episcopo constantiensi, /k/ aliisque
arma sumpserant. Wernerum quoque Episco-
-pum Argentinæ cum fratre Radebotone Comi-
-te Cleggoviæ gratiâ regis exciderant ali-
-quando. Horum quoddam Henricus beneficijs
captare sategit, aliis levibus mulctatis, non-
-nullos Imperator etiam ad servitia Burchardi
Abbatis reparavit, qui in itinere Italico Comes
inter alios subscripsisse videtur diplomati,
quâ Ecclesiæ Romanæ dationes confirmantur;
legitur enim ibi Burchardus Abbas /l/ sine
Monasterij mentione, quod Burchardo Gemmi-
-nam dat, licet eiusdem nominis Abbas Hgel-
-lò huic itinere non defuerit.

Cæterum Weissenburgensis Dynastia
plures continebat vicos, nempe Rieden-
dellisloven, Buchelo, Gunsen, Wyl, Wasser-
-klingen, Hundsrucken, Eichberg, et Bühl, qui
tamen victimus Cocus in vicum unum nondum
coaluerat, sed ex diversis prædijs dispersis,
ut ex parte adhuc constitebat. id discimus
ex vita S. Notburgæ /m/ Patronæ cleggo-
-viæ, quæ circa idem tempus vicinam nostram
eximijs signis et virtutibus exornavit. Nam
Nobilissimi generis ex Anglia aut Scotia â tyra-
-nide expulsa in Suprit. Rictum locum Bühl,
ad latus castri Weissenburg situm, advenisse
narratur, ibidemque pro Baptizando novem
Geminorum partu, lacuna miraculosè fontem
eliciisse, qui hodiedum salubris scaturit.
Sacrum eius corpus in Ecclesia parochiali ibi-
dem humatum traditur: ex libello verò eius
per cleggoviam dispersis, præsertim Beata
Riveta sanctimoniæ famam ad posteros trans-
-misit, in speciali sacello propè domum parochi-
-alem

S. Notburga in cleggovia claret.

/i/ Schoepfl. t. 1. Hist. Bad. pag. 430. desing
Reichs geschicht to. 1. 214.
/k/ Crusius to. 1. p. 312. Schradus in chron.
to. 1. pag. 6 ad annum 1013.
/l/ apud Cenniun Monum. Dom. Pontif.
to. 1. pag. 193.
/m/ Bolandus 26. Januarij.

alem in Jesuiten Sepulta.

Clarissimus Hergottus /n/ chartam hanc S. Henrico diplomaticae suae inseruit ob Zadeboto- nem, unum ex Augustae Gentis habspergicae progenitoribus, qui cum dicatur Comes cleggo- viae, existimat eruditissimus Justenius Herr Mar- quardi collega /o/ Patrem Zadebotonis Lan- zelinum dictum Fraissa Comitem Altenburgi- à nostro Chenaugiae praesidio Altenburgo Alsatiam cleggoviae sito, ubi anno 892. Gozbertum Comitem jus dixisse vidimus. Caeterum diploma sapè nic- moratum cum sigillo majori sedentis in throno Imperatoris Datum est 4. Kal. Nov. Indictione 6. ano incarnationis 1023. regni Henrici 22. Imperij 18. quae omnia convenire facilitèr, qui anos initiales, ut debent, simul computabit, atque diploma primùm expiraverit mense octobri Datum noncinerit, quo jam novus regiminis annus inchoa- verat. n. II

1024. Anno 1024. S. Henricus Imperator pijssimus pluriarum Ecclesiarum Fundator liberalissimus, con- juge sua Chunegunda Virgine relicta obijt 3. Nonas Julij Bambergae Sepultus. pro quo Conradus Se- nior Dux orientalis Franciae, dictus Salicus, quem Henricus, licèt sibi infensum comendaverat Rex promotus est. Is rogante Reginberto de Selden Bü- ren, insigni S. Blasij Benefactore, eidem Monaste- rio advocatum dedit Adalberonem Basileensis Ecclesiae Episcopum. /p/ comparet Reginbertus, p. distinctus ab altero seniore Presbytero, inter la- icos conscriptus in fragmento libri vitae Che- naugiensis columna septima. Altero mox anno 1025. rebellio et discordia mutua contra Conradum Regem ab Ernesto Duce Alemaniae, Regis privigno, et Welph Suevigena Comite facta. /q/ erat is filius Eudol- q. phi, neptis S. Conradi, qui etiam Abbatiam Altorf- ensem transferendo Monachos de Altenmünster, et Sanctimoniales illuc revocando permutavit. /r/ r.

1026. Anno 1026. Burchardus Campidonensis et Che- Burchardi Abbatis naugiensis Abbas obijt, cujus Chenaugiae Burchilo obitus. Abbas substituitur. /s/ Ernest verò Dux Alema- s. niae cum Rege, interpellante Matre pacificatus, Campidonensem locò hunc Abbatiam accepit, fuisque militibus distribuit, nec multa post pravorum consilio iterum rebellavit. Welph

/n/ Geneal. Dipl. to. II. p. I. n. 166.
/o/ Anonym. Mur. pag. 337.
/p/ Basilea sacra pag. 245.
/q/ Herman. /r/ Histor. Guelphica apud Basnag. to. III. pag. 671.
/s/ Sic Auctograph. Hermanni in augia.

Burchardus I.

etiam comes et Brun Augustensis Episcopus, Fratres S. Henrici, prædis et Incendijs inter se mutuo debachabantur. Ipso anno constantiæ Heimo Episcopus subita morte, pleuresi tactus decessit, cui Warmannus successit annis seme octo. Vulgati Indices Abbatum campidonensium, de quibus supra, ponunt Burchardum Neiburgensem de Winda præfuisse ab 1013 ad annum 1044. cui Sifridus substitutus, quem nostrum quoque campidonense Manuscriptum exhibet obijsse die 20. Junij. Sortasse electus à campidonensibus Eberhardus, non obstante, quod Abbatia à Rege alteri fuerit in beneficium concessa. Ceterùm obitus Abbatis nostri Burchardi in Antiquissimis Kalendarijs domesticis, eóque devotè notatur ad diem decimam quintam Septembris.

Conradus II. Confirmat privilegia Rhenaugiæ.

Conradus II. Imperator Salicus privilegia quoque et Immunitates Monasterij Rhenaugiensis confirmavit, ut ex diplomate eius filij Henrici III. colligitur. /t/ utrum agente Burchardo t. Abbate, vel eius successore Birthilone? incertum, cum Authographum non extet.

/t/ Schudius to. 1. chron. pag. 19.

Birthilo Abbas XIII.

Anno 1026. Birthilo Abbas.

Birthilo, sive ut alibi Manuscripta nostra habent, Birthelo Abbas Burchardo Rhenaugiæ substituitur, quibus temporibus disciplina Monastica sub rectoribus celeberrimis haut modicè floruit. /a/ in vicinia nostra Habsburg castrum Werinharij comitis renitentis, tribus mensibus obsessum, ab ipso rege Conrado, cum alijs nonnullis rebellium castris capitur. /b/ tum placito ad ulmam celebrato rex Ernestum ducem, et Welph /c/ comitem cum alijs in deditionem accipiens, per aliquod temporis exilio deportavit. Werinharius Argentinæ Præsul Constantinopolim ab Imperatore Legatus dirigitur, ibique sequenti anno defunctus est. Is non solum castrum Habspurg, verum etiam Monasterium Muriense, adhibente potissimùm Ita Eadeberto Comitis uxore fundaverat. /d/ Anno 1030. cùm

1027.

a.

b.

c.

1030.

d.

/a/ Sigebertg Gembl. Manuscripta Nostra.
/b/ Hepidang apud Gold. to. 2. ad an. 1032.
/c/ Idem Auctor hunc Welphum bis Welfhardum vocat ad an. 1031. et 1033.
/d/ Charta fundationis apud Hergott n. 162.

Birthilo Abbas XIII.

Ernestus dudum Dux Alemanniæ, et Werin-
-here Comes, capiti Rebellionis, circa Sylvam
Martianam populares prædis infestarent, à
Manegoldo Comite ex fugienti militia obser-
-vate, et ibi 7bri. Septemb. confertoprælio victi,
ac perempti sunt.

1032. Anno 1032. Rudolphus Ignavus Burgun-
-diæ Rex obiit, et diadema eius, regnique in-
-signia Conrado Imperatori per feligeram
allata sunt; sicq; Burgundia, a Leogia ulte-
-riori Helvetiâ pars, iterum redacta est in pro-
1034. -vinciam. /e/ Anno 1034. Warmanno Episcopo e.
constantiensi mortuo, frater eius Eberhardus
succedens plus duodecim præfuit annis. ad-
-scribitur fragmento nostro libri vitæ War-
-mannus Archiepiscopus, quo nomine Episcopi
celebres illo ævo honorati occurrunt. adsci-
-tus in fraternitatem et binorum operum
communionem, vel ut Monachus Augiensis, vel
ut ex familia Guelphida. Idem enim legitur
in Necrologio Murensi /f/ his verbis: Warmanus f.
Comes de Kyburg, et dilingen Episcopus con-
-stantiensis Benefactor noster.

1036. Anno 1036. Sanctimoniales à Domina
Irmangarda welfi comitis vidua apud Altorf
pro clericis collecta sunt. reliquit Welfi filium
æquivocum, et Chunegundam filiam Azoni Marchi-
-oni Estensi nuptam. /g/ Monasterium S. Blasij g.
dedicatur sub Abbate Beringero de hochen-
-swande, obijtq; Reginbertus de Feldenbüren
Præcipuus benefactor.

1038. Anno 1038. Chunegundis Imperatrix,
Benefactrix nostra, in Monasteria confugien-
-si à se fundato, S. Nonis Martij sanctissi-
1039. -mè obiit. /h/ Anno sequenti Conradus quo- h.
-que Imperator S. Mon. Junij inopinato mor-
-te subito decessit, et filius eius Rex Hein-
-ricus III. gubernacula regni suscepit. Neq;
dictus vitam produxit Abbas noster Birthilo,
Kalendarijs nostris antiquissimis ad diem 30
Aprilis cum hisce notis adscriptus. Birthilo Abbas
no. id est, nostræ congregationis; quibus consonat et
Necrologium S. Gallense ad prædictum diem istis
verbis: Birthilo Abbas de Zinaugia. apud Eckardum Franc. orient.
to. II. pag. 920.

/e/ Sigeberto Gemblacensis apud Pistorium.
/f/ apud Hergottum ad calcem diplomatum 30 Aug.
/g/ Anonymus Weingart. Edit. Canisij.
/h/ Marianus Scotus, non verò Hermannus,
cuius spurijs Exemplaribus etiam decep[tus]
Mabill. analecto. IV. pag. 422.

1024.

XIIX. Richardus

Abbas XIV.

Anno 1041. Richardg Abbas.

Circa idem tempus Richardus Abbas Shenaugiæ Monasterio feliciter præfuit. Capitneq; enim monumentis nostris, quæ superesunt, hoc a vo Abbatum tempora distinctis annis definiuntur. Anno 1043. Heinricus rex in Alemanniam veniens in Synodo constantiensi, cunctis dimissis debitis et iniuriis, pacem multis seculis inauditam efficiens per edictum confirmavit. Octavo abhinc anno Otto Palatinus Comes dux Alemaniæ constituitur. In Monasterio S. Blasij Beringerus vita functo, 1043.

succesit beatæ memoriæ /i/ Wernerus Abbas, non minùs divinarum rerum Sapientia, quàm pietate celebris. Cujus tps S. Blasiani veteris pacti consuetudinem pro Fratribus suis Zinsgenssibus persolvere solebant. /k/ Pactum utique, ob antiquissimam necessitudinem, reliquis vectigalibus, quæ sibi mutua charitatis suffragia impendebant. Anno 1046. Bonæ Memoriæ Eberhardus Constantiensis Ecclesiæ Episcopus in regis comitatu obiit Romæ in porticu S. Petri sepeliendus, cui Theodericus per reliquias provincias regis Cancellarius succesit. Otto Suevorum Dux immaturo obitu diem claudit extremum, pro quo otto de Suinfurto surrexit. /l/ Quo tempore Imperator Welf, comitem Suevigenam, Welf dictum comitis filium, Carentani ducem promovit. Is Monasterium in monte antiquum in honore S. Martini fundavit, cui nomen Wingartin imposuit, in quod de villa transcitis Monachis Ecclesiam priorem parochialem esse constituit. /m/ Anno 1048. Imperator Alemanniam repetit, et in Bugiam ingressus, dedicationi Ecclesiæ S. Marci interest. Assumptionem Dominæ Turegi, Pentecosten verò Argentinæ celebravit. Per idem tempus Brun de Tullo Leucorum Episcopus ab Imperatore electus Papa, Leonis nomen accepit

Fraternitatem cum S. Blasio restaurat.

1043.

1045.

1047.

i.

k.

l.

m.

/i/ Bucel. Chron. Const. Clarij. Wilbers Hist. S. Blas. Mſc.

/k/ ex Codice Mſc. Bibliothecæ cæsareæ Windobonensis teste Erud. Gerardi Bibliot. cæsareo.

/l/ Clariang Scotg. /m/ Anonym. Weingartapud Basnag. to. III. et Bucelin. ad hunc annum.

1049. accepit, atque in autumnali tempore Synodo Moguntiæ habitâ, Alemanniam adiens, Augiæ festum S. Clementis egit, ac per Augustam transiens in Italiam rediit.

Eodem anno venerabilis Abbas noster Eichar-
Encharta Henrici III. -dus Imperatorem Henricum III. aquasgrani morantem adiit, eiusque obtutibus præsentavit fundationis chartas, à Wolveno quondam factas, variis privilegiis et immunitatibus à regibus et Imperatoribus concessis; cuius precibus inclinatus, pro remedio animæ suæ, genitorisque eius Conradi, ut genitricis Gisilæ, amplissimâ diplomate renovari, et confirmari præcepta ab ipsis, nec non ab antecessoribus regibus data. recensentur, ibi triginta duo loca ex antiquissimis chartis descripta, nec solùm à Wolveno in Turgovia et Italiâ, sed etiam à Ludovico rege in Clegovia Monasterio olim donata. Imo et alia alba in pago Alpegove exprimitur, licèt tum à Thenaugia iam separata in Nobilissimum Asceterium sub nomine S. Blasij excreverit. Verum quemadmodum et alia loca ibi descripta Thenaugiæ tunc decesserant, ita pro cuilibet dubio multa alia, quæ hactenus Monasterio accreverant, simul confirmata intelliguntur. Berchtoldus, in cuius Turgoviæ comitatu situm Thenaugia Monasterium asseritur, consequutus quoque est Marchiam Veronensem, et Advocatiam Turicensem, Patris Berchtoldi secundi Istorio Ducum Zaringicum, n. Hermannum Marchionem Badensium stipite, postea Monachi Cluniacensis, et Gebhardi Episcopi Constantiensis.

In amplissima porrò huius diplomatis clausula, præcipuè notata digna sunt illa verba: cum vectigalibus, quibus regalia exprimuntur à principio fundationis Monasterio competentia. Datum est 5. Idus Julij, anno dominicæ incarnationis 1049. Indictione II. Anno autem Henrici tertij regis, Imperatoris secundi ordinationis eius XXI. regni quidem undecimo, ab obitu nempe Patris, Imperij autem à Coronatione tertio. Subscriptus vice Bardonis Archicancellarij Archi-
-Episcopi Moguntini, Winitherius cancellarius postea factus Episcopus constantiensis o.
1050. Anno quinquagesimo supra Millesimum

---

n. Clarissimus Schoepflinus to. I. Histor. Zaringo Badens. pag. 36. nostro utitur diplomate.

o. Exhibet Diploma Hergottus to. II. pag. 120.

Richardus

Gebehardus Episcopus Ratisbona Campidonensem Abbatiam beneficij loco acceperat,

1051. Sequenti verò anno pro Theodorico Constantiensi Episcopo defuncto ex Rumaldum promovit. Erat is ex praepósito Basilensi factus Monachus in Eremitano Monasterio ex familia de Bonstetten. ao. 1052. Leo IX. Germaniam pertransiens [p] altare primum in Schaffhusia Monasterio dedicavit, [q] cui Richardus Abbas noster interfuisse fertur die 22. Augusti. coeperatque primum fundationem eius Monasterij Eberhardus pientissimus Comes Nellenburgi, Filius Ebronis, parvamque adiecuam construxerat, modò abjectam, et usibus profanis addictam, in qua Sanctus ille Pontifex consecrationem peregit; nam magnificum templum postea ædificatum est, cui accrevit celebre opidum, ob vicinam sapius in monumentis Renaugiensibus recursurum.

1053. Anno 1053. Werinharius, frater Hermanni contracti, Augiensis Monachus, admodum doctus, et Religioni verè deditus, Juvenis cum alio Monacho Lindhario, studio vitæ perfectioris flagrans, peregrinationem cum pro Christo aggrediatur, litteris remissis licentiam Abbatis postulans et impetrans. Et sequente tempore Richardus Renaugiensis Abbas, et Heinricus item Augiensis Monachus, hoc exemplum secuti, relictis omnibus idem propositum aggrediuntur. Luculenta nempe argumento necessitudinis inter utrumque Monasterium. Ceterum profectionem Richardi ad finem hujus, aut initium sequentis anni contigisse, constat ex eo, quod Hermannus, qui haec scribit, et ex quo plurima hactenus mutuati sumus, anno 1054. diem supremum obierit, omnes tunc temporis viros sapientia et virtutibus praestantes. [r] [2]

Richard Abbas Jerosolimam petit,

---

[p] Mabil. to. IV. pag. 633.

[q] Pfeudius in chron. ad hunc annum.

[r] Ex continuatore Hermanni Berthold. Presbyt. const. apud urst. pag. 337. ex quo deinceps convenientia dabimus.

[2] quo

1054. quo anno frater quoque ipsius Werinherus et Lintherus in Hierosolymitano Itinere defuncti sunt. Richardus verò Abbas noster magno sacrarum reliquiarum thesauro ditatus Rhenaugiam reversus est, quorum catalogum Manuscripta nostra exhibent. adsunt quoque illius ævi Itineraria in Terram sanctam, S. Arnulfi nempe, et S. Antonini dicta, quæ hac occasione Rhenaugiæ illata sunt; prius verò jam sæculo nono scripsit Reginbertus Monachus Augiensis.

et S. reliquias refert.

[s] 1055. Anno 1055. Welfus Dux suis, et omni populo admodum flebili morte præventus, apud Altorfense cœnobium sepultus est; cui, quia hæredem ex se non habuit, sua in perpetuam possessionem donavit. Beatrix verò ipsius, sciens se habere hæredem ex filia Rhenatæ Theobaldi Estensi Marchioni nupta, ipsi eam adduci, et certum esse hæredem proclamavit. [t] Hic est ille Welf huius nominis quartus, qui primus ex hac familia Ducatum Bajoariorum adeptus, secundum stemma Guelphicum in Germania propagavit, ac Nihilominùs Monasterij Weingartensis secundus fundator celebratur.

s.

t.

1056. [x] Anno sequenti Henricus Imperator anno ætatis suæ 39. obijt, et filius eius Henricus IV. septimum ætatis annum habens, regni fræna suscepit.

x.

1057. Adolphus Dux Alemanniæ Advocatus Rhenaugiæ.

Anno 1057. Otto Dux Alemannorum obijt, cuius Ducatum Rudolfus accepit, cum sponsa Mathilde Regis sorore, hactenùs à Rhemoldo Episcopo constantiensi educata: advocatiam Rhenaugiæ, quam procul dubio antecessores Duces Alemanniæ gesserant, simul administrans, Monasterium strenuè defendit. [y]

y.

Natus erat Chuno Comite de Rinfelden, fratre Theodorici Ducis Lotharingiæ, quorum soror Ita Comitissa de Habspurg Monasterium Murense fundaverat [z] obitus Richardi Abbatis, incerto anno assignatur in Necrologio nostro subpari ad diem 16. Februarij hac nota: Richardus Abbas nostræ Congregationis.

z.

---

[s] Petrus Boland. in fronte to. II. Maij.
[t] Anonym. weingart. apud Bafnag.
[x] Braccelinus.
[y] Merklius chron. Epis. const. pag. xiij.
[z] Genealogia actis Murensibus præfixa.

Gerungus

Abbas XV.

Anno 1060. Gerungus Abbas.

Circa annum sexagesimum supra Millesimum Gerungus Abbas Zhenaugiæ electus fuit, quo præsidente Monasterium novum Schaffhusij absolutum anno 1064. tertio nonas novembris Rumoldus Episcopus Constantiensis dedicavit in honore S. Salvatoris et omnium sanctorum præsentibus Abbatibus Hermanno Einsidlen: -si, Imone Fabariensi, Heinrico Weingarten: -si, Arnoldo Petershusano, Gerungo Zhenau: -giensi, et Wenhero Sancti Blasiano, uti habet notitia publica eiusdem dedicationis. Hanc altera dedicatio Monasterij Murensis viginti tribus diebus antecessit, cui pariter cum Ru: -moldo interfuisse Abbatem nostrum Gerun: -gum fertur.

1064.

Præsens dedica: -tioni Schaffhusij.

Rumoldus Episcopus Constantiensis Abbas Zhenaugiæ XVI.

Rumoldo Ep. Henricus IV. Zhenaugiam confert.

Verùm haud diu licuit Gerungo quietè possi: -dere Abbatiam Zhenaugiensem, quam Henri: -cus IV. Rex eidem Rumoldo Episcopo in be: -neficium contulit. Id procul dubio fecit Auctore Adalberto Bremensi Episcopo, quem, remota pÿssima matre Agnete et S. Annone Coloniensi, administrationi regni adhibuerat. cùm enim Adalbertus pingues Abbatias Cauershamensem et Corbejensem à Rege Impetrasset, ne æmulationem apud alios excitaret, invitis etiam obtrudere bene: -ficia nitebatur, prout prædicto S. Annoni Indensem, et Mamundariensem, /a/ Rudolpho Sueviæ Duci campidonensem, et Rumoldo Zhenaugiensem regia auctoritate conferri curaverat. obstitit conatibus Gerungus Abbas, et ut malum à Monasterio averteret, potentissimum Rudolphi Sueviæ Ducis ad: -vocati Zhenaugiæ patrocinium sibi con: -ciliavit. /b/ At multis opus non erat apud pÿssimum Rumoldum Episcopum, qui licet paucis annis nomen Abbatis invitus gere: -ret, administrationem tamen Monasterij Gerungo sponte reliquit. quin imò data opportunitate anno 1067. cùm rex in Au:

a.

b.

1067. quam tamen resignat.

/a/ Mabill. annali. to. IV. pag. 619.

/b/ Hotting. to. I. p. 555. ad annum 1051. Stumpfius l. V. c. 11. perperam id refert de Augia.

-gienſi Monaſterio ageret, unacum eodem Ge-
-rungo, ac Rudolpho Duce, pleniſſimam Liber-
-tatem Rhenaugiæ diplomatibus Regum robo-
-ratam demonſtravit, multisque precibus ab Hen-
-rico efflagitavit, ut propriæ libertati Monaſte-
-rium permitteret, ſecutus hac in re Sancti Ab-
-teceſſoris ſui Conradi exemplum, atque vel
ſolo hoc titulo promeritus, ut inter Abbates
noſtros benè meritos recenſeretur. Revocavit
enim verò ex ſolēni diplomate conceſſionem
ſuam, vetuitq́, ut deinceps nequ Epiſcopus, nequ
ulla alia perſona Gerungum Abbatem, eiusq́
ſucceſſores, ſeu fratres ibi degentes audeat in-
-quietare, ut liberi et quieti pro Regis ſalu-
-te omnipotenti Deo die noctuq́ preces vale-
-ant effundere. Datum diploma VI. Idus Junij
anno dominicæ incarnationis 1070. Indictione
V. anno autem ordinationis domini Heinrici IV.
Regis 18. regni verò 11.

Gerungus iterum

Gerungus iterum Abbate

Solus itaq́ Gerungus Rhenaugiæ deinceps
præfuit, ſeu potius in prudenti adminiſtratione
perrexit; Ramoldo poſt biennium ſanctâ vitâ
functo cui ſucceſſerè ab Henrico Rege duo ſub-
-ſtituti, ſeu potius Epiſcopatui obtruſi Carolg
et Otto, qui nunquam tamen ad quietam poſ-
-ſeſſionem pervenerunt.

Interim reſtaurato Hirſaugienſi Monaſte-
-rio, colonia per Beatum Fridericum Abbatem
ex ſacra eremo inducta fuerat, ipſoq́ deceden-
-te Sanctus Wilhelmg Ratisbonā ex S. Emerami
Monaſterio poſtulatus, Abbatialem Dignita-
1070. -tem anno 1070. admiſit, [c] atque diſciplinam c.
Monaſticam tota Germania redintegravit, pro-
-fectu in Rhenaugiam quoq́ derivando. Eodem
anno beata morte Schaffhuſij defunctus eſt S.
Eberhardus Monaſterij eiusdem fundator, quod
per ſexennium piiſſimè incoluerat, cuius
Memoriam Kalendaria noſtra ad diem 26.
Martij celebrant. Sequenti anno Notpertus
1071. celebris pariter Abbas S. Galli obijt, antiquo
Necrologio die noſtro die 2. Sept. inſertus.
quo tempore Rex Henricus per Interventum
Rudolphi Ducis Suevorum, Welfe filio Al-
-nis Ducatum Bajoariæ tradidit. [d] d.

Henricus IV. Benefactor Rhenaugiæ.

Eodem procul dubio interceſſore, advocato
noſtro, Rex Henricus meruit inter Benefactores
Monaſterij noſtri recenſeri, qui eodem anno VII.
Kal. Aprilis cum Baſileæ conſiſteret, tradidit

[c] Trithemius in chronico pag. 220.
[d] Lamperius in chron. ad hunc annum.

liberaliter Rhenaugiæ pro remedio animæ suæ quicquid in villa Enfisheim alsatiæ, et in villa Berfiningin in pago Hegove, in comitatu Ludovici, proprietatis habuit. Perstitère illa bona in Enfisheim Monasterio ad posteriora usque sæcula, quibus demum quibusdam Nobilibus in feudum collata sunt. villa verò Berfiningin, seu Berflingen, sæculo decimo quarto propè Mörishausen interiit, ut vix ulla supersint vestigia. vetiram rex ille ac Imperator bona, quæ contulerat, non malis moribus obliteraret, ut memoria beneficij integra, et inconvulsa persisteret. Eo enim in deteriora prolapso Anno

1073. 1073. Rudolphus Dux Alemaniæ, et Bertoldus Dux Carinthiorum, et Welf Dux Bajoariæ à rege

1074. Heinrico discesserunt: [e] mox quidem reconciliati, sed pace admodicum duratura. Nam cum rex per simoniacam hæresin S. Ecclesiam fædare non cessaret, scilicet pro pretio Episcopatus, Abbatias et alia hujusmodi investiendo, tandem à Papa

1076. Gregorio VII. communione privatus est; unde omnes penè principes regni ab Henrico se sequestrarunt, et Generale colloquio apud Forcheim habito tertio Idus Martij Rudolfum ducem in regem sublimarunt, qui in Suevian secedens, regnum sibi subjugavit. quo tempore Udalricus Comes de Lenzburg Henrici complex, religiosissimum Abbatem Bernardum Massilensem Apostolicæ sedis legatum, captum per medium penè annum detinuit, quem Henricus et optimè promeritum inbenefeciavit: quâ phrasi Bertholdus Presbyter Constantiensis, continuator Hermanni, advocatiam quoque Rhenaugiensis Monasterij intelligit, Rudolfo Reinfeldensi ablatam, atque ingentium malorum, quæ sæculo proximo exequemur causam.

1077.

advocatiam Rhenaugiæ, Rudolpho demptam Lenzburgensi tradit.

Nunc tertiam Monasterij nostri annorum centuriam, quæ satis prosperè decurrere videbatur, claudere libet nominibus Monachorum nostrorum, qui circa hæc tempora vixerunt. defiderantur quidem plurimi; at sequentes conservarunt nobis Kalendaria, seu Necrologia coeva, in quibus die obitus occurrente singuli adscripti fuerunt; eos proinde eodem Kalendarij ordine enumeramus, quibus adduntur sequentes notæ: n.c.m. id est: nostræ congregationis Monachus obijt, &c.

Monachi huius ævi Rhenaugiæ.

---

[e] Bertholdg const. apud urstisium à pag. 624.

Gotehardg 6. Jan.
Arnoldus 25. Jan.
Hucbaldus 5. Febr.
Anno 9. Febr.
Gerungus 16. Febr.
Sigifridus 17. Febr.
Eberhardus 28. Febr.
Bernardus 13. Martij.
Gerhardus 14. Martij.
Bertholdus 14. Martij.
Adilgoz 15. Martij.
Heremannus 28. Martij.
Hiltboldus 4. April.
Adalbertus 6. April.
Erlevinus 7. April.
Uodelinus 7. April.
Diethalmus 11. Apr.
Bertholdus 11. Apr.
Ruppold 22. Apr.
Hiltine 24. Apr.
Ludewic 25. April.
Wolfardus 30. Apr.
Dipoldus. 2. Maij.
Hadewic 5. Maij.
Craft. 5. Maij.
Wolvene 6. Maij.
Heinricus 7. Maij.
Anshelmus 9. Maij.
Erwisterus 28. Maij.
Eppo 29. Maij.
Durinc 1. Juny.
Immo 2. Juny.
Chuonradg 13. Juny.
Eberhardg 15. Julij.
Sigeboto 2. Julij.
Lutherus 3. Julij.
Marquardus 17. Julij.
Chuonradg 28. Julij.
Adicbertg 29. Julij.
Geroldus 1. Aug.
Eberhardg 9. Aug.
Arnoldg 2. Sept.
Eberhardg 19. Sept.
Landoldg 21. Octob.
Rudolfus 30. Octob.
Adiebertus 2. Nov.
Burchardus 9. Nov.
Gerungus 13. Nov.
Dietolo 20. Nov.

Gerungus Abbas XV.

Werdo 27. Nov.
Udalricus 28. Nov.
Heinricus 13. Dec.
Bacco 14. Dec.
Adilbero 21. Dec.

Inter hos Rhenaugienses Monachos sequentes, procul dubio cum pluribus, quæ nobis incompertæ sunt, circa medietatem Sæculi undecimi obierunt, nempe Anno, Hiltepold, Adalbert, Ruppolt, Hiltine, Hadewic, Durinc, et Immo. Hadewic simul conversi et Monachi notam habet, quòd nimirùm jam ætate provecta ordinem Monasticum professus fuerit, Decessit sub finem Sæculi undecimi, atque post initium Duodecimi vivere desierunt. Inter quos immortali memoria dignus Rudolphus Monachus et Presbyter, Turegi nobili genere natus, ut plerique Monachi Nostrates fuere; qui ano ætatis trigesimo quarto, spretis mundi vanitatibus Rhenaugiæ professus duos Sacros calices, unum argenteum, aureum alterum obtulit. Verùm quòd omnis auri pretium longè superat, opus magnum et spissum, ab ipsomet compositum, ac pulchro charactere exaratum reliquit, quo ex SS. Patribus Psalterium Davidicum, cum nonnullis canticis interpretatus est, cui alij posteriores interpretes facilè alia superaddere potuerunt. Luculento testimonio suffragante, Monachos doctos Rhenaugiæ non defuisse. Verùm Auctoris nostri præclaras dotes manus coëva post eius mortem versiculis istis inscripsit, quos ut ædi-tos, sed non absque mendis, subjicimus. Codicis est huius Rudolfus Presbyter auctor. Divini cultus bonus atqs fidelis adaucdem. Turegi natus generoso germine priscis. Quina quinquenia tetra tetrenia vixit ibi vit. Post opibus, patria, notis spretis, et Amicis. Et Monachus factus ad claustra Dei Genitricis. Quæ propriis rebus, hemoqs labore paravit. Ecclesiæ pietate sua comoda tuis. Scilicet has glossas. Stili fulgore nitentes. Isidorum, Rabanum quoqs, Paterium qs decentes. Et geminos calices, quorum prior aureus exstat. Alter ab argento spectacula lucida præbet. Horque sibi fratres pactum super his tribuebant. Hæc ut ab Ecclesia nulla ratione recedant. Id sperans lucri sibi pro meritis numerari. Post obitum sacra fratrum prece posse juvari. Vos Ergo Fratres mutuæ date jus pietatis. Solvite Comissum, precibusqs juvate rea tis.

Rudolphus Explanationum in psalmos Auctor.

Hoc

Gerungus Abbas XV.

Monialium — Hoc Seculo Christi undecimo Monasterio nostro Rhenaugiensi accrevit alterum Monialium — cœnobium, ex more illius ævi, quod eiusmodi Monasteria teste Trithemio, atque Mabillonio vocabat duplicia: habebant tamen distinctam Ecclesiam in pupi Insulæ nostræ S. Felicis et Regulæ, ad cuius latus reclusa fuit pia Soror Mathildis, cuius institutum et aliæ postmodum secutæ. Nos saltem Catalogum earum ex Kalendariis nostris damus, quæ circa hoc ipsum tempus vixerunt.

Rhenaugiæ adjectum.

Willibirc I. O. id est soror obiit 13. Jan.
Engila 16. Jan.
Werinburc 8. Febr.
Eilca 28. Febr.
Werinburc 29. Febr.
Tannicha 5. Martij.
Bertha 8. Martij.
Anna 14. Martij.
Hemma 15. Mar.
Helwic 21. Mar.
Willibirg 22. Mar.
Mathilt 25. Mar.
Enliza 1. April.
Helwic 10. Apr.
Willibure 18. Apr.
Gerila. 25. April.
Adilheit 26. Apr.
Engilburc 13. Maij.
Hadewic 5. Junij.
Becela 8. Junij.
Willibirc 30. Junij.
Truwib 6. Julij.
Bertha 9. Julij.
Irmburc 29. Jul.
Ita 22. Aug.
Ticpirc 2. Sept.
Elniza 6. octob.
Amiza 15. octob.
Diemut 13. Nov.
Gepa 16. Nov.
Adilheit inclusa 19 Nov.
Friderun 12. Dec.
Albegunt 19. Dec.

Sæculum Chenaugiensis Monasterij Quartum.

Ad initium huius Sæculi præsidente Gerungo Abbate, adversa simul atque prospera Monasterio nostro evenêre. Adversa quidem, perturbatas res sacerdotium inter et imperium; prospera autem, per Hirsaugiensem Monasticæ disciplinæ restaurationem, quæ et Chenaugiæ novum addidit incrementum. Cùm enim inter utrumque
Anno 1078. Regem Rudolphum et Henricum æquo ferè marte certatum esset, illo in Saxoniam reverso, [a] Heinricus de repente recollectis viribus Alemaniam præda, ferro, et igne, circa festum omnium Sanctorum, devastavit. Tunc quoque parvum minùs quàm centum Ecclesiæ in illa expeditione violatæ sunt. Inter has Monasterium nostrum fuit; nam, ut in quadam charta Henricus V. palam facit, cùm propter dissensionem, quæ temporibus Patris eius facta fuerat, multa inordinata et injusta pænè ubique peracta fuissent, de Monasterio quoque Chenaugia nomine, tempore Gerungi Abbatis, beneficia plurima distracta et ablata sunt, cùm Advocatus, nempe Udalricus Comes de Lenzburg intrusus, terminos sui juris transgressus, secundos advocatos substituisset, atque Placidum contra antiquam loci consuetudinem habuisset. Anno sequenti Henricus, depositio Rudolpho, Ducatum Alemaniæ contulit Friderico de Staufen, licèt in totius possessionem nunquam pertigerit, ac Sueviæ Ducatu deinceps contentus, Turgoviam, Herciniam, Brisgoviam, cum advocatia Turegi, Berchtoldo Baringiæ Duci relinquere coactus fuerit [b] qui unicam filiam Rudolphi Regis et Reinfeldæ Comitis Agnetem duxerat, occubuit porrò Rudolphus piæ memoriæ Rex in conflictu contra Henricum in Saxonia Anno 1080. idibus octobris, et ut alter Machabæus ad Dominum migrasse non dubitatur. obiisse quoque notatur in necrologio Murensi die 27. Maij Richenza, Radebotonis Cleggoviæ quondam Comitis et advocati Chenaugiæ filia, uxor Udalrici de Lenzburg, qui procul dubio

Advocatus de Lenzburg persecutur Chenaugiam.

a.

1079.

6.

---

[a] Bertold. constant. apud Urstis. p. 349.
[b] Tschudius in Chron. ad an. 1081.

Gerungus

uxorio nomine advocatiæ prædictæ et Comitatui adeò inhiabat.

1080. Societas cum B. Wilhelmo Hirsaugiensi contracta.

Quò eôdem Anno Burchardus Comes Nellenburgi filius Eberhardi Monasterium Schaffhusianum venerabili Wilhelmo Abbati Hirsaugiensi, in disciplina Monastica instituendum tradidit, abdicato Iure advocatiæ desuperque confirmatione accepta à Summo Pontifice Gregorio VII. /c/ quo tempore cum præsens esset Schaffhusij Beatus Wilhelmus, /d/ procul dubio Thenaugiam divertit, cum quo Monasterio Fraternitatis Societatem iniit, /e/ ut quoties defunctus aliquis denuntiatus fuisset, constitutæ pro eo mox fierent orationes, vigiliæ, missæ, disciplinæ et Eleemosinæ. adhæc quoties ad alterutrum Monasterium aliquis ex confratribus declinasset, non ut alienus, sed domesticus putaretur. constituit Schaffhusij S. Wilhelmus coloniam suorum Monachorum, quibus præfecit Sigefridum Abbatem, virum prudentissimum, qui ampliato Cœnobio cum magnifica Basilica, alterum adjecit, S. Agnetis dictum, in quo Ita Eberhardi comitis vidua, fœmina pijssima, cum monialibus Deo deserviret.

c. d. e.

Inter hæc flagrabant bella in Turgovia, welfone atque Berchtoldo Ducibus ex ditione S. Galli prædas agentibus; contra verò Udalricum III. Abbate S. Galli, ac postmodum Patriarcha aquilejensi, fortiter reluctante, qui inter alia /f/ Ditissimi Comitis Hartmanni Castellum Chyburg et Hitingen, /g/ ferro et igne prostravit. Sed

f. g.

1081. cùm Rex Heinricus in Italia ac Romæ moraretur, Hermannus de Luzilienburg ab Alemannis Rex constituitur. qui sequenti Anno Nativitatem Domini in Suevia, cum Principibus regni satis honorificè celebravit. Anno

1084. 1084. otto ostiensis Episcopus, suadente Duce welfone, Gebhardum hujus nominis tertium, Berchtoldi Ducis fratrem Monachum Hirsaugiensem, contra ottonem intrusum sancte

---

/c/ Habit. ad hunc annum.
/d/ Notitia publica ejusdem Burchardi, ex chron. Mſc. pag. 78.
/e/ Trithemius in chron. pag. 296.
/f/ Burchard. de Cas. S. Galli apud Gold. p. 68.
/g/ Tschudius ad annum 1080.

Constantiensi Ecclesiæ, jam dudum viduatæ, Catholicum Pastorem, ac simul Bertholdum, qui hæc scribit, Presbyterum ordinavit. Udalricus Comes de Lenzburg, primus eius familiæ pseudo-advocatus Rhenaugiæ, Maritus Eichenzæ Radebotonis de Habspurg filiæ, Supremum
1085. diem obiit, cuius hæredes sequenti anno Wernerum armis adoriuntur, et abeo augmentum maternæ hæreditatis extorquent. Eodemque anno Deus omnipotens famulum suum Gregorium Papam Salerni de huius vitæ ergastulo vocavit.

qui reformatio-disciplinæ promovet. Sanctus verò Wilhelmus Udalricum Monachum Cluniacensem vehementer rogavit, [h] ut consuetudines eiusdem Monasterij conscriberet, quas sibi transmissas usui suorum fratrum accomodavit; imo nonnullos ex ipsis Cluniacum destinavit, ut instituta ac mores Monasticos diligentius addiscerent. ab Eodem Divæ Memoriæ Hirsaugiensi Abbate [i] Ano 1086. Gebhardus Constantiensis Reverendus Episcopus eximijs precibus impetravit, ut
1086. venerabilem virum Theodericum Monasterio S. Gregorij, quod dicitur Domus Petri dirigeret, quatenus eidem præesset, et regularem vitam ibi juxta normam sui Monasterij institueret. Habebat autem Idem venerabilis Theodoricus tunc temporis Egregios viros valde religiosos optimæ formæ et doctrinæ sub cura sua; in quibus erat Meinradus pridem Abbas, Bernardus Scholasticus et Couno: hi omnes ex antiquis fratribus scilicet, et Sigiherus Scholasticus, et Eppo, atque Gebehardus Avus meus, inquit Scriptor præclari codicis Petershusani. Couno, de quo mentio hic occurrit, mox factus Abbas Rhenaugiensis. Interim Beatus Wilhelmus ano 1087. iterum
1087. præsens Schafhusij solemnem traditionem villæ Schafhusianæ recepit à Comite Burchardo, [k] quod liberis careret, et mater eius Ita religiosam vitam esset professa; idque factum Schafhusij, in præsentia Gebhardi Episcopi, Wilhelmi Abbatis, Sigefridi Abbatis ibidem Theodorici Abbatis Petri domûs, Ducis Bertholdi, et Comitis Gerungi. postmodum sæpè

---

[h] Mabill. to. v. Annali pag. 220. – 222.
[i] Ex Mse. Lupparis Anonymi de casibus Petri Domûs pag. 60. et 62.
[k] Ex instrumento Citato Archivi Schafhus.

Laudatus Burchardus Comes advocatiam à Sigefrido Abbate sponte delatam, unacum villa Hementat, et monte Randio, liberè Monasterio resignavit in presentia Ducum Welfi, et Henrici eius filij, Berchtoldi, Alwici Comitis de Sulz, Udalrici de Mameren, et multorum aliorum; charta scripta per Gisel-bertum Monachum S. Salvatoris.

1088. Eodem ano ex Abbate Cassinensi Victor Papa creatus post quatuor menses obijt, pro quo electus Urbanus Secundus contra Gui-bertum, qui se clementem tertium dicebat.

1089. Hermanus quoque rex catholicus viam universe terre arripuit. ano 1089. Nobilissima dux Mathildis, filia Bonifacij Marchionis, sed vidua Godefridi ducis, Welfoni duci, filio Welfonis ducis, pro Romani Pontificis obedientia, conjugio copulatur. Dominus verò Papa Urbanus decretalem Epistolam venerabili Gebehardo Episcopo Constantiensi direxit, ut in tota Alemannia, Bajoaria, Saxonia, et alijs vicinis regionibus, vicem suam gereret, ordinationes improbandas improbaret, et roborandas roboraret. Inter hæc Gerungus Abbas noster finem vitæ, ac diuturni sui regiminis fecit die octava octobris, qua inscriptus est in Coevis Kalendarijs nostris. at in tabulis defunctorum Monasterij S. Galli scribitur die nona octobris Gerungus Abbas de Renaugia, fortasse quod eadie insinuatus fuerit obitus, aut quod pridie post vesperas obierit, quod tempus veteres Monachi ad diem sequentem computabant; cæterùm diversis characteribus à diversis effertur idem Abbas; scribitur enim et Cherungus, Gervicus et Beringerus. /c/

Obitus Gerungi Abbatis.

c.

/c/ Merck. pag. 1114.

1090. Circa idem tempus Gerungo substitutus Thenaugiæ Abbas à Gebhardo III. Episcopo Constantiensi et legato Apostolico Chuono Monachus Petri domus propè constantiam, sub quo ritus Hirsaugiensium introducti Monasterio nostro. Id factum religiosissimo Abbati Theodorico attribuit Bucelinus /m/ stilo sibi familiari ita scribens: constantiæ magna ab Petrusio gloria sub Theodorico Abbate, ita ut resuscitato orientem versus primævo spiritûs fervore in vetustissimo Brigantij cœnobio per Meinradum; occidentem versus S. Fintani restitutis exemplis in Monasterio Thenaugiensi per Chunonem Præsulem, è Petrusio similiter postulatum: ita ut Theodoricus utrobique mereretur, alter et Majoris Augiæ, et Thenaugiæ, à Majoribus suis conditæ fundator, Sanctorum Udalrici utriusq; consanguinei sui /. sicut enim et ipse Lyburgi comes. / felicissimus in vita sua imitator. verùm artiora promamus ex vetustissimo codice Petri domus, /n/ in quo sequentia leguntur: erat alius quidam Presbyter Chuono nomine in ipso Monasterio, quem etiam antea nominavimus, vir inquam formosus valde ex prioribus Monachis, qui etiam Thenaugiensis Monasterij regimen promeruit, illuc quippe in Abbatem assumptus fuerat. m. n.

Chuno itaque constitutiones Hirsaugiensium, ex consuetudinibus cluniacensium haustas, Monasterio nostro plenius introduxit, prout ipse in Petri domo à Theodorico Hirsaugiensi didicerat. testatur id Trithemius, /o/ ubi Thenaugiam inter Monasteria ab Hirsaugiensibus reformata enumerat. verùm id multò luculentiùs demonstrant monumenta nostra, quæ ex ijsdem constitutionibus excerpta exhibent. extat quoque liber Beati Udalrici de obedientijs eodem tempore descriptus, ad quem sè directorium eiusdem ætatis disciplinæ nostræ Thenaugiensis expressè refert. quæ cùm conveniant cum alijs jam editis, /p/ ea alibi legenda relinquimus. o. p.

/m/ in chron. const. ad an. 1100.
/n/ MSc. citat.
/o/ pag. 295.
/p/ Dacherius to. IV. Spicilegij. Marquardus Hergott in vet. Discip. Monast. ubi excerpta ex codicibus nostris leguntur. Edit. Paris. an. 1726

advertimus duntaxat, nunc demum apud nostrates mentionem Prioris, atque conversionem Laicorum occurrere, quorum nomina vix uetra Saeculum undecimum, et cluniacensium, Fructuariensiumque, atque Farvensium institutas consuetudines produci poterunt. qui disciplinae in conventibus invigilabant, Praepositi ac decani vocabantur: dabantur quoque Fratres Illiterati; at hi ex Benefactoribus erant qui Monachorum vitam imitantes in Monasteriis alebantur, sed planè distincti ab illis erant, qui servitijs duntaxat, ac manuum laboribus deputabantur. horum statuta, à Trithemio [q] descripta, conveniunt, cum illis, quae hodie à conversis nostris observantur; quos tunc jam barbatos vocabant, quod Barbam radere prohiberentur; nam reliqui duodecies circiter in anno, ante praecipuas festa, mentum ac summum verticem sibi mutuo forfice tondebant. Invaluit hoc aevo conversorum institutum magno numero ubique, quòd pertiles ad opera externa haberentur; unde S. Wilhelmus eorum manibus novum Monasterium Hirsaugiae aedificavit; quod paulò post etiam contigit Rhenaugiae. Nomina horum, quae sub finem undecimi, et ad initium sequentis Saeculi Necrologia nobis conservarunt, sunt sequentia, quibus notae C V. n. c. id est, Conversorum nostra Congregationis adduntur.

et Fratres Conversos.

q.

Liutoldus 2. Jan.
Notkerus 15. Febr.
Hiltepoldus 24. Febr.
Cuntram 26. Febr.
Winza 8. Mart.
Gerung. 12. Mart.
Petrus 12. Mart.
Gerold 17. Mart.
Egizo 19. Mart.
Azelinus 22. Mart.
Arnoldus 26. Mart.
Sigizo 28. Mart.
Cuntram 1. April.
Uodalricq 18. April.
Ozmanicq 24. April.

---

[q] Chron. Hirsaug. pag. 66.

Lutfridus 22. Maÿ.
Winiclis 23. May.
Geroldus 26. May.
Ernal 29. Maÿ.
Ebbuono 29. Maÿ.
Uozo 1. Junÿ.
Bebelinus 10. Junÿ.
Lvikerus 27. Junÿ.
Azelinus 4. Julÿ.
Hilbertus 5. Julÿ.
Willebolt 30. Julÿ.
Werinherus 7. Aug.
Ruocelinus 9. Aug.
Manegolt 25. Aug.
Liutpoldus 1. Sept.
Marquardus 1. Sept.
Ruodpertus 3. Sept.
Hiltepoldus 13. Sept.
Wichant 26. Sept.
Elbivinus 27. Sept.
Hunoldus 24. octob.
Gerungus 27. octob.
Marquardus 30. oct.
Heinricus 30. Nov.
Adilgot 2. Decemb.
Richwinus 8. Decemb.
Egilolfus 17. Decemb.
Bertoldus 22. Decemb.
Egilolf 23. Decemb.

1091. Anno Nonagesimo primo supra Millesimum Wilhelmus piæ memoriæ Hirsaugiensis Abbas, in causa S. Petri ferventissimus, et in Monastica religione studiosissimus, utpote multorum Pater Monasteriorum, 3. Non. Julij migravit ad dominum. Eadem omninò die, iisdemq; pènè verbis, quibus obitum Beati viri refert, Bertoldus, notatur etiam in antiquissimo Necrologio nostro, quamvis eundem perpetuò pridie ponat Trithemius; [2] quæ sottè conciliari possunt eo modo, quem supra in morte Gerungi Abbatis adhibuimus. Laudat porrò idem Bertoldus S. Wilhelmum ex relictis quoque præclari ingenij monumentis, quibus se philosophum, ac Mathematicum excellentem, nec litterarum studia neglecta voluisse ostendit, licèt Multiplicatis divinorum officiorum laboribus. Hac ætate

Obitus B. Wilhelmi.

[2] pag. 293. et 296.

Illustria Asceteria in ducatu Sueviæ florere
1092. cœperunt: Zwifaltense /s/ à cunone Comite s.
de Wulfelingen, cuius castrum haud procul
Rhenaugia distat, seu Anhalm fundatum; et
Bürense, seu Blaubeiren, quod palatinos Tu-
bingenses /t/ fundatores agnoscit, colonijs t.
ex Hirsaugia acceptis. Alberspacense verò, cuig
Fundatores Albertus de Zollern, et Alricus
de Sulz; Wiblingense quoque ac oxenhusa-
1093. num /u/ primos incolas è Monasterio S. Bla- u.
sij obtinuerant; postremum autem locum, et
quæcq ad illum pertinentia, quidam Nobilis
Homo Cuonradus et Frater eius /. Adalbertus
de wolfhartschwendi./ ad S. Blasium absque
omni conditione tradiderunt; haut secùs ac
pridem cella Alba à viro Nobili Sigemaro tra-
dita fuerat Rhenaugiæ.

1094. Anno 1094. Gebehardus Constantiensis
Ecclesiæ Episcopus, magnam Synodum constan-
tiæ, in hebdomada majore ante Pascha, cum
Abbatibus et clericis innumerabilibus, et cum
ducibus Welphone, et Berchtoldo, et reliquis
Alemaniæ Principibus canonicè celebravit,
1096. ibique multa, quæ corrigenda erant, correxit.
Anno 1096. Sigefridus piæ Memoriæ Abbas
Schaffhusiensis ad dominum migravit, cui
venerabilis Gerhardus in ordine successit,
post Biennium tamen locum cedere coactus,
qui in terram Sanctam susceptæ peregrina-
tione Sacri Sepulchri custos constitutus fuit.

1097. Rhenaugiæ multo infelicior Abbas
Chuno; /w/ quadam enim die contra Servum w.
Chunonis Abbatis Casus. ita comotus, cùm eum pessulo incautè per-
cussisset, idem homo ex illo ictu infirmari
cœpit, et vitam finivit. ea pro culpa non
solùm Presbyterij honore, sed et regiminis
privatus dignitate, ipsum locum reliquit
et in provinciam, quæ vocatur Ries, abijt.
extat in collectione Ivonis similis casus
~~cuiusdam Abbatis~~, quem Episcopus Constan-
tiensis ad Summum Pontificem detulit, re-
scripto accepto, /x/ restituendum esse Abba- x.
tem post annuam pœnitentiam etiam in Pres-
byteratûs ordinem. videtur planè respexisse Rhenaugiensem

/s/ Bertoldg ponit ad an. 1092. Sulger in tñalibg Zwifaltensibus meliùs ad an. 1099.

/t/ Trith. pag. 268.

/u/ Bertoldg vocat Monasterium S. Georgij.
/w/ Chr. Petri domûs pag. 65.
/x/ Hottinger Historia Eccl. to. x. pag. 861.

Zhenaugiensem Abbatem, et Episcopum Gebhardum Urbano II. adeò familiarem, à quo et ipse Ivo ordinationem acceperat, ut ehuno non expectata Papæ responsione, cùm per diversa loca vagatus esset, ubi à quibusdam Pontificio honore exceptus fuerat, tandem ad Monasterium suum pristinum, hoc est, domum Petri redÿt, et se magisterio venerabilis Theodorici Abbatis subdidit. restitutus subinde juxta Papæ decretalem actaris officio, aliquandò paralysi tactus, ductusqs est ad infirmariam. ubi cùm aliquamdiu gravi infirmitate detineretur, aliquantulum exinde convaluit, sed tamen usqs ad mortem suam mutus permansit. Hæc ex præclaro illo Imperialis Monasterÿ monumento, quod Nuper Perillustris ac Reverendissimus Abbas Georgius II. gratiosè perlustrare mihi concessit.

Wolvenus II.
Abbas XVIII.

Anno 1098.

Wolvenus II. talogo S. Galli Inscriptus.

Interea Zhenaugiæ ex Monacho nostræ congregationis seu Monasterÿ electus est Abbas Wolvenus huius nominis Secundus, qui utrum ad familiam Wolveni primi pertineat, hactenùs incompertum. certè ex prosapia Altorfensium prodÿisse non poterat; poterat tamen ex alia linea eiusdem stirpis, verbi gratia Kiburgica; ex qua inter alios eodem ævo claruit Uto sive Otto Abbas S. Blasÿi, vir celeberrimus, [xx] qui Juvenis Ivacium Questeno missus fuerat ad Farvense Monasterium, Beneficÿo Agnetis Imperatricis opportunè usus, reversusqs severioris vitæ disciplinam non solùm suo, sed etiam alÿs Monasterÿs indixit, Successorem nactus anno 1110. eundem Questenum, haud inferioris meriti virum antiquissimo libro Confederatorum Zhenaugiensium ex veteri pacto inscriptum. cæterùm Wolvenus noster Secundus simili Catalogo S. Gallensi manu coæva insertus, atque immediatè ante Ottonem Abbatem positus; quo testimonio omne prorsùs dubium circa illius ætatem conquieuit. extat in Musæo nostro codex de Divinis officÿs juxta

xx.

[xx] Bertold. ad an. 1093. Bucel. clariss. P. Wilberg. in Histor. Msc.

ritum Farfensis Monasterij hoc ipso tempore scriptus, cui simili manu insertus hymnus de S. Fintano.

Friderun Benefactrix.

Eodem tempore, ante Wolveni electionem, sed abdicato iam Chunone, Nobilis Matrona Friderun cum manu filij sui Marquardi donavit Monasterio, quod dicitur Cinaugia, totum Prædium, quod in villa Eggingen — quæ sita est in pago prope Ulmam hæreditario Iure hactenùs habuit, cum mancipijs utriusqs sexus, pratis, pascuis, agris, molendinis, cæterisqs pertinentibus; conditione addita, vt tam ipsa Benefactrix, quàm filius eius Marquardus, et Ita filiâ, in eodem Monasterio Præbendas et Mansiones, secundum morem et consuetudinem cæterorum ibi manentium dinceps habeant. Aures enim Mansionarij adhærebant Monasterio utriusqs sexûs, quorum occasione et fœminarum cœnobium excreverat. Nihilominùs inter Benefactores insignes numeranda Friderun, quæ id fecit, pro remedio animæ suæ ac dilecti mariti Sui Marquardi, iam pridem defuncti. Extat hodieque villa Eggingen inter Ulmam et Echingen Sueviæ sita: Friderun verò Necrologijs nostris antiquissimis inserta ad diem 24. Januarij, et filia Ita die 7. Febr. cùm Marquardo filius factus Monachus obijsse notetur die 17. Julij. data est charta regnante Domino IV. Heinrico rege, in pago Hegowe apud Zamisheim, id est, Zamsen, in comitatu Vodalrici Comitis de Zamesberch, ipso præsente, et Gerungo Comite de Stuolingen, qui procul dubio etiam subscripserat chartæ Schaffhusianæ de anno 1087. cæterùm Abbas nullus exprimitur, sed dicitur duntaxat, à Monasterij rectoribus et Fratribus possessionem esse capiendam; unde colligitur, eam donationem factam fuisse, Chunone jam digresso, sed Wolveno nondum Electo.

1099. Comites de Lenzburg Chenaugiam vexare pergunt.

Anno 1099. Romæ venerabilis Papa Urbanus huius nominis Secundus de hac luce migravit; post cuius obitum dominus Paschalis, qui et Tegengerus, Papa ordinatur. In Alemannia post multa pericula Abbas in Schaffhusensi Monasterio ordinatus est nomine Adalbertus. |y| Damna equidem ingen- y. -tia

|y| Hactenùs ex Bertoldo constantiensi continuatore Hermanni, qui sequenti anno definit.

Abbas XVIII.

-tia intulerat eiusdem Loci advocatus Comes Adalbertus: Nec minus Comes de Lenzburg Arnoldus, titulo advocatiæ ab Heinrico IV. permissæ, Rhenaugiam divexare, atque Beneficia abstracta in usus proprios impendere pergebat. Anno iiio i. Ad Locum Büren, post Azelinum missus est Abbas de Conventu Hirsaugiensi Monachus nomine Otto ad Regimen animarum satis Idoneus, vita et conversatione præcipuus, et divinarum Scripturarum non ignarus; consilio promptus et cautus, in Spiritualium conversatione solicitus, et in administratione temporalium rerum singulari providentiâ circumspectus. /c/ c.

iiio3. At Constantiæ Gebhardus Episcopus Sede sua expellitur, intruso Arnolfo S. Galli Monacho, fratre Heinrici Comitis de monte Sancto, agente Udalrico Abbate S. Galli; causam verò Gebhardi egregiè tuente Theodorico ad Petri domum Præsule. /dd/ tot malis ingruentibus dd.

iiio4. Wolvenus noster fatigatus resignatione potiùs quam morte vacuam videtur reliquisse Abbatiam Rhenaugiensem, cùm in Necrologio nostro pervetusto sola Monachi nota ad diem sextam Maij afficiatur; unde videtur, privatum eum decessisse.

Otto Abbas XIX.

Anno iiio5. Otto Abbas Henrico V. datus.

Anno iiio5. Henricus filius Henrici Imperatoris quadam nocte de exercitu eius aufugit, et Sueviam petens à Legato Romani Pontificis Gebhardo Constantiensi Episcopo de excommunicatione absolvitur: ubi ecclesiasticas res sacras pro tempore ordinavit, /a/ et Pastores egregios, dictante Gebhardo, Ecclesijs præfecit: inter quos, ùt ipse Henricus in diplomate postea dato loquitur, Otto Abbas ipsum Locum Rhenaugiensem ex ipsius concessione legitimè obtinuit. erat enim Otto Beati Wilhelmi Discipulus pro sua prudentia tanti habitus, ùt non solùm Abbas unius Monasterij, esset jam memorati in Büren, sed etiam administrator fieret alterius cœnobij, quod Zynaue dicitur. qui venerabilis Pater utrumque Monasterium in utroque videlicet statu providè, et utiliter satis disponendo gubernavit. /b/ b.

/c/ Trithem. pag. 265. /dd/ Mabill. to. V. pag. 464.
/a/ Dodechin in append. ad Mar. Scotum.
Bucelin. Chron. Const.
/b/ Trithem. in chron. Hirs. pag. 269.

1106. Et contra pseudo-advocatos protectus.

Indigebat sanè Zenaugia prudenti rectore, qui Monasterio undequaque afflicto hoppetias ferret; quod egregiè præstitit Otto. etenim exauctorato Henrico IV. Kalendis Januarij in concilio Moguntiæ celebrato præsente Gebhardo Constantiensi Episcopo, /c/ ac deinde die Septima Augusti mortuo, cùm filius eius Henricus V. destructa Zubiacâ Alsatiæ oppido, regnum Paternum in pace possideret, præceptum ab eo obtinuit Abbas, ad Comitem de Lenzburg, qui advocatiam involaverat, directum, quò jubebatur, ut quæ per subreptionem temporibus Patris eius utilitati Monasterij contraria facta sunt, corrigantur, legitima jura præstentur et quidquid bellorum occasione de Monasterio Zenaugia nomine beneficiorum distractum et ablatum fuit, Ottoni Abbati et Fratribus restituatur. verùm cùm reparandis damnis insisteret Abbas, quidam Suelhart Lenzburg i Comitis ministerialis Prædium in Hoffstetten, in beneficium ab eo acceptum restituere renueret; per iteratam querimoniam Otto â rege alterum mandatum ad præfatum Comitem impetravit, quo jubebatur per fidelitatem iugiter Patri olim Henrico, ipsique exhibitam, ut dictum Prædium ad servitium fratrum de Rinowe redire curaret. Moritur est porro Arnolfus Comes de Lenzburg, Nepos Udalrici Divitis et Ilichenæ de Habspurg circiter anno 1110. /d/ cuius patrimonium ad ipsius filios Rudolphum et Arnolfum devolutum est, quorum ille Turgij, hic Badenæjura dabat. unde Otto Abbas alium advocatum virum non minus probum ac Nobilem Luitholdum de Weissenburg Cleggoviæ Dynastam elegit, sub cuius protectione Monasterium haut modicis incrementis invaluit. obijt eodem ano Gebhardus III. Episcopus constantiensis, filius pariter ac frater utriusqs Bertholdi de Zaringen, Ecclesiasticæ imunitatis defensor acerrimus; cui Henricus V. substituit Udalricum de Kiburg et Dilingen conditorem postea illustris Canonicæ Crüzlinganæ.

Alium eligit Advocatum.

1111. Verùm Henricus Rex ano 1111. totus

c.

d.

/c/ Dodechin. Ekkudius &c.

/d/ Ekkud. in chron. hic substituit alium Udalricum: nos sequimur monumenta certiora Hergotti to. I. Gen. dipl. pag. 51.

à priore mutatus, cùm Romam comitante valido exercitu esset ingressus, investituras à Paschale II. repetijt, easque à captо Pontifice unacum corona Imperij extorsit, eapropter [e] e.

1112. año sequenti in concilio Romano anatemate percussus. unde postmodum novæ turbæ in Imperio exortæ, non sine damno Monasterij nostri, quibus tamen egregiè restitit Otto. Legitur is

1113. año 1113. præsens fuisse inauguration Monasterij S. Petri in Nigra Sylva à Zaringensibus

Præsens est Dedicationi S. Petri. fundati, quod II. Kal. octob. dedicatum [f] est f. à Witone Curiensi Episcopo præsente, et annuente Udalrico Constantiensi electo, unacum septem Abbatibus, Eppone eiusdem Monasterij Prælato, Brunone Hirsaugiensi, Eusteino de S. Blasij, Adalberto Schaffhusiensi, Dietgero de S. Georgio, Otone Zinnaugiensi, et Egenone Augustensi. vocatur in præsenti instrumento Otto Zinnaugiensis tantùm omissa Büra, ab antiquiori nempe ac Nobiliori cœnobio, aut quod forte Bürensem

Resignat Büram. Abbatiam jam resignasset. Fundata illa fuerat à Palatinis Tubingensibus ano 1095. eamq; secundus Abbas ab ano 1101. rexerat. verùm Zhenaugiam præferens, et huic soli amplificandæ intentus, priorem illam dimisit, cui non morte prædecessoris, ut perperam Bruschius refert, [g] sed resignatione vacanti præfectus est Rudigerus. hodie dictum Monasterium sub nomine Blau-Beüren, haud procul ulma distans, à protestantibus occupatur.

Basilicam construit. Inter hæc Otto Abbas Zhenaugiæ magnificam à fundamentis Monasterij Basilicam exstruxerat, cuius, utpote hoc primùm sæculo demolitæ, idea superest. ex altaris hùmi utroque latere duæ extabant capellæ semirotunda testudine prominentes, quemadmodum et ipsa altare medium sed majori spacio elevatum. chorus claudebatur alijs fornicibus, qui tres pariter aras tegebant, ex utroq; latere patente ad chorum aditu. altaria ipsa consecrata erant Honoribus Beatissimæ Virginis Deiparæ, S. Petri Apostoli, S. P. Benedicti, S. Crucis S. Michaelis Archangeli, et S. Mauritij Martyris. Navis Ecclesiæ columnis magnis hinc et inde distincta, quibus plures deinceps aræ præfixæ. S. Fintano speciale sacellum ex

---

[e] Sigebertus Gemblacensis.
[f] apud Schœpflinum Hist. Zar. to. V. p. 48.
[g] Manast. German. pag. 19.

latere Septendrionali adjunctum erat, ubi nempe olim inclusus devixerat. ad hujus igitur Basilicæ consecrationem invitatus Udalricus Episcopus constantiensis, cùm ipse consecratus non esset, denegata hactenus à Pontifice confirmatione, eo quod investituram à Rege per annulum et Baculum acceptasset; imploratus est ad illud officium peragendum Rudolphus Episcopus Basileensis, qui año 1114. decimo Septimo Kalendas Decembris Monasterium dedicavit in honore Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, et S. Petri Principis Apostolorum, Alexandri Papæ et Martyris, Blasij Episcopi et Martyris, Januarij Episcopi et Martyris, Mauritij Martyris, et Fintani confessoris. peracta est igitur consecratio maxima cum solemnitate ipso die Natalitio S. Fintani, quapropter ejus officium deinceps in diem sequentem translatum, loco immobili dedicationi relicto. Porrò corpus S. Alexandri PP. et M. atque S. Hippolyti jam año 756. à Fulrado Abbate in Alsatiam translatum fuisse, tradit ex Mabillonio to. IV. anal. Chardus Franc. 02. to. 1. pag. 557. — 8. unde fortassis Rhenaugiam devenêre. S. Alexander colitur quoque Zastadij in Ecclesia Parochiali.

1114. Et Dedicari curat.

† S. Dionysij apud Parisios

Insigni opere feliciter completo, plures Monasterij Benefactores nactus est Otto Abbas. etenim circa annum 1115. vir Nobilis Bernardus de Flacho, cum manibus Fratrum suorum Rudolphi et Luitholdi, tradidit ad Monasterium Dei Genitricis in Cinowa omnem hæreditatem suam, quam habuit in ostrolvingin /. ostersingen./ in jus et proprietatem Abbatis Ottonis, et Monachorum, et in perpetuum eorum Successoribus, sub conditione, ut deinceps mansionem suam, sicut quilibet Monachus ibi habeat.

1115. Benefactores, Bernardus,

1116. Landfridus,

Quò eôdem proposito Landfridus de Ejsingen, in ipso Monasterio Domino Ottone Abbate præsente tradidit hæreditatem suam, quam habuit in Bodilshusin /. Boltzhausen./ Et situm est hoc oppidum in pago, quod Bara dicitur, juxta Danubium, ad Monasterium, quod Cinowa vocatur. reperitur posterioribus Sæculis prædium istud nomine feudi quibusdam Nobilibus vasallis concessum, ac denique cum pluribus alijs penitus amissum.

1118. Arnoldus.

Alius pariter vir Nobilis Arnoldus de Guotmuodingen simile prædium in præfato loco Boltzhausen Rhenaugiæ donavit,

additis

additis pluribus alijs in Willaco /. Bülach. / pagi Turigovensis oppido, quibus ubertim adhuc fruitur Monasterium, pacto adjecto, ut post obitum eius, in Anniversario Suo Fratribus servitium detur; ea propter cum Supra memorati Benefactoribus antiquis nostris Necrologijs meritò adscriptus.

1119. Circa Idem tempus otto Abbas denuò re-
rdg cum S. Gallo stauratum. -stauravit fœdus Fraternitatis cum Monasterio S. Galli, interruptum per dictæsimum regimen udalrici Abbatis et Patriarchæ Aquilejensis, qui jugiter Henricianis faverat. quò decedente anno 1117. /k/ cùm Henricus V. Imperator quendam, k.
pariter Henricum de Tuello vocatum, intruder conaretur, Conradus Zaringensis Sua protectione prævalere fecit electionem Mangoldi de Flanbüren, seu Mameren /i/ quæ dynastia i.
nunc paret Rhenaugiæ. Transmisit otto S. Gallensibus inscribendum libro fœderatorum nomen prædecessoris Sui Wolveni II. nec non quorundam Monachorum, nempe Arnolfi, Swigeri, Burchardi, Annonis, et Liutholdi, præter quos multi alij hoc ævo vixerunt Rhænaugiæ, ad finem præcedentis Sæculi memorati: quibus addendi Sequentes ex varijs Kalendarijs collecti: waldker Diaconus, Egino Presbyter, Cunradus, et Pilgrin Monachi, necnon Supra nominati Benefactores, Marquardus, Berchtoldus, Landfridus, et paulò post nominandus Bernardus de Grieffen. occurrit quoque Setharius Notarij munere functus, ac denique Scriptor chartularij, qui eleganti charactere opus Suum cum vita circa annum 1127. absolvit. Erant Sanè præclari codicum Scriptores hoc tempore Monachi nostri, quorum opera ex S. Patribus, alijsq; libris utilibus, collecta adhuc extant. Conversi in Sæpè laudato Catalogo S. Gallensi, leguntur Sequentes: Heberhardus, Lanbertus, Beringerus, Rudolphus, Albarn, Heinricus Diethelmus, Ruodgerus, Arnoldus, Herneſt, Cuono. quorum opera, ad exemplum S. Wilhelmi, procul dubio usus est otto ad constructionem novæ Basilicæ; quibus ex Kalendarijs addendi, Adelgoz, et Rudolphus. comparent quoque Monachæ tunc ad S. Gallum comendatæ, nimirùm Ita, Machtild, Guota, et alia Machtild, Warbure, Richinza; præter quas vixe-
-runt

/k/ Vadianus apud Goldast. Hergott in notis.
/i/ Tschudius in Chronico.

-runt quoqs hoc ævo Shenaugiæ Secela, Adilheid, Machtild, et Fructuib. conveniunt mirificè Ka-lendaria nostra cum Sanct-Gallensi indice, unicéque dolendum, utrago paulò post defijsse, negs posthac alium in priori codice reperiri, præter Sieth-marum Abbatem Ottonis Successorem.

1120. S. Conradus Sanctis adscriptg.

Anno 1120. Udalricus Episcopus Constantiensis, qui à Gelasio Paschalis Successore tandem confirmatus fuerat, obtinuit apud Calixtum II. ut S. Conradus Prædecessor eiusdemqs familiæ, olim nostri Monasterij Instaurator Sanctorum fastis adscriberetur; cuius rei gestæ tenorem, unacum brevi vitæ compendio per eundem Udalricum conscripto exhibet Manlius; /K/ Huius Sancti festum statim Kalendarijs nostris insertum, Ecclesia verò ad initium Sequentis Sæculi ipsius honoribus consecrata.

Eodem anno frustrà pace tentata Henricus V. denuò à Calixto II. à Fidelium cœtu Separatur /C/. reconciliatur tamen Erlongo Episcopo Herbipolensi, cui iratus anno 1116. Ducatum Franconiæ ademerat, Conrado Alemanno collatum. Huius Episcopi consilijs Henricus Imperator inter alios Ottonem Abbatem nostrum multis malis affecit; erga Monachos quoqs Shenaugienses, illorumque Ecclesiam, fecit, quod nec Deo, nec bonis hominibus placere poterat, dempta administratione libera temporalium, permissaqs advocatia comitibus de Lenzburg, quicquid contra niteretur Abbas, cum legitimo advocato de Weissenburg.

ob Shenaugiæ persequutionem

1122. Veniam petit Henricus V.

Nichilominùs agentibus Imperij Procuribus tandem pax firma inter Sacerdotium et Imperium Coaluit, concilio primum Romæ, deinde Comitijs Wormatiæ celebratis die 23. octob. 1122. /m/ ubi Imperator investituris per annulum et Baculum Senuntians, retinuit jus, Regalia per Sceptrum impertiendi. Unde Henricus Ecclesijs juxta præmissa Satisfacere cupiens, Epistolam Benevolentiæ plenam Sequentis tenoris Shenaugiam destinavit; Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, Shenaugiensi Abbati totiqs eius congregationi, Salutem et gratiæ Suæ plenitudinem. Nos, qui Ecclesiarum Defensores

/K/ Robertus de monte in apendice ad Sigeb.
/C/ Joachim. Münz Cabinet part. 1. pag. 24 1.
/m/ Albertus Stadensis hoc anno.

defensores esse debemus, crebra petitione Epis-
-copi Divæ Memoriæ E[pi]. Erlongi†[Herbipolensis] devicti, erga vos
vestramq[ue] Ecclesiam, fecimus, quod nec Deo, nec bo-
-nis hominibus placere scimus. Sed quia verò hu-
-manum est peccare, diabolicum verò perseverare,
fatentes peccasse, indulgentiam petimus nobis,
prænominatiq[ue] Præsulis animæ; et ea ratione
concedimus, atq[ue] jubemus, vos pristina uti liber-
-tate.

1123. Advocatus restitutus.

Hoc Regis mandato, remotis ab advoca-
-tia Comitibus de Lenzburg, Liutholdus de Weis-
-senberg restitutus Monasterij advocatus, concam-
-bium cum Abbate Ottone celebravit, cui Præ-
-dium in Witwile cum omnibus pertinentijs
tradidit, et vicissim accepit, quicquid Mo-
-nasterium in Algigove, in loco Burgilun [Bür-
-glen.] et in pago Hegove in villa Morinshusin, [Mörishausen.] possedit.

1124. Benefactor Bernardus.

Anno 1124. Insignis Benefactor Ber-
-nardus de Griesheim Monasterio Zinova tradi
-dit quicquid hæreditario jure habuit in
villa Griesheim, cum Ecclesiastica donatione,
et eig legitima advocatia; nec non prædia quæ-
-dam in Ziuti pagi Cleggoviensis, et in villa
Spreitenbach Turichgovensis pagi, quæ posterio-
-ribus Seculis in feudum concessa reperiuntur.
Facta est hæc donatio in præfato Monasterio co-
-ram multitudine populi, et Liuthone eiusdem
Monasterij advocato, et Noggero fratre eig de
Wizinberg, et Gerungo, et eius fratre Luithold
de Stuolingen. Indixit deinde Monachum Ber-
-nardus, antiquis nostris Necrologijs ad diem 13.
Martij adscriptus. legitur in ijsdem ad diem
26. Novemb. Otto Abbas nostræ congregationis,
cuius obitus eodem anno 1124. contigit, post-
-quam per viginti fermè annos Monasterium
nostrum præclarè rexisset, atq[ue] tam in disciplina
Regulari, quàm in rebus Domesticis plurimùm pro-
-fuisset.

Diethmarg Abbas XX.

Post obitum Ottonis non impar meritis Suf-
-fectus est Diethmarus Abbas, qui Rhenaugiam
contra pellentes turbines sustineret. obijt sequen-
-ti anno die 23. Maij Henricus IV. Imperator,
sed huius nominis quintus Rex: pro quo Lotharig
Dux Saxoniæ tertio Kal. Septemb. Rex Moguntiæ
constitutus est, [a] et Kalendis Septembris a.

1125. Diethmarg Abbas.

[a] Dodechinus.

aquisgrani coronatus. obiit quoque Eustenus Abbas S. Blasij, pro veteri fœdere Necrologijs nostris insertus, duodecimo Kalendas octobris.

à Lothario rege diploma Impetrat.

At Diethmarus Abbas novas præsentiens turbas, quas moturi erant Proceres in Imperio adhærentes Conrado, Henrici Imperatoris ex Sorore Agnete Nepoti, filio Friderici monoculi Alemaniæ Ducis; Neocletum regem Lotharium Imploravit, quatenus præcepta et conscriptiones ab antecessoribus suis pro Monasterio, quod Zenaugia nuncupatur, editas, sua confirmatione corroborare dignaretur: quod et fecit, sanctum locum, cum omnibus intrinsecus et extrinsecus sibi cohærentibus, sub Imperiali tuitionis immunitate suscipiens, ut ab omni alienæ inquisitionis seu exactionis molestia securus permaneat. Exprimit singulariter privilegium liberæ eligendi Abbatem secundùm regulam S. Benedicti, et advocatum, qui nullum sibi substituat, sed ita se gerat, ut si Abbati displicuerit, loco cedat, et alius, qui melior ei visus fuerit, succedat: Abbas quoque ipse nulli extra familiam Ecclesiæ aliquod Beneficium præstet. Denique Donationem Bernardi de Griesheim superius factam conceptis verbis repetit, atque confirmat. Subscribitur Embrico Archidiaconus et Præpositus Erphordiensis, ad vicem Archicancellarij Adelberti Moguntinensis Archiepiscopi, qui præcipuus in Electione Lotharij author fuerat. Datum diploma tertio Nonas Novembris anno ĩĩ25. regni eiusdem Serenissimi regis Lotharij primo, Wormatiæ, quam urbem, aliàs ipsius familiæ propriam, deinceps Imperialem fore ac liberam constituit.

Liutholdus Insignis Benefactor.

Eadem tempestate insignis Benefactor Liutholdus de Wessenburg Monasterij advocatus, morti proximus, bona sua Monasterio legavit. etenim legitimo hærede calsatus, Deum hæredem Possessionum suarum constituens, tradidit ad Monasterium Dei Genitricis, in loco Zinova, in pago Tiergove, quicquid hæreditario jure possedit in pago cleggove in locis his nominibus: videlicet Arzingin, Wizinburc, Witwilo, Zuodelingen, et Buochperch, cum omnibus ad ea pertinentibus, scilicet hominibus utriusque sexus, Militibus et rusticanis, vineis et pomarijs, sylvis, venationibus, molendinis, piscationibus &c. Equidem ex hac Donatione jurisdictio directa hodiegs

in vicis

in vicis Zuedlingen, et Buechberg spectat ad Monasterium, cum uberi censuum proventu, reliquis successu temporum quoad jurisdictionem non nihil attenuatis.

1126. Verùm Diethmarus Abbas contra iminentia mala, suprema quoque Ecclesiastica protectione se munire cupiens, ab Honorio II. Summo Pontifice confirmationem privilegiorum atqs immunitatum expetiit, et feliciter impetravit. Data enim Bulla in perpetuum non solum Diethmaro, sed et omnibus eius successoribus, corroboravit Chenaugiae, quaecunqs legitimis fidelium donationibus hactenus acquisivit, ac in posterum acquisitura foret. vetat sub divini interminatione Judicij, ne ullus hominum idem Monasterium perturbare, eius possessiones minuere, aut in beneficium dare audeat; subjuncta facultate eligendi Abbatem et advocatum. Data Bulla Laterani Anno 1126. Sexto Kalendas Martij.

Bulla Honorij II.

Eodem anno cùm structura novae Ecclesiae in Martelen, Chenaugiae subjectae, quam Filialem vocant, ad finem perducta esset, eam Diethmarg Abbas die 16. Maij ab Episcopo Constantiensi Udalrico de Kiburg consecrari fecit, ad Honorem SS. Galli et Antonini, cuius dedicationis memoria in Monasterio nostro quotannis celebratur.

Ecclesia in Martelen dedicata.

Quàm necessaria porrò fuerit Summorum in orbe Principum tutela, mox ingens in Monasterium comota persecutio demonstravit. Rudolphus Comes, Chenaugiae Inkiam, cùm Suitensibus contra Monasterium Einsidlense pertinaciter adstitisset, turbis post mortem Henrici in Imperio invalescentibus, ac legitimo advocato Liutholdo de Weissenburg vitâ defuncto, advocatiam Monasterij, majoribus ipsius toties ereptam denuò usurpavit, atqs castro in loco Chenaugiae constructo, totam peninsulam cum transitu Chenj munire cœpit. Exinde enim dominari cleg- goriae cupiebat, cuius pagi rectores [b] se ventitabant Lenzburgici, postquam Chenaugiae advocatiam occupassent. Nomine porrò castri non solùm castellum in superiori isthmo, ubi uterque Chenus peninsulam coarctat, sed et oppidum integrum, in quod Chenaugia tunc excrevit, intelligi perspicuum est. [c]

Rudolphus de Kiburg arcem oppidum Chenaugiae construit.

[b] Catig de migrat. Gent. ad an. 1120. pag. 52. 1.

[c] Beat. Chenan. l. III. rer. Germ. pag. 25. 1. in libro provinciarum Galliarum annumeratur vindonissa castris maximis Sequanorum, hoc est, oppidis vulgaribus, et quae Episcopum non habent, in hunc enim sensum decreta Pontificum castri nomenclaturam usurpant. Item Du Cang.

[b] + petijt, ac impetravit

[c] C.

Diethmarus

Includebatur itaqs Monasterium undique, atqs proventus ex utraqs parte intercipiebantur. His in Angustijs Diethmarus Abbas Lotharium Regem adijt, ab eoqs mandatum elicuit, quò vetebatur comes, ne Monasterium vltra infestaret, aut Fratribus annonas detineret. At non segnior Rudolphus Regem perversis suggestionibus, falsisqs allegatis, animo à Diethmaro avertit, quò ne auditò quidem, ex præcipiendo Abbati succensuit, quòd aliter, quàm res haberet, causam suam illi proposuisset, atqs contrariò edito præcepto comiti titulo advocatiæ Monasterium, Chenaugiam verò muniendam † prætexte Regis cautè permisit.

Regis abusus Auctoritate,

† obtentu tuendo

Accidit eodem tempore, vt Gregorius Presbyter Cardinalis ab Honorio in Germaniam pro sedandis motibus, ac fovenda Lotharij electione, (quam contra Suevie Duces Henricianorum ex Matre descendentes Pontifex promoverat,) haut procul Chenaugiâ transiret; quem Diethmarus præoccupans, sub multorum testimonio, libertatem Ecclesiæ in electione advocati, et ipsius loci Jurisdictione demonstravit. quapropter idem Cardinalis, litteris ad Regem datis, humiliter supplicando suggessit, vt, quòd priùs justè contra comitem mandaverat, mutare non velit, quatenùs eorundem Fratrum orationes, qui religiosi sunt, et Deum timent, meritò habere possit. Ad ipsum verò Comitem Rudolphum aliam Epistolam idem cardinalis scripsit, vehementer adhortans, vt ab Ecclesiæ Chenaugiensis infestatione omninò desistat, et debitam libertatem eam habere permittat, ne contra privilegium Romanæ Ecclesiæ faciendo anathematis sententiam meritò incurrat. Sed Rudolphus minas excommunicationum contemnere assuetus, ab invasione prætacta nullatenùs destitit.

Frustrà Dehortante Cardinale Legato,

unde ad ipsum Pontificem Honorium recurrere coactus Diethmarus, duplex pariter mandatum ab eo obtinuit. in priori dato die Septima aprilis anno 1127. mandat Pontifex Udalrico Constantiensi Episcopo, vt Rudolphum Comitem de Lenzburg diligenter admoneat, quatenùs ab infestatione Monasterij Chenaugiæ desistat, et in antiqua, et concessa sibi libertate dimittat; quòd si parere contempserit, debitam de eo Justitiam faciat, id est, excommunicationis sententiam in eum dementiet. vt autem Rudolphus monitis Episcopi faciliores aures præberet, Honorig

Et ipso Summo Pontifice.

adeum ipsum alterum mandatum direxit, quibus quô eum redarguit, quòd contra nobilium consuetudinem Monasterium Chenaugiense multis gravaminibus infestare præsumpserit, et in eius fundum castrum construere, quòd Monasterio valdè damnosum est, inchoârit. quapropter præcipit, ut â tanta præsumptione desistat, et præfatum Monasterium in antiqua et concessa sibi ab Imperatoribus libertate omnino dimittat. quòd si contemptor extiterit, canonicam sententiam, quam illum Udalricus Constantiensis Episcopus dederit, ratam se habiturum minatur.

Verùm Udalrici Episcopi, ex Gente Kiburgica, obitus eodem anno interveniens impedimento fuit, ne Mandatum Pontificium exequutioni mandaretur. Electus quoque Udalricus Leucundus de Castell, Monachus S. Blasij, mox anno
1128. sequenti gravibus turbis implicitus, urgere satis præcepta haud potuit. obsedit enim magno exercitu Constantiam Heinricus Dux Bavariæ, frater Guelphi: quô periculo pecunijs redempto, Rudolphus Comes Brigantinus [d] infesta arma, d.
praesertim in Monasterium Petri domicis, intulit, atque Udalricus, cum destructa arce castell sese exonum reddidisset, post decennium ad S. Blasium
Arx Sedes Advocatorum. reversus anno 1140. pijssimè obijt. itaque Lenzburgi Comes Rudolphus cæpto operi insistens, et oppidum et arcem Chenaugiæ perfecit, frequentem deinceps advocatorum sedem, ex qua nunquam non innumerabilia mala illata sunt Monasterio. restiterunt tamen perpetuò invictè Abbates Nostri, et premi quidem, at opprimi nunquam potuerit Monasterium nostrum: donec post tria sæcula anno 1429. agente Eberhardo II. Abbate [e] â Schaffhusianis, e.
inter discordias contra Comites Sulzenses, destructa arx fuit, cuius rudera adhuc dum ad superiorem oppidi portam supersunt.

1129. Anno 1129. obijt Rudolphi frater Arnolphus Comes de Lenzburg, Nepos Udalrici Divitis, et Richenzæ filiæ Radebotonis Comitis de Habspurg. Is [f] quadam bona Ecclesiæ Scaniensi. Schenis. [] quam multis modis offenderat, uxoriæ legavit. f.
reliquit quatuor filios: Udalricum, Arnolphum, Wernerum et Cunonem, qui omnes imprudes decesserunt, et Richenzam filiam neptam comiti de Kiburg, ~~tandem omnium bonorum~~ hæredem unicam.

1130. Sequenti anno absolvit Abbas noster Dieth-

---

[d] Manlius in chron. Const. apud Pist. p. 668.
[e] Hergott Geneal. Dipl. to. II. p. I. pag. 146.
[f] Tschudius in chronico.

Ecclesia in Tüedlingen Dedicata.

-marus alteram Ecclesiam Filialem in Tüedling-
-en; quem vicum nuper cum alijs â Liutholdo de
weissenburg dono acceperat. Dedicationem pere-
-git Udalricus Secundus Episcopus constantien-
-sis Septimo idus Maij in honorem S. Margaritha
virginis et Martyris; cuius memoria prædicta
die in chori nostri directorijs pariter occurrit.

Benefactores in Alsatia.

Hac tempestate nonnulli Benefactores
quædam bona Monasterio nostro in Alsatia tradi-
-derunt, quorum Authenticum Tetharig. Notarius
scripsit. Etenim Burchardus de Munzenhem
et uxor eius Hazicha S. Mariæ et Congregatio-
-ni Rhenaugiæ, quicquid proprij habuerunt in
Rubiaca /. Ruffach./ et agrum in Herinheim libera-
-liter cessit. Alter Benefactor Hadelchelm et uxor
eius Renza dederunt eidem congregationi Decem Scozza
Sazza, et unum jugerum. Ligero et Filij eius
dederunt undecim Sazza, et duo jugera, et duas
Perticas, et domum eidem congregationi. Denigs
Rhenza dedit tria †Sazza, scripsit et subscripsit †Scozza
memoratus Tetharius. Alios Benefactores, quo-
-rum res donatæ non exprimuntur, omittimus,
quorum tamen nomina antiquis nostris Calen-
-darijs adscripta sunt.

Renovatio Litterarum Fundationis.

Neque prætereundum, hoc ipso ævo, aut
paulò citiùs, authenticum transumptum diplo-
-matis Secundi Ludovici Germanici factam fuisse,
in quo continetur fundatio Wolveni Restaurato-
-ris Nostri. Adduntur porrò huic instrumento
ad calcem hæc notabilia: Censales homines Rhenau-
-gensis Ecclesiæ nunquam ab aliquo Abbate cui-
-quam in beneficium concedantur, et coram nullo
Comite, vel aliquo Seculari Judice regantur,
vel bannum persolvant, aut aliquod Judicium
faciant, nisi coram Abbate et advocato. quicun-
-que autem aliqua temeritate hoc transgredian-
-tur, justo Sociorum Judicio, ad justitiam con-
-stringantur, allode amittendo, vel ℔ LX. So-
-lidos maioris monetæ præfatæ Ecclesiæ per-
-solvendo.

1136. obit oppidi Rhenaugiæ conditoris;

Anno 1136. finem vitæ ac persequutio-
-nis Monasterij fecit Rudolphus Comes de Lenz-
-burg, conditor oppidi Rhenaugiensis, relictis
tribus filijs: Udalrico, Humberto et Rudolpho;
quorum primus non solùm Fratres, sed et Pa-
-trueles Suos omnes vita defunctos vidit, to-
-tamque Lenzburgensium hæreditatem collegit.
Verùm et ipse sine prole nepti suæ Richenzæ
ac Comiti de Kiburg universa relinquere sua
coactus est. Rudolphus, qui in charta Her-
-gotti 227. vocatur comes huius provinciæ fuit

ad Patris exemplum usurpator advocatiæ Shenaugiensis, quocum Abbates nostri perpetuum habuêre certamen. oppidum tamen Shenaugiæ Udalricus post Fratris mortem sub Friderico I. Imperatore, cui acceptissimus erat, perfecit, atqs stabilivit. Foederatus Suitensibus, Uranijs, ac Subsylvanis, prima semina fœderis Helvetici posuisse visus est.

1137. Anno 1137. Lotharius Imperator /g/ in Italia rebus prosperè et magnificè gestis, revertitur, et apud castrum quoddam Boariorum Ducis tertio Kalendas Decembris defungitur. g.

1138. Sequenti anno Conventu Principum apud confluentiam facto, Conradus Henrici V. ex Sorore Nepos, frater Friderici Ducis Alemanniæ ex constituitur. Huic cùm se inter alios opponeret, Conradus Dux Zaringiæ, Fridericus Iuvenis Regis nepos, Turegum obsidione cinxit, et ad officium Zaringensem reduxit. Erat Conradus de Zaringen, filius Berchtoldi II. Advocatus S. Blasij à Zusteno Abbate quondam Electus, /h/ etiam Shenaugiæ expeditus, Silenburgensibus Friderici amicis prævalere potuisset. Guelphi porrò Bavariæ, atqs Saxoniæ imperantis gravissimum bellum hac ætate Conrado Regi intulerunt, in quo pessimæ illæ tesseræ Guelphorum atqs Gibelinorum, in diutissimam plurimorum perniciem, ortæ fuisse traduntur. /i/ h. i.

1140. Abbas Diethmarus. Obijt tandem incerto anno strenuus Defensor Diethmarg Abbas, qui contra inimicorum castra, solo precum ac Tutelarium, præsertim Deiparæ, munitus præsidio, invictum reddit Monasterium. Constantiæ quoqs Udalrico II. Successus Hermanng de Arbona /k/ Secundus Monasterij ad sortos fundator, quem ultimum ex clericis, seu Canonicis fuisse perhibent, qui ritum Monasticum, vitamqs comunem hactenus in chathedrali Ecclesia percoluerant. k.

Othmarus Abbas XXI.

1141. Othmarg Abbas S. Reliquias ornat. 1143. Shenaugiæ hoc tempore præesse cœpit Othmarus, cuius insignem pietatem in exornandis Sanctorum Typis demonstrat Magnum Sarcophagum, quod haut vulgari arte anno 1143. fieri curavit. Notantur manu Cœva ultra

/g/ Dodechinus.
/h/ Schopfl. Histor. Zaring. to. I. pag. 99.
/i/ Trithemig chron. Hirsaug.
/k/ Manl. pag. 668. Bucel. ad annum 1167.

centum sanctorum reliquiæ in eo reconditæ, quarum plures majoris formæ, atqp insignes extitere.

1146. Anno 1146. Idem Abbas opportunitate usus Conradum Imperatorem mense Julio ulmæ degentem adiit, supremam eius protectionem Monasterio, præsertim contra lenzburgensium Comitum oppressiones, imploraturus; quam non minùs impetravit pro Renaugia, ac pro Monasterio Interlaci Canonicorum regularium Secundum regulam S. Augustini, Episcopatûs Lausanensis, in Comitatu Burgundiæ, quod paulò ante fundaverat vir quidam Nobilis Seligerus de oberhoven sub Confirmatione Conradi ducis de Zaringen Advocati Burgundiæ Præfecti. Addidit pius Imperator ex propriis quoqp bonis fundationem, atqp diplomati dato XII. Kal. Aug. adhibuit testes Hermannum Constantiensem Episcopum Athanarum de Renaugia, [c] Fridericum Ducem Suevorum, præter alios Comites ac Nobiles. Sequenti anno [e] ex prædicto Duce fratre suo mortuo, [m] filio eiusdem nominis ducatum concessit, ac pariter cum ipso crucem peregrinationis accepta, Jerosolymam adiit. Præterea Welpho dux, Henricus Noricorum dux, et multi alii Principes et Episcopi cum innumerabili exercitu eandem viam aggressi sunt. Venerabilis enim Pater Bernardus, virtute verbi, miraculorum comitante gloria, totam galliam et Germaniam peragravit, et ad expeditionem transmarinam accendit. quo in itinere viciniam quoqp nostram lustrasse fertur, atqp Basileam, Schaffhusium, Stekboren, Constantiam, vitoturum, Turegumqp diverti sse. verùm altero mox anno Conrado rege repatriante pristina cum Welphonibus bella recruduerunt.

Eig Diplomati adscriptus

1147.

1148.

Ittingen fundatur à Guelphis.

Horum præcipuus eodem tempore nihilominùs Henricus Bavariæ dux atqp Saxoniæ, frater Welphi, in avitis possessionibus haud procul Renaugia, in loco Ittingen Ecclesiam S. Laurentio sacram condidit; cuius ministeriales Ruchlejj Albertus, Bertoldus, udalricus et Gelpfrandus, paucis interjectis annis, cœnobium Canonicorum regularium adstruxerunt, vitamqp regularem amplexi sunt; Adalbertus quidem Sacerdos et primus præpositus factus; Gelpheradus verò Frater tantum

tum

[c] apud Schaphl. Hist. Zaringo-Badensi to. V. à pag. 888.
[m] otto de S. Blas. apud urst. pag. 197.

-tem conversus, fortasse ex litterarum defectu, facultatem à supra dicto duce anno 1168. /n/ in Aste civitate Lombardiæ impetravit. cessit mox Welpho Henrici frater advocatiam Ecclesiæ in Iflingen, /o/ ipsumq; Monasterium Wernero Abbati S. Galli, qui alterum cœnobium Monialium ordinis S. Benedicti, haut longiùs duraturum, adjecit /p/ reservato jure confirmandi præpositum. Pervenit advocatia huius Monasterij postmodum ad Kiburgios, deinde ad Rudolphum 1. Cæsarem, ac postremò anno 1468. ex consensu Sigismundi Ducis ad Helvetios, cùm ordo Cartusianorum, ex quibusdam Cœnobijs in Hungaria per turcas pressus, locum ipsum persoluta pecunia comparasset. n. o. p.

1151. Anno 1151. Conradus rex moritur, eodem scilicèt anno, quo hospitatus est in civitate Friburgensi. cui sequenti anno 1152. Successus Fridericus, ex Fratre Nepos, Dux Suevorum, natus Juditha, memorati Henrici, atq; Welphonis sorore. erant enim duæ in Romano orbe /q/ apud Galliæ, Germaniæq; fines famosæ familiæ: una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altorfio; quorum dissidentiam unire cupientes, caput regni Fridericum Constituere Principes adjudicaverunt. Li Basileam advenienti occurrit Udalricus de Lenzburg, à multis annis arcta amicitia junctus, /r/ quem proximo anno ex Conventu constantiæ habito ad Ludovicum Galliæ regem ablegavit. /s/ tum corona Imperij Romæ accepta, cùm constantiam redijsset 5. Kal. Sept. anno 1155. amplissimo diplomate fines Diœcesis vastissimæ, olim à Dagoberto rege positos, unacum latifundijs confirmavit; /t/ quæ inter recensentur Rhenaugiam olim Spectantia Domus Rothardi, casa Wolfeini, et curtis in Lauffen; quam arcem paulò ante Conradq Dux de Zaringen occupaverat, edicto tamen Cæsaris Hermanno Episcopo restitutam. erat Conradus Filius Berchtoldi, qui anno 1152. obierat. ad 1152. melioremq; vitam transijt Othmarus Abbas noster anno 1157. aut sequenti, die pariter incerta, recentioribus Necrologijs nostris tempore 1153. q. r. s. t.

1157. obitus Othmari Abbatis.

/n/ charta 234. apud Hergottum.
/o/ Ex monumentis Cartusiæ.
/p/ Burchardus c. 9. apud Goldast. pag. 721.
/q/ otto Friging. de Gest. Frid. c. 2. apud urst. pag. 447.
/r/ Tschudius chron. Helv. ad hunc annum.
/s/ otto Fris. apud urst. pag. 483.
/t/ Meraeus pag. 148. et 150. ubi integrum diploma exhibet.

mutatæ Religionis Sæculo decimo Sexto, haud exiguo Historiæ damno Laceratis.

Diethelmus de Othwilare Abbas XXII.

1158. Diethelmus ē S. Blasio postulatus.

Abbati Fratres de Zinaugia Abbatem sibi eligunt Diethelmum de Othwilare, qui bonis pollens moribus in Monasterio S. Blasij, veteri fœdere Zhenaugiæ juncto, Majoris Prioris officium Gerebat, et tam in exterioribus, quàm etiam in Spiritualibus negotijs se utilem præbuerat et aptum. erat is Frater Mangoldi, qui postmodum Senex anno 1184. Abbatiam eiusdem Monasterij est consequutus. cæterùm Religiosa ac Nobili ortus prosapia in primæva Juventute à parentibus suis ad S. Blasium ad Serviendum Domino fuit adductus, ac cum magna dote prædiorum oblatus. cum porrò hæc electio à fratribus Zhenaugiensibus facta seu potiùs postulatio, maiori indigeret auctoritate, imploratus Hermannus Constantiensis Episcopus suam impendit operam, atq; mense Martio anno 1158. ulmæ agente Imperatore

Confirmatus à Friderico Imp.

Friderico /u/ Wenacum Comite de Lenzburg, qui se pro advocato Zhenaugiæ Gerebat, Fratrum postulata exhibuit, atq; pro illorum desiderio impetravit, ut Regali præcepto Diethelmus illis præficeretur. Itaque Hermannus Episcopus, ulmâ Zhenaugiam Digressus, ipse novum Abbatem ibidem instituit; atq; in eodem loco pridie Idus aprilis S. Blasio Litteris publicis confirmavit Monasterium Monialium in Berau, et Ecclesiam in Hochenschwanda. /w/ Cæterùm Diethelmus non solùm rem domesticam, sed et Monasticam Disciplinam magno Zelo administrasse fertur, licèt utrinq; suspiciones subortæ fuerint, quas ut nullo satis firmo nixas testimonio in meliorem partem interpretari convenit. u. w.

Eodem anno Fridericus à Mediolanensibus multis injurijs affectus, in ipsos arma convertit, /x/ inter alios auxiliaribus Helvetiorum copijs usus, atq; Udalrico de Lenzburg strenuam navante operam. /y/ Delinuit illud bellum Dictivo in Italia x. y.

/u/ charta apud Tschud. hoc anno.
/w/ ex Archivo S. Blasij.
/x/ Dodechinus.
/y/ Tschudius pag. 82.

Diethelmus Abbas XXII.

1159. Imperatorem, maximè postea quam sequenti ano creatis in schismate duobus sumis Pontificibus, Friderico adhæsit victori III. legitimo Pontifice Alexandro itidem tertio in concilio Papiensi peperam rejecto, â quo pariter Cæsar Communione Fidelium privatus. /c/

1160. Pijssimè moritur. At vir venerabilis Diethelmus Abbas tribus in regimine annis expletis, cùm ad extremam vitæ lineam delatus esset, sacro unctionis oleo et dominici Corporis Sacramento se munivit, die 5 Sancto Palmarum, qui eo anno, nimirùm 1161. quinto idus Aprilis extitit, hora tertia, cùm jam ab omni Ecclesia domino ad Passionem tendenti cum palmis obviam progreditur, et ipse carnis ergastulum egressus, cum palma victoriæ præmium vitæ, et immortalitatis coronam â Domino percepit. Et hæc quidem totidem pænè verbis ex antiquo Archivi nostri monumento relata.

Henricus I. Abbas XXIII.

1161. Henricus Abbas. Post Diethelmum Abbas Chenaugiæ electus Henricus huius nominis primus, quo præsidente cum Fuxe Welpho, auxiliaribus copijs â Berthold de Zaringen et Alberto de Habspurg instructus, arma intulisset Hugoni palatino Tubingensi comiti Montfortio, graviter cæsus, avitæ Welphorum possessiones in Sueria et Helvetia, per accitos ex Bohemia Barbaros vastatæ fuerunt, ja/ reconciliatæ tamen ~~edicto~~ edicto 1164. Cæsaris partes, et Welphoni præstita satisfactio. a.

1168. obijt sequenti anno Hermanus I. Episcopus Constantiensis, in cuius locum successit otto de Habspurg Werneri filius, qui Ecclesiam SS. Felicis et Regulæ tertio Kalendas Julij anno 1167. Chenaugiæ consecravit; evidenti testimonio, ottonem jam tunc Episcopali munere fuisse functum. construxerat tam Ecclesiam SS. Felicis et Regulæ Henricus Abbas in Area Insulæ nostræ ex adverso Basilicæ Monasterij, ibique paro populi sacra percipiebat; Nam in castro, seu oppido superiori â Lenzburgensibus munito separata extabat Ecclesia Parochialibus munijs destinata. circa idem tempus aliæ duæ Ecclesiæ, quas filiales vocant, consecratæ fuerunt, una in altenburg ad honorem S. Jacobi Apostoli die 20. Julij, altera in memoriam Apostoli alterius + die 8. Maij, ut monumenta + in Brechinhoum seu Brencken

/c/ otto à S. Blasio cap. 13.
/a/ chron. Weing. apud canis. pag. 205. otto de S. Blasio ad annum 1164.


1169. nostra traduxit. obiit porrò otto Episcopus anno 1169. Successorem nactus Bertholdum de Hys-
-nach, quem alij de Busnang scribunt. /b/ b.

1172. Anno 1172. Finem familiæ, cMonasterio nostro tam infestæ, extremo fato fecit udalricus
Advocati de Lenzburg expirant. de Lenzburg, cuius hæres Richenza fuit, eius ex + quoad bona allodialia
fratre Neptis, Hartmanno de Kiburg nupta. Nam comitatum Lenz-
quædam tamen Imperator Fridericus ipse sibi burgensem cum aliis
retinuit; inter quæ advocatia cMonasterij nostri feudis Imperialibus
Rhenaugiensis, uti et Fabariensis, atqs Beronen-
-sis /c/ cuius postremæ fundatores Lenzburgici c.
fuerant. destinaverat cæsar Præfecturas istas
filio suo Philippo; /d/ nam ottoni alteri filio d.
Burgundiam ulteriorem + cæserat. Advocatiam + unam comitat.
cMonasterij Seconensis Albertus Comes de Habs- Lenzburgico
-burg obtinuerat. /e/ Ita tandem cum exitu e.
Seculi quarti â condito cMonasterio libertati
atqs imperio reddita Rhenaugia; quam vel
Ideò cæsar magni fecit, quod præfectura par-
-tis alicuius Turgoviæ, maximæ vero cleggo-
-viæ jugiter adhæreret eius advocatiæ. Sic
1177. quoqs reddita inter Sacerdotium et Imperi-
-um, quandò Fridericus, capto à venetijs filio
suo Ottone, reconciliari coactus est Alexan-
-dro III. Pontifici Maximo.

/b/ Manlius apud hist. pag. 668.
/c/ apud Hergott. chart. 236. 242.
/d/ otto de S. Blasio cap. 21.
/e/ Charta apud Hergott. 260.

to Episcopus anno
ethoelum de. byz.
ribunt. /61
milice, Monasterio
o fecit Udalricus
n ea fuit, eius ex
Siburg nupta,
lericus ipse sibi
Monasterij nostri
nsis, atq; Veronen.
dones Lenzburgiã
Prefecturas istas
toni alteri filio
rat. Advocatiam
s Comes de hab-
em cum exitu
sterio libertati
gia; quam vel
præfectura par-
nde vero cleyo-
dvocatiæ. Sax
ium et Imperi-
à veneto filio
s et Ex. Alexan-

42.



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sæculum Chenaugiensis Monasterij Quintum.

1178. Anno 1178. Guelphica domus nonnul-
-lum gloriæ decrementum passa est, cùm Hen-
-ricus dictus Leo, Insolentiùs imperatori in-
-sultans, utrunq; dictum Bavariæ, Saxoni-
-æque proscriptus amisit, solo Brunsvico
retento. Bavaria ex illo tempore cessit Wi-
-telsbachio in schiren Comiti, Saxonia Anhal-
-tino. /a/ Eodem ano Diessenhovium, ex duobus pra- a.
-dijs coalescens, muro cinctum, castrumq; /b/ seu b.
oppidum ab Hartmano Kiburgi Comite, Lenzburg-
-ensium possessionibus aucto effectum est; condi-
-tumq; Friburgum Burgundiæ castrum à Duce
1181. Berchtoldo IV. de Zaringen. Anno 1181. Hen-
-ricus Romanorum Rex Friderici filius Constan-
-tiam Rogerij Regis Siciliæ filiam duxit uxorem,
ex qua natus Fridericus II. Imperator. Eo tem-
-pore gravis controversia mota est Henrico Ab-
1182. -bati nostro, quod Monasterium S. Blasij Jus Pa-
Henrico Abbati -tronatus cum Decimis in Griesheim cleggoviæ
movetur -vico sibi vindicaret, non obstante donatione
lone Griesheim. Anno 1124. facta à viro Nobili Bernardo, qui
præter insigne prædium, Ecclesiasticam qico-
-que donationem, cum eius legitima advocatia
Chenaugiæ tradiderat, accedente Solemni Lo-
-tharij Regis confirmatione. aciter utrinque pug-
-natum fuit testibus, documentis, et rationibus,
1183. tam coram Episcopo Constantiensi, quàm Mogunti-
-no Archipræsule, lisq; interpositis appellationi-
-bus in longum pertracta. Anno 1183. ab Impe-
-ratore Friderico, eiusq; filio Henrico celebrata
comitia in celeberima alemaniæ urbe Constan-
-tia, ubi Mediolanum in fidem Imperij receptū.
1184. Anno proximo obijt Bertholdus eiusdem urbis
Antistes, cui Hermanus II. de Fridingen subrogatg.
1186. In Monasterio S. Blasij ano octogesimo
sexto supra Millesimum et centesimum succesit
Theoperto de Bussnang Abbati, Mangoldus de Alt-
-wilare, Frater Germanus olim Abbatis nostri Diet-
1187. -helmi; qui tandem anno sequenti supradictæ Di-
am cedit -turnæ controversiæ finem imposuit. Cùm enim
S. Blasio. ob rationum pondera nemo definitivam Sen-
-tentiam pronuntiare auderet, Conrado de Wi-
-telspach Archi Episcopo Moguntino partes ad
mutuam pacem multùm adhortante, concordia
per Hermanum Episcopum facta, ut salvo præ-
-dio in Griesheim, quod hodieque censu suberes

/a/ otto de S. Blasio.
/b/ Hergott charta 225.

Henricus I.
Abbas XXIII.

Chenaugiæ præbet, Jus patronatûs cum decimis pertinentibus S. Blasio cederetur, redditis nihilominus triginta Marcis argenti in recompensationem Monasterio Chenaugiensi. Acta sunt hæc apud Steine testibus L.S. Luthroldo seiusdem loci Abbate, H.S. Henrico de Schafhusin, R.S. Rudolpho de Waginhusin, L.S. Luthold de Betmaringen et C.S. Conrado de Ezzelingen, qui et alijs litteris eodem anno reperitur subscriptus. /c/ c.

Funestus idem annus christianæ reipublicæ fuit, quandò Saladinus Jerosolimam eidem
1189. eripuit. quapropter Fridericus in orientem profectus, partis nonnullis victorijs, in Armeniæ fluviolo submersus scribitur. /d/ Hen- d.
1190. ricus rex eius nominis Sextus recepta apulia et Sicilia, ducatum Suviæ Conrado fratri tradidit, qui Guelphicas terras, mortuo Welphone, in potestatem redegit, Henrico Romæ proxi-
1191. mo anno in Imperatorem coronato. haut diu su-
et obit. pervixit his turbis Abbas noster Henricus eius
1194. Nominis primus, licèt certum annum aut diem obitus monumenta nostra non suppetant.

Henricus II. de Wartenbach
Abbas XXIV.

1195. Henrici II. Abb. Icones et codices.

Heinrico primo successit alter ex nobili familia de Wartenbach, cuius effigiem superstitem habemus in lyturgia pulchro charactere subeius regimine scripta. inter alias Icones auro diversisque coloribus fulgentes, una integrum folium implens exhibet in medio virginem Deiparam coronatam cum Puero Jesu, ad latus unum adstat S. Fintanus cum eius Nominis inscriptione; ad alterum verò adgeniculatur ipse Abbas cum pedo pastorali librum offerens, tonsura pro more illius ævi in sumo vertice conspicua, Barba non usqs ad eadem rasa, veste strictiori inferiùs ansata, manicis tamen longioribus. Nomen Abbatis prodit versus chedæ ad Deiparam protensæ adscriptus, qui ita legitur:
Ista tibi dona Genitrix et Virgo Patrona,
Henricum Dantem Serves apud omnipotentem.
Similis istius Abbatis effigies librum Christo Domino

/c/ Hergott charta 250.
/d/ otto de S. Blasio stero edit. canisij.

Henricus II. de Wartenbach Abbas XXIV.

domino offerentis conspicitur in pergamo altero codice, qui eleganti pariter manu, ad goticum tamen tremorem non nihil accedente continet integros sexdecim libros Moralium S. Gregorij Papae. taceo alia Manuscripta, quae eiusdem Abbatis in litteris et cultu divino promovendo navatam operam abunde demonstrant.

1196. Anno 1196. Henricus Imperator mortuo fratre Conrado, Ducatum Alemaniae altera fratri Philippo concessit; qui in Siciliam rediens negotia per omnem ducatum Diethelmo Constantiensi Episcopo commendavit. /e/ erat is ex familia de Crenkingen, vir Magni nominis, ab anno 1186. Augiae Abbas, atque hoc ipso anno 1196. defuncto Hermanno Praesule Constantiae constitutus. Ab eo comissam advocatiam Monasterij Thenaugiensis sibi ceperunt eius Familiares, atque dominatum suum in Cleggovia latius protenderunt, in quam ex Alpegovia nuper irrepserant. Prima enim huius familiae Sedes sita est inter Pondorffium et Quetwilam, hodiedum antiquior Crenkingen dicta; unde Arnoldus quidam jam anno 1119. inter Benefactores S. Blasij numeratur. Anno 1150. fertur nonnullus huius prosapiae in Thiengen, eiusdem Alpegoviae oppido pertranseunti Friderico Caesari fastuose libertatis suae praerogativam ostentasse. /f/ post Biennium Marquardus Monasterium Canonicorum regularium, haut procul illo oppido fundavit in Fezelen, antiquissimis nostris chartis memorato; /g/ quod deinde in Rieden translatum nostro aevo unitum est celebri Creützlingae collegio. cùm porrò laudatus Marquardus non solùm de Crenkingen, sed etiam de Weissenburg nuncupetur, quam Cleggoviae dynastiam haut pridem Cutholdus, sine liberis mortuus, Thenaugiae, cuius advocatus fuit, donaverat; in comperto est, arcem hanc jam tunc ab eo occupatam fuisse. Anno 1187. Cuonradus de Chrenchingen, unacum Cuthollo de Regenspurg, et Rudolpho de Saperswilare adscriptus reperitur chartae inter Manuscripta Tschudij datae à Bertholdo de Zeringen Duce, et rectore Burgundiae, nec non advocato Imperiali, quod Kastvogte dicitur, Praepositurae Turicensis. Mirum proinde non est, à Diethelmo Ducatus Alemanici rectore anno praesenti 1196. suis agnatis de Crenkingen advocatiam Monasterij nostri comendatam fuisse, qui

Crenkingen vocati Thenaugiae obtrudentur.

e.

f.

g.

/e/ Otto de S. Blasio cap. 44.
/f/ Crusius par. I. lib. II. cap. 18. ad finem.
/g/ Petrus in Suev. Ecclesiastica. pag. 715.

arci Weissenburg in cleggovia noviter acquisitæ. novam mox aream sola fossa distinctam adjunxerunt, ex Gentilitio nomine novam Crenkingen nuncupatam. Inde jam novæ toto ferme sæculo Thenaugiæ oppressiones, quæ non nisi excisis per Rudolphum I. cæsarem hisce arcibus tandem desierunt.

1197. Anno Sequenti Henricus Imperator hostibus Imperij circumquaque subactis, terra mariq; potens, in ultimis Siciliæ finibus constitutus, immaturâ morte præventus est. /k/ unde Proceres Imperij alij Philippum Henrici fratrem, alij Bertholdum V. Zaringiæ Ducem, alij denique Ottonem Brunsvicensem, Henrici Leonis quondam Bavariæ Ducis Filium Regem elegerunt. tandem monitu Diethelmi de Crenkingen, constantiensis Episcopi, et Augiæ Abbatis, Philippus animatus regnum sibi /i/ usurpare aggressus, quos prius habuit dubios Sueviæ Barones, Principes, et Comites, fidelissimos invenit et stabiles. cessit enim Bertholdus pecuniâ accepta Philippo, cui deinceps cum Othone gravi bello conflictandum superfuit. At

1200. is nihilominùs anno Ducentesimo supra Millesimum, Expugnato Rubiaco Alsatiæ oppido, comitia Imperij celebravit ulmæ, annoq; proximo Strasburgum

1201. in potestatem redegit.

1203. Inter hæc Nobiles de Crenkingen, usurpatâ Thenaugiæ advocatia, gravia damna Monasterio pergebant infere, non solùm cleggoviæ latè dominantes, sed etiam occupata arce, castroque Thenaugiæ. divisa porrò fuit sæpè dicta familia in duas lineas, quarum una retenta veteri crenkingen in Thiengen Alpegoviæ oppido, altera in Weissenburg cleggoviæ arce, quod Thenaugiæ detraxerant residere consueverat. Anno eig. Sæculi

1206. Sexto Diethelmus de Crenkingen Episcopus Constantiensis abijt ad plures, cui Wernerus de stauffen suffectus. Eodem anno Abbas noster Henricus insignes reliquias, capita nimirùm Sanctorum Patronorum et Martyrum Blasij Episcopi Sebastini, et Mauritij Thebeæ legionis Ducis Argenteis thecis inclusit, pro ampliori populi devotione concilianda, Sanctisq; cultu debito exhibendo. Aperta demum fuerunt illæ Thecæ anno 1607. die 30. Junij præsente Abbate Udalrico, aliisque testibus, in quarum una reperta est Schedæ cum inscriptione sequentis tenoris: Anno MCCVI.

Capita SS. Blasij et Mauritij ornata.

/k/ otto de S. Blasio c. 45. pag. 222.
/i/ Conradg de Fabaria c. 7. apud Gold. t. 1. p. 76.

Sigillatum est hoc Caput S. Blasij Ep. et Martyris sub Domno Heinrico Abbate de Wartinbach.

1207. Anno Sequenti Philippus et otto habito Conventu in quedlinburg, duobus Cardinalibus præsentibꝫ

1208. Treguas dederunt. /k/ at verò Philippo ab ottone de witlinspach in Babinberg proditoriè occiso, tandem otto, ex Guelphorum prosapia, huius nominis quartus regnum obtinuit, et circa festum S. Martini curia apud Franckfurt habita, regnum turbatum paulisper tranquillavit. post hoc apud castrũ Noricum /: Nirenberg. / colloquium habuit. /c/ otto Monachus S. Blasij, qui hæc in continuatione chronici alterius ottonis Episcopi Frisingensis, scripsit, postea effectus Abbas in eodem Monasterio est, obiitque anno 1223. /m/

1209. At verò Henricus Abbas noster, cùm Molestijs à duobus Fratribus de Crenkingen Diethelmo et Conrado illatis dictuùs ferendis non esset, querelas ad ottonem regem Norimbergæ morantem detulit, super eo, quod gravia damna nomine advocatiæ contrà debitum inferrent. opportunè aderat Eberhardus II. Archiepiscopus Salzburgensis, ob suas incomparabiles dotes, magnus à multis dictus, /n/ pacis amator Eximius; qui cum Suffraganeo suo Episcopo Curtiensi walthero rem inter partes ita amicè composuit, ut prædicti Nobiles de Crenkingen advocati Rhenaugiæ quidem persisterent, illis autem nulla alia servitia præstentur, quàm quæ olim Friderico Imperatori, dum advocatiam eandem in manu sua teneret, exhibita fuerunt; si verò dicti Fratres de Crenkingen contra suam promissionem, et hanc inter eos concordiam agere præsumpserint, nisi admoniti statim destiterint, per regis Authoritatem ad debitam Justitiam compellantur. confirmata fuit ista concordia 8. Idus Februarij anno 1209. speciali regis diplomate, cum pendente Majestatis Sigillo. ex verò Italiam ingressus, sequenti ano coronam Imperij ab Innocentio III. Romæ accepit.

1210. Eodem anno in Episcopatu constantiensi Wernerode Staufen, qui castrum Küssenberg in cleggovia emisse fertur, Successit Conradus II. Comes de Andechs, Dominus in degersfeld, cùm Ecclesiam dedicaverit Rhenaugiæ IV. Kalendas Julij eiusdem ani, ut ex instrumento patet. Hanc construxerat Henricus Abbas ad Honorem SS. Udalrici et Conradi Episcoporum, qui ex prosapia Fundatorum nostrorum

Ecclesia S. Udalrici et Conradi Rhenaugiæ construitur.

/k/ Albertus Stadensis.
/c/ otto de S. Blasio c. 30. pag. 226.
/m/ B. Wilbers in Chron. Mſc. S. Blasij.
/n/ chronicon S. Petri Salisburgi editum ann. 1772. pag. 254.

oriundi, benè de Monasterio nostro meriti fuerant, Certè S. Conradus Secundus restaurator noster celebratur. Nullum hodie huius ecclesiæ vestigium supereſt, quæ extra insulam, ingredientibus pontem à sextris steterat, ubi modo horreum eminet †. Interea otto Imperator terras Pontificias, nec non Friderici Siciliæ regis ex Henrico nati, hostiliter aggressus, cùm monitoriæ nihil proficerent, ab Innocentio cōmuni comprovincialium Iudicio excomunicatus, in Germaniam redire coactus fuit. operam enim dedit Pontifex, ut Fridericus, gratis omnibus, rex à Proceribus Imperij eligeretur. quem curiensis primùm Episcopus, deinde Abbas S. Gallē udalricus, honorificè susceptum, constantiam deduxerunt, /o/ ottone ad überlingam cum exercitu occurrente. At Fridericus collecto optimatum auxilio, inter quos eminebant Comites de Liburg, habspurg, et Lapers wilæ, Basileam progressus, æmulum ottonem Brisaco pepulit, et in Saxoniam redire coegit. Itaque anno sequenti Friderico Aquisgrani inauguratus fuit: otto verò nulla præterea memorabili re gesta, in mortis articulo à Prælatis absolutus ~~fuit~~ obiit anno 1218. atque in Brunswich sepultus est. /p/

o.

1212.

1218.

1220. Itaque Fridericus anno vigesimo supra Millesimum ducentesimum Italiam pro corona Imperij obtinenda petiturus, coactis Francofurti comitijs Filium suum Henricum Principibus pro electione in regem Romanorum comendavit. /q/ Cumque Ecclesiastici ordines causarentur præsuras innumeras eorum Ecclesijs à Laicis illatas; Fridericus lato diplomate mense Aprili eorum indemnitati prospexit, /r/ quo gratijs actis quod contra ottonem quondam Imperatorem ei fideliter supperias tulerint, ipsum in culmen imperij promovendo, promotum in ipso firmando, et nunc filium eius Henricum regem et dominum benignè ac concorditer eligendo, singula proposita gravamina auferenda, et à successoribus perpetuò præcavenda decrevit. Amplissimum istud diploma universim Principibus Ecclesiasticis datum, etiam in particulari Abbati nostro Henrico concessum est, quò iteretur contra Crenchingensium oppressiones, qui invito Abbate, atque conventu castro in fundo

p.

q.

r.

† Hoc etiam ano Abbas noster Henricus unacum Berchtoldo Abbate Heremitarum, tanquam sedis Moguntinæ delegatus, eidem quandam Turegi decidit, in favorem Monasterij, quod Frauen münster vocant.

Diploma Friderici Rhenaugiæ Speciāliter datum.

/o/ Conradus de Fabaria apud Gold. t. 1. p. 77.
/p/ Io. Witoduranus editione Eccardj t. 1. fol. 1735.
/q/ chron. domin. colmar. apud urst. hoc anno.
/r/ Lunig. Reichsarchiv part. Gen. continua. Secunda pag. 145.

Monasterij proprio incubabant, et plura exinde mala inferre pergebant. Iubebatur enim isto Diplomate, ut cuncta eiusmodi castra dirruantur, damno in duplum refuso; nulla Thellonia contra privilegia Ecclesiarum erigantur, aut novæ cudantur monetæ; homines proprij aut servi non recipiantur; Feuda à vasallis vindicata permittantur Ecclesijs; secùs facientes Excomunicationi subsint, et si in illa obstinuerint, proscriptione Imperiali afficiantur. quæ quidem omnia Monasterij nostri rebus tunc aptimè necessaria erant. Eodem porrò anno Fridericus die 22. Novembris Romæ coronatus fuit Imperator.

1222. Henrico Abbati sua à Pontif. mandatur.

Anno Vigesimo secundo eiusdem Sæculi Abbas noster Henricus negotium ab Honorio III. Sumo Pontifice comissum accepit, quò iubebatur, adjunctis sibi Abbatibus de Scafhusa et Wagenhausen, litem quandam in oppido Stein dirimere: ubi eius opera Ecclesia S. Nicolai restituta fuit Monasterio S. Georgij olim ex monte Duellio in illud oppidum translato. /s/ Sequenti anno Henricus Friderici filius Iuvenis rex aquisgrani coronatur. Kiburgi verò Comites Wernerus et Hartmannus, ob Ecclesiam Beronensem infestatam à Conrado II. Episcopo constantiensi excomunicationis sententia feriuntur, satisfactione tamen præstita reconciliati. /t/ tandem et Abbas noster Henricus, rebus præclare gestis conspicuus præsentem cum meliore vita comutavit. s. t.

1223.

1228. Henrici obit.

Burchardg II.
Abbas XXV.

1225. Nova latifundia Henrico firmata.

Procurante Burchardo huius nominis Secundo Abbate Rhenaugiensi novæ quædam fundorum accessiones ab Imperatore Friderico II. confirmatæ fuerunt, quæ subinsius regimine, aut non nihil citiùs Monasterio à pijs Benefactoribus factæ fuerunt, quorum tamen nomina vetustas abolevit. Fuêre autem in parte inferiori pagi turgoviensis haud procul à Rheno Seglingen, Glattfelden, Höri, Hasla, Wittinowe, seu Wittnau, Reintal, seu Tweidlen, et Reinsee seu Reusfelden, quorum præfecturas, ut monumenta testantur, unacum Eglisowa Nobiles de Tengen à Rhenaugia Feudales tenebant, modò census, quos debent, receptori nostro in

/s/ ex Codice diplomatico Mſc. eiusdem Monasterij Erhardi Dürsteler Tigurini.
/t/ Hergott. charta 277. et 279.

Bülach praestant. Gemunden, quod et Wasserstelz pariter ad Rhenum à Patre Arnoldi Monachi derivari, ex Manuscriptis eruitur, ubi Sacellum S. Leonardo Sacrum extabat. Chunigisvar chunonis Fahr interpretari licet, est enim Jus Cambotransferendi merces aut homines per Thuram fluvium, quod hodieque Rhenaugiam spectat. In pago Cleggove memorantur Löbwege et Mura, quorum illud nunc Laubeg, hoc vero Murhattipellatur. Denique orlingen et Chrienrieth, seu Krieenriethin comitatu Liburgico, memorato Diplomati, seu noviter fundata inferuntur.

1229. Burchardg Abbas in Synod. Const. Anno 1229. Synodus Constantiae celebrata fuit, cui cum interesset Abbas quoque noster Burchardus, [v] cum Conrado Episcopus concordiae inter Monasterium S. Blasij, et Nobilem de Gephingen firmatae, testem adhibuit, praeter Abbates de Salem, de Scafusa, et de cella S. Petri, nec non Comites de Liburg, de Cuffeberc, et Nobilem de Lupken. v.

1233. Anno 1233. memoratus Episcopus Conradus piè obijt, Successorem nactus Henricum de Tann seu Tannek, virum admodum comendabilem, [w] qui nemini, quod suum erat, auferre cupivit. dicitur struxisse castra Tannek et Cussenberg; unde fortasse nonnulli eum ex familia Walpurgiorum prodijsse scripserunt. [x] Ignum namq; Scutum cum tribus nigris catulis in area durea prostat supra majorem portam dicti Castri Küssenberg jam diruti. verum eius Successor primum ex ea Gente fuit; nec non et otto Episcopus, [y] qui anno 1491. obijt. certè reliquae huius arcis inscriptiones hanc posteriorem aetatem exigunt; Waldpurgij quoque primùm post interitum Sueviae Ducum et Imperatorum illorum armа assumpsisse, ob praestitam fidem, dicuntur. w. x. y.

1234. Anno 1234. Henricus caesar à Lombardiae Foederatis electus contra Patrem Fridericum Imperatorem consilia agitare coepit. At hic à

1235. fidelibus suis certior factus, ex Italia constantiam obviam venit filio, qui Basilea et colmaria pulsum, in deditionem, at non aequè in gratiam recepit; nam custodiae traditus in calabria vitam miserè finivit. [z] Tum Comitijs Ratisbonae et Spirae habitis, Conradus puer, quem Hierosolymorum Regis filia Friderico pepererat, rex eligitur. Ipse verò Imperator in Italiam redux foederatos z.

adoritur

[v] Hergott charta 289. vocat Henricum, sed Substituendus videtur Burchardus.
[w] Manlius p. 669. [x] Merk. p. 1172.
[y] Manlius apud Pist. pag. 670. et 692.
[z] Anal. colmar. apud urstis. Rer. pag. 53. &.

adoritur; quibus gravi clade affectis, cùm Pontificias terras vastaret, à Gregorio IX. Summo Pontifice in cœna domini à Fidelium communione secernitur, recrudescentibus ingenti damno Guelphorum Gibellinorumque factionibus.

1249. in Italia Superias fert Imperatori.

Anno 1249. Fridericus occupata Ravenna Septembri mense Faventiam accessit, [a] eamque arcta obsidione circumdedit. cum fortiter defenderent muros obsessi, Imperator ex Germania, præsertim Helvetia accivit auxilia, cui præter Tigurinos præsto fuerunt tres pagi Uraniæ, Suitiæ, atque Subsylvaniæ, receptis in vicem insignibus Libertatum ~~insignes~~ privilegijs. [b] Inter hos Burchardus quoque Abbas noster fuit, qui cum duodecim Nobilibus vasallis, totidemque equitibus gregarijs, ultroneâ Imperatori servitia impendit. protractâ nihilominùs obsidio, in proximum usque annum; ferturque deficiente pecunia, numos ex corio ipsa Friderici factos fuisse, pretio post bellum confectum refundendo. Tandem decimo octavo Kalendas Maij supplices, quibus excidium cominatus fuerat, sclavis corporibus, in gratiam recepit. At dum Milites prophanis spolijs inhiant, Abbas noster magnam SS. reliquiarum copiam collegit, quibus Monasterium suum, non secùs, ac ingenti Thesauro ditaret. Exposuit deinde eodem in loco Imperatori gravamina et pressuras, quas à Diethelmo de Crenkingen, eiusque filijs, qui se pro advocatis Ecclesiæ Augiensis gerebant, contra justitiam incessanter sustinuit, supplicans humiliter et devotè, ut ipsum et Ecclesiam suam aborum infestationibus eripere dignaretur.

1241. reliquias sentia nanciscitur.

Impetravit Burchardus intuitu servitiorum suorum, quæ ipsi Friderico et Imperio, præcipuè in hac expeditione exhibuit, ut advocatia Monasterij Crenkingensibus empta, imperio, id decebat, restitueretur. Ne verò id ægrè ferrent prætacti Nobiles, qui non minùs præsentes cæsari militabant, magnam auri vim ex proventibus Imperij pro compensatione illis spopondit, licet ærario pene exhausto, cujus parte in præsenti accepta, publicis litteris, mense Maio in eadem urbe Faventia datis, prafatus Diethelmus, eiusque filij Wernherus et itidem Diethelmus de Crenkingen, professi sunt, quòd grata et spontanea voluntate, vendiderint, tradiderint, et renuntiarint, in manus domini Friderici Romanorum Imperatoris semper Augusti, Hierusalem et Siciliæ Regis, et Hæredibus suis

Fridericus Imp. Advocatiam redimit.

---

[a] Sigonius de Reg. Ital. lib. 18. pag. 58.
[b] Schudius Diplomata exhibet.

Advocatiam Vinaugiensem cum eadem civitate munitionibus, villis, et omnibus pertinentiis suis, pro marcio argenti mille et ducentis, de quibus centum marcas jam receperint, residuo in duabus proximis precarijs, quas in Alemania continget impondi, refundendo. quapropter se, suosqs hæredes obligant, sub pœna duarum millium marcarum, standi præfatæ venditioni, in præsentia duodecim nobilium testium, qui in charta nominantur, inter quos eminebat Rudolphus Comes de Habspurg. Hunc verò non fuisse seniorem dominum in Lauffenberg, sed eius ex fratre Nepotem, postea Romanorum Regem huius nominis ac stematis primum, constare videtur ex eo, quòd iste huic expeditioni præsens fuisse dicatur, et à Friderico eius Patrino Eques creatus. /c/ Prætereaquam quod Innocentius IV. Pontifex Maximus, in Bulla paucis annis interjectis data luculenter testatur, Rudolphum Seniorem Ecclesiæ Romanæ devotum persitisse, Iuniorem verò Imperatori adhæsisse. /d/ c. d.

Et Bulla aurea, Subactâ Faventiâ Burchardus Abbas noster Fridericum comitatus est, cum Romandiolam universam sui Iuris fecit, deinde in Marchiam conversus, Pisauro, Fanóqs direpto, /e/ castra ante Tibur posuit. Hoc in loco Imperator Amplissimum Diploma, ab aurea sigillo Bulla aurea dictum, pro Monasterio nostro Renaugiensi signavit. In eo præprimis Monasterium ab ipsa sua fundatione Imperiali gloriæ incorporatum, pristinæ libertati restituit, atque advocatiam Imperio tantis impensis redemit, quòd procul dubiò præfecturam totius fermè Eleggoviæ haberet annexam, quæ Banno Regio accepto per advocatum exercebatur in omnia loca Monasterio competentia. unde utrumqs quoque arcem Weissenburg, et novam Crenlingen Monasterio restitui curavit et mandavit unacum castro Renaugiensi, cunctisqs munitionibus inibi structis, ne occasio persequendi Monasterium Crenlingensibus superesset. Cæterùm civitatis suæ Renaugiæ confirmans, ea cum omnibus pertinentijs subdit Abbati, additis cunctis Regalibus prærogativis Fori, Nundinarum, Thelonei, cudendæ Monetæ potestate, atque pedagia seu vectigalia exigendi, quæ quidem hactenus integra Monasterio conservata sunt, denique Imperij Principibus accenset Fridericus Abbatem nostrum quem titulum, inter Abbates illo ævo nondum adeò frequentem, ultra duo sæcula tenuerunt nostri

Imperiali Monasterio

Regalia conadit,

addito Principis titulo.

/c/ Crusius to. I. pag. 730. Wurstis. Chron. Basil. pag. 129. Martinus Gerbert Princeps S. Blasij in Prolegg. S. Blasij. /d/ apud Hergott charta 234. item alia charta apud Tschudium pag. 150. /e/ Sigonius pag. 60. Fastis Rudolphi I. pag. IX. et XVIII. et monumentis pag. 222.

Præsules

Abbas XXV.

Præfules, quousque Helvetiorum Federatis Advocatiam Monasterij detulerunt, ad Comitia Imperij, atque etiam postmodum Suevici circuli ex more vocati. Promittit porrò Imperator, sub sua et Imperij speciali protectione, domanio et manibus suis retenturum Monasterium, quòd nulli alij teneatur, nisi ipsi et Imperio pro tempore respondere, decreta in contrafacientes mulctâ centum librarum auri, cuig medietas Monasterio addicenda. Reservat sibi dumtaxat rationes et Jura, quæ pia recordationis Fridericus I. Avus eius in dicta advocatia habere consuevit. Subscribuntur itidem duodecim testes, inter quos memorantur otto Electus Leodiensis Episcopus, Bertholdus Marchio de Hochenberg, otto de Stüfelingen, Cuno de Stophele, et Ulricus de Cote, + Rudolphò de Habspurg procul dubio jam cum alijs Helvetijs domum reverso. Acta sunt hæc in castris propè Tibur die 17. Augusti anno 1241. et Bulla aurea tiparia Majestatis impressa fuit; quæquidem hactenùs originaliter conservata, à posterio Imperatoribus atque protectoribus singulariter confirmari consuevit.

+ qui inter strotoparentes Eminentissimi Cardinalis Et Episcopi moderni constantiensis Francisci Conradi numeratus

Recepta Tibure cum Narnio, Imperator insignibus Romanis hoc et sequenti anno consedit: Abbas verò noster non solùm eximijs privilegijs, sed etiam multis sacris reliquijs auctus domum reversus, die quinta octobris cultu debito exceptus est; quâ die Imposterum solemnis commemoratio sacrarium reliquiarum de Faventia, usque ad Elapsum Seculum celebrari consuevit, utriusque in grati animi significationem pro tantis beneficijs ope divina impetratis. Verum cùm Diploma Imperiale Burchardus exequi nititur, adversarium nactus est alium ex familia de Crenkingen Henricum nomine, qui procul dubio in veteri Crenkingen pagi Algoviensis residebat. /f/ Is namque ex falso familiæ obtentu libertati Monasterij se opponere, ejus bona contra Jus fasque usurpare aggressus est. At Burchardus ope Henrici constantiensis Episcopi implorata, excommunicationis sententiam contra refractarium promulgari obtinuit. cui cùm ille nihil deferret, ex regni constitutionibus Conradus Cæsar Friderici filius, tunc à Patre Alemaniæ rector constitutus, obfirmatum Imperiali proscriptione affecit. Hos inter labores Burchardus hujus nominis Secundus, et Princeps primus, tandem succubuit, præmium à deo percepturus ad Sanctos, quorum cultor existebat, abijt die hactenùs nobis incognita Subinitium anni 1242.

i Se opponens Henricus de Crenkingen proscribitur.

Burchardg Abbas obit.

1242.

f. /f/ Subscribitur Henrico de Crenkingen charta in Archivo S. Blasij pro constructione castri seu civitatis Klingnow, unacum Henrico de Lupfaberg Sororio Rudolphi Domicelli de Habspurg.

Eberhardus I.

Henricus de Crenzingen occisus, veniam et Sepulturam obtinet. 1243.

Eodem anno jam præfuit Zhenaugiæ à Fratribus ex Gremio electus Eberhardus I. Sub quo mense Martio subsequentis anni divina vindicta subsequuta est persequutorem Monasterij Henricum de Crenzingen, ignotum quo fato, violenta morte peremptum. qua propter cùm Ecclesiastica Sepultura privatus jaceret, Soror Ipsius Chunegundis, filiusque eiusdem nominis Henricus /g/ Supplices Eberhardo Abbati fuerunt, ut injurias remitteret, satisfactionem reciperet, atque absolutum more christiano Sepeliri concederet. conventum, charta desuper conscripta, ut pro compensatione damnorum sexdecim Marcæ argenti redderentur, quorum medietas persolvenda Dominica secunda post paschа, altera in festo Ascensionis Domini; defunctusque apud alios eiusdem familiæ Zhenaugiæ conderetur. quod si alibi Sepultura eligeretur, ipsa die Sepositionis aliæ viginti argenti marcæ Abbati traderentur. obsidibusque ad deletionem totius Summæ Monasterio interim dati C. et B. Fratres dicti Steingolt, et C. Miles de Triullicon, qui cum eisdem Henricis de Crenzingen in pluribus monumentis comparet. /h/ hæc porrò charta data est Zhenaugiæ IV. Idus Martij dicto anno, Subscript. is præter dictum Conradum de Truillikon, Nobilibus viris Rudolpho et Henrico de Berge, et Ulrico de Balbe. Præsentes actui fuêre Præfatus Dominus Abbas Eberhardus, H. Prior, C. de Newenhusen, E. de Altikon, Al. de Capide, Ul. de Yberg, C. Cellarius, et L. Bestarius, Fratres dicti Loci. Item Bertholdus Scultetus Zhenaugiæ, Wilhamg Rebanus, Chounradus Advocatus. seu officialis Monasterij, qui jurisdictionem nomine Abbatis administrabat, cum alijs pluribus. Porrò de Henrico Juniore de Crenzingen memorandum, eum haud habeat pilo meliorem Patre, accepto in feudum ab Episcopo constantiensi anno 1262. oppido Thiengen, Monasterio S. Blasij Zapinis et incendijs damnum octoginta marcarum argenti intulisse, cui debitorum pondere pressus denique villam Betnaringen cessit. g.

Monachi Zhenaugiæ,

Et Moniales. Ex recensione Confratrum nostrorum constat, eos omnes ex Nobilium familijs fuisse ortos, quorum ritu ex cognomine potiùs vocari solebant, prænomine sola littera initiali expresso. vivebant hoc ævo adhuc quædam Moniales, quarum nomina in veteribus monumentis dispersa colligere libet. Fuêre autem duæ Mechtildes, una Herburge, Elisabeth inclusa, apud S. Reginam Sepulta; Item Margaretha, Gertrud, Beatrix k.

/g/ de quo itidem plures chartæ in citato Archivo.
/k/ de annis 1240. et 1243.

pia recordationis Sanctimonialis, Hema, Anna &c. Porrò excidium Cœnobij Monialium Rhenaugiæ Nobilium de Crenkingen persequutionibus adscribendum esse, mox videbimus.

za Alsatiæ endita.

Eodem anno 1243. Abbas Eberhardus, quædam latifundia Monasterij in Alsatiæ Cantgraviatu, ùt nimiùm dissita vendidit Monasterio Murbacensi; [i] licèt nonnulla in feudum Nobilibus quoque data fuisse, ex posterioribus monumentis constet. Inter hæc defuncto Romæ Gregorio IX. post brevem Pontificatum Cœlestini IV. et diuturniorem vacationem Sedis Apostolicæ, Electus fuit Romanus Pontifex eodem anno Innocentius IV. qui post frustrà tentatam pacem cum Friderico II. Lugdunum Se contulit, convocato ad concilium Generale toto orbe Christiano; ubi 18. Kal. Augusti anno 1245. iterum privatus communione et regno Fridericus, Germanis ad novum Regem eligendum excitatis. [K] Eligitur itaque Francofurti die 25. Julij anno proximo Cæsar Henricus VII. Comes Turingiæ, qui die 5. Augusti Conradum Friderici filium acie superat, et in Longobardiam avertit. Plerosque Imperij Principes, præsertim Ecclesiasticos tum ad partes Pontificias declinasse fertur. cùm Henricus Episcopus Constantiensis interpellavit Innocentium IV. pro clero Turicensi, qui sibi ego exesse jubebatur, obtinuitque facultatem, ùt in eodem castro manere posset. [C] Walterus Abbas S. Galli, qui suppetias Conrado tulerat resignavit, facto transitu ad prædicatorum ordinem. C.

1244.
1245.
1246.

Eberhardus Abbas decedit.

Simile fatum subijsse videtur Abbas noster Eberhardus, qui cùm scribatur solùm Electus, fortasse confirmationem nunquam obtinuit, quòd ab adhærentibus Friderico Imperatori Electus fuisset.

Henricus III.
Abbas XXVII.
Episcopus Constantiensis.

1246. Episcopus Constant. Innocentio IV. bas datus.

Cessit igitur anno 1246. Eberhardus Henrico de Thann Episcopo Constantiensi, quem Innocentius IV. Summus Pontifex certis sub conditionibus ad tempus Rhenaugiæ præfecit. Princeps optimus, ùt vocatur in monumentis nostris, qui tam zelo suo, quàm potentia abigere posset Nobiles de Crenkingen Monasterij invasores, ex quibus olim Henricum excommunicationis sen-

---

[i] Gallia christiana ex charta Murbacensi. to. V. col. 1007.
[K] Sigonius pag. 64.
[C] charta apud Tschudium hoc anno.

tentiâ affecerat. Interea Henricus novus Rex in
1247. obsidione ulmæ sag ittã trajectus interijt; cui hæ-
-fectus Wilhelmus Hollandiæ comes. In S. Gallo Suc-
-cessor Walteri Bertholdus de Falkenstein, opse
Henrici nostri Abbatis et Episcopi Constantiensis,
nec non Hartmanni Senioris comitis de Kiburg,
oppidum Wil obsidione cinxit, et in deditionem
1248. accepit, comite de Toggenburg, eiusq; adiutoribq;
magna strage affectis. ex Castro verò Turicensi
Fridericus Imperator universum clerum /m/ m.
exterminari fecit, eoquod Romanæ Ecclesiæ, ut ca-
-piti membra adhærerent, re denuò per Henricum
Episcopum ad Innocentium Papam delata. Inter
qui obit. hos labores Laudatissimus Princeps Henricus eo-
-dem anno 1248. e Mense Augusto /n/ vitam cum n.
meliore comutavit, postquam Episcopatui ãnis
ferè quindecim præfuisset, e Monasterio verò nost-
-ro annis duobus. Electus Constantiæ Successor
Eberhardus de Waltburg, qui Abbatiam Rhenau-
-giensem, quasi Episcopatui annexam, possidere
cupiens, multam deinceps litem deinceps movit.

Bertholdo de Falkenstein
Abbas S. Galli,
Rhenaugiensis XXVIII.

Abbas S. Galli ab eodem Pontif. datus;

Verùm Innocentius IV. Summus Pontifex
mox interpellatus à Bertholdo de Falkenstein,
quem maximis Beneficijs, suis partibus adstrin-
-gere cupiebat, eidem die 7. Septembris anno Sexto
pontificatûs sui, adeoq; anno 1248. vix mor-
-tuo Henrico Episcopo constantiensi Rhenaugien-
-se Monasterium gubernandum comisit, secundum
formam, qua ipsum dicto Episcopo olim comisa-
-rat, ne scilicet in Bonis suis Rhenaugia detri-
-mentum incurreret. quò autem certius Ber-
-tholdus possessionem Monasterij nostri obtineret,
Pontifex non solùm Breve Apostolicum ad dictum
Abbatem direxit, sed etiam alterum ad Monachos
Rhenaugienses, quò præcipit, ut prædictum Abbatem
suscipiant, eique obedientiam exhibeant; imò et
tertium ad Abbatem Einsidlensem Anselmum à
Schwanden, quem Executorem suæ dispositionis
constituit. Id re ipsa factum testatur Pontifex
in alijs litteris ad Abbatem Fabarensem datis 3.
Kal. Junij anno Septimo sui Pontificatus, quibus
prædictam provisionem confirmat, mandans, ut Fa-
-barensis Abbas Bertholdum non permittat super

his

/m/ charta apud Tschudicum.
/n/ de die variant, Tschudig et Manlig in Chron. Const.

his contra confirmationis suæ tenorem molestari adhibitis, si opus fuerit, censuris Ecclesiasticis.

Sed enim Eberhardus Constantiensis non continuò cessit Bertholdo, imò ob hanc aliasq; causas acre bellum eidem movit. ope namque comitis Toggenburgici terras S. Gallenses adiuncti Abbatiscellam ferro igníque vastavit. |o| Neque segnior Bertholdus accitis in subsidium Helvetiis, atq; Hartmanno seniore Kiburgi Comite, constantiam ipsam obsedit, Ermadingen, aliisque villis crematis. tandem pax aliqua sancita ad Episcopi cellam, quà partes convenêre, controversias non armis, sed jure decidendas esse. Sequenti anno Conradus Cæsar Friderici filius ex Italia in Sueviam atque Alsatiam venit, terras avitas occupaturus: verùm ab Episcopo Argentinensi cæsus, Italiam repetiit cùm Mortuus renuntiaretur eius Pater Friderico Imperator, qui obiit die S. Luciæ ab Archiepiscopo Palermitano absolutus, |p| et in Sicilia in jam dicta Ecclesia tumulatus. o. p.

1249. Se opponit Episcopus.

1250.

Anno 1251. inter Eberhardum Episcopum Constantiensem, et Henricum Nobilem de Lupfen controversiæ quædam compositæ, quarum una concernebat advocatiam, seu præfecturam Pradij in dangstetten, Monasterij Rhenaugiensis feudalem. Emerat prædecessor Eberhardi Henricus Episcopus castrum Lüpfenberg ab Henrico comite, cuius sororem Duxerat prædictus Nobilis de Lupfen. Hic nomine liberorum hereditatem avunculi Comitis repetens litem movit Episcopo. Eo composita per arbitros, inter quos Nobilis Hugo de offringen, ut nempe Lupfius omni jure cederet in castrum Lupfenberg, reciperet autem vicissim feudi nomine ab Episcopo dynastiam in stüllingen, unacum Duodecim marcis argenti, et advocatiam in dangstetten, si hæc feudalis esset Monasterij Rhenaugiensis. |q| Pertinuisse porrò ad Monasterium nostrum jam à Sæculo nono ex donatione Gozberti II. Abbatis et comitis, constat ex libro feudali antiquissimo, aliisq; monumentis. Verùm accidit, ut quæ in feudum olim collata sunt, Successu temporis à Vasallis proprio jure usurparentur; quod cum plerisq; Præfecturis nostris factum fuisse, q.

1251. b præfecturā dugice in ngstetten.

|o| Schudius in Chronico.

|p| Albertus Stadensis in chronico ad hunc annum.

|q| Ex raro monumento archivij Thingensis originali Teutonicè scripto, ubi Sequentia: umbi die vogtaine des stoves zi dangstettin, ist geläzzen in an den hern Hugo von offtringen ... Berwarin usfirait hinan zi den palmitagk. ist die vogtaie des lehins von Zinowe, so beliebts dem Lupfer, ob des nüt ist | so bihebtz die Bischoff &c.

meritò dolemus. Cæterum Laudatus Henricus Comes de Cuſzenberg uxorem habebat Sororem Rudolphi Junioris Comitis de Habspurg, poſtea Cæſaris. Eodem anno ad finem vergente Conradus Friderici filius denuò in Germaniam penetrare tentavit, à Wilhelmo
1252. Cæſare ejectus, ac ſequenti anno die 22. Januarij Neapoli mortuus.

1253. Et ob Abbatiam Rhenaugiæ, Fervebat interea nova Epiſcopum Conſtantienſem inter, et Abbatem S. Galli contentio ſuper juribus quibusdam ſpiritualibus Monaſterij, Abbatiam quoque Rhenaugienſem, quam ambiebat vacare non deſtitit, adeò ut bona quædam injuſtè ablata fuerint. quas ob cauſas non ſolùm diverſæ ſuſpenſionis et Excommunicationis in Abbatem et Epiſcopum, ſed etiam beneficiorum privationis ſententiæ in alios clericos et Monachos à diverſis Authoribus prolatæ fuerunt. uti verò tanta diſcordia Eccleſiaſticos inter Principes tolleretur, Innocentius Papa haud parum blicitus Epiſcopo Metenſi
1254. ab Innocentio IV. delatur. litteris aſſiſio datis tertio Idus Maij anno undecimo Pontificatûs ſui totam cauſam cognoſcendam commiſit, atque, quod Rhenaugiam attinet, decrevit, ut Bertholdus Monaſterium retineret, quamdiu Pontifici viſum fuerit, ſalvo tamen Jure diœceſano Epiſcopi; cæterùm provideat, ut debitum deo obſequium in eodem Monaſterio exhibeatur, eidemque bona injuſtè ablata reſtituantur, et contradictores ſub cenſuris compeſcantur. Executoriales hujus ſententiæ ab eodem Pontifice demandatæ fuerunt Scholaſtico Argentinenſi V. Kal. Junij; qui citato Epiſcopo, et non comparente, Vinterturæ III. Kal. octobris Bertholdum ab excommunicatione ab Epiſcopo in ipſum lata abſolvit, atque in poſſeſſione Monaſterij Rhenaugienſis confirmavit.

Joañes de Crenklingen novus Abbas. At enim cùm eodem anno die 7. decembris Innocentius Papa IV. diem ſupremum obiiſſet, ſuffecto die 22. ejusdem Alexandro IV. alius hoſtis acerrimus Rhenaugiæ Bertholdo Abbati S. Galli excitatus fuit. Erat is Joanneo Nobilis de Crenklingen, quem Monachi noſtri non inviti Abbatem Elegerunt, quod ope præpotentis familiæ reſiſtere comendatarijs, atque Monaſterium in priſtinam libertatem vindicare poſſet. Verùm econtrario accidit, ut non ſolùm lites et diſcordiæ non ſopirentur, ſed verùm etiam Monaſterium tum per ipſum Joañem, tum per ejus conſanguineos pœnè ſpoliaretur, cujus ſe non paſtorem, ſed Lupum oſtendebat. Id vel maxi-
1255. 1257. mè factum anno 1257. cùm Bertholdus Abbas S. Galli

---

/2/ Hotting. Hiſtor. Eccleſ. to. IV. pag. 63.

S. Galli, una cum Eberhardo Episcopo Constantiensi longa
legatione fungeretur in Hispaniam, quorsum destinati
fuerat à tribus Electoribus Moguntino, Boheno, et
Brandenburgico ad regem Alphonsum, quem ad co-
ronem Imperij vocaverant, /s/ Contra reliquos E- /s/
lectores, Richardo Angliæ regis fratri adhærentes,
postquam Wilhelmus Hollandiæ comes ex Romano-
rum die 28. Decembris anno 1256. miserabiliter à Fri-
sonibus in prælio occisus fuisset, duxerat uxo-
rem ex Gente Guelphica filiam Ottonis Ducis de
Brunschwig. /t/ Interim non solùm Rhenaugiæ sed /t.
et toto Imperio in partes miserè diviso, cùm cædes
et rapinæ invalescerent, Pagi Helvetiorum Ura-
nia, Schuitzia, et Subsylvania, advocatum et Belli-
ducem Elegerunt Comitem manu per quam strenu-
um Rudolphum de Habspurg, Landgravium Alsa-
tiæ, qui eos contra hostes impigrè defendit.

A Bertholdo
expetitur,

Rhenaugiæ quoque, cum Ruinam Monasterij
diutiùs ferre non possent, quidam Monachi Ber-
tholdi de Falkenstein consanguinei, adiunctis No-
bilibus Monasterij Ministerialibus, Eundem Abba-
tem S. Galli implorarunt, ut regimen Rhenaugiæ
resumeret, et contra invasores de Crenkingen
protegere dignaretur. Fecit id Abbas magnis la-
boribus et Expensis; cumque armis nihil profice-
ret, occulta machinatione, consilijs subsidium
ferentibus, quadam nocte Joannem, qui se pro Ab-
bate gerebat, in ipso Monasterio lecto incubantem
oppressurus advenit. verùm is flumini potiùs
quàm hosti se permissurus, per secretum Cameræ
Cocum in Rhenum se demisit, atque Natando ma-
nus jam se apprehendentium evasit. /u/ tum /u.
amicorum suorum armis adjutus, Bertholdum
gravi ac diutino bello petit, donec hic re ad Alex-
andrum IV. Summum Pontificem delata, obtine-
ret, ut Joanne depositio, ipse in Abbatiam Rhe-
naugiensem anno 1259. restitueretur. Mox

1259.
norma Subditis
præscribitur,

Bertholdus res Monasterij collapsas erigere cona-
tus, Subditis Rhenaugiæ ordinem Judiciarium
præscripsit; Ne scilicet alibi, quàm coram Abba-
te jus quærere præsumant, ipsius solius Judicio
stature, ne discedant, aut nubant, nisi ex præscrip-
to ordine &. Piscatoribus itidem certus census pis-
cium imponitur, eorumque punitio, ubicunque in

/s/ Tschudius in chronico.
/t/ Albertus Stadensis, qui hic chronicon suum finivit.
/u/ Ex christiano Kuchimeister, cive oppidi S. Galli, qui
chronicon ab anno 1239. usque ad sua tempora,
id est ad annum 1332. perduxit: ex quo Stem-
pfius l. V. c. 15. et Tschudius ad hunc annum.

Zhenę deliquerint, Abbati reservatur, sive Zhenaugiæ, sive alibi, ut in Zieslingen, vel Ellikon domicilium habeant. certus Itidem ordo pro tempore, quo salmones capiuntur, Statuitur. Hoc porrò Mandatum non tam de novo factum, quàm renovatum ac confirmatum declaratur.

Pro wellenbergio Cavetur.

Eodem ano cùm Udalricus de Wellenberg Nobilis ex Turgovia gravia damna Tigurinis intulisset, captus obijs, reconciliatus tandem fuit interventu Bertholdi, qui se in charta Abbatem tam Zhenaugiensem, quàm S. Galli nominat, nec non Alberti de Zamstein, pro Augiæ Abbatis, quem eodem tempore ex Præposito S. Galli prædictæ Abbatiæ præfici curaverat, obnitente licèt Eberhardo Episcopo Constantiensi, quem Augiæ Monachi resignante Burchardo jam admiserant. Erat porro prædictus wellenbergius Miles et Ministerialis Augiæ divitis, atque utriusque Nominati Abbatis Consanguineus. Anno sequenti Eberhardus Episcopus à dynastis de Crenzingen trecentis et quinquaginta Marcis argenti emit Cleggovia oppidum Neuzirch. /x/ Emerat quoque Turbachium, ibique Canonicos constituit, ubi antea Monachi degebant Augiæ subditi. Clingnovium pariter emptione ad Episcopum pervenit, cui Instrumento subscripti Henricus et Conradus de Crenzingen. u. x.

1260.

Eodem ano mortuo Alexandro IV. Summo Pontifice, suffectus est Urbanus IV. Bertholdus verò Abbas novo, eóque infelici bello implicitus. cùm enim Rudolphus Comes Kaperswilæ obijsset, unica filia relicta, Abbas feuda S. Galli tanquam caduca repetijt, atque duce Wolframo Comite de Veringen invasit. At verò vidua Mechtildis cùm gravida esset enixura Rudolphum, ultimum eius stematis Comitem, ope amicorum, Suitensium quoque ac Glaronensium, invasorem fortiter repulit, atque non exigua clade affecit. /y/ His igitur turbis Bertholdo Implicito, resumpsit animum Joannes de Crenzingen olim Electy Abbas Zhenaugiæ, atque acerrimè pugnans Falckensteinium fugavit, et penè delevit, adeò ut deinceps Monasterium armis occupatum ipsi cedere ex integro cogeretur. Is verò ad pristinum Genium rediens, neglecta disciplina Monastica, inter turbas Imperij bona Monasterij Familiæ suæ fermè communia effecit, Tyrannico more cuncta disponens. y.

1261. Bertholdy vicissim à Joanne pulsus.

/w/ Ex charta Holt. Schenchzer. Leo.
/x/ Mangolt ex Archivio Episcop.
/y/ Schud. in chron. ad hunc an. et ad an. 1269.

Joannes de Crenkingen Abbas XXXIX.

i Monasterium pessumdat.

Rhenaugiæ sub Barone de Crenkingen res planè miseræ, licèt illustrissimi nominis viri Monasticæ vitæ se devovissent. Erat tunc familia de Crenkingen in duos ramos divisa, quorum prior veteri eius nominis dynastiæ dominabatur, secundus novæ, quæ et weissenburgi nomen adsciverat, ex utraque arce panè in eodem oppido conjuncta; Luitholdus quondam de Weissenburg Advocatus et Benefactor Monasteriĳ Eximius, cùm expirasset, quidam Nobiles de Crenkingen eius dynastiam invaserant, et usurpata Rhenaugiæ advocatia majori cleggovia parti incubabant. Remotis ĳs per Fridericum II. à jure Advocatiæ, nihilominùs cleggovia dominium vendicare sibi pergebant, malis artibus Joanne ex eorum familia in Abbatem promoto.

a.

à 1262. Anno à 1262. Henricus ex veteri Crenkingen oppidum Thiengen cum omnibus pertinentĳs ab Eberhardo Episcopo constantiensi in feudum recepit. /b/ qui cùm magno damno Monasterium S. Blasĳ afficeret, ut superiùs vidimus, tandem per Gottfridum Habspurgi Comitem conciliato, satisfecit, ad ineidas tandem redactus.

b.

Inter hæc cùm Richardus in regem Romanorum electus occubuisset, Conradinus Conradi filius, Neptis Friderici Suevicæ ducatum recuperavit, Imperĳ Solio per decennium omninò vacuo permanente. Anno à 1265. Eberhardus de Cuntzen cognomini Episcopo constantiensi præfecturam in Rheinheim vendidit, /c/ quæ Rhenaugiæ propria erat, post turbus istas postliminio tandem repetita. Interea Clemens IV. Pontifex Maximus Carolum Andegavensem Siciliæ regem creaverat, qui occiso Manfredo, regnoque occupato, Conradinum in fuga interceptum, ultimum Suevicæ stemmatis florem, unacum Friderico Badensi Austriæ ducatûs participe anno à 1267. Neapoli publicè capite plexum extinxit. Bertholdus verò Abbas S. Gallensis, et quondam Rhenaugiensis, multa

à 1265. Rhenaugiæ præfectura in Rheinheim usurpata.

c.

à 1267.

/a/ Bucelinus in chron. const. ad annum à 1264. hæc scribit, Statum Monasterĳ Rhenaugiæ sub Barone de Crenkingen res prospera non planè assequebatur: illustrissimi nominis viris certatim in varĳs Monasterĳs Monasticæ vitæ se devoventibus.

/b/ Ex Archiv. Thiengensi, et S. Blas.

/c/ Merzius à 178. Bucelin. in chron. Manlius in chron. pag. 67. perperam scribit Neuthaim Locò Rheinheim —.

Joannes I.

1270. Bella cum diversis cùm gessisset, ad ultimum à Lindaugiensibus captus, dimissusque in gravem mor-
1271. -bum incidit, ex quo circa Pentecosten anno 1271. obiit, Necrologio nostro Shenaugiensi insertus, non addita tamen Shenaugiæ mentione, cuius Abbatiam jam diudum dimiserat. In S. Gallo Electi Henricus de Wartenberg et Udalricus de Gutting-
-en, qui priori prævaluit.

1273. Anno 1273. monitu Gregorij X. tandem convenientes Francofurti Electores Imperij die ultima Septembris Rudolphum comitem de Habspurg, Land-
-gravium Alsatiæ, tum in castris pro obsidione Ba-
-silex degentem, Romanorum Regem creaverunt. Se-
-quenti verò anno, cùm Eberhardus de Waldburg E-
-piscopus constantiensis die 19. Februarij obijsset,
1274. concordibus votis electus est Rudolphus, Romano-
-rum Regis Patruelis et Præpositus Basileensis. Erat is Rudolphi Taciturni Comitis de Habspurg in Laufenburg filius: Patruus Albertus Regem prædictum genuerat. Fratres Episcopi Rudolphi Eberhardus et Gottfridus, duas eiusdem Stemma-
-tis lineas constituerunt, et Eberhardus quidem posterioribus Kiburgi comitibus nomen dedit; Gottfridus autem prosapiam Habspurgo-Laufen-
-bergicam propagavit; qui cùm jam anno 1271. obijsset, duos filios Rudolphum et Gottfridum II. sub tutela Fratris tunc Præpositi Basileensis reliquit. Horum plerique advocatiam Shenau-
-giæ adepti, in historia Monasterij nostri produ-
-cendi sunt.

1277. Res Shenaugiæ utrinque collapsæ.

Interim Joannes de Crenkingen, titulo Abbatis abutens, vastare Monasterium, usque ad finem Sæculi ab eius fundatione quinti non destitit, non solum bonis temporalibus in fami-
-liares divisis, atque contra mentem fundatorum consumptis, sed etiam disciplina regulari pes-
-sundata. Cùm enim Monasticus ordo nimiùm per totum orbem Christianum hoc tempore à primævo institutionis fervore tepuisset, /d/ d.
multo magis id accidit in Monasterio, cuius Rector non tam Pastorem, quam raptorem se exhibebat. Florebat adhuc dum sub initium huius Sæculi observantia regulæ, pluribusque annis perseveravit. Extant Labores Monachorum in Codicibus pulchro Charactere conscriptis; parumque Nocuit disciplinæ externa pseudo-advocatorum persequutio. at ubi Crenkingensis nomen Abbatis assumpsit, pestis simul in ipsum cœnobium illata est, Monachis

/d/ Trithemig in chron. Fuldor. Hirs. pag. 545.

Abbas XXIX.

ex stemate Nobili ad mundanos mores declinantibus. Scholæ, quas ipsi curabant, jam clericis relictæ, quin et alij officiorum labores; Moniales, quæ assiduis precibus deum exorabant, prorsùs abolitæ. Magno, imò aliquot Seculorum intervallo opus erat, donec ordo Monasticus in integrum restitueretur; licèt res Œconomicæ Sequenti Sæculo, sub mitiori habspurgicorum advocatia, non nihil respirasse videantur.

Sæculum Rhenaugiensis Monasterij Sextum.

1278. Ioañes de Crenkingen non solùm Monaste-
Ioañes Monasterium rium Rhenaugiæ, cui incubabat, dilapidare per-
Adyfi infestat, rexit, verùm etiam vicinis inhians anno 1278.
Sanctimonialium cœnobium, quod Paradysum nun-
cupant, aggressus, adjunctis sibi nobilibus eiusdem
propositi socijs malis affecit innumeris. /a/ Erat a.
illud Monasterium vigesimo abhinc anno ab Hart-
manno Seniore Comite de Kiburg multis bonis egregiè do-
tatum; nam et eidem anno 1253. propè constantiam exist-
enti villam Kaltza juxta Schaffhusam donaverat; quon-
sum migrantibus Monialibus feuda quædam super-
addidit, /b/ redempta ab Eberhardo de Lupphe, Ru-
dolpho de Winterberche, et Friderico de Randenburche b.
in præsentia Gotfridi Comitis de Laeffenberche, Hu-
gonis de Vfringe, Bertholdi Abbatis S. Galli, et tunc
simul Rhenaugiensis, aliorumque plurimorum. At
præsenti anno Ioañes noster de Crenkingen unacum
Pontifice Conrado et Henrico de Winterstetten, Pelegrino de Stoff-
monitus. fen, et Eberhardo de Büsingen, eadem bona armis
invadere, atque vastare est ausus, licèt à Nicolao III.
Sæmo Pontifice proscriptionis fulmine deterritus eadem dessiderit.

1280. Anno 1280. Dei Gratia Abbas Einaugensis, ut
Nova feudalia. Se in charta nominat, Henrico Wacklaffer facultа-
tem dedit, bona quædam in Willach, hodiè Bülach,
Monasterio Zürichensi ordinis Præmonstratensis tra-
dendi, quæ à Burchardo Rinower Rhenaugiæ servo
emerat, sub annuo tamen denariorum cen-
su. /c/ ex dicta familia Rinower seu de Rinau, vir- c.
toduri nota, claruit quidam Abbas Dithmarus
Fischingæ Anno 1209. . .

1281. Anno tandem sequenti liberata per Ru-
Rudolphus Cæsar dolphum Cæsarem à diuturna Crenkingensium op-
liberata Crenking- pressione Rhenaugia. cùm enim conventu Principum
ium arce, Francofurti coacto, multa salubriter contra La-
tronum in Imperio arces et latibula decreta fu-
issent, /d/ Rex ad Superiorem Rhenum exercitum- d.
movens, inter alias præcipuè Weissenburgum infra
Schaffhusiam in cleggovia colle eminēt, post longam
sex septimanarum obsidionem funditùs evertit.
/e/ Fertur cæsarem monitum, cur arte arcem mo- e.
dicæ firmitatis et munitionis tandiu hæreret,
respondisse: Malo, Castrum tardiùs demoliri cum

/a/ Ruger in Chron. Schaffh. Mſc. pag. mihi 290.
/b/ Hergott charta 377. et 420.
/c/ Ex Codice Dipl. Mſc. Zurlin. pag. 476.
/d/ Trithemius in chron. ad hunc annum—.
/e/ Hartman. in chron. Einsid. ad eundem annum—
pag. 398. Fuggerus pag. 209. Martinus
Gerbert Princeps S. Blasij in Fastis Rudolphi I. pag. CXXII.

Joannes I. Abbas XXIX.

Salute corporum pugnatorum meorum, in quibus dependet virtus et Gloria mea, quàm citiùs et Brevi & Spacio cum eorundem Discrimine et ingenti periculo. [f] Erat porrò non unum, sed duplex munimentum, ut ex ruderibus hodiéque discernitur, quorum primo præcipitio impositum Weissenburgum dicebatur; alterum sola fossa distinctum. Nobiles illi raptores ex Gentilitio nomine Novam Crenchingen vocitabant. Cæterùm destructis hisce latibulis pax integra Rhenaugiæ reddita, nec ulla amplius Joannis de Crenchingen Abbatiæ usurpatoris in monumentis Nostris mentio, cujus familia deinceps à culmine honoris atque divitiarum magnopere decessisse est visa.

Rhenaugiam Libertati restituit.

f.

Conradus II. ab Herten Abbas XXX.

1281. Eberhardg Comes de Habspurg Advocatg Electus.

Electus igitur à Fratribus Abbas Conradg ab Herten, ut tutum redderet ab invasoribus Monasterium, advocatum expetiit Illustrem Comitem Eberhardum de habspurg Romanorum Regis patruelem, qui nomine uxoris Elisabethæ, filiæ Hartmani Junioris Comitis de Kiburg Comitatum Turicensem ac Burgtorfensem obtinuerat, derivatum ex Anna Matre Hartmani Sorore Bertholdi V. Zuringensis. [g] unde Ipsius posteri nomen Kiburgicum adoptarunt, atque etiam nomine Landgraviorum Burgundiæ veniunt. Ipsum tamen Kiburgi arcem cum veteri comitatu, et Turgoviæ provincia, Rudolphus nondum cæsar jam occupaverat, post mortem videlicet Hartmani Senioris, qui ultimus ex ea prosapia decessit, cujus Soror Hedvigis Mater Laudati Cæsaris fuit.

g.

Hartmannus filig Rudolphi Rheno haustus;

At eodem anno ingenti mœrore Rudolphus affectg fuit ex Naufragio Hartmanni filij sui Secundò geniti, quod Rhenaugiæ contigit, dum Secundo Rheno descenderet, ad Patrem

in

---

[f] Joannes Vitoduranus apud Eccard. to. I. corpor. Histor. col. 1756. qui dictam obsidionem ad posteriores annos Rudolphi refert, licet destructionem arcium citiùs retulerit, col. 1750. Stumphius econtra to. I. lib. IV. cap. 5a. ad Initium Regiminis demolitionem Weissenburgi collocat. Standum igitur videtur Superiorum Auctorum Judicio, qui annum ponunt 1282.

[g] Guilimanus. lib. VII. Hergott to. I. pag. 55. et 57.

in Alsatiam iturus. /h/ Conspicuum est insigne h.
monumentum in Basilica nostra, in cuius Lapide
Sepulchrali Sequentia legi possunt, sub Geraldo
II. Abbate de Murbach ronacum Leone habspur-
gico incisa: Viscera Hartmanni, Principis Austriaci,
anno 1282. ad pontem Rheni submersi, condita.
Epitaphium verò ad latus, cùm simplicia menda
contineret, ita Correctum est:

Hartmanno
Comiti de Habspurg et de Kyburg,
Alsatiæ Landgravio,
Rudolphi primi Augusti Imperatoris
Filio Charissimo
In Spem Regni et Imperij nato,
Joannæ Eduardi I. Angliæ Regis Filiæ
Sponso Lectissimo.
Cujus
Devastata Crenzingen Rhenaugiæ infesta,
alysque arcibus,
Optata quiete tota Gauderet Germania,
Die XX. Decemb. Anno clI CCLXXXI.
Cum XIII. Nobilibus
Hic ad Inferiorem Pontem Rheni
Infelici Naufragio submerso,
Hoc æternæ Memoriæ Monumentum,
Pia recondens viscera,
/: Corpore Basilex Sepulto :/
Restauravit
Rmus, Perillis, et Amplmus Dnus,
D. Januarius
Hujus Monasterij Abbas
Anno M. DCCLXX.

Rhenaugiæ Epitaphium.

Anno 1282. cùm Eberhardus Comes de habs- 1282.
-purg advocatus noster, promore Lenzburgensi- advocatus
-um et Crenzingensium, inhabitaret arcem Rhe- Rhenaugiæ,
-naugiæ ad superiorem portam oppidi, facul-
-tatem dedit Joanni de Eiche, Quædam latifundia

/h/ Annales Dominican. colmar. ad annum 1282.
Albert. Argent. apud urst. to. II. pag. 105.
Vitus Arnbeckius apud Pezium to. II. col. 1229.
Nomine verò Rhenaugiæ intelligi cœnobium
nostrum habent Wurstis. anal. Bas. ad an. 1280.
Gerardus Roo pag. 73. ~~unde errant~~ Ludig de migrat.
Gent. pag. 492. unde errant, qui id apud confluen-
tias, vulgò Coblentz, contigisse credunt. Schu-
dius ex Kuchimeister ponit Rhinow oppidulum
haud procul Strasburgo. quidam anonymus
tunc ex gallia Regi angliæ scripsit, naufragio
periisse Hartmannum, cùm ex Brisaco Rhenum trans-
mearet. extat ibi vinculo ignobilis sub nomine
Rhinow, abutroq; cognomine oppido planè
distinctus.

+ Martinus Gerbert Princeps S. Blasii in Typographia Augustæ Domûs Austr. pag. 103.

vendendi Monasterio Montis Angelorum. /i/ Eig verò i.
Frater Rudolphus Episcopus constantiensis die 22.
Maÿ Nobili Ministeriali suo Bertholdo Milliti auf
der Höri consensum præbuit, vendendi aream in grü-
nenberg religiosis Fratribus Wernero et Conrado Ere-
mitis. /k/ post quorum decessum pia virgo Elisa- k.
betha, quam ex stemate Habspurgico prodÿsse
traduut, cum quibusdam alÿs ex Retoldi cella,
Monasteriolum condere cepit, in quo hactenùs So-
rores juxta regulam S. Francisci ex Elemosinis
et manuum laboribus religiosè vivunt. Laude-
data Elisabetha sanctitatis fama claret, cujus
exuviæ anno 1631. cum honore elevatæ fuerunt.
Habuit Eberhardus advocatus noster filiam Eli-
sabetham ejusdem ordinis sororem, quæ tamen
Friburgi Nitonum sepulta dicitur /l/ Maria l.
Theresia Augustissima Romanorum Imperatrix
Eidem Grünenbergæ cœnobio, in memoriam Hab-
spurgiorum quindecim modios tritici annuatim
dari constituit.

1283. Anno 1283. sæpè laudatus Eberhardg
/m/ chartam quamdam edidit, in qua se Land- m.
gravium Turgoviæ nominat; certè ratione ad-
vocatiæ Thenaugiensis alicui ejus parti præerat,
cùm reliqua possideret Rudolphus rex. Anno se-
quenti virtuosus ille Comes arte temperi obiit,
1284. obiit, cujus vices subiit Rudolphus Episc. Constant. sæpè Thenaugiæ moratus. frater Episcopi Constantiensis, et Gottfridi comi-
tis quondam de Lauffenberg. /n/ Tutelam liberorū n.
Hartmanni et Eberhardi in se suscepit Rudolphus
Episcopus, atque simul advocatiam Thenaugiæ,
ubi deinceps sæpiùs moram duxisse deprehen-
ditur. 1286. Anno 1286. Conradus Abbas noster feu-
dum quoddam in Buchberg et Riedlingen con-
tulit cuidam dicto Sumenfro. Administrator
verò advocatiæ Episcopus in arce Thenaugiensi
confirmavit emptionem quandam pro Monaste-
rio Rutinensi, haud procul Turego ad lacum sito,
quæ facta est die 14. octobris per servilia ab
Elisabetha uxore Ludovici Comitis de Homburg,
quem contractum Episcopo Thenaugiæ confirman-
dum obtulerunt die 18. ejusdem mensis. proxi-
mis annis plures occurrunt chartæ item The-
naugiæ à Rudolpho Episcopo signatæ. Nam die

1286.

/i/ apud Hergott charta 603.
/k/ ex Monumento ejusdem Parthenonis; cætera
perierunt, Monasterio per Sueos expilato, ut
ex nostris quoque monumentis constat.
/l/ Guilimannus pag. 338.
/m/ Charta apud Hergott 620.
/n/ Annales colmarienses ad hunc annum.

Abbas XXX.

1287. decima sexta februarij anno 1287. Scripta est charta, nomine pupillorum ab Eberhardo relictorum, in favorem Monasterij S. Urbani. Sic quinta Junij ad. huc Episcopus Thenaugiæ degebat, quando ratam habuit aliam venditionem factam Monasterio Wettingensi[o] o.

1288. anno 1288. die 18. Novemb. Thenaugiæ confirmat indulgentias quasdam altari S. Catharinæ Turegi in gross Münster à Conrado Episcopo Lavantino con-

1289. cessas. [p] denique anno 1289. die 7. Martij facultatem tribuit Monasterio S. Joannis in valle Turæ, vendendi quædam bona immobilia Monasterio Petri domûs. Hæ chartæ omnes Thenaugiæ expeditæ luculento testimonio sunt, quanta cura Episcopus Rudolphus nomine nepotum suorum, qui procul dubio et ipsi Thenaugiæ degebant, advocatiam Monasterij nostri administrârit, atque Conrado Abbati nostro familiaris exiterit.

Abbas Comissarius Apostolicus. Eodem anno Conradus divina permissione Abbas Monasterij Tenaugensis, ita se in litteris vocat, tanquam unicus Judex à Sede Apostolica delegatus, citat ad Monasterium suum quemdam clericum ex Neoburgo, duosque Cives Solodorenses, causam coram se dicturos. Appendet ex charta sigillum oblongum, quod exhibet Abbatem tonsum, et stolâ amictum, qui dextrâ baculum pastoralem, sinistrâ librum tenet, cum sequenti inscriptione: Sig. Conradi Tenaugensis Ecclesiæ Abbatis. Acta reliqua desiderantur. 191

9.

1291. Ricus de Brasberg Rachus prædium emit, Anno Nonagesimo primo Domino Henrico de Brasberg, Monacho Thenaugiensi, et Ecclesiæ custodi, totiusq conventui, vir Nobilis Luthollus de Regensperg Senior, Dominus in Balm, vendidit prædium quoddam in villa Nak, in vigilia S. Jacobi in dicta arce Balm[+]. Sequenti verò die festivo solemnis traditio subsequuta ad Summum altare Basilicæ nostræ, in præsentia Abbatis Conradi, Dominorum de conventu, et civium Thenaugiensium. litteræ tandem feria sexta post dictum festum signatæ, sigillis utriusq Luthôldi de Regensperg, Senioris et Junioris, qui illius ex fratre nepos erat, nec non Rudolphi Comitis de Habspurg filij Gottfridi. Memorati Monachi ex familia de Brasberg calicem pro sacrificijs argenteum formæ antiquæ conservat sacra Supellex nostra, in cujus pede sequentia insculpta leguntur: Dedit hunc calicem tibi Christe Heinricus

+ sive Balp, diverso enim modo scribitur.

calicem donat.

---

[o] videantur chartæ apud Hergottum Genealogiæ Diplom. Num. 642. 643. 653.

[p] Communicante Illustrissimo D. Marschallo Fideli Antonio de Berg Laubenberg.

[91] ex archivo capituli Solodorensis S. Ursi.

Monachus de Praßberg Presbyter huius Clauiger Ecclesiæ.

Eodem anno die ultima Septembris mortuo Rudolpho Romanorum Rege electus à potiore Principum Electorum parte Adolphus Nassauiensis, cui inter alios homagium præstitere tres helvetiorum pagi Turania, Suitzia, et Subsylvania. Hinc Alberti Austriæ ducis, Rudolphi filij, in cossirà, quì coronam Imperij non minùs ambiebat. Is Rudolphum Episcopum constantiensem, licèt cognatum suum, armis persequi cepit, ob tutelam in filios Eberhardi, et Gottfridi comitum de Habspurg, atq; ob advocatiam Rhenaugiæ, quam Episcopus in se sibi ceperat. Restitit tamen ille duci constanter ad mortem usque, [2] adlectis in fœdus Figurinis, Wilhelmo Abbate S. Galli, aliisque pluribus, quorum ope oppidum Buchorn occupavit, et querelas, sed frustrà, ad regem Adolphum detulit. quo in bello memorabilis cædes Figurinorum in obsidione Witoduri, cùm Episcopus, fraude præventus, copias suas illis nondum junxisset. Tandem idem venerabilis Episcopus die tertia aprilis anno nonagesimo tertio in prandio nosciter vitam finiuisse. [3] cui successus Henricus de Klingenberg, antehac Rudolphi Cæsaris cancellarius. in Necrologio Monasterij S. Galli III. nonas aprilis, post Pirthilonem Abbatem Rhenaugiensem inscribitur: Rudolphus Episcopus constantiensis, Comes de habspurg, S. Galli quondam Monachus.

1292. Rudolphus Epis. Advocatiam Rhenaugiæ vindicat,

1293. Et Moritur.

2.

3.

Anno proximo Luitholdus de Regenspurg senior castrum et dynastiam Balbe Rudolpho Comiti de habspurg Gottfridi filio pro mille sexcentis et triginta quatuor marcis argenti vendidit. Contractus celebratus in ipso Monasterio Rhenaugiensi præsentibus Abbate Conrado, Henrico de Praßberg custode, nec non cellerario, atq; Camerario, Monachis; Conrado Parocho ad S. Nicolaum; Hartmanno, Wernero, et Henrico de Jestetten; Hermanno Ling, Joanne Ruser, et Rudolpho Hardknab, Civibus Rhenaugiæ, aliisq; pluribus. [4] Eodem tempore, cùm Hartmannus et Eberhardus, Eberhardi de Habspurg, et quondam advocati Rhenaugiensis filij, hereditarias ex matre Anna, ultima Kiburgi stemate, in Burgundia possessiones, adijssent, in Thun, et Burgdorff deinceps sedem fixuri, memoratus Rudolphus eorum Patruelis Comes in Laufenberg, potentia non minùs, quàm humanitate celebris, præmortuo ipsius fratre Gottfrido huius

1294. Rudolphus Comes de habspurg emit arcem Balm—,

4.

Et fit Rhenaugiæ advocatus.

[2] Annal. colmar. Tschudij ad hunc an. et pag. 223.
[3] Annales colmarienses. Mannlius.
[4] apud Hergott charta 672.

huius nominis Secundo, electus est Advocatus Thenaugiensis Monasterij, sub cuius tutela haud modicum incrementum sumpsit. Idem Comes et Advocatus
1295. sequenti anno præsens erat in Monasterio nostro die prima Augusti, cùm sæpè dictus Luitholdus Senior de Regenspurg curiam in Eschingen vendidit Monasterio S. Blasij; cui chartæ Conradus Abbas noster, et Diethalmus de Crenzingen, [v] ad petitionem partium contrahentium, et memoriam rei sic gestæ, sigilla sua appenderunt. Erat porrò præter Rudolphum Comitem de Habspurg domicellum, præsensque quoque miles dictus Schwager de Schaffhusa, Regenspergij quondam potentissimi per bella, quæ infelicis Marte gesserant cum Tigurinis et Rudolpho, antequàm Rex Romanorum eligeretur, compulsi plerague Rectifundia alienârunt; Nam et oppidum Keiserstuel, à cognomine familia ad eos deriva-
tum, cùm proxima Rheno arce Rötelen Episcopo Constantiensi Henrico de Klingenberg pro octo millibus argenti marcis anno nonagesimo octavo vendiderunt. [iv]

1296 Henricus Episcopus Curiam S. Nicolaj tradit.

Interea Laudatus Episcopus anno nonagesimo sexto inter Insignes Monasterij nostri Benefactores meruit cooptari. Cùm enim ex Nobilium de Crenzingen oppressione nondum satis emergere potuissent Monachi nostri, ita ut defectum intollerabilem temporalium paterentur, compassionis oculis intuens Abbatem et Fratres, qui labore diei et æstus sub disciplina Monasticæ religionis Domino jugiter famulabantur, tractatu solemni præhabito, et Capituli comunicato consilio, ipsiusque consensu obtento, Ecclesiam Parochialem S. Nicolai in monte et oppido Rhenaugiensi, cuius Patronatus jam ad Monasterium pertinebat, Mensæ et usibus Abbatis et Conventûs dedit, ac liberaliter donavit, assignata Presbytero Seculari, tanquam vicario perpetuo congrua sustentatione. Appensa chartæ sigilla tam Episcopi quàm capituli Cathedralis. Erant illo ævo duæ Rhenaugiæ Parochiales Ecclesiæ, una memorata S. Nicolai in oppido, altera SS. Felicis et Regulæ in Monasterij Insula, quæ per Monachum, qui et Custos Basilicæ erat, administrabatur. Prior illa plures sub se numerabat Ecclesias filiales tam ex una, quàm ex altera Rheni parte, Nempe Martelen, Illicon, Berg, Lauffen, Andelfingen, Benken, et Trullicon; in Leggovia verò Altenburgum, Azen, Buchperg, et Rüdlingen. Præterea Rhenaugiæ maior pars civium ad illam S. Nicolaj pertinebat, quæ propiùs oppido inclusa erat, quod

[v] charta 674.
[iv] Bucel. constant. chron. ad annum 1298.

infra hanc Ecclesiam in edito colle sitam, muro ac munimentis distinguebatur à reliqua parte Henaugiæ inferioris, ubi Parochiani, Monasteriales dicti, habitabant. Enim verò cùm superior pars per comites de Lenzburg præcedenti sæculo in castrum excrevisset, plerique civium causa muniendi semetipsos, atque in tutum collocandi, in superius oppidum migrarunt; unde evenit, ut Parochia Insulana S. Felicis et Regulæ fermè desolata relinqueretur.

Cùm igitur per narratam dispositionem Episcopi huic malo nondum sufficiens remedium fuisset allatum, Abbas et conventus iterum supplicarunt Episcopo, qui pia solicitudine condolens, alia dispositione concessit, ut et superior Ecclesia Parochialis S. Nicolai in oppido Henaugiensi tota regularis efficeretur, absq; per Monachum administrari posset, cedentibus, aut decedentibus Sæcularibus Presbyteris Plebano et Incurato, seu Sacellano curato; duo enim tam amplam Parochiam curabant. data est desuper altèa charta cum sigillo Episcopi, de mandato quidem ipsius, in eius tamen absentia, pervices gerentes canonicos cathedrales Magistrum Waltherum Scholasticum, et Conradum + Offerhart Præpositum S. Joannis, ex cuius familia anno 1136. Udalricus III. Episcopus deinceps prodijt. Hoc ipso porrò tempore, nimirùm die 26. Julij anno 1198. quò signata est charta, Benefactor noster Henricus Episcopus degebat in castris Alberti Ducis Austriæ, mox futuri Romanorum Regis, cuius partes unacum Abbate nostro fovebat. cæterùm ad instantiam civium Henaugiensium, pro ipsorum comodo, Nikolmiùs deinceps Sacerdos. Secularis illi Ecclesiæ præfectus fuit, qui domicilium haud procul haberet, licèt ad nutum Abbatis jam posset amoveri. Anno 1249. utraque pars Henaugiæ subructo muro, et sæculo septimo decimo restituta religione Catholica, utraq; Parochia in unam coaluit, cùm vicis illis, quos dicunt Filiales, jam proprij Pastores fuissent concessi, quemadmodum pluribus stato tempore videbimus.

1198. Et regularem efficit.

+ Pfefferhart.

Inter hæc Albertus Austriæ dux diversis in Adolphum Romanorum Regem querelis motis, capit ad Imperium ardentiùs aspirare; effecitq; ut anno eodem à quinque Electoribus, refragante Trevirensi et Palatino, Adolpho deposito, ipsi deferretur Corona Imperij. utrinque arma sumpta et auxilia comparata: Interque ex vicinia nostra plerique cum Henrico Episcopo Constantiensi adhæsêre Alberto. Wilhelmus tamen Abbas S. Galli suppetias Adolpho adduxerat, tribus Helvetiorum Pagis, indignante Alberto, arma continentibus. Mox ex utraque Rheni ripa infesti exercitus descendunt, cæsóq; die secunda Julij apud Rosenthal,

Albertus dux Austriæ,

1298. Romanorum —, Inter Spiram et Wormatiam Adolpho, Albertus denuò à electis Electoribus rex salutatur, nulla interposita mora aquisgrani coronatus. Tum is superiorem Rhenum relegens, amicos magnis muneribus affecit, collatâ Henrico Episcopo Augiæ Abbatiâ, quæ tunc opportunè vacabat; quâ quidem modestè usus est Episcopus, cum Monasterij bonis insigniter auctis, post aliquot annorum intervallum, sponte resignâs Monachum eligi passus est Præsulem.

Henaugia donat Rem Flacensem.

Sensit quoque munificentiam Novi regis Henaugia; nam diplomate die nona Novembris signato, Abbati ac conventui nostro vallem Flacensem, ad latus Suburgicæ et Andolphingensis dynastiæ sitam, cum villis Flach et Volkershausen concessit, jure præfecturæ adnexo, quâ, quidquid ad sanguinem et mortem malefactorum non spectat, judicio Monasterij subjicitur. [x] Merito igitur inter Benefactores nostros locum sibi vindicat Albertus Cæsar, quem licèt quidam de cupiditate aquirendi notent, munificum tamen erga Ecclesias fuisse, etiam minimè partiales tradunt. [y] Excrevit ex Præfectura Flacensi, præter emolumenta, quibus Monasterium hactenùs fruitur, Nobile feudum, imprimis comitibus de Sulz, deinde variis familijs, ac postremo Inclitæ Reipublicæ Tigurinæ concessum, quæ illud anno 1692 triginta millibus florenis emit à Nobilibus de Zinli. Cæterùm licèt Albertus hoc in diplomate Henaugiam Suam [z] Monasterium vocet, id tamen ipsa rerum Imperij auctoritate, non autem advocatiæ titulo factum fuisse constat, quam hoc avo tanquam feudum Imperiale tenuêre Comites Lauffenburgo-Habspurgici. Recensetur Henaugia [a] inter Monasteria, quorum advocatias involârit Albertus; verum de Particularibus prædiorum advocatijs seu præfecturis, in territorio ipsius existentibus, dum tacetur intelligendum esse, ex mox dicendis constabit. x.

y.

z.

a.

1299. Dynastiam Kingen.

Interim anno proximo sæpè laudatus Cæsar Albertus à Nobilibus de Crenkingen plura Castrorum in Aleggovia coemit: inter quæ fuêre quædam advocatiæ à Monasterio nostro Henaugiensi derivatæ, quas Crenkingenses usurpaverant, nec dimiserant, licèt ipsius Monasterij non ipsi, sed Comites de Habspurg advocati essent. Extat urbarium prolixum inter Manuscripta ægidij Tschudij Historiographi præstantissimi

---

[x] Füeßlin Staatsbeschreibung to. I. pag. 156.

[y] Tschud ad an. 1298. Albert hielt seine Gotteshäuser und Priester in Gutem Schirm.

[z] Dem würdigen und erbamen unsers Closters Rinow Abbt und Convent.

[a] Tschud. to. I. pag. 223.

omnes proventus domûs Austriacæ in Superiori Germania continens, quod primitiùs Iubente Alberto Cæsare ano tertio supra millesimum et trecentesimũ, sub magistro Burchardo confectum, ano autem nono post Patris obitum ex Mandato filiorum Austriæ ducum ab eodem solertissimè revisum et perfectum est. Ex eo liquet, eosdem Duces sæc tunc dominos in Crenzingen nominasse, non quòd ea familia tunc expirasset, ut minùs rectè ibi notat Tschudius, sed quòd jus directum ad illam dynastiam /c/ ad Austriacos cum pluribus proventibus emptione mediante pervenerit. c.

Cum particularibus Rhenaugiæ advocatijs.

Notantur in eo prædia in Lauchringen ad Rhenaugiam spectantia /d/ cum quibusdam præstationibus annuis advocatiæ nomine domui Austriæ exsolvendis. Multò autem plura subjiciuntur Erzingæ, ex quibus ultrà triginta modij tritici jure eodem debeantur /e/ cum medietate Jurisdictionis tam in Erzingen, quàm in Zechberg, quæ aliàs integra in antiquissimis urbarijs nostris Monasterio adscribitur, solo Jurisdictionis exercitio advocatis competente, quibus ex diplomatibus Regum et Imperatorum Bauum regale tradendum statuitur, aut nomine Monasterij, et secundùm Abbatis voluntatem jus dicant in locis Monasterio competentibus. In prædijs Wisuilæ litis tum integrum Media advocatia cum emolumentis inde provenientibus adscribitur ducibus Austriæ; /f/ pro- d. e. f.

-ut

/b/ Communicatum mihi gratiosè à Rmo D. Leodegario Celeberrimi Engebergensis Monasterij Præsule.

/c/ Ex Monumentis Archivi Thiengensis.

/d/ In dicto urbario Mse. pag. mi. 43. Ze ober-Lochingen ist auch ein hofe, und zwei Schupos, die hörend gan Zinowe, die geltend Ze vogtrecht VI. viertel roggen, II. Mut haber.

/e/ Ze Erzingen ligend huben, Schupos, [illegible] und Hofstet, die dez Gotzhus von Zinow eigen sint, die gend der Herschafft Ze vogtrechte XXXI. Mut, und IV. viertel Kernen. die Herschafft hat Ze Erzingen und Ze Zechberg den halben teil Twing und Bannes, und den halben teil Ze richten diub und frevel.

/f/ Ze Wisuile ist ein Kelhof, ein hube, und IIII. Schupose, die eigen sind dem Gotzhus Zu Zinowe; über die huben, und über die Schupesen hat die Herschafft ganzes vogtrecht, und über den Kelhof hat sie die zwen teil vogtrechtes.

uct etiam in ckettingen, /g/ et in utenhoven, quod g.
numeratur inter possessiones, quas olim Henricus
de Tengen Alberto de clingenberg, /h/ hic verò h.
Alberto Cæsari vendiderat. In Comitatu Kibur-
gico seu ad Præfecturam diessenhovensem notan-
tur prædia quædam /i/ in Trüllikon, cMörla, Wis- i.
glisbuch, Rode, Andelpsingen, alibique, eadem lege
advocatiæ censita. Denique Piscationes in Züdivar,
advocatia prætenditur, sub annua pensitatione
unius piscis Salmonis /k/ quem uno anno Præfecto k.
Austriaco in Diessenhoven, altero in Crenzingen da-
re piscatores teneantur. Hunc piscem modò annu-
atim pendent piscatores Monasterio Creützlingano
eodem titulo advocatiæ, des vogt rechts, /quam
à Rhenaugia feudalem tenet, uti etiam trüllikon
et Andelsingen. Et hæc quidem ex præcla-
ro illo monumento Augustissimæ Domus Au-

/g/ Ze ckettingen ist ein hof und 11. Schupos, dera die ein Schupos und der Hof eigen sind des Gotthus von Zinowe, und die ander Schupos des Gotthus von Ziedern. der selb hof, und die zwo Schupossen gil-tend järlich ze vogt recht III Mut kernen, III. Schaf, dera jedliches wert sin sol II S.D. Schaffuser.

/h/ Ze utenhoven lit ein Schupos, dera Eigenschafft gen Zinowe höret, die güt ze vogtrecht I. Mut kernen, V I. Vier. Haber &. pag. mihi. 198.

/i/ Ze Trüllikon lit ein hof, des Eigenschafft gen Zinowe hört, der giltet ze vogtrechte I. Mut kernen, V III. S.D. da ligent auch III. Schupos, die auch gen Zinow hörend, dera giltet Jetliche II. viertel kernen. Ze cMörla lit ein hub, dera eigenschafft gen Zinowe höret, die gilt ze vogt-recht I. Mut roggen. Ze Wiglisbuch ligend zwo huben, dera Eigenschafft gen Zinowe horend, dera gilt Jedwedre II. viertel kernen, II. Vier-tel roggen. da lit noch ein hub, die auch gen Zi-now hört &. der hof ze Rode, und was anders guts da lit, des Eigenschafft gen Zinow höret, geltend ze vogtrecht V. Mut roggen XXV. S.D. pag. 116.

/k/ Ze Zudivar ist die Herrschafft vogt über die Wischent, und gebend die Wischer järlich ze vogtrecht I. Lachs, der V. S. gelten sol, ze dem minsten, und nimbt ein Jar den-selben vesch der vogt zu diessenhoven, das ander der zu Crenzingen.

-striace hactenùs nondum editos, [k] ex quo tamen ipso constat, Albertum regem nunquam fuisse ipsius Monasterij Shenaugiensis advocatum, quamvis in bona particularia advocatiæ emolumenta exegerit. Exprimuntur enim hoc in urbario accuratè aliorum Monasteriorum advocatiæ, ut Seconiæ [m] Eisidlensio, S. Blasij, Beronis Monasterij &c. nusquam verò Shenaugiæ. c. m.

1300. Annum Trecentesimum supràmillesimum Bonifacius + VIII. Pontifex primò Jubilæo memorabilem fecit. Shenaugiæ autem altero hujus Sæculi anno Bene-

1302. Benefactores. -factores ex Alsatia prodiere Jacobus dictus Neno et Adelheit ipsius uxor cellariæ de Lowenmatt, qui pro salute animarum suarum liberè donaverunt curiam suam mediam sitam in Hälisvangen, et duas sexposas sitas in Sulze, Monasterio Beatæ Mariæ in Shenaugia. Facta est ista donatio in strata publica, quà itur ad Monasterium, præsentibus Conrado Abbate, Henrico cellario dicto de Eitlingen, Echo scholastico, Heinrico dicto an der Lewe, Shavelino, Hermanno dicto Ling, Joanne de Trullikon, Rudolpho dicto Handknabe, Conrado dicto fürst, eiusque filio Ulrico, Henrico Eppico, et Hugone famulo Domini Abbatis, coram domino Conrado dicto in clivo inferiori, sigillum suum appendente Henrico Nobili de Salegge, qui et ipse Shenaugiæ incolæ Benefactor fuit. Ultimum hoc monumentum est Conradi ab Horten Abbatis nostri, qui sexus bene gestis die vigesima tertia octobris hoc ipso anno obijsse traditur.

Conradus Abbas obit.

..III

---

[k] Auctor hujus urbarij sequentibus se prodit pag. mihi 28. aversa v. Mann. soll auch wüssen, das Rudolph der vogt von Enfisheim des Jars, do mann zalt von Gottes geburt MCCC. Jare, darnach im trütten Jare, do diss schrifft geschriben ward, mocht uf liit und güt, wan die liit verdorben sind, nit mer ze stür legen, als mer meister Burckarden Frölke des zömischen küniges schriber wol kundt ist. [in allem sinem ambt, dan das, so hienach geschriben stat, [m] pag. 32. dis sind die gut, nutz, stür, recht, und gewonheit, so die Herzogen von österrich die Graven ze Habspurg sind, und Kastvögte über das Gotzhus ze Seckingen. Sic de Monasterio S. Blasij pag. 170. de Einsidlensi pag. 96. partis secundæ. et pag. 218. ze Münster über das Gotzhus liit, unt güt, ist die Herschafft von Kiburg vogt &c.

Henricus IV. de Eitlingen I.
Abbas XXXI.

Henricus Abbas

Successit in Abbatiali dignitate Conrado, prælaudatus Cellarius Henricus de Eitlingen, cujus nomen occurrit, in monumento quodam /a/ cui auctoritate a.

1303. cui Instrumentum edit.

sua publicam fidem facit, de immissione in bona materna, à Lutholdo Juniore de Regenspurg, filio Udalrici, et Adelhaidis de Pfürt, obtenta per Fridericum Ducem, Alberti Regis filium, Hermannum de Sulz Judicem, Judicum, et Nicolaum de Wartenfels itidem Alberti Regis Judicem; ubi se Henricus nostræ Dei ordinatione Abbatem Monasterij Rhenaugiensis appellat, et Abbatiale Secretum appendit. Die ultima anni

Benefactores 1304.

Ulricus et Walterus de Alten Eitlingen, qui posterior præfectus ducum Austriæ effectus, donarunt Rhenaugiæ decimas suas in Benken, quas Ludolphus Bruno feudi loco possidebat, appenso prædicti Udalrici sigillo. Anno quarto supra millesimum et trecentesimum Albertus tribus communitatibus Præfectos dabos suo et Imperij nomine dedit; Geslero Equiti Suitiam et uraniam regere, Beringerum à Landenberg Silvaniæ præsidere jussit, eosque præfecturas molestè, et æquiter habere, neque ultra earum privilegia transgredi; quæ omnia ipsi paulò post mandata per Superbiam, et fœdam libidinem — posthabuere. /b/ b.

1305. Alsatia.

Anno sequenti cùm nonnulli de Alsatia jura quædam obtenderent in prædium Nassense, quod Custos Ecclesiæ Henricus de Praßberg anno 1293 coëmerat; Effecit Abbas, ut illi sponte cederent, quod liberaliter fecerunt, nimirùm Wetlicus Rector in Münchwiler, Nicolaus et Adelhaidis Soror ejus, Lotfridus, Katharina, et Walterus. Data charta 15. Septembris in Etonis Monasterio, cum Ejusdem Abbatis Nicolai appenso sigillo. Nobiles quoque de Lenzieth Gerungi, Pater et filius, medietatem liberorum Adelheidis uxoris Conradi de Wyl civis Eitlingen liberaliter tradiderunt. Similis cessio facta est Rhenaugiæ anno

1306. de Griesheim.

1306. à Nobili Domina Ita, vidua relicta Ludolphi de Griesheim; cùm enim ijdem pij conjuges jam sub Bertholdo administratore Rhenaugiæ Monasterio dedissent decimam huobam, et Sylvam in Rechberg, Scopossas in Griesheim, alteramq; cum pratis et Sylvis in Riederen, memorata Domina Ita post mortem cessarit, eosdem fundos cum pensione in Rheinheim precariò hactenùs possidebat. verùm die 15. Junij Cuncta hæc sponte resignavit in manus Abbatis Henrici, recepta in vicem ad dies vitæ pensione uberi ex decimis in Martelen, quæ deinceps Rhenaugiæ ipsi

---

/a/ Charta ex Archivo Œnipontano Cæsareo apud Hergott. Num. 692. ad an. 1300. rectiùs ponendus 1303.

/b/ Hartman Chron. Einsid. pag. 278.

præstanda foret. Testes huic chartæ adscribuntur Joannes de Trullikon dictus Swager, Berchtoldus de Balba, otto et Lutholdus de Ulingen fratres, Heinricus ander lewe, Petrus doctor Puerorum Monasterij Rhenaugensis, Albertus Scultetus, et Rudolphus dictus Wäglos. Memoranter ibidem duo in Abbatia Rhenaugiensi Prædecessores, Bertholdus et Conradus, omissa Joanne de Crenkingen, quòd ob tyrranidem numeranduo non fuerit, aut contractum cum laudatis Benefactoribus initum ipse ratum non habuerit. Eodem anno prè obiit Eximius Benefactor noster Henricus de Klingberg Episcopus Constantiensis, et quondam Trisingensis, Scripter cuiusdam Chronici Habspurgici, /e/ cui à Pontifice suffectus Gerhardus de Benar avenionensis. de.

1307. Bertholdus Schröteli. Anno 1307. Berchtold Schröttli civis in gravenhusin, Servus Monasterij Rhenaugiensis, bonu aliquod in Mettingen, quod à Sanctimonialibus eiusdem loci, Abbati omnium Sanctorum Schaffhusij subjectis, pecunia ad tonu numero et pondere persoluta comparaverat, Rhenaugiæ donavit in redemptionem Juris Spolij omnium rerum tam mobilium, quàm Immobilium, quòd bonum annuatim solvit deos modios tritici, et totidem avenæ, salvo tamen jure Mortuarij, pro qua post mortem ipsius solvenda una Marcha argenti puri, monachum vestibus eiusdem Bertholdi. Neque tamen hoc contractu à dominio Monasterij absolutus censeatur, sed quamdiu vixerit, sit omni fidelitate et obedientia obligatus. Litteræ expeditæ sunt à Conrado de Liebenfels Abbate Schaffhusiano, cum consensu Præpositi Joannis de Widilo, et Monialium in Gravenhusen. Magni æstimabatur illo ævo jus in homines ligios, quorum comutatio aliqua eodem anno occurrit cum Berchtoldo Abbate S. Blasij, requisito utriusq; conventus consensu, et appenso etiam nostri Sigillo, quod hactenus æri incisa conservatur.

1308. Helvetici fœderis Initia. Ineunte anno sequenti Præfecti cæsaris, et Ministri Imperiales, eorumq; amici et Sectatores à tribus Communitatibus, Uraniâ, Suitia, et Sylvania alij cæsi, alij ejecti, quia tyrranice et libidinosè regebant, arcesq; Nobilium eversæ fuerunt, pacto inter eos fœdere decenali: ubi verò ea, quæ evenerant, Albertus cæsar cognovit, conventum Badenæ primo vere coegit, /d/ et de persequendis illis consilia iniit, Lucernensibus, Tuginis, Glaronensibus, et cæteris vicinis Austriacæ domus subditis comea- d.

-tum

/c/ Marlius in chronico pagina 674.
/d/ Hartman. chron. Einsid. pag. 278.

-tum ne copiam facerent, inhibuit, omnesque ad arma cohortatus est. Ipse deinde Thenofeldam ad Elisabeth-
-am Reginam profecturus cum trajectum Vindonissensem cum Duce Ioanne, ex Rudolpho fratre Nepote, et Nobi-
-libus Rudolpho de Warth, walthero de Eschenbach, et
Rudalrico de Balm transmisisset, atque cum equite-
de Castell loqueretur, ab eodem Ioanne, qui paternam
hæreditatem contra fas detineri querebatur, scalen-
-dis clam interfectus est. Eremiticam vitam in eodem lo-
-co mox cum socio ceperunt est eius ministerialis Dieth-
-tholdus Strebel de offtuingen, donec insigne monasteri-
-um utriusque sexus à Regio campo dictum construere-
-tur. /e/ Corpus Regio principio Wettingæ in monaste- e.
-rio cisterciensium, ubi monumentum ex ingenti lapi-
-de hactenus extat, conditum, quoque Spiram post
annum et quatuor mensis deferretur. Eodem anno
Thenaugiæ Nobili viro de Girsberg bonum in Henfurt
feudi loco concessum. At Henricus Abbas noster sin-
-gulariter se devotum ostendit erga S. Blasium Episcopum
et Martyrem, Patronum nostrum Ratisponæ, ad cuius
Altare capellaniam amplis additis reddibus funda-
-vit, obstricto Sacellano seu Sæculari seu Regulari, ut
singulis diebus, cena dum cantet per hebdomadam ex-
-cepta, ibi celebret, in animæ suæ remedium, et omni-
-um fidelium defunctorum, maximè eorum, qui ad
dictam fundationem aliquid contulerunt. Accessit
huic ordinationi consensus Consentus, et confirmatio
die quidem 27. februarij vicarij Generalis, deinde
die Sexta octobris eiusdem anni 1320. Ipsius Episco-
-pi Gerhardi. Rudolphus comes de habspurg advocatus
noster eodem anno ab Henrico VII. quem Alberto Prin-
-cipes ex comite Luxenburgi sufficerant, datus est
quaque reliquis hisce Regionibus superioris Germa-
-niæ advocatus, cum ille ad Coronam Imperij capes-
-sendam in Italiam proficisceretur. /f/ extant Ru- f.
-dolphi litteræ, quibus in Balm filios Ioannis cluderet,
capaces reddit feudi masculini, siti intra possessiones
ad Monasterium Thenaugiæ pertinentes. /g/ procatur g.
in illis litteris Dominus Tapetschwilæ, nimirum nova,
quam acquisierat per uxorem suam Elisabetham, ul-
-timam eius familiæ; Nam vetus Tapetswil cesserat,
eius filio Wernero, quem pepererat primo maritoso
Ludovico Comiti Hombergensi. at extincto Wernero
utrumque Tapetswil Habspurgicis accrevit. Cete-
-rum Rudolphus advocatus liberalem se exhibuit
non solum hospitali Schaffhusiano, cui fundos quos-
-dam

/e/ Tschudius in chron. pag. 252.
/f/ Tschudius in Chron ad hunc annum.
/g/ apud Hergott Charta 712. et 706. ubi vocatur
advocatus provincialis.

ebertus ex
emptus.

1309.

1320.

icus Abbas
s S. Blasio.

Rudolphus de Habspurg
Advocatus.

Rhenaugiæ benefic.

dam in Lottstetten donavit; sed etiam Monasterio Rhenaugiæ, cui liberaliter cessit medietatem Juris, quod habebat super Dominam Willebirgam, filiam Domini Lutholdi. Eodem anno Rudolphus castrum Balbe restituit Adelheidi de Regenspurg, eiusque filio Lutholdo Juniori, qui caverunt, dictum castrum se haud amplius alienaturos, quod tamen post modicum tempus rediit ad habspurgios. [h] h.

Arcem pro dotalitio constituit.

Interea cum Elisabetha Saperspoliana obiisset relictis duobus filiis Rudolpho et Joanne, Rudolphg noster eius quondam maritus secundam duxit uxorem Mariam Comitissam de Kätingen, cui pro dotalitio et pensione constituit Arcem Rhenaugiensem cum Advocatia Monasterij, Pradium in Martelen, et nonnulla alibi sita. Fatetur autem ibi advocatiam Rhenaugiæ feudum esse Imperij, cum Juxta diplomata nostra advocatus ab Abbate et Conventu electus bannum Imperiale à Rege pro confirmatione obtinere debeat. Tanti porrò æstimabatur Monasteriorum advocatia, ut Elisabetha Regina Alberti relicta omnem curam adhibuerit, ne advocatia Monasterij S. Blasij auferetur eius filijs, et deferetur Rudolpho nostro Comiti de habspurg, qui cunctis clarus et acceptus fuisse narratur. 1242. [i]

Benefactores.

1242. Eodem tempore Diethelmus de Cronstingen donavit Monasterio B. Virginis Mariæ Adelheidem uxorem Conradi de Tieden; et Conradus de Tengen Sifridum dörflinger. Anno 1242. commutationes quædam hominum Cigiorum factæ inter Monasterium nostrum et Elisabetham Abbatissam Turicensem, acteramque Parthenonis in Othmarsheim, ac denique Henricum Abbatem S. Trutperti. Anno

1243. Sequenti quorundam factione, indignantibus Helvetijs, [i] amatus à Præfectura provinciali Rudolphus de habspurg, qui in galliam recessisse fertur, atque obijsse apud Montem Pessulanum 22. Januarij Sequentis anni, Sepultus in eodem Capide wellinga, quo Albertus Cæsar fuerat conditus. Mortuus quoque Henrico VII. in schismate duo Cæsares Electi Fridericus Austriacus filius Alberti, et Ludovicus Bavarus, cui adhæsere tres Helvetiorum pagi, reliquis in vicinia nostra Austriaco faventibus. i.

Rudolphus de Radegg Rhenaugiensis.

Floruit Rhölmannus hoc tempore non nihil Schola Rhenaugiensis, cui duos Magistros Echonem et Petrum Sacerdotes Seculares præfuisse vidimus.

---

[h] apud Hergott chart. 708. 709. 711. 720. 215.

[i] Tschudig ad hunc annum Mortem eius differt Hergott to. I. Geneal. Dip. pag. 236.

Educatus fuit in ea Rudolphus à Radegg, et liberalibus disciplinis apprimè imbutus, cuius familiæ duæ arces haud procul Rhenaugia extitisse feruntur, una in colle proximi montis Iuraßi, altera haud procul Igstetta. /k/ Rudolphus igitur sacris initiatus ob præclaram eruditionem scholæ Monasterij Einsidlensis præfectus fuit. Ibi anno 1314. dueram sortem cum Monachis primæ Nobilitatis expertus fuit; Nam à Suitensibus insperato irruentibus aeductius detentus, proprio experimento didicit, quæ postea duobus libris ligata oratione non illeganter enarravit. /l/ pro redemptione captivorum, præsertim filij sui Monachi, scripsit ad Suitenses epistolam ex proxima Rhenaugiæ ara Luitholdus de Regenspergs et alteram Rudolphus Comes de habspurg advocatus noster, filius alterius eiusdem nominis; ubi specialiter intercedit pro Rudolpho scholarum Magistro sibi notissimo, et tum ex tutela Rhenaugiensi, tum proprietatis jure debito; erat enim ex Ministerialibus domus habspurgicæ natus. /m/ Liberius post undecim hebdomadas Episcopos, Abbates, alioque viros præclaros educavit, in monumentis nostris posthuminio Benefactor recursurus.

1314. dlæ capstus,

Rudolphum adtum redempto.

m. + captivis data. Rudolphus vero resumpto docendi munere

Anno 1315. Novus advocatus Rhenaugiensis Johannes I. Comes de habspurg, filius, fratrique, Rudolphi Badenæ coram Rege Friderico, die 7. Junij confirmavit pignus vitalitij olim Neverea Sua Maria de Ostingen concessi in aream et Advocatiam Rhenaugiensem, præsentibus Hartmano + de Kiberg, et Luitoldo de Crenkingen, quorum familijs nullum amplius Jus in advocatium Monasterij nostri supererat.

1315. catia Rhenaugiæ tum trahitur.

+ comite

/n/ quo eodem in loco post medium tertium laudato rege Friderico ratum habuit pactum mutuæ successionis Fratrum uterinorum, Werneri de homberg, et Joannis de habspurg; ubi specialiter experimentur Imperialia feuda, thelonium nempe in Hüfon, + et vicissim comitatus in eleggowe, et advocatia in Einowe. Eodem anno Leopoldus Bellicosus, alter Alberti filius, dux Austriæ, gravi clade affectus est à foederatis Pagis Helveticis, apud Morgarten die 16. Novembris, cùm ille ulturus esset Suitensium

n.

+ Rodie Fluelen ad ripam Lacus Lucernensis,

/k/ Stumpf. lib. 5. cap. 26. Ruger in chron. Schaffhus. Mſc. pagina mihi 334.

/l/ Hartman. in Chron. Einsid. hoc anno.

/m/ Tschudius utrasque litteras exhibet. Hergott charta 718. ibi: aber sunderlich umb Meister Rudolffen den Schulmeister, der iens von eigenschaft zuhört.

/n/ Hergott charta 720. et 721. to. 1. pag. 179. malè ait, ob emptam dynastiam Balbæ habspurgios dictos fuisse Landgravios eleggoviæ, cum hæc regenspergij tunc possessores illius dynastiæ, Hunc titulum asseruerint. charta N. 808. Rhenaugia proponitur eleggoviæ: die statt Einow, und die Graffschafft im eleggow, mit allem &c.

invasionem in Einsidlen, cuius Monasterij advocatus extiterat. Fertur in illo prælio occubuisse Rudolphum Fratrem Joannis I. de Habspurg; si tamen unquam extitit ille Rudolphus, et non potius Pater Joannis vitam produxit usque ad Initium præsentis anni, et ille ipse pro radeggio intercesserit. /o/ Hoc denique anno Mechtildis, Eberhardi cuiusdam Nobilis viri filia Rhenaugiæ partem curtis in Metmanhasen cessit, accepta vicissim quadam pecuniæ summa. Cuius advocatus in hac re fuit Rudolphus Nobilis de Stuvile Tigurinus, ex cuius familia quondam Abbas noster Diethelmus; nomine Monasterij causam dixit Albertus Scultetus Rhenaugiensis; Judex denique fuit Rudolphus de Lindhoven Consul Tigurinus. In alteram quoque prædicti prædij partem cessit Jus Suum, quod habere videbatur pro stipulata pecunia vir Nobilis Udalricus de Nideshasla, mediantibus Henrico de Rümlang, Gerhardo de Tüffen, Henrico de Freyenstein, aliisque equitibus. o.

Metmanhasen acquiritur.

1217. Benefactores.

Anno 1217. Nobiles de Tänegge, eorum antecessoribus pariter administrator Abbatiæ nostræ fuit Henricus Constantiensis Episcopus, Hugo, Gertrudis et Agnes, fundum quendam in Munchofingen dictum in Tierna, Rhenaugiæ donavernnt, pro anniversario celebrando, in tristitia eorum /p/ Fratris Germani Nicolai de Tänegge, tunc Domini Conventûs seu Monachi Rhenaugiæ. Sequenti anno mortuo Gerhardo Episcopo, Successit Rudolphus Comes de Monfort. Abbas vero noster Henricus de Ettlingen gravem litem evicit contra Lutholdum de regensperg, qui anno 1219. adhuc possidebat dynastiam in Balm cum arce Rheno ex parte adversa imminente, qua propter Rhenum ipsum cum Jure piscandi, fossam quoad medietatem territorio suo contiguam exigebat, ab Influxu torrentis Folkenbach in Rhenum, usque ad locum, qui werth dicebatur. Res commissa Judicibus arbitratûs, et Abbas quidem elegit Cuonium de Schwandegg, et Wenzeslaum de Goldenberg, Regenspergius autem Conradum de Tengen, et Eberhardum Schwager de Schaffhusia; quibus præfectus Conradus Schultetus oppidi Badensis. Hi omnes controversiam decidernnt pro Abbate et Monasterio Rhenaugiensi, cui jam à Ludovico Rege Germaniæ totus et Integer Rhenus per illum tractum attributus fuerat. Testes huic decisioni adhibiti, Henricus de Tengen, Henricus de Freyenstain, Joannes Fruchsetius de Diessenhoven, de Landegg, Fridericus Schultetus de

p.

1218.

1219. Jus piscandi in Rheno vindicat Abbas.

Schaffhusa

/o/ Rudolphum Joannis fratrem apud Morgarten referunt Tschudius pag. 273. col. 1. Hartman Einsidlensis.
/p/ des Herrn Nicolaus von Tänegge Closter herrn &c. Renowa.

Scaffhusa, de Ulma, Rudolphus de Wasserstelzon, de Balbe, Udalricus et Henricus de Mandach, Luthol-dus de Ulingen, Eppius Schultetus de Thenaugia, Marquardus et Hartmanus de Jestetten. Datæ litteræ prædicto anno 1319. die Mercurij post festum S. Michaelis, appenso sigillo Scultetî Baden-sis.

1320. Anno 1320. cùm Thenaugiæ degeret Advocatus
mines ligij. noster Joannes I. Comes de Habspurg, obtulit Abbati divisionem filiorum dominæ Willeburgis, cuius me-dietatem olim Pater eius Rudolphus a Monasterio do-naverat, optionem relinquens Abbati. Dña Guta Birin Equitis filia et Vidua, donat Annam Bueslin de Bondorf cum 4. liberis, sub sigillo Nobilis Diet-helmi de Crenkingen, cuius et ipsa nobilis mu-lier Guta propria erat. Rudolphus verò de Mont-fort Episcopus Constantiensis Præfecturam in Benk-en, quam vir Nobilis Jacobus de Warth feudi loco
1321 feudum. à Monasterio Thenaugiensi tenebat, proprio motu usurpavit, spondens, se alio vico, verbos dicto, dam-num compensaturum. fuit memoratus Jacobus de Warth Tutor Werneri Junioris Comitis de Hom-burg, cuius nomine anno 1321. quædam pacta cum
tum advocatiæ firmatum. Joanne Comite de Habspurg iniit. Fridericus verò rex confirmavit Colmariæ pacta ratione Advocatiæ Thenaugiensis olim initæ inter eundem Joannem et Wernerum Patrem Werneri jam defunctum, tuto-re dato Udalrico comite Kiburgensi. /9/ Eodem anno 9.
ordinatio inter Abbatem et Conventum nostrum facta ratione debitorum, quæ nonnulli de Conventu subinde relinquebant, dabatur illo ævo, relaxatâ disciplinâ,
ctum Capitu- præter victum abs Abbate Annuatim Dominis de
ratione debito- Conventu, seu veriùs Monachis, certa pecunia huma,
rum. præter anniversariorum stipendia in singulos distri-buenda; habebant non raro et sua vitalitia. cum-his nonnulli haud contenti debita contraxerant, quæ post earum mortem neque Abbas, neque Conventus, cuius quoque Camera peculiaris fuit, facilè solutus erant. Convenit ergo inter utramque partem, ut de-inceps stipendia unius anni, una cum vestimentis, credi-toribus cederent, si quis post mortem conventualium adesset. Signata charta utriusque contrahentium Majori Sigillo. Anno sequenti cùm Monasterium
1322. S. Blasij sub Abbate Udalrico de Waldkirch flamis absumptum fuisset, quidam religiosi per aliquod tem-pus Thenaugiæ hospitati sunt.

1325. Anno 1325. Vir Nobilis Henricus de Frei-
dum oblatum. enstein, de quo superiùs facta est mentio, arcem suam prope Hasela sitam tradidit Thenaugiæ sub pacto

/9/ charta apud Hergott. 729. 732. et 734.

put filijs his mox titulo feudi restitueretur, cum onere singulis annis duos obulos Monasterio ad Solemnitatem S. Mauritij persolvendi. Donavit simul proprium hominem Ioannem Aman. charta data Thenaugiæ in præsentia Abbatis Henrici ac Dominorum de Conventu: Udalrici cellarij, Conradi Custodis, quorum hic ex Familia Brümsi, ille de Balm oriundus erat; item Conradi Camerarij Berchtoldi Scholastici, Sacerdotum; Joannis Equitis de Mandach, aliorumq; civium oppidi. Eadem arx paulò post à Tigurinis, cùm à Pontifice proscripti fuissent, anno 1304. occupata, ac denique anno 1443. penitùs destructa fuit. /2/ Interea dynastia Balmensis iterum ad Habspurgios à Regensbergijs rediit; Nam eodem anno prædium quoddam Inglisberg dictum, aliósque fundos in eodem districtu sitos Joannes Comes Hospitali Spiritus Sancti Schaffhusia cessit, /3/ ubi Landgravius Kleggoviæ dicitur, licèt comitatum Kleggoviæ cum advocatia Thenaugiensi ante hanc dynastiam adeptam, jam possedisse legatur, hæc enim pars quædam illius est. 2. 3.

1327. Rudolphus de Radegg Benefactor.

Anno 1327. Rudolphus de Radegg, Scholasticus Einsidlensis, patriâ Thenaugiensis, de quo ad annum 1314. nonnulla retulimus, ratam habuit, atque instauravit fundationem anniversarij, quod Pater eius, itidem Rudolphus nomine, in Monasterio nostro constituerat, attributis censibus annuis tam pro pauperibus, quam pro religiosis, nec non Domo propria cum Pomario, quæ proximè Monasterio intrantibus in Insulam à sinistris adsita erant, retinuitque ad hodiernum usque diem locus nomen Gentilitium. Data est charta Einsidlæ, atque Appensione Sigilli Joannis Abbatis roborata. an laudatus Rudolphus de Radegg postliminio Thenaugiam in patriam suam reversus sit, certum non est, comparet tamen anno 1338. quidam Rudolphus Ludi Moderator in monumentis nostris. hoc ipso anno, quo data est præsens charta, alter Radegius decimam quandam feudalem in Benken habuit, unde annuum persem Sacristiæ unius libræ cereæ solvere tenebatur.

1328. Eis Componitur cum Nobil. de Crenslingen in Erzingen.

Anno proximo comparent quidam Nobilis ex familia Crenslingen in monumentis nostris, quæ partem Iurium atque latifundiorum dictis tenuerunt in Kleggovia. unde cum controversia orta fuisset Inter Joannem de Eitlingen, Abbatis nostri proximum, cui titulo Rectoris tertia pars decimarum in Erzingen competebat, et Diethelmum atque Conradum de Crens- lingen

/2/ Bulinger Cron. Tigur. Mss. pag. mihi 214. Tschud. pag. 334.
/3/ apud Hergott charta 751.

-ingen, dictos de Weissenburg, ratione quarumdam decimarum particularium; Lis tandem eo pacto composita est, ut cederent prædicti Nobiles juri, quod prætendebant, in quinque tamen annos proximos præfatis Comitis Decimis fuerentur, quò proniores essent ad defendendum dictum Rectorem in Ecclesiæ suæ Iuribus; unde advocatorum jus ronacum Ducibus Austriæ eos exercuisse constat, donec tota dynastia Crenkingen tum emptione tum opignoratione ad manus Comitum Lauffenburgo-Habspurgensium devenisset. /t/ t.

1329. Anno 1329. die 13. Januarij obijt Fridericq Austriacus Romanorum Rex, fratres nactus hæredes, cùm Masculæ Prole careret. /v/ Isab æmulo v.
Ludovico Bavaro captivus aliquandiu detentus, titulum tamen Regis Romanorum Communem cum eo retinuit. Neque diu supervixit Wernerus Junior de Homberg, cuius pleraque Latifundia ex pacto et Jure sanguinis ad Joannem de Habspurg advocatum nostrum devenêre. circa Idem tempus, die tamen incerto, Laudabile regimen, morte intervenient, concluſit Abbas noster Henricus de Eitlingen, cuius Stemmatis plures, et præsertim Alter Abbas eiusdem nominis, in monumentis nostris occurrunt.

Situs Abbatis Henrici.

Henricus V. de Newenburg Abbas XXXII.

1330. Anno trigesimo supra Millesimum trecentesimum jam regebat Monasterium Rhenaugiense alius Henricus huius nominis quintus ex Illustri familia de Newenburg; Ei Negotium movit quidam Nobilis feudatarius Conradus Brümsi ob Jurisdictionem in Prædium Manhusen, causamque detulit ad Udalricum de Clingen Præfectum Turgoviæ nomine domûs Austriacæ, ac præsertim Ottonis Ducis, qui post mortem fratris sui Friderici cæsaris his Superioribus Germaniæ provinciis dominabatur. Verum celerarius noster Dominus Udalricus de Backe demonstravit, id Juris Soli Monasterio competere, evicitque, ut causa tota Judicio Abbatis Henrici remitteretur.

Henricus Abbas ei jurisdictionem in Manhusen vindicat,

+ cujus arx gentilitia postmodum emptione accessit Rhenaugiæ.

Librum feudalem curat.

Idem Abbas, cum vasallis feuda à Monasterio dependentia sub Initium regiminis conferret, primus omnium eodem anno singula in libro ex Membranis compacto describi curavit. comparent in fronte præclari istius monumenti duodecim domus Equestres dictæ quæ Nobilibus Familijs in

/t/ Hergott Geneal. diplomatica to. I. pag. 277.
/o/ Ex Chronico Tschudij.

oppido Thenaugiensi conferebantur, cum onere inter alias obligationes, Abbatem profecturum cum famulo ac duobus equis comitandi. Familiæ

Domus Equestres. porrò, quibus tunc Abbas domos istas contulerat, sequentes numerantur:

de Mülinen.	de Hillingen.
de Mandach.	Brümsi.
In Winkel.	de Grieshein.
de Hemsart.	de Ort.
Elsler.	de Jestetten.
de Tiefbach.	de Albis.

Extra oppidum Thenaugiense plurima bona, pro more illorum temporum, feudi nomine distributa fuerunt: in quibus comparent præcipuè advocatiæ seu pagorum præfecturæ, ubi per huiusmodi vasallos Jurisdictio administrabatur. Sic præfectura in valle Flaccensi Comitibus de Sulz Rudolpho et Ottoni fratribus Comissa, quæ hac occasione primo loco in vicinia nostra comparent. cæterum multæ quidem ex ijs præfecturis hactenùs Monasterio jure directo subjectæ perstiterunt, plurimæ autem, per negligentiam nostrorum, et Nobilium potentiam, proprio jure usurpatæ, venditæ et distractæ sunt. Juvat hîc saltem pro notitia publica ex memorato libro feudali nomina præcipuarum Nobilium familiarum attexere, quæ circa hæc tempora ex Beneficio Monasterij feuda possidebant.

Nobiles Familiæ.

Balm.	Schuetheis.
Castell.	günteler.
Späth.	Grüelikon.
Meskingen.	Schwager.
Gachnang.	Schneser.
Warth.	am Stad.
Mörler.	Steller.
Zadegg.	Fridpold.
Westenbach	Fruchsejus in Diessenhoven.
Landenberg.	Löw.
Liebenfels.	Schitterberg.
Im Thurn.	Urzach.
Wellenberg.	Lang.
Hoppler.	Eckbrecht.
Tengen.	Buoch.
Fulach.	Hettlingen.
Münchingen.	Alchuser.
Landegg.	Steiner.
Goldenberg.	Ohan.
Ulm.	Schneveli.
Imendingen.	Fidrich.
Wessenberg.	Buri.
Gechlingen.	Endinger.
Aich.	Hübscher.

Enfberg. Münzer.
Alfer. Dörflinger.
ulingen. Girsperg.
wartenfels, Et wafferfelts
de Tengen.

Succeſsu temporum pleraque feuda ad alias perue-
nère familias, quarum aliquas subnectimus, quæ
ad Initium sequentis Sæculi in sæpè dicto feudali
Instrumento leguntur.

Hödorff. Trüllereij.
Äſcher. Stunenberg.
Hochenlandenberg. Lib.
Waldſperg. Stein.
Waldkirch. Hegenzer.
Zuntzingen. Mörlan.
Roſsberg. Buman.
Bettmaringen. Cron.
Winkelheim. Mor.
Payer. steiger.
Rink. Schwend.
Teichenbach. Hegner.
Grottbarg. Albrecht.
Giel de Gielſperg &.

Huic Feudalium libro Abbas noſter Henricus de
Nevenburg alterum addidit anno sequenti pariter
pergamenum, quem urbarium dicunt, ut poſsit sin-
gulos proventus Monaſterij, ex quinquaginta
Circiter pagis seu vicis colligendos, continentem.
extat autem multo antiquior, sed nonnihil cæſus,
ad quem se idem refert, sub Abbate Conrado de her-
ten Scriptus; Sequuntur plures quoque hoc ac se-
quenti Sæculo itemidem renovati.

1332. Eodem Anno Vir Nobilis Jacobus de waeth
Præfecturam in Benken Rhenaugiæ reſtituit, quam
Rudolphus Epiſcopus Constantiensis alienarat, promiſ-
ſa damni compenſatione in Torbis; rerum tam pro-
miſsum non obſervaſset, atque in excommunicatione,
quòd Ludovico Cæſari adhæreret, deceſsiſset, dictus vir
Nobilis, conſcientiæ stimulis impulſus, priſtino domino
redditam præfecturam de novo in feudum recepit.
data est charta die veneris poſt feſtum S. Galli anno
1332. Succeſsit in Epiſcopatu Nicolaus de Frauen-
feld ab Innocentio XXII. confirmatus; contra quem
Rudolphus de Hochenberg Comes arma convertit, quòd
filius eius Rudolphus canonicus in electione perturba-
tus fuiſset, atque ope Ludovici cæſaris oppidum Möes-
perg, quanquam inani opera obſedit. deceſsit tamen
Epiſcopus Rudolphus de Montfort, viginti poſt obi-
tum annis Eccleſiastica ſepultura donatus, quòd
constaret, ligna panitudinis seria ante mortem
edidiſse. /a/

1332. barium novatum.

dum reſtitutum.

a.

edidisse /a/ a.

1332. Diploma Ludovici de Nundinis. Anno proximo Ludovicus Bavarus, ducibus Austriacis, jam reconciliatus, per diploma cæsareum cum sigillo Majestatico facultatem impertijt in oppido Zhenaugiensi, ut Nundinas Hebdomadarias diebus Sabbatinis cives celebrare possent, additis ijsdem juribus, immunitatibus, ac privilegijs, quibus fruitur oppidum Schaffusianum. Datum diploma Tavenspurgi ubi unus filiorum eius ducatui Sueviæ præerat die Mercurij ante Pentecosten. Schaffusium unacum Zhenofelda, nec non Turego et S. Gallo oppignoraverat Ludovicus ducibus Austriæ, ex quo pignore tamen mox posteriora duo oppida liberata substitutis Brisaco et Neoburgo.

1337. Advocatus occumbit; Anno 1337. Advocatus noster Joannes I. Comes de Habspurg in defensione arcis Sue Grinow, contra Diethelmum Comitem de Toggenburg, forti animo pugnans, capto adversario, demum à Tigurinis prælium restaurantibus, multis vulneribus confossus interimitur die 2da. Septembris, postera die ab Uxore Agnete ad Sepulturam Wettingensis Monasterij delatus. /b/ Advocatiam Zhenaugiæ susceperunt electi tres filij Joannes, Rudolphus, et Gottfridus, atque ibidem anniversarium pro Parente fundarunt. b/

Pro quo Filij Comites de Habspurg.

Eodem Anno Abbas noster dictus de Neuenburg emit à Nobili viro Sigefrido de Griesheim ligiam Mulierem Hedinun, eiusque filiam Itun. In Erzingen verò quosdam refractarios, decimas Monasterio solvere recusantes, interminata proscriptionis sententia compulerit ad parendum. Ito Sequenti

1338. Exorta lite inter Præposituram Tiederen et Monasterium nostrum, arbitri pro Zhenaugia pronuntiarunt, quòd à ducentis Annis Subditi Zhenaugiæ in Willer nunquam Decimas Præposituræ præstiterint. Arbitri erant: Parochus in Griesheim, Rudolphus de Gebelingen Decanus, Udalricus Parochus in Erzingen, Rudolphus Ludi Magister Zhenaugiensis cum Decano in Waldshuth, et Custode Ecclesiæ collegiatæ in Zurzach. Nomine Monasterij causam dixit Dominus Henricus de Aitlingen cellerarius, ac postmodum Abbas huius Stematis Secundus.

1339. Alberti Ducis Diploma. Proximo Anno Albertus Sapiens Dux Austriæ, defuncto fratre Ottone, cùm Superioribus hisce provincijs jus diceret, per Litteras patentes Monasterium Zhenaugiense in protectionem suscepit, mandavitque

/a/ De Anno obitus Rudolphi Episcopi non conveniunt Historici. videantur, Manlius, Merlius, Tschudius, Hottinger to. II. pag. 152. Bucelinus, Vitoduranus edit. Elgard. col. 1798. 1809. 1810.

/b/ Vitoduranus Col. 1828.

-vitque Consuli in Waldshuth, tunc temporis Praefidi
argoviae, atque Turgoviae, ut immunitates Monasterij
inviolabiliter servare, atque custodire procuret. An-
1340. -no quadragesimo Diethelmus de Crenkingen, dictus
de Weissenburg, divitiarem octo Ligiorum hominum
in Bulgenried fecit cum Abbate et Conventu Rhenaugi-
1341. -ensi. ex oppido Thiengen verò insignis benefactor pro-
Benefactor. -dijt Dominus Joannes in dem Bach, quem Sacellanum
ad S. Michaelem fuisse tradunt. Hic cum Sorore sua
Religiosa Virgine Anna, pro remedio animarum suarum
-rum, Majorumque suorum, Monasterio Rhenaugi-
-ensi liberaliter dederunt medium praedium situm
in dangstetten, et censum annuum pecoriarum exeig-
-dem praedij frumento solvendum; Vineam quoque si-
-tam in valle Rhenana propè Kilchnach, atque dimi-
-dium modium tritici ex Curia ejusdem Loci, cum
decimis in omenawi, ad eandem Curiam spectan-
-tibus, quae hactenùs feudales à Monasterio tenue-
-rant. Firmata fuit donatio Auctoritate Domini
Joannis de Fridingen Equitis et Praefecti in Kilch-
-ach, nec non Henrici de Immendingen nomine Religi-
-osae Sororis Annae, quam Beginis eo tempore sequen-
-tibus adscribimus; acceptata à Domino Henrico
de Hitlingen Monasterij celerario, in praesentia Con-
-radi officialis, qui proventus Rhenaugiae in Rhein-
-heim, et circumpositis locis curabat. eodem anno
Isanes II. Comes de habspurg novus advocatus noste-
-er, facultatem dedit Andreae stoppler vitedera-
-no oppignorandi bonum feudale pro dotalitio tri-
-ginta et unius Marcharum argenti uxori suae
filiae Conradi Grunis de Zinowe. |c| c.

1343. Similiter Abbas noster Henricus Equiti No-
Feudum. -bili Henrico de Tengen anno 1343. Monasterij tra-
-dato concessit, ut uxori suae Catharinae de Mont-
-fort, pro viginti et uno Marcis argenti oppigno-
-rare posset bonum in Reckken seu Ecklingen Rhena
cum decimis, quas ille loco feudi possidebat. Eodem
Benefactor. anno Joanes Wenninger dictus Waldshuter donavit
Rhenaugiae ad manus Domini Celerarij Henrici de Hit-
-lingen annuos quatuor tritici modios ex omnibus
bonis suis, quae tum Rheinheimij, tum dangstettae
possidebat, sub cautela tamen, ut ob superveniem-
-tiam insperatam liberorum duo tantùm, reli-
-quis servatis, modij, ipse atque ipsius haeredes praesta-
-re teneantur. Datum pariter hanc donationem ha-
-buit supra laudatus Joannes de Fridigen in arce
Kilchsenberg, cuius Vicarius seu Proprafectus in
istis litteris nominatur. Roboratus his beneficijs
Henricus Abbas forti animo sustinuit Impetum
Rheni, qui hoc anno ob imbrium redundantiam adeò

|c| Apud Hergottum charta 7 5ta 5ta.

Rhen redundat. excrevit, ut aliàs nunquam; domos enim ripæ contiguas, et mœnia civitatum, cum omnibus pontibus à Schaffhusia, argentoratum usque dejecit, proinde et Rhenaugiensem; atque Monasterio aquis Rheni immerso, non minora damna intulit, quàm arci in Rheinfelden scopulis inixæ. /d/ d.

1344. Anno proximo obiit Nicolaus de Frauenfeld Episcopus constantiensis /e/ Cachymio pauperum quorum in extrema annonæ penuria pater erat, elatus, nactusque successorem Udalricum Pfefferhart patricâ Constantiensem. e.

1345. Anno quadragesimo quinto sæpè laudatus celerarius noster nomine Abbatis et Conventûs, pro tredecim argenti marcis cum dimidia emit à viro Nobili Friderico de Endingen bonum in Wasstalingen, litteras signante, nomine Ducum Austriæ Joanne consule cum Magistratu Waldshutano. Eodem tempore Adelheit Scherer in Rhenaugiensi civitate Conventui tertiam partem prati in Segermoos, cujus duæ reliquæ partes spectabant ad Honorabiles Dominos de Sion, et ipsius ordinis S. Wilhelmi. Erat ista Benefactrix vidua Rudolphi Scherer, filia autem Udalrici Bajo civis Rhenaugiensis. Emptio. Benefactrix.

chartæ, præter octo ipsius filios, subscripsitus nomine Adelhaidis Henricus Brog ex Dießenhofen ipsius advocatus: Auctoritatem verò impertiit Dominus Loci Henricus Abbas appenso suo Sigillo, cui adjungi jussit Sigillum quoque oppidi ac Magistratûs Rhenaugiensis.

1346. Comutatio. Sequenti anno Udalricus Episcopus constantiensis dedit Monasterio nostro Annam filiam Jacobi Scudeti de Lützelberg, pro Anna filia Henrici Friesen de Zinheim, appenso chartæ sigillo capituli cathedralis. Abbas verò noster composuit

1347. Prædium censuale. negotium concernens prædium censuale jure directo ad Monasterium spectans, vulgò Witum, in Berg, vico Valli Hacensi proximo. Inter hæc cum Ludovicus Bavarus à Clemente VI. primùm depositus esset, ac deinde mortuus, Carolus IV. Luxemburgensis filius Joannis Regis Bohemiæ Imperium adeptus est. Anno quadragesimo octavo supra millesimum trecentesimum, tota Familia Habspurgica

1348. Anniversarium Habspurgicum. degebat in aula nostra Rhenaugiensi, ordinaria advocatorum sede. Igitur Domina Agnes, relicta vidua Joannis I. unacum filijs Joanne, Rudolpho, et Gottfrido, in Monasterio Rhenaugiensi perpetuum anniversarium, et quidem duplex fundarunt pariter pro omnibus Antecessoribus Habspurgicis, specialiter autem unum die 20. Septembris celebrandum pro anima Patris Joannis I. olim in prælio

---

/d/ Vitoduranus Col. 1876.
/e/ Idem col. 1902.

Abbas XXXII.

Grinaugienſi occiſi: alterum verò prolaudata Domina Matre Agnete, hoc tamen pacto, ut quamdiu haec viverit, loco Miſsae pro defunctis, cantetur vetus de B. V. Maria quotannis poſt feſtum S. Mauritij. pro ſtipendio conſtituerunt duodecim marcas argenti conventui tribuendas; ex quibus decem ſolatieri ſint cives Rhenaugienſes ex tribuetis annuis, quae Monaſterij advocatis pendere tenebantur. Sigilla ſingulorum huic chartae appenſa, quae data eſt Rhenaugiae die 28. Nov.

1350. /f/ Anno ~~decimo~~ quinquageſimo memoratus Joannes II. f. Joannes advocatg captus. diem Nobiles Figurinos à plebe ejectos, et ad ſe rapenſwilam confugientes reſtituere occulta quadam machinatione niteretur, re prodita Figureti captus fuit, ac diutina cuſtodia detentus, rapenſwila interim expugnata atque deſtructa. Figurini ipſi in foedus perpetuum ierunt cum lucernatibus, Utarijs, Suetenſibus et Subſylvanijs; quibus proximis annis acceſſere Glaronenſes, Tugienſes et Bernates.

1351. Agnes obijt, Anno Quinquageſimo primo Alteſata Comitiſſa Agnes, filia quondam Simonis Alſatiae Inferioris Landgravij, mortem oppetijt, cujus anniverſarium Conventus ritu defunctorum Rhenaugiae celebratum.

et Abbas. Obijt quoque Abbas noſter Henricus de Nevenburg die nobis incognita, ob amiſſos ac ſaepius deplorátos Anniverſariorum libros. Ad eundem annum refertur tractatus cum conſenſu Monaſterij celebratus, quo Comites de Sulz Rudolphus et otto Praefecturam Vallis Placenſis, ad Rhenaugiam jure directo ſpectantem, Nobili viro Waltero de Gachnang filio Hartmanni de Goldenberg vendiderunt.

Vaſalli.

Henricus VI. de Eitlingen II. Abbas XXXIII.

Familia Eitlingen. Nobilis familia de Eitlingen, diuturno Rhenaugiae incolatu clara, Secundum nobis dedit Abbatem, itidem Henricum dictum, ſuius nominis Sextum. Erat is paronepos primi Abbatis eiusdem proſapiae ex fratre Hugone, natus Patre Henrico; cujus ex altero filio Joanne duo extitere nepotes, Conradus Schultetus Rhenaugiae, Pater Joannis ibidem Monachi, et Fridericus Parens alterius Joannis Preſbyteri. Haec de Eitlingiorum Genere in monumentis Noſtris occurrunt; in quibus Abbas iſte egregius oeconomus, dum cellarium ageret, Jam ſaepius comparuit. Anno quinquageſimo Secundo ſeprà Milleſimum et trecenteſimum emit Henricus à Nobili Matrona Catharina de Cranchingen, dicta de Weiſſenburg, filia Diethelmi jam ſaepius nomi-

1352. tanburg Emitur,

/f/ Hugott char. 197. et to. I. pag. 242. ubi ſic ſcribit: Agnes Joannis I. uxor Sacra expiatoria annuatim facienda in Monaſterio Rhinoviensi pro Auguſtiſſima gente Habſpurgica inſtituit; pro cujus fundo, praeter multas alias largitiones, annua tributa civium Rhinoviensium aſsignavit.

-nati, et uxore Rudolphi de Tengen, advocatiam seu Iurisdictionem in Altenburg, quinquaginta et tribus marcis argenti: confirmatus fuit tractatus Schaffhusij coram Magistratu cum sigillo civitatis et Consulis Friderici de Randenburg. Verùm Abbas mox-dictam præfecturam fratri suo Joannì feudi locò concessit; quæ procul dubio eâdem vi aliquandò à Monasterio abscissa fuerat; nam præfecturæ plerumque per Nobiles vasallos administrabantur.

Eodem anno occurrit charta Joannis Abbatis in valle Turæ, cinctæque conventûs, cum duplici sigillo, quâ quidam homines ligij commutantur. Interea Joannes II. Comes de habspurg adhuc Turegi detentus, agente fratre Rudolpho atque Gottfrido, è custodia liberatur. Ab constantiâ mortuo Præfule Rudolfico + Episcopo
Pfefferhart, Successit Joannes de Windeck, Schaffhusianus, eiusdem ducis Alberti cancellarius. Anno
1353. sequenti Abbas noster Henricus, ex pecuniis à præ-
Et Aetunhusen. -decessore relictis, alteram Emptionem fecit, quâ a Nobilibus Fratribus de Jestetten Henrico et Joanne, bonum Aetunhusen dictum cum jure piscandi acqui-sivit. Cum autem Ius directum eiusdem prædij ad Nobiles de Tengen spectaret; Idem hoc remisso, ali-ud ex Monasterij feudis in compensationem acce-perunt. Sunt porrò omninò Sex Nobiles de Tengen, quâ huic contractui consensum præstiterunt, singu-lorum sigillis appositis, quorum primum est Con-radi Præpositi Embracensis.

1354. Similem cessionem fecere anno quinquagesimo quarto advocati nostri, Comites de habspurg Joannes, Rudolphus et Gottfridus, in prædium admodum pingue Situm in Martelen, quod à nexu feudali penitùs liberarunt, accepto tamen alio fundo à
Benefactor Rudolpho de Adlikon insigni Benefactore nostro, qui prædium illud, unacum uberi censu annuo, pro emolumento animæ Monasterio donavit. Appensa sunt charta singulorum Comitum, atque ipsius Equitis sigilla. Verùm eodem anno, sæpè laudati Comites cùm Bonorum divisionem inter se fecissent,
Advocatus. ja/solus Gottfridus deinceps advocatus Thenaugiæ a.
perstitit, cui illa in partem hæreditatis unacum co-mitatu Clegoviæ obvenit; hic enim ad illam con-sequi videbatur. Veterem Capersvilam postèa ven-didit Alberto Austriæ duci, qui reliquas nove-pariter à Joane coemerat, atque pontem illum con-gissimum ibi pro comodo peregrinantium ad Sa-cram Eremum fieri curaverat. Rudolphus Lauffen-bergam cum comitatu Sigoviæ retinuit, cum-

---

ja/ charta 803. apud Hergott. ibi: die statt Zezinow und die Grafschafft in dem Klettgew. Item charta 804. et 812.

onere tamen annexim quatuordecim marcas argenti Sorori Agneti religiosæ dominæ in Seggingen tribuendi.

à 356. Anno à 356. Episcopus constantiensis Joannes de
tare S. Mariæ Windegg die S. Agnetis, dum cænæ accumberet, à
consecratum. Waltero et Bertholdo de Stoflen, aliisque conjuratis
proditoriè occiditur, dum piè suppirans inclamaret: Maria Virgo! protuo Capellano apud Filium intercede. |6| Is paulò ante in festo SS. Innocentium Ehenaugiæ in Ecclesia parochiali S. Nicolai dedicaverat altare eiusdem Beatissimæ Virginis Mariæ, existente Rebano istius Ecclesiæ Sub vicario, domino Joanne de Diessenhoven. Post necem Episcopi Electus quidem Udalricus de Fridingen; eo tamen abdicante Successit Henricus de Brandis, Abbas Eremitanus. Eodem anno ingenti terræ motu quassata tota Vicinia nostra, multis subsidentibus arcibus tam in Constantiensi diœcesi, quàm Basileensi. Præsertim verò memoratu digna Basileæ fuêre, ubi in Ecclesia Cathedrali corruisse feruntur Monumenta Hartmanni Rudolphi Regis filij, olim Ehenaugiæ illuc translati, eiusque Matris Reginæ utriusque ossa sub veniem lapidem recollecta fuisse, nuperà inquisitio patefecit, quandò cum aliis eiusdem Augustæ Gentis Exuviis fuêre ad Principale S. Blasij Monasterium translata. Cæterùm deplorandum Basileæ fatum in quodam Codice nostro manu Coeva his licèt nutantibus versibus notatum reperitur:

Terræ Motus.

MC ter ducto, simul L. Sextoque reducto,
Anno Carnati Christi, Mundo quoque nati,
October diras Domini monstraverat iras;
De quibus horruimus merito, nunc cum caro simus,
In Lucæ festo, cuius crebrò Memor esto,
Quam datur ignotus tantus terræ fore motus,
Qui malè contrivit urbes, et sternere quivit
Castra, simul muros tam fortes, tam quoque duros,
Quod Basilea satis gemit imparibus quoque meris,
Versaque coæquata sunt terræ culmina grata.

Albertus Dux Austriæ eo ipso tempore erat cum Basileensibus bello implicitus: verùm percussis à
à 358. Deo ipse subsidia interim submisit. Decessit ideo anno à 358. cui in regendis hisce Superioris Germanicæ
à 359. provinciis Successit filius Rudolphus, anno proximo
Primas preces cùm Henricus Episcopus constantiensis per primas
Episcopi Dejicit preces quendam Gastonem filium Peregrini dictum
Abbas. de Ebnet, armigerum, Monasterio nostro in Monachorum Conventualem et Conventualem obtrudere
niteretur; Abbas demonstravit, nec ipsi, nec antecessoribus ipsius Id Juris competisse; unde per

|6| Marl. pag. 679. Bucel. &c.

Henricus VI.

Notarium Badenæ publicum instrumentum, ipsius Episcopi sigillo munitum, exaratum fuit, quò et Successores edocerentur, huiusmodi postulationem nullius fore roboris.

1360. Advocatia in pactum deducta.

Anno Sexagesimo Rudolphus Comes de Habspurg à Carolo IV. Imperatore diploma impetravit, quò confirmatur aliud diploma olim à Friderico Rege Romanorum datum, in favorem mutuæ Successionis inter Wernerum Comitem de Homburg, et Joannem I. de Habspurg Patrem ipsius Rudolphi. /c/ c. Advocatia Rhenaugiensis unacum comitatu Leggovia iterum inter feuda Imperialia recensetur, quæ tamen nunquam ad Hombergios, Wernero sine liberis mortuo, pervenit. Eodem anno Rudolphus Nobilis de Tengen dictus de Wasserstelzen in feudum ab Abbate obtinuit decimas in Leggen; alter verò Joannes de Tengen, qui dicebatur de Wartenfels, simili pacto recepit bona in Enslisheim.

Feuda.

1361. Præfectura Rheinheimij vindicata.

Anno Sexagesimo primo Abbas noster Jurisdictionem in Rheinheim vindicare aggressus, quam Episcopi Constantienses empta arce Lützenberg usurpaverant, invictis rationibus demonstravit, eam jam ab anno 892. ex fundatione Gozbeti II. Abbatis et Comitis ad Rhenaugiam pertinuisse, obtinuit. Ergò ab Henrico Episcopo, ut ipse ac Monasterium in pristinam possessionem restitueretur, ita factum, ut bis in quolibet anno, Mense Mayo atque Septembri Judicium cellariatus, extra causam sanguinis, instituri posset; appellatione quoque ad Rhenaugiam, in causis, quæ ibi terminari non possent, permissa; tertiâ dractaxat mulctarum parte Episcopo reservata, quam possessores arcis Lützenberg titulo advocatiæ sibi arrogabant; testimonio evidenti, per advocatias tum Generales, tum particulares, quarum tamen collatio ab avo libera erat, plerisque in locis Jurisdicendi potestate mutilatum fuisse Monasterium. Data charta in arce Gottlieb in vigilia S. Jacobi, apposito Episcopi Secreto.

1362. Benefactores.

Anno sequenti Henricus de Eitlingen Pater Abbatis, qui Equestrem domum Monasterij feudalem Rhenaugiæ inhabitabat, liberaliter tradidit Mollendinum suum cum omnibus Juribus, situm in Martelen; cuius cùm jus directum spectaret ad comites de Habspurg, sæpè laudati tres Germani dominium suum sponte cesserunt, nullo alio fundo in compensationem recepto, sed ob amorem et

/c/ Ex Collectione Glasey pag. 290. — 295. multò auctiori, quàm habet Hergott charta 8. 16. vide supra annum 1315.

et amicitiam, quam erga Monasterium gerebant. expedita charta sub sigillo singulorum comitum. Licèt enim solus Gottfridus tunc Monasterij advocatus existeret, conventum tamen erat in hæreditatis divisione, /d/ ut jura feudalia omnium trium simul consensu tractarentur. Cæterùm solus Gottfridus in litteris publicis hoc et sequenti anno datis vocatur Landgravius Cleggoviæ, /e/ quibus in favorem Friderici de Rot, Nobilis Ministerialis in Gravenhusen, quandam causam pertractat, ubi inter alios testes subscribuntur Joannes de Krentzingen, et Hugo atque Hermannus Equites de Griesheim. d. e.

1363. Anno sexagesimo tertio cùm Austriæ Dux Rudolphus Schaffhusiæ diverteret, eidem Abbas noster Henricus supplex fuit, ut gratias et immunitates ab ipsius Patre Alberto Rhenaugiæ concessas confirmare dignaretur; quod etiam obtinuit diplomate dato die 27. Augusti, cum ducali secreto, et subscriptione Joannis Episcopi Gurcensis Ducis Cancellarij, ubi haud obscurè innuitur, Monasterium nostrum jam tunc municipali jure Schaffhusij præditum fuisse. Erat Rudolphus Ingeniosus quidem, sed pacis admodùm amans, quam pepigit cum Fœderatis Helvetijs, sub pacto, ut Jugum et Glarona nomine Domûs Austriacæ à Tigurinis et Suitensibus regerentur. Rom. Mon. Rudolphi Ducis.

1364. /f/ proximo anno Abbas noster de Eidlingen, ex cognata familiæ devotione, altare S. Blasij, cujus capellaniam antecessor eius et propatruus fundaverat, ex priori loco ad decentiorem transtulit, propter honorem et decorem Monasterij; itaque à Domino Fratre Petro ordinis Prædicatorum, Episcopo Citonensi, vicario Henrici de Brandis Episcopi constantiensis dedicari curavit. Fecit quoque commutationem octo Cigiorum hominum in Rheinheim cum Henrico Abbate S. Blasij, sigillo eiusdem conventus munitam. Rudolpho autem et Friderico Nobilibus de Tengen facultatem impertijt, ut decimas in Zelingen Monasterij feudales vendere possent. Denique Conrado de Richaim Cantori in Zurzach ipse vendidit decimas in Balldingen pro centum et septuaginta duobus aureis. f. Commutatio. Traditio. + Præpositura

1365. Anno sexagesimo quinto Rudolphus Comes de Habspurg, empto à Fratre Gottefrido Cleggoviæ comitatu, /g/ factus est Rhenaugiæ advocatus, prout ante jam erat Monasterij S. Galli. /h/ Is exorta g. h. Advocatus concordat Abbatem cum Conventu.

/d/ Hergott charta 808.
/e/ Hergott charta 822. et 824.
/f/ Bulinger chron. Mfe. pag. mihi 214.
/g/ Hergott charta 830.
/h/ Tschud. to. I. pag. 370.

quadam lite inter Abbatem et Conventum nostrum, quod ille præbendas constitutas singulis haud integrè præstitisse videretur, concordiam inter utramque partem restituit, stabilita conventione, ut præter mensam communem Abbas singulis de conventu Presbyteris annuatim præbere teneatur sytem doliaria, duodecim modios tritici, ac totidem libras monetæ Schaffhusianæ, duodecim denique ligni /i/ combustibilis carros. Ita nempe tempora ac mores à Monastico ritu declives ferebant. Eodem anno alter Eudolpho Duce Austriæ in flore iuventutis Mediolani mortuo, cum liberos nullos ex catharina filia Caroli IV. Imperatoris reliquisset, Provincias hasce superiores communi potestate regendas susceperunt eiusdem Germani Fratres Albertus dictus cum Trica, et Leopoldus Probus. Eorundem ducum nomine anno sequenti Ioannes Comes de Froburg, Præses provincialis, cometationem cuiusdam hominis ligij in Baldigen cum Abbate nostro Henrico fecit: ibidemque altera facta est cum Insigni Partenone Dominarum Turegi. /k/ Renaugiæ verò inter Benefactores cooptari meruit Honestus Civis Udalricus Vitulgos, eiusque uxor Elisabetha cum liberis, qui Monasterio tradiderunt domum suam cum pertinentijs, itemque Pomarium cum vinea sita extra portam oppidi superiorem. Signavit litteras sigillo communitatis Nicolaus Kunolf Schultetus iussu Henrici Abbatis Civitatis Domini. Anno Sexagesimo octavo Abbas quendam hominem proprium cum corpore et bonis emit ab Espone de Espenstein, et Eudolpho after de vile. Sequenti verò anno Episcopo constantiensi præsentavit Curatum in Theinheim Conradum Ludewici de Clingnove, in locum defuncti Ioannis Bogner de Stokach.

Anno Septuagesimo primo Altesati Duces Austriæ Albertus et Leopoldus Prædium Monasterij feudale in Majori Andelfingen, numeratis quingentis et Sexaginta florenis à Domina Elisabetha vidua Truchsessij de Diessenhoven compararunt. Eudolphus verò advocatus noster, Gottfridum Germanum suum Comitem de habspurg è captivitate liberavit, in quam ob quasdam controversias devenerat, dum ad Sacram Eremum peregrinaretur. /l/ Proximo anno Henricus Abbas facultatem impertijt Ioanni Schnezer Schaffusiano, ut pro septuaginta et quinque marcis argenti uxori suæ Margarethæ in pignus dare valeret decimas in Riederen feudales Monasterij.

1366. Cometatio.

Benefactores.

1368.

1369.

1371. i.

Feuda.

1372. l.

/i/ Confer Hergotti chartam 915.
/k/ Ex collectione Mſc. diplomatum Lürſteleri Tigurini.
/l/ Hergotti charta 837.

Abbas XXXIII.

1374. Instrumentum continens pleraque privilegia.

Anno quarto et Septuagesimo Solicitus Abbas Henricus de conservandis Juribus et privilegijs Monasterij, adijt Nobilem virum Joannem de Tosenegg, qui tunc nomine Ducum Austriæ Turgoviæ præerat, ab eoque obtinuit, ut in comitijs provincialibus publicis pleraque diplomata, præsertim Bulla aurea Friderici II. Imperatoris, alteráque Honorij II. Papæ, rata haberentur, atque pervidimus, ut vocant agnoscerentur. vocatur statim in ingressu /m/ huius Instrumenti Abbas noster Reverendissimus Princeps, declaratúque, ex adductis diplomatibus aperte constare, dominio prædicti Abbatis subesse civitatem Thenaugiæ, aliosque pagos seu vicos, cum omnibus Judicijs, venationibus, Moneta, Foro, Thelloneo; cum cunctis præfecturis, hominibus et bonis; possèque super ea Jus dicere, atque constituere, aut destituere Judices, Advocatos, et præfectos pro suo arbitrio; pœna in contradictores statuta centum librarum auri. /n/ appensum est Instrumento Sigillum provinciale, quod alias Liburgicum est, præferens, duos Leones gradientes, datumque die veneris ante festum S. Jacobi. Neque deest huic chartæ Suprema Auctoritas, quam de verbo ad verbum descriptam hactenus confirmarunt Augustissimi Imperatores. Cùm paulò post controversia enata esset ratione fori competentis in bonis quibusdam sitis in Wilgisbuch, Laudatus Ducum Austriæ Præses de Tosenegg, conformiter instrumento mox allato, eam adjudicavit Abbati nostro Henrico Principi. /o/ què proinde titulus haud imeritò Abbatibus nostris tributus fuit, quousque cum ipsi, Implorata Confederatorum Helvetiæ protectione Sponte defecerent. m. n. o.

/m/ der Hochwürdig Fürst Abbt Heinrich des Gotzhuss ze Tinow.

/n/ Das der Abte des Egenanten Gotshus zu Tinow, dieselb Sin Gotshus, und die Statt ze Tinow, und andere Sin güter und döfer, mit allen Gerichten, Zwingen, und bennen, wuldbennen, Munzen, Marchten, Zöllen, mit vogtejen, mit lüten und güter, und mit aller Zugehörde, inehabe, und würcklich niessen, und darüber richten Soll; und das er auch darzu vögte nemmen, Setzen, und Endsetzen Soll, wie dick er will . . . wer aber, das jeman an den obgenanten rechten irte, der Soll zu rechter pene verfallen Sin hundert pfund Goldes, der halbteil in des Kaisers Kamer, der ander dem abt, oder Sines Gotshuses gefallen Soll.

/o/ dem Fürst Heinrich.

Henricus VI.

1375. Diploma Leopoldi Ducis.

Anno insequenti, cùm alter Serenissimorum Ducum Leopoldus Schaffhusium advenisset, Abbas Noster cum adijt, humiliter petens, ut Monasterium cum bonis sub eius dominatu sitis, in specialem suam tutelam suscipere dignaretur. opportunè accidit, ut eodem tempore Advocatus noster Rudolphus Comes de habspurg, nomine Domûs Austriacæ Sueviam, alsatiamq; regeret. Huic ergò Cognato suo, aliisque per Turgoviam et Argoviam officialibus per speciale præceptum Leopoldus injunxit, ut Monasterium Rhenaugiense in protectionem susceptum, quandocunq; opus esset, defenderent, atque jura ipsius ac privilegia sarta tecta conservare niterentur. Subscriptus Dominus Dux per se, Schaffhusij die 28. Augusti anno 1375. Eodem anno obijt Gottfridus Comes de habspurg, multis delectis liberis, Frater Rudolphi, quondam advocatus Rhenaugiæ. Henricus verò Abbas fundum quendam cessit apud vicum Bühl Liprido de Gahtlingen, pro alio fundo sito ad piscinam Nova Crenklingen, quæ iminet prædicto vico. Facultatem quoque dedit domino Friderico de Erzingen, Monacho et Camerario Rhenaugiæ, emendi decimas quasdam pro Sexaginta Libris ab Henrico Tiefli, ex familia Rhenaugiæ perantiqua. Contractus Signatus per Iudicium civicum, præsidente ipsomet Abbate.

Emptio,

1376. Parochia Bühl quondam præpositura.

In prædicto loco Bühl cùm anno proximo dominus Joannes Ernst, Parochus, patriâ Rhenaugiensis obijsset, Henricus Wetlich Presbyter itidem de Rinaugia gratiam Expectativam à Gregorio XI. Summo Pontifice obtinuit, obnitente licèt Abbate, cùm illud Beneficium jugiter pro regulari habitum fuerit, ex Præpositura in Parochiam commutatum, procul dubio tempore, quò dominabantur Dynastæ de Crenklingen, et Monachi nostri per Sacerdotes Seculares curam animarum exercerent, qui aliquando Præpositorum nomine occurrunt. vocatur in hoc brevi Apostolico Monasterium S. Fintani, cuius festum à tempore Præposituræ eodem in loco speciali cultu celebrabatur. admissus tandem ægrè suprà dictus Wetlicus, conditionibus tamen adjectis, quibus prædecessor eius Parochiæ inservierat. domum pone Ecclesiam suis sumptibus ædificavit, quæ aliquando sacellanum possessorem habuit, nunc Ecclesiæ cessit.

Abbas XXXIII.

1377. Appellatio Summum Pontificem.

Anno Septuagesimo Septimo, nempe ultimo Saeculi Sexti à Monasterio condito, Christi autem nati Saeculo decimo quarto, memoratus Summus Pontifex, ad Instantiam Henrici Abbatis nostri, causam quandam comisit Abbati Domûs Petri Constantiae. Gravatum enim se dicebat per Sententiam officialis Episcopalis, quae nimis favere videbatur praetenso vitalitio Elisabethae Teutingerin Schaffhusianae. Caeterùm res temporales Monasterij ad finem istius Saeculi in melius mutatae, nec modicum incrementum accepêre tum Abbatum, atque Monachorum industria, tum favore Principum atque Comitum ex domo Habspurgica.

CLXXXIII.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sec

e Monastery

Epo

Seculum Monasterij Rhenaugiensis Septimum.

1378. Gratia pectativa. Anno primo Saculi Monasterij nostri Septimi, mortuo Carolo IV. Imperatore, filius eius Wenceslaus, jam pridem Electus in Imperio Successit. Eodemque Romæ defuncto Gregorio XI. electus die 7. Aprilis urbanus VI. gratiam expectativam, ut vocant, dedit Henrico Gfister de Veringen in beneficium aliquod Monasterij Rhenaugiæ proximè vacaturum.

1379. Hanc provisionem anno sequenti die 19. Februarij per litteras publicas significavit Henricus Episcopus Constantiensis Abbati nostro atque Capitulo, ne præcipites forent in conferendo Altari beneficio, si quod vacare contigisset. Est hoc ultimum monumentum, in quo occurrit Henricus Abbas ex stemate Eitlingo-rum Secundus, qui eodem anno gloriosum regimen pia morte concluſit.

'tus Abbatis.

Conradus III. Meyer de Jestetten, Abbas XXXIV.

Post obitum Henrici Abbas electus est Conradus huius nominis tertius, ob insignia capitis Asininæ Cureſel dictus, ex Nobili Schaffhusiana familia Meyerorum de Jestetten et werth, quo arx ad fundum majorum Cataractarum Rheni, renacum Oberſpühl haud procul in colle sita arce, ad eam Gentem spectabat. Is anno octogesimo supra Millesimum et trecentesimum Jus feudale Charta publica remisit in bonum aliquod Situm in Lienheim, ut ex eo pia

1380. Benefactores. fundatio fieri posset. Etenim Joannes de Eitlingen unacum filio suo Conrado id petierat, moxque bonum illud Conventui Rhenaugiæ tradidit ad cultum Dei, atque altare S. Blasij Martyris, ipsius familiæ et Monasterij Specialis Patroni, nec non pro salute animæ nuper defuncti Abbatis Henrici, cuius Joannes Germanus frater erat: His verò non contenti Eitlingenses Pater et Filius, Præfecturam in altenburg, quam à Crenklingensibus emptam Henricus Abbas in feudum illis concesserat, ultrò Monasterio resignarunt, atque integram restituerunt. Eodem anno ad plures abijt Joannes IX. Comes de habspurg, relictis ex Elisabetha Rudolfi Joannæ III. qui in charta, ut distinguatur à Patre Henſle vocatur, et Adelheide uxore Henrici comitis Montfortij. Anno octogesimo

1382. Secunda Abbas Conradus facultatem impertijt Joanni Schnezer Schaffhusiano, ut decimas in Wigwil, quas à Monasterio feudales tenebat, pro 25. Marcis argenti oppignorare posset.

Conradus III.

1383. Advocatus.

Anno sequenti obiit quoque Rudolphus Advocatg noster tertius filius Joannis I. Comitis de Habspurg, Praefectus quondam ducum Austriæ in Turgovia et Argovia. Reliquit filium unicum Joannem hujg nominis et familiæ quartum, qui cum paterna hæreditate simul adeptus est advocatiam Rhenaugiæ, eamque ultimus usque ad annum 1408. tenuit. Is vix mortuo Patre consensit in oppignorationem Prædij Püsenthal, proppe Oestetten, quam abeo feudalem receperat Conradus Keller civis Schaffhusiang.

Eitlingenses denuò Benfactors.

Eodem anno supra memoratus Conradus de Eitlingen, postea factus Schultetus Rhenaugiæ, Monasterio tradidit Bonum quoddam in Oestetten, cuius census anneatim distribuendus Abbati, et Monachis, necnon Sacellano ad S. Blasium, sub pacto, ut diem octavam Conceptionis B. V. Mariæ solemni ritu celebrarent, ad memoriam totius Sanctæ prosapiæ eiusdem Intemeratæ Virginis. Negs minùs Beneficus fuit eiusdem familiæ presbyter Joañes prædicti Conradi ex fratre Friderico Nepos, proneposque Henrici Abbatis. Is namque præter Domum et Hortum, Rhenaugiæ Sitos inter Laniarias et Balneum, tres vineas Rheinheimij conventui cessit, pro anniversaria deinceps celebrando; cui chartæ Conradus de Eitlingen Schultetus Sigillum appossuit. habuit porrò hic ipse Conradus alium Joannem filium, qui Rhenaugiæ factus est Monachg.

Eodem anno Constantiæ mortuo Henrico de Brandis, Episcopus eligitur Mangoldus eius nepos Abbas Augiæ. verum cùm eius Electores adhererent Clementi VII. Nicolaus de Eisenberg eius loco constituitur ab Urbano VI. qui sequenti anno quietam

Conradg Abbas Immunitatem Evincit.

possessionem adeptus est, postquam Mangoldus ab Equè casu decessisset. Abbas verò noster causam evicit Badenæ coram Waltero de Altenklingen Praside Leopoldi ducis, contra Rudolphum de Altikon. Hic enim cùm à Joanne de Tengen pignoris locò teneret vicos Glatfelden et Zweinthal, præstationes quasdam exegit ex prediis nostris ibidem sitis, quas tamen immunes Judex pronuntiavit. Bilacum, quod pariter nobiles de Tengen tenuerant, eodem tempore Leopoldus ab Ottone de Hochberg emit. Situm est haud procul memoratis locis, et Subuna præfectura Monasterij nostri administratur. adsunt Litteræ alterius Austriæ Præsidis in Turgovia Joannis de Tossenegg, eiusque fratris Henrici, quibus manumittunt Conradum Verener, qui sponte in Monasterij

1385.

1386. servitutem transijt. At Leopoldus Dux à Joanne quoque advocato nostro Comite de Habspurg oppidum

Lauffenberg

Abbas XXXIV.

Lauffenberg comparavit, eidemque mox sub feudali pacto restituit. /a/ Thenaugiæ verò ius dicere Abbas jussit, tum per Schultetum, tum per Præfectum seu officialem Specialitem constitutum, quem Ambtmannum charta anni octogesimi sexti vocat, ad cuius nempe forum causa quædam à Judicio Conradi de Eitlingen Schulteti avocata fuit. a.

.Iurisdictio .Thenaugiæ.

Erat is annus fatalis sæpè memorato Leopoldo Duci, cum Fœderatis Helvetijs gravissimo bello impelicito, à quibus vastata Turgovia, occupatum Kiburgum, exustum inter alia Bilacum; Ipse denique Leopoldus in prælio Sempacensi cum pluribus Nobilibus occisus, quos inter numerantur Fridericus de Erzingen, Hamanus de Wifrvic, Albertus de Techberg, duo de Freyburg, aliique in chartis nostris occurrentes. /b/ Frater defuncti Albertus, nec non relicti filij, res perditas non admodum felici marte restaurare conati sunt, qui fuere Wilhelmus, Leopoldus, Ernestus, et Fridericus, cuius postremi fata Monasterio nostro fuere comunia. Eodem anno die 21. Septembris Nicolaus Episcopus Licentiam dedit, ut ex nostris religiosis quilibet, atque etiam Henricus Pfister Sacerdos Sæcularis Sacrum dicere ad certum tempus posset in ara nondum consecrata Sacelli in veteri arce Landenberg, cuius fundator dicitur Hugo eiusdem prosapiæ vir Nobilis. Tandem proximo anno mox memoratus Presbyter Pfister beneficium Monasterij nostri in Berg Juraßi montis, vacans per mortem Nicolai ocham curati, adeptus est, assentiente Abbate atque Capitulo, exequutore Litterarum Apostolicarium Nicolao Episcopo die prima Martij, qui eodem anno olomucensem Episcopatum ambiens, constantiensem resignavit, verum repulsam passus, sabtem præpositura constantiæ contentus /c/ fuit, Locum Cathedræ cedens Burchardo ab Höven. b. c.

à 1387.

Parochia in Berg.

Anno octogesimo octavo recrudescente bello, Helvetij proximam Thenaugiæ provinciam vastant, et inter alia exurunt Præpositeram Embracensem: Lege tamen postea inter se lata, ne Ecclesiæ aut Monasteria spoliarentur, nisi ab armatis hostibus occupata. /d/ Eodem anno Nobilis de Jestetten agnati Abbatis nostri anniversarium perpetuum constituerat in Ecclesia pagi cognominis; cuius fundator præcipuus erat Bernardus, qui pro se, suisq; et maximè pro Patre Henrico, et Matre Agnete nata de Hunaberg, memoriam fieri jussit. Supercst fragmentum vestis Sacerdotalis, in qua acu picta cernuntur utriusque familiæ Scuta, cum Effigie S. Conradi Episcopi, aliorumq;

à 1388.

d.

/a/ apud Hergott charta 869. 870. 871. 874.
/b/ apud Tschudium eodem anno.
/c/ Manlius apud Pistorium pag. 630.
/d/ Hotting. Hist. Eccl. to. II. ad an. 1388. et 1393.

ä389. Sanctorum. Anno sequenti Joannes IV. Comes de Habspurg advocatus noster pactum mutuum iniit cum Joanne III. Patruele suo dicto Hensle, filio Joannis II. ita ut huic donaret advocatiam Monasterij unà cum oppido Zhenaugiæ, ac insuper arcem Lrensingen cum villis ac subditis, quæ oppignorata erat à domo Austriaca: vicissim verò donatum acciperet oppidulum Zottenberg cum dynastia, quæ pariter pignus fuit Austriæ Ducum. /e/ Cæterum prædicto pacto adjecta e.
conditio, ut donata mutuò rursus alteri feudâ loco ad dies vitæ concederet sub annuo censu ducum anserum ad festum S. Martini præstandorum. Marsit itaque advocatus Joannes IV. qui anno nonagesimo
ä391. primo Abbati nostro Conrado hominem ligium Joannem Zaitmañ vendidit pro quatuordecim libris pecuniæ illius sortis, quam Stebler vocant, appenso chartæ comitis sigillo. Anno nonagesimo tertio à
ä393. Wenceslao Cæsare diploma impetravit, quò filij, quos sperabat ex uxore sua Agneta nascituros, Comitum dignitate ac prærogativis uti ipsos declarantur, licèt agnes ex Landenbergijs Nobilibus quidem, sed Ministerialibus Habspurgiorum nata
ä395. fuisset. /f/ Anno Nonagesimo quinto præmortuo f.
sine liberis Joanne tertio, Patruelis sui, hæres ipsius juxta superius pacta erasit, atque adeò Zhenaugiæ advocatiam nunquam amisit Joañes IV.

Eodem anno obijt Albertus cum trica Austriæ Dux, frater Leopoldi Probi, cujus ex Alberta filia,
ä396. rursum Albertus Nepos, factus postmodum cæsar hujus nominis Secundus. Anno proximo Scholasticus in Monasterio nostro fuit Presbyter quidam Joañes Zachæus de Zielesching, qui codicem Spissum sua manu descriptum reliquit. Anno nonagesimo
ä398. octavo mortuo Burchardo de Höven, Electus Episcopus Constantiensis Fridericus de Nellenburg, quò post decem dies abdicante, Successit anno sequen-
ä399. ti Marquardus de Zandegg; et Cœno Abbas S. Galli jus directum amisit in quendam hominem ligium, quem Joañes et Henricus Bacher Civis Witodurenses Zhenaugiæ tradiderant. Anno quadringen-
ä400. tesimo supra Millesimum depositio Wenceslao creatus fuit Romanorum Rex Rupertus Comes Palatinus Bavariæ Dux; qui Joanni IV. Comiti
ä401 de Habspurg advocato nostro facultatem impertijt, Judicium provinciale in Cluggovia instituendi,
Joañes advocatg Comutationem cum Abbate facit. et Judices certo numero, nimirùm duodenario con-

---

/e/ apud Hergott charta 879. Einowe die statt mit der Vogtie des Closter daselbs... das Stettle Zottenberg und die Herschafft. Confer quoque chartam 912.

/f/ Ibidem charta 890.

stituendi, cùm antea pluralitas partium sine discrimine prevaleret. [g] cum Abbate verò nostro Commutationem fecit idem Comes, cum consensu conjugis suæ Agnetis de Hochenlandenberg, ut triadpp. sigillo munitam, qua tradidit quosdam census annuos quinquaginta modiorum ex prædio inferiori in Dietlenberg, et recepit alios vicissim ad sæculum in Zinsfelden spectantes. Anno tertio ejusdem sæculi Monasterii celebraliter intuitu Dei, et B. V. Mariæ, ac pro salute animæ suæ duos homines proprios donavit Sabbato ante festum Corporis Christi. Cujus authoritate eodem anno celebrato judicio provinciali extra pontem inferiorem supra ripam Rheni, Henricus [h] amweg se omniaque sua Rhenaugiæ tradidit. anno proximo Conradus Benez civis Keiserstulensis, haud postremo loco inter Benefactores locandus, Monasterio Rhenaugiæ donavit Molendinum suum, situm infra novam Crenzingen, reservato ad dies vitæ usufructu. Litteræ signatæ per Senatum et consulem in Keiserstuhl Joannem Escher, in quibus cureſel Abbas et Princeps diserte nuncupatur. [i] Hic interea consensum præstiterat pro decima feudales in Riederen, quæ vicus haud procul à supra dicto molendino sistitur, alienari per contractum venditionis præsent ab Jsacko Zöckler cive Schaffhusiano, jam memorato consule in Keiserstuhl Conrado Escher, cujusque fratri Joanni solicitus tandem Abbas pro æterna animæ suæ salute, more illius ævi, tria anniversaria celebranda constituit; unum in festo S. Joannis et Pauli; alterum in cræstino Alexii cum officio de Gloriosa Virgine Maria; tertium denique cum missa solemni de S. Patre Benedicto; pro quibus laboribus Conventui annuum pensum distribuendum decrevit. Subijt itaque non imparatus mortem die 9. Novembris anno 1404. quam diu ante oculos suspectam habebat.

1403. homines ligios donat.

1404. Benefactor

Obit Abbas anniversaria constituit & moritur.

---

[g] apud Hergott charta 213.

[h] apud Hergott charta 214. ubi Loco Hann legendum Haini, adeoque Henricus.

[i] der Erwirdig vnd gaistlich herr vnd Fürst Abt Cureſel des Gotshus der Stifft ze Zinow.

Conradus IV. de Gisingen
Abbas XXXV.

Eodem anno Successor Electus Conradus huius nominis quartus ex nobili familia de Gisingen,

1405. Conradg Abbas feudum confert.

què Sabbato primo Mensis Maij anni Sequentis, appenso suo Sigillo feudum concessit Joani Fridrich de Waldshuth in Gisingen et Hartkausen, quod priùs tenuerat Henricus Schneveli de Schaffhusia. Hoc Abbate Thenaugiæ præsidente bellum grave intulere Abbatiscellani, primò Monasterio S. Galli, deinde domui Austriæ, atque omni circumjacenti Nobilitati. Excitatus per Hermannum Comitem de Sultz /K/ Fridericus Dux oppugnavit non exiguo suo damno oppidum S. Galli, quod in fœdus cum Abbatiscellanis cojerat. Quod cùm Suitenses quoque fecissent subsidijs pro bello præstitis, Marchum pro mercede ab Abbatiscellanis occupatam reportarunt. Bellum Abbatiscellanum. /K/

1406. 1407.

ceperunt deinde hi oppidum vil cum Abbate Cunone; illi verò Turgoviam unacum Sjburgo aduscque Andelfingen et Ossingen in vicinia nostra vastarunt. Verùm cùm Brigantium oppidum Abbatiscellani aggressi fuissent, à conglobata Nobilitate

1408.

sub Signis S. Georgij, duce Alberto Blarer neoelecto Episcopo Constantiensi die 14. Januarij anno octavo ejusdis Sæculi, fusi, atque ad montes suos se recipere coacti sunt.

His tumultibus peractis Rupertus Cæsar primo vere Constantiam venit, atque restituto Cunone Abbate S. Galli pacem sancit, cum domo Austriaca verò Induncias ad biennium. quo in loco die 27. Martij cæsar Joani XV. Comiti de habspurg Imperialia feuda confirmavit; inter quæ numerantur Thellaneum et Moneta Thenaugiæ, /C/ quæ nomine Monasterij, cui Imperatores ista regalia concesserant, utpote illius advocatus exercebat. C.

Advocatus regalia Monasterij exercet,

Interim Hermannus de Sultz, Witoduranum, quod inter illas turbas municipium cum Tigurinis contraxerat, recipit; atque Gosbrium Schuldheis, illius fœderis Auctorem, Andelfingam deductum aquis suffocat /m/ haud diu supervixit Joannes ultimus ex linea Lauffenbergo-habspurgica, Sed die decimo octavo Maij, testantibus monumentis nostris, diem claussit extremum, relicta unica filia Ursula, quam ex Agneta de hochenlandenberg susceperat. Nactus itaque occasionem Hermann Comes de Sultz, familiam suam dignitatibus et honoribus amplificandi, haud dimoratus, cum provincias istas nomine Austriaco regeret,

et obit. m.

Cuius filia Comiti de Sultz nupta.

/K/ Tschudius in Chron. pag. 627.
/C/ apud Hergott charta 926. der Zolle uff wasser und uff lande, und die Münze zu Zinow.
/m/ Tschud. pag. 643.

Abbas XXXV.

Agneti persuasit, ut Ursulam Rudolpho filio suo
desponderet: pacta dotalitia signata sunt die Sexta
Julij /n/ in quibus promittuntur dynastiæ in Loten- n.
-berg et Crenkingen, cum Landgraviatu in Clegguia,
et Tellonco in Flüelen, nulla autem mentio fit Lauffen-
-bergæ, aut advocatiæ Rhenaugiensis, quod illa op-
-pignorata fuerit ducibus Austriæ, hæc autem à libe-
-ra electione Monasterij dependeret; quamvis Comes
Speraret, utramque adepturum. /o/ Agneti viduæ o.
Matri reservata pro sede dynastia cum arce Balmensi.

Eodem anno Abbas noster Conradus comutatio-
-nes quasdam hominum ligiorum celebravit cum
Joanne Abbate S. Blasij, cum conventu Monialium
vallis S. Catharinæ, atque cum Abbatia Turicensi.
Tigurini sane hac tempestate plura latifundia
coemerant, quæ spectabant ad domum Austriacam,
sed in pignus elocata erant; prout contigit arci
Zinsfelden ad influxum Glattæ in Rhenum sitæ, de
qua supra egimus; Cùm verò Episcopus Constantiensis
id suis finibus officere crederet, invasit aream atque
destruxit, pace nihilominùs paulo post inter partes
conciliata. /p/ Basilienses quoque eodem tempore p.
à Comite Hermanno de Sulz, haud modico exercitu
obsessi fuerant ob litem quandam, quam moverant
adversus Catharinam filiam Ducis Burgundiæ, Con-
-jugem Leopoldi III. ducis Austriæ, quæ tamen-
anno sequenti interveniente Friderico Leopoldi fratre
per Rudolphum Marggravium de Hochberg sopita
fuit. /q/ q.

1409. Inter hæc tres potissimùm fuere, qui advoca-
-tiam Rhenaugiensem, per mortem Joannis de Habspurg
vacantem, ambierunt. Rudolphus Comes de Montfort
Hermannus Comes de Sulz, et Fridericus Dux Austriæ
Comes Tyrolis. Montfortius sanguinis titulo mox
à Joannis morte advocatus videri volebat, cùm tunc
nullus proximior adesset; natus enim erat Adel-
-haide Matre, quæ filia extiterat Joannis II. habs-

/m/ apud Hergott charta 918.

/o/ ex monumento coevo ab Hugone Abbate Scripto: dann der selb Graff hans von tot abgangen, und keinen herren von habspurg, sonder alain jetz min frowen von Sulz ir tochter nach tot verlassen; do was min Graff Herman sälig von Sulz unser gnädig Herschafft von Österrich Landvogt in disen landen, der hat sie, und vermehlet minem herren Graff Rudolfen, und jetz mit frowen von Sulz sie samen, und maind min frowen by Lossenberg und Zinow zu behalten.

/p/ Tschudius pag. 649.

/q/ Idem pag. 644.

-purgici, soror Joannis III. et Nupserat Henrico Comiti de Montfort Domino in Tetnang, unde Rudolphus prodijt. verùm Hermannus de Sulz accelerationem nuptijs inter filium suum Rudolphum, et Ursulam ultimi advocati filiam, Montfortij jura præoccupasse videbatur. Fridericus denique Dux Austriæ, cui nullus superiorum in potentia comparandus, titulo agnationis eiusdem profapiæ hab Spurgicæ advocatiam Monasterij sperabat, quæ feminas non admitteret. Misit itaque Dux Rhenaugiam nuntium Wernerum de Falckenstein, qui tutelam suam Monasterio offerret, sponderetque, Ducem cuncta privilegia, immunitates, atque jura sarta et integra servaturum. Nec minùs tamen memorati Comites per legatos suos instabant, ut quisque alter in advocati Electione præferretur. Serio deliberandum duxit Abbas noster Conradus de Gisingen, tamque comendicavit, tum Schaffhusianis et Waldshutensibus, quorum municipio fruebatur Monasterium, tum præcipuè capitularibus de Conventu, atque Civibus oppidi, què unanimiter longè

Electus Dux Austriæ Fridericus. præferendum censuerunt Fridericum Ducem, si de Immunitatibus Rhenaugiæ caveret. quod cùm Falckensteinius de expresso Ducis Mandato iterato fecisset, cum applausu totius populi electus, atque proclamatus est Fridericus novus Rhenaugiæ advocatus. Acta sunt hæc ad Initium anni noni supra Millesimum et quadringentesimum, quandò et Laufenberga certis pactis conventis, /2/ homagium præstitit Duci Friderico. At Conradus Abbas, quasi retam memorabili satisfeciset officio suo, regimen quinquennio nondum exacto morte concluſit die 12. Julij ejusdem anni 1409.

Henricus VII. de Betmaringen Abbas XXXVII.

1409. Acta Electionis. Ad hunc usque Abbatem atque ulterius nullus extraneus, præter unum notarium seu Scrutatorem, electionibus interesse permissus est; Sed Electus per Instrumentum publicum Episcopo constantiensi pro confirmatione propositus, uti docent acta istius Abbatis Henrici hoc nomine Septimi. Cùm enim Conradus de Gisingen die 12. Julij defunctus esset, mox altera die Seguentes Capitulares ad eligendum convenerunt, nempe Joannes de Eitlingen, Burchardus de Schönstein, Henricus de Betmaringen, Hugo de Almishofen, Henricus de Mandach, et Joannes de Heggelbach. pro Scrutatore constituerunt de Hagen,

+ Burchardum

/2/ apud Hergott charta 939.

Henricus VII. Abbas XXXVI.

qui et ipse avebat in Monasterium suscipi, et pro
-tunc sacellani munus obibat. is. scrutinio diligen-
-ter excusso, reperit Henricum de Betmaringen potio-
-ra vota consequutum fuisse; quem proinde promul-
-gavit consentientibus omnibus, ipso tamen nonnihil
renitente, et imparem se oneri fatente, cui tandem
non tam timidè, quàm devotè se submisit. post
publicationem populo factam electus ad Ecclesiam
et super altare, atque in cathedram Abbatialem de-
-ductus fuit, subjuncto Cantico Te Deum Laudamus.
Mox Electionis Instrumentum Episcopo Alberto mis-
-sum, qui per edictum tam constantiæ, quàm Che-
-nauginæ ad valvas ecclesiæ affixum, contradicen-
-tes, si qui forent, citari fecit, at denique die 25. Au-
-gusti, cùm in Parthenone Paradysi propè Schaff-
confirmationis. -husium morarentur, confirmationem præsenti Ab-
-bati impertijt, mandans Joanni de Eitlingen Custodi,
ut suo nomine electum in possessionem Abbatiæ
et omnium ad eam pertinentium introduceret. de-
-scribitur porò in ijsdem actis Henricus vir providus,
ac in spiritualibus et temporalibus plurimè cir-
-cumspectus, in sacerdotio constitutus, expressè pro-
-fessus regulam et ordinem S. Benedicti, ætatis matu-
-ræ, scientia et litteris, ac morum gravitate Com-
-mendandus. verùm tantus vir à divina clemen-
tura mors. -tia gravissimis malis, quæ successori imminebant,
maturè ereptus, non ultra tres menses post Electio-
-nem suam superstes fuit, solo sui desiderio explens
conceptam de se expectationem. Fuêre posthac ex
ipsius familia proximi agnati Benefactores et
officiales, procul dubio huius Abbatis memoria
in acceptis ferendi.

Hugo ab Almishoven Abbas XXXVII.

1409. Mortuo Henrico, mox à capitularibus ex gremio
go Abbas substitutus fuit Hugo ab Almishoven ex nobili fa-
da Nobilibus -milia, cui nomen à vico quodam inter Hiffingen
confert. et Doneschingen sito. eodem anno reperitur nobilia
feuda contulisse, velicti truchsessijs de diessenhoven
advocatiam in Truttikon; Burkio de hochenlanden-
-berg transitum Turæ, et prædium in Andelfingen;
Götzio am stad advocatiam in Martelen; alteramq;
in Buchberg et Ziedlingen Conrado de Fulach; Götz-
-io de Hünenberg bonum in osterfingen; Henrico Fei-
-bolz præfecturam in Benken; Conrado Schwager
decimas in örlingen; denique Joanni de Hödorf,
Hamano de müllenen, Henrico de Jestetten; Hamano
Tüllerey, aliisque domos Equestres Chenaugiæ.

1410. Anno decimo supra quadringentesimum et mil-
-lesimum Rupertus Cæsar obijt, cui Electorus Im-

-perij, posthabito loco Wenceslai patruele, ipsius fratrem Sigismundum substituerunt. in Helvetia verò expirantibus inducijs Hermannus Comes de Sulz, austriacorum exercitum duxit contra Abbatis-cellanos in vallem Thenanam; ja/ exustiógo oppidis a.

Comes de Sulz in eum concitat religiosos et cives.

Theinegg, et Altstetten mense Majo copias dimisit. Teversus in eleggo viam, spem novam concepit occupandi Thenaugiam; cùm verò apud Hugonem Abbatem nihil proficeret, religiosos et Monachos civesq; oppidi adversùs eum concitare coepit, illis minùs contentis ob parcitatem in distribuendis annuis pensijs; his verò ingessit comes opprimendos fore potentia ducis, qui monasterij quidem jura, non verò oppidi se servaturum promisisset. Tem eo perduxit Hermannus quà fraudibus, quà terroribus, ut tandem cives homagium ei praestarent, rati haut multum interesse, si in verba officialis et Praefidis Austriaci jurarent.

Abbas interim à capitulo pluribus Judicijs exagitatus, postremò causam arbitris sequentibus comisit, tanquam amicis et Monasterij confidentissimis nimirùm Nobili ac Generoso Domino domicello Joanni de Tengen Baroni et domino in Eglisaw, Joanni de Heydegg, et Burchardo Meyer de Istetten. Testes fuere Bertholdus Abbas omnium Sanctorum de Schaffhusia; Walterus de F. Praepositus in Var, Fridericus plebanus Lottstetta, Henricus plebanus Thenaugiae, Joannes vogelli Capellanus Domini Abbatis Thenaugiensis; Joannes et Eberhardus de Tschach, armigeri; Fridericus de Betmaringen Advocatus seu Praefectus Monasterij procul dubio à praedecessore constitutus; Henricus Fridich Schultetus ibidem; Keller, Gudelgos, Scherer cives oppidi in Tinow; Burchardus Vinman, et Rudolphus Goldschmid cives Schaffhusiani; Joannes de Hegelbach advocatus seu Praefectus in Ach; aliique. Inter Capitulares recenseturquoque Nicolaus de Imendingen cellarius. Scriptum fuit Instrumentum per Joannem Wesler Notarium clericum de Schaffhusa die 11a. Februarij anno 14 11.

à 14 11. lis Arbitris committitur.

Interim dum de laudo cogitant Arbitri, rem totam detulit Hugo Abbas ad ducem Austriae Fridericum, accusans imprimis Hermannum Comitem, quòd obtentu filij sui Rudolphi urfulae habspurgicae matrimonio juncti, malisque artibus cives Thenaugiae non solùm ab Abbate, sed etiam ab ipso Duce averterit, coegeritque ad praestandum homagium, licèt Fridericus jam pridem fuisset in advocatum electus. His perceptis merito indignatus Dux Comitem à Praefectura provinciarum Austriae

Et à Friderico Duce terminatur.

/a/ Tschud. to. I. pag. 652.

-stria mox amovit, /b/ substituto in locum eius b.
Joanne de Lupfen Stülingæ Landgravio, compulitq;
Hermannum, ut prorsus cederet prætensis in
Zhenaugiam. Fecit id Comes, atque die octava Julij
eodem anno litteras dedit ad Cives Zhenaugienses, qui-
bus eos à Juramento sibi præstito omnino absolvit,
hortaturque, ut Duci Friderico ad manus Joannis
de Lupfen homagium præstare non differrent. Dux
vero, qui Monasterio diplomata prælecta confir-
i privilegia confirmat. -maverat, eiusque privilegia pro viribus etiam
ampliaturum spoponderat; ut civibus oppidi, am-
-nem sinistræ opinionis fomitem tolleret, per lit-
teras patentes jura quoque civitatis rata habuit,
atque consuetudines legitimas servandas sanxit.
die 24. Augusti, Badæ in Argovia, ubi tunc per op-
portunè morabatur. Præstitere itaque Cives nostri
homagium Duci, prout Advocatis præstari consue-
verat. Badenæ pariter restituta pax cum Basile-
-ensibus, quam hactenùs impedierat Hermannus
Comes detenta arce Zhenfelda, unde litteræ superiùs
memoratæ ab ipso missæ. /c/ omnibus igitur pax præ- c.
-sentiam Ducis pacatis, Hugoni Abbati per aliquot
annos optata quiete frui licuit, quem ille deinceps
singulari gratia et protectione dignabatur. /d/ d.

Eodem anno Albertus Blarer electus Episcopus
Constantiensis, cùm confirmationem Romæ obtinere
nequiret, quòd in prælio Brigantino contra Abbatis-
cellanos irregularitatem incurrisset, sponte loco
cessit, atque reliquit Ottoni Marchioni de Hochberg
et Rötteln. /e/ Fridericus verò Dux Austriæ anno insc- e.
1412. -quenti cum Helvetiæ Fœderatis firmissimam, ict pa-
-ctabat pacem, ad quinquaginta annos duraturam.
Badæ pepigit. ano proximo Prædium in Glattfelden
1413. ab Hugone Abbate feudi loco concessum est Nicolao
Ledergerw, eiusque filio Joanni, familiæ, ex quarum
-per Abbas Benedictus prodijt. ano decimo quarto, cùm
1414. Cives Zhenaugiæ ratione spolij simul ac mortuarij, quæ
ortuarium ac spo- Abbas exigebat, quererentur, conventio quædam facta
ium Zhenaugiæ. est die Jovis ante festum S. Georgij, causam nomine civi-
-um agente Schulteto Henrico Dietrich, ubi agnito jure
Abbatis, hic solùm ad dies vitæ promisit, se non ex-
-actuurum spolium mulieris conjugatæ, quandiu vir

eius

/b/ durch solich min Gnädige Herrschafft von öster-
-zich über Graff Herman erzürnet ward, und setzten
in von der Landvogtye, und ward dazumal min
Herr Graff Hans Sälig von Lupfen Landvogt.
/c/ Tschud. pag. 668.
/d/ Nach solchem hielt unser gnädiger herr Herzog
Fridrich das Gotshus gnädiglich in gutem schirm
und one trang vil Jar.

eius in viduitate vixerit. Res composita Badenæ coram Argoviæ Præfecto Austriaco Burchardo de Mansberg, /e/ in præsentia Nobilium Walteri de Hochen- e.
-klingen, Rudolphi de Amberg, Hermanni de Liebegg, Rudolphi de Halwil, Hermanni de Zinach, Joannis Schultheis Præfecti in Lenzburg, Udalrici Klingenfuefs, Præfecti Badenæ, aliorumque. Eodem anno agente Sigismundo Cæsare Concilium Generale Constantiæ congregatum pro Extinguendo Schismate trium Romanorum Pontificum; quorum unus dictus Joannes XXIII. die 12. octobris solemniter exceptus, comitante Friderico Austriæ Duce, cuius fidei sese crediderat. /f/ f.
Inter Abbates concilio præsentes numeratur Hugo Abbas noster, /g/ qui cum decem personis de Comitatu g.
suo, utique vasallis Nobilibus, adfuisse scribitur. Interfuit quoque Capitulo in Petri domo pro Reformatione disciplinæ Monasticæ postmodum celebrato.

1414. Friderico Duce proscripto.

Annus decimus quintus admodum infaustus Friderico Duci Advocato nostro simul et Monasterio nostro fuit. Dum enim ille Joannem Pontificem, clam constantiâ eductum, Schaffhusium Ditionis Suæ oppidum destinat, tantus populi furor subito in eum exarsit, ut nisi sub specie servi à Truchsesio de diessenhoven dicto Molle, Ministeriali suo /h/ ereptus fuisset, de vita periclitari potuisset. Sequutus est ergò Rex pam Schaffhusium, quem die 29. Martij, quæ erat Parasceves, per Neukirchen misit Waldshutium, ac deinde Secundo Rheno Brisacum. Tum Cæsar Friderico proscripto, cui alioquin ob negatum Romagium infensus erat, ipse exercitum in Turgoviam fecit, dieque 30. Martij per Burgravium oppida Stein et Diessenhoven occupat. Die Paschæ Fridericus Schaffhusium deseruit, oppido Suorum fidelitati Comisso, quod statim ab Imperiali Exercitu obsidetur. Hoc in turbido non vacandum ratus Hermannus Comes de Sultz, Rhenaugiam cum filio, eiusque Coniuge Ursula accurrit, exigitque à Civibus absente Abbate, /i/ i.

/e/ Tschudius pagina 669. /f/ idem pag. 679.
/g/ Tschud. to. II. pag. 109. deceptus Littera Initiali H, cum vocat Henricum. Hottinger. to. II. pag. 315. graviori errore Joannem. Frithem. chron. Hirsaug. fus. pag. 347.
/h/ Tschud. to. II. pag. 7.
/i/ als das sich vor Schaffhusen und vor diessenhoven lag, kam Graff Herman von Sultz, sel. gen Zinow gerent, und hat da ob vil mit denen von Zinow geret, und reden lassen, das die von Zinow dazumal Graff Rudolphen sel. und miner frowen von Sultz gesworen hand.

Hugo Abbas XXXVII.

Hermannus eo Rhenaugiam occupat.

exigitur, à civibus absente abbate, ipsi ut his tan- ii.
quam legitimis Habspurgicum hæredibus Sacramentum subjectionis præstarent. non cessare statim Rhenaugienses, sed, ut in subitis et in exspectatis casibus fieri solet, rerum incerti, has saltem conditiones à comite deposcunt: primò ut si Dux Fridericus saltem intra octiduum à die crastina computandum Salerno advenerit; si secundò oppidum Diessenhoven Burgravio Nürenbergensi ad manus regis Romanorum similem homagium, quale ab ipsis exigebatur, non præstiterint; si tertiò Schaffhusienses ipsos cives de Rhenaugia ab partes Friderici desertas oppugnare, aut quibuslibet adversis infestare cœperit, tum Juramentum à Rhenaugiensibus deponendum nullius omninò roboris aut momenti habeatur, deficiente vel una ex his tribus conditionibus, sed ipsi in continua fide erga Ducem pertitisse censeantur. Subscripsit his pactis Comes die Dominica post festum S. Ambrosii, id est, 14.15. 7. aprilis anno M.CCCC. quintodecimo, qua Schaffhusiani, contra spem de ipsis conceptam, jam deditionem fecerant; atque adeò sine mora cives nostri, sed sine regis præscitu, à comite in potestatem redacti, atque dictiùs detenti. /K/ K

Facilè jam erat Hermanno etiam advocatiam Monasterij sine ullo prohibito Abbatis consensu usurpare; non quidem, ut ab injuriis raptorum bona atque proventus defenderet, sed ut in suum, quicquid commodum sine ulla lege aut modo converteret. His tandem perceptis Hugo Abbas, cùm res Friderici Ducis conclamatas, ejusque partem evacuatam cerneret, nihil religuum habuit, quàm ut jura atque privilegia Monasterij regi Sigismundo ante oculos poneret, inter quæ præcipuum erat immediatas Imperij, ac libera facultas eligendi advocatum, qui Monasterium protegeret, atque jurisdictionem severiorem in oppidum Rhenaugiæ, aliaque loca subjecta nomine Monasterij exercaret. Clementer audijt rex Abbatem, atque amplissimo diplomate dato die 18. Julij, omnia et singula privilegia, chartasque à-

Diploma Sigismundi Regis.

/K/ Graff Hermann von Kelz, und sin Sun unterzuhend sich des Gotshus one befelhnus des Küniges und hielten das Gotshus unschirmlich, und namen selber dem Gotshus das sin täglich zu allen zitten.

Regibus et Imperatoribus acceptas, intuitu devotionis ac servitij divini, quod Monachi Rhenaugia incessanter exhibent, Suprema auctoritate roboravit, renovatis panis in Contrafacientes statutis. Monet simul omnes duces, comites, aliosque Imperij Principes Proceres, ut Monasterium in cæsaream protectionem susceptum nulla ratione perturbare præsumant. Hoc Diplomate nonnihil deterriti Comites de Sulz, ab Advocatia Monasterij se continere videbantur; arcem nihilominùs ad superiorem oppidi portam è regione arcis Palmensi mediante Rheno sitam occupabant, ac si hæreditario jure ab habspurgicis ad eos pervenisset, qui tamen solo advocatiæ titulo eam possederant. Itaque alijs quibuscunque modis Monasterium vexare non desistabant; omnia enim licere videbantur adversùs eos, qui ad Fridericum Ducem quacunque ratione spectabant, foederatis quoque Helvetijs à Cæsare et concilio excitatis, ut Argoviam aliasque terras invaderent atque occuparent.

1416. Benefactrix. Anno decimo sexto Honorabilis Domina Verena Oswald de Siblingen, Rhenaugiæ habitans, cuncta sua bona præsentia et futura Monasterio liberaliter obtulit, charta per Senatum Rhenaugiensem expedita, cui præsedit Nicolaus Küllj Venerabilis Domini Hugonis Abbatis officialis, seu præfectus ab eo constitutus. Causam Dominæ Verenæ procuravit Henricus Scherer oppidi Schultetus. Inter hæc Dux Fridericus contra Fratrem Ernestum ac venetos Tyrolim atque Forum Julij armis cùm vindicasset, à concilio Constantiensi nūa proximo, ob ejectum Episcopum Tridentinum, denuo proscriptus fuit. Hermannus verò Comes de Sulz graves Molestias Monasterio nostro excitavit, obtentu debitorum à Joanne XV. de Habspurg, quondam advocato, relictorum, quasi ea titulo clientelæ diluere Rhenaugiæ incumberet, cùm potiùs ipse, qui se hæredem ferebat, id onus subire debuisset. 1417. Recurrit itaque Abbas Hugo iterum Constantiam ad Cæsarem Sigismundum, qui opportunè ex Hispania, Anglia et Gallia, ob Benedicti Antipapæ negotium reversus fuerat. Concessit rex alterum diploma die 15. Novembris ipso festo S. Fintani, in quo refert Monasterium Rhenaugiense cum omnibus suis subditis ad Imperium Romanum pertinere, ipsiusque regio et Imperij Tutelæ specialiter comendatum esse, utpote amplissimis privilegijs et immunitatibus dotatum. unde plane inconveniens absonumque esse, ut propter debita ab advocato relicta illius bona impetantur, aut auferantur, cùm advocatus super Imperiale Monasterium ideò duntaxat constituatur, ut nomine Cæsaris et Imperij illud ab injurijs et iniquis exactionibus protegat, nullam verò proprietatem aut dispositionem super proventus Monasterij sibi

Alterum Sigismundi Diploma contra molestos Creditores.

Vendicare

vendicare posset. Ipsum Cæsarem Supremum atqs Specialem esse Monasterij Rhenaugiensis advocatum cuius bona cum Ecclesiastica sint, nullo modo prolaicorum debitis ugurpari posse. quapropter contestatur, se deinceps quoque Abbatem, Conventum et Monasterium in Imperiali Defensione contra quoscunque invasores detenturum; jubetque cunctis Principibus, Comitibus et Imperij officialibus Regia Auctoritate, ut memoratum Monasterium et Abbatem propter Debita Joannis Comitis de Habspurg, aliozumque quorumcunque, infestare desinant, quin imò in juribus et immunitatibus ipsorum protegant sub pœna viginti Librarum auri fisco atque Monasterio pendenda. Datum est diploma die Lunæ post festum S. Martini, quando nimirum Martinus V. à Patribus concilij, extincto Schismate electus fuerat, Deposito Benedicto XIII. resignante Gregorio XII. Joanne verò XXIII. quem Fridericus Dux constantiam restituerat, Manheimij in Palatinatu Honestæ custodiæ mancipato.

1418. Fridericum Ducem

Anno Decimo octavo tandem Dux Austriæ Fridericus agente Comite Palatino Sororio Suo reconciliatus Regi Sigismundo fuit, ab eóque die 8. Maij feuda Imperij solemniter recepit. licèt porrò Cæsar ipse restitutionem ablatorum apud Helvetios postulasset, nihil tamen egit, cùm illi obtenderent, se mandato concilij adactos ditiones Ducis occupasse, jam in compensationem expensarum, prout stipulatum fuerat, retinendas. Litteras saltem patentes Sigismundus Friderico die 21. Maij dedit, /C/ quibus Duci pridem subditi permittebantur ad obsequium redire: et rediêre Turgovia, Diessenhovium, Steinsekingen, Rheinfelden, Laufenburg, waldshut cum aliis: Sed Schaffhusium se interea in libertatem Imperij, data Sigismundo pecunia, redemerat. C.

Cæsar Rhenaugiæ comendat.

Rhenaugiam quod attinet Hermannus comes de Suez jam se deprehensum vidit, quòd Romagium à civibus inscio Rege extorsisset. Adijtitaqs Sigismundum, tunc Brisaci existentem /. nam supra dicta die 21. Maij constantiam reliquerat./ purgavitque Errorem, quòd id nomine ipsius Regis ac imperij fecerit, causatus insuper, varias querelas et gravamina contra Fridericum Rhenaugiensia habere. At Sigismundus, ut staret promissis, quæ Duci fecerat, litteras suo nomine ad Abbatem et Comunitatem dedit, easque Comiti tradidit, ut Rhenaugiam perferret, cum mandatis, ut gravamina, si quæ haberent, Regi proponerent; caterùm Soluto Juramento, quod Comiti de Suez præstiterant, Friderico reconciliarentur; addita tamen Libertate, si immediatè sub Regio Romanorum tutela persistere mallent. Hortatur nihilominùs

/C/ Tschud. Chron. to. II. pag. 97.

imò seriò rogat, ut Iuramentum, quod advocatis præstari solet, prout conventum cum Duce fuerat, ipsi denuò exhibere non graventur, gratum opus Regi facturi. /a/ data epistola Brisaci die 23. Ju- a.
-nij, quam Hermānus Comes Zhenaugiam quidem per-
-tulit, verùm frustra conatus est adhortari Cives aut Conventum, ut querelas contra Ducem, quas nullas habebant, moverent, aut hùius tutela ne-
-glecta, se denuò ipsius arbitrio, sub falso Imperij obtentu permitterent.

Dux Friderico Zhenaugiam venit,

Die 25. Julij Dux Fridericus ipsemet Zhenau-
-giam venit, cum ingenti gaudio abs Abbate Hugone et conventu, ut Liberator à præsuris Comitum de Sulz exceptus. postquam per Cancellarium Udalri-
-cum cōmunitati Litteræ Sigismundi Regis prælectæ fuerant, susceptus est denuò in Advocatum, eique à civibus cunctis homagium more solito præstitum. tum ab Hugone Abbate cum tanta honoris Signi-
-ficatione atqo liberalitate habitus, ut in Specialem ipsius gratiam, et secretiorum consiliorum notitiam admissus fuerit. Abscedentem in Tyrolim Abbas aliquamdiu comitatus est. cui adlatus adequitanti propositum Secretius aperuit, reversurum se nempe circa festum S. Martini cum valido exercitu, atque in pristinam potestatem provincias ablatas subacturum; copijs interea de annona prospexerit, atque duos equos phaleratos Zhenau-
-giæ relictos nutriri curaret. /m/ m.

Cuius Dicti Abbas annonam parat.

/a/ Darum so begehren und bitten wir euch mit gan-
-zem ernste, das ir den obgenanten Fridrichen, gelübt und hulden tuen, in der mas als zwischen uns be-
-ret, und verschriben stat; daran erzeigetir uns sunderliche dankpemisheit; und wan ir die ge-
-lübt und eid getan, so sagen wir euch solcher eyd, die ir uns und dem rich vor getan habt, ledig- und los ... gegeben zu Brisach unter unserem- Küniglichen ufgetruckten insigel, nach Christi geburt im XIV.c Jar und darnach in dem XVIII. &.
/m/ Also schid nun der Herr Herzog Fridrich von Zinow, und wold an die Etsch, und zit abt Hug mit sinen graden by einer halben mil wegs, und red sin gnad vil mit Abt Hugen, und sprach, er welt glich uf Martini Komen, und das land überkopt innemen, er wet ouch den hailigen- berg innemmen mit Krieg; sin gnad bevalch dem Abt zwey turner ross, und lies die zu Zinow ston.

Igitur

Abbas XXXVII.

Igitur Abbas pro adventu Ducis aliquot Millium florenorum expensas fecit, Summa pro illo ævo permagna, coemptis quingentis vini plaustris, Millenis sexcentis frumenti modijs, quadraginta pinguibus bobus, præter alia diversi generis alimenta.

Sed enim ea res pessimè cessit Hugoni; nam Hermañus Comes hæc omnia in sui contemptum fieri æstimans, primùm quidem Capitulares religiosos adversùs Abbatem excitavit, qui causam expensarum ignorantes prodigum dixêre atque substantiæ Monasterij, motibusque concitatis coegerunt Abbatem Schaffhusium se recipere in domum Monasterij propriam, quæ zur Tannen vocabatur. Deinde Friderico Duce in Tyrolì per gravia negotia detento, cùm rebelles iterato ad obsequium per arma compellendi essent, nec proinde juncta conventum Rhenaugiam adveniente, Hermañus cupiperam prædam odoratus, cum quinquaginta armatis equitibus Monasterium occupat die 16. Novembris totumque comeatum diripit, perstitit cum equitum turma Comes in Monasterio, usque ad anni sequentis exordium, diversásque ordinationes die 4. Decembris nomine Ursulæ filij sui uxoris in civitate non aliter ac armis subacta fecit. /n/ Stanten Hugo Abbas coactus fuit, ut, si ab exilio domum reverteretur, ac Monasterium ab omnimodo interitu servare vellet, sequentia pacta conciliante Joanne de Tengen Barone in Eglisau, Monasterij vasallo iniret. primò ne Hugo alium Monasterij advocatum agnosceret, præter Hermañum comitem, qui advocatiam nomine filiorum suorum, scilicet Rudolphi, et uxoris ejus Ursulæ administraret. secundò ut vicissim Hermañ Hugonem Dominum Rhenaugiæ profiteretur, amicitiam et tutelam ipsi ac Monasterio exhiberet, cujus honorem, libertatem, jura ac privilegia inconcussa servaret, ac promovere niteretur. tertiò denique Abbas quotannis teneatur ad instantiam Comitis rationes dati et accepti coram Episcopo Constantiensi reddere; quo onere tamen solutus foret, si intra annum exactio negligeretur. Data fuit charta die Mercurij ante festum trium regum, hoc est 4.

Hermañus Comes diripit,

Abbate pacta dam extorquet.

/n/ des anfangens, des abt Hug minem Herren Herzog Fridrichen tät, des nam sich Graff Herman von Sulz &c. fündschafft an, und macht den Convent ufschweifig und ungehorsam abt Hugen, und vertraib in vom Gotthus gen Schaffhusen; und kam Graff Herman uf otmare anno XVIII. mit L. pferten gen Rinow, und lag da bis VI. oder mer wuchen, und fand da im Closter das vorgeschriben gut Korn, wein, Fisch, Fleisch, und wüst da gröblich.

Hugo

Januarij año 1419. appensis tribus sigillis Abbatis nimirùm, comitis et Baronis de Tengen. utinam Hermannus secundum conventionis articulum studiosiùs observasset, tanta procul dubio mala haud fuissent insequuta. Verùm pax coacta carò est diuturna.

Emptio et Commutatio.

Eodem anno die lunæ post mediam quadragesimam Dominus Nicolaus de Immendingen Frater conventualis Chenaugiæ emit quasdam decimas ac census annuos in Aldermarteln pro 80. florenis. Circa idem tempus quasdam commutationes hominum ligiorum fecerunt, Decanus cum Capitulo Turgachiensi, Domina Abbatissa de Paradyso, et Nobilis Henricus de Ertingen, ex una, et Abbas Hugo cum conventu Chenaugiensi ex altera parte. ut autem Monasterium à Gravissimo jugo Helvetiorum denuò liberari posset, dictus Abbas Supplicem Libellum obtulit Summo Pontifici Martino quinto, quem instantissimè rogat, non solùm, ut privilegia, libertates, immunitates, exemptiones et indulta, à Summis Pontificibus, Regibus et Imperatoribus concessa in forma grossa confirmare dignaretur, verum etiam horum omnium Executores sub censuris et invocatione Brachij Secularis, si opus fuerit, deputare. Clementer quidem annuit Pontifex, adscripsitque Supplicationi optatum fiat Romæ ad S. Petrum tertio Kal. aprilis anno Pontificatus tertio, id est 1420. verum Bulla ipsa eo año expedita nondum fuit.

1420. Abbas recurrit ad Sum. Pontif.

Et ad Fridericum Ducem.

Non magis profuit, imò plurimùm nocuit recursus Hugonis Abbatis, quem licèt occultè instituerat ad Fridericum Austriæ Ducem, ut vi ereptam advocatiam vindicare, et Monasterium in Libertatem pristinam restituere dignaretur. Cùm enim Fridericus subsidium impendere Rebellibus in Tyrolim compescendis [o] distentus, differret, comites de Sulz suspicionibus haud vocuis agitati, iram totam in Hugonem convertunt, quem si perdidissent, de retinenda sub potestate Chenaugia non dubitabant. venit itaque inopinato die 28. Septembris anno 1421. in Monasterium Rudolphus, filius Hermanni, Maritus Urselæ, et Abbatem requirit, qui tunc Schaffhusij in Domo Monasterij, ubi sæpiùs negotiorum causa diftinebatur, degebat. Redijt tamen, adventu Comitis perceptò, cumque prandio accubiturus juberet Rudolpho quoque pro lavandis manibus aquam affundere, ille manus in Hugonem injecit, captivum ipsius esse proclamat, atque per Satellites reluctantem proximo Hypocausto includit. Tum rumore non solùm per Monasterium, sed etiam per totam civitatem exorto, comes tum à civibus, tum à Religiosis adigitur, ut factem promittat, se Abbatem extra Monasterium

1421. à Rudolpho Comite capitur.

o.

---

[o] Gerardus de Roo pag. 183.

non deportaturum. Sed callidè promissa mox abeo violata; nam tenebris ingruentibus circa horam nonam deducitur Abbas trans Rhenum in arcem Crengingen, tres circiter horas distantem, ibique toto Carceri includitur. ostenditur ad hanc usque diem interiora illius arcis fornix subterraneus, ubi quidam Abbas Rhenaugiæ, nempe Hugo, detentus fuisse, ab accolis narratur. post quatuor dies transfertur Abbas in arcem Balm, ibique turri imissus catenis ferreis manibus pedibusque vincitur. degebat ibi tota Sulzensium familia; quapropter Hugo ultrà integri mensis spatium inclusus mansit. verùm ut est inquietus animus malè facti conscientia agitatus, haud tutam ibi prædam existimantes Comites Cognatum ursulæ Rudolphum de Landenberg rogant ut captum Abbatem in Turgoviæ arcem suam Büchelsee ad arctam custodiam suscipere velit. Jacuit ibi Hugo compedibus gravatus per tres hebdomadas, remissus à Landenbergio, quæ nec ipse diutiùs discrimen subire volebat, denuò in arcem Balmensem, ubi pari truculentia à die decima Novembris, usque ad vigesimam primam Decembris custoditus. ut verò omnes lateret, ubinam Gentium Hugo existeret, cum procul hinc deportare statuunt. Igitur ingruentibus noctis tenebris, ne scilicèt vel in itinere agnosci aut liberari posset, equo impositum, alligatumque per lictores in castrum Neuerburg, infrà Rottvilam ad ripam Nicari colle imminens deduci jubent. ubi per totam noctem sequentemque diem itinere sine interruptione confecto, ad seram tandem pervenit, equo ex inedia et frigore deficiente, lictoribus verò ad manus, pedesque ex gelu stupore confectis. /p/ p.

1422. Sequenti anno à 1422. denuò migrandum fuit Abbati, ex uno carcere ad alium, et quidem multò deteriorem. itaque prima die Februarij denuò imponitur equo, tribusque alijs equitibus comitantibus nocte imminente, et per proximam diem deducitur ex Neuerburg per sylvam nigram, per avia et invia, profunda nive gressog equorum impediente, ad arcem Castelberg, ubi à comite Hermanno de Sulz dirum in modum exceptus fuit, necem minitante, hac una de causta, quod Friderico Austriæ duci negotium denuntiare fuerit ausus. /q/ q.

/p/ Da lagent sy den Abt zu Balm zu angehender nacht durch, und morgens den tag durch bis die nacht, das der abt ab dem pfert nit kam, und erfror das pfert ze tod under dem Abt, und die knecht wurdent gebrestlhafft an händen und an füessen.

/q/ do der abt gen Castelberg kam, da liess in Graff Herman inschliessen in herte band, yssen und holtz, und wold in gelempt, und ouch hungers tot haben, und hub Graff Herman dem abt füe, er müste sterben, umb dis anfangen, das er dem Herzogen geton hett.

Non sine mortis discrimine.

detruditur itaque in extremum ergastulum, ferro et nervis constringitur, ad infirmanda membra aptatis, victuique tam exiguo reficitur, qui mortem non arceret, sed lentam provocaret. rem tam accurate describere nemo potuisset, nisi ipse Hugo Abbas, nego creditu facilis foret, nisi ipse, qui perpessus est, citteris consignasset.

Res defertur ad Sueciasam.

Inter haec amici Abbatis, Fratresq; ipsius Joañes Henricus et Bilius de Almshoven et Imendingen, cum Monasterij vasallis, praesertim Joanne Truchsesio de diessenhoven, dicto Rolle, et Viro Nobili Münch de Gachnang, miserandam Hugonis captivitatem, deferunt ad Sereniss̃imam Ducis Friderici Conjugem Annam Catharinam, Friderici Ducis Brunsuicensis, ex prosapia Guelphica filiam, faeminam pijss̃imam, quae ea tempestate opportunè ex Tyroli in Sueviam advenerat. Haec audito Abbatis ac Monasterij periculo mox archiprafectum Suum Comitem Joañem de Tierstein ad Sulzenses Comites destinavit, cum mandatis, ut Abbatem Salvum ex custodia in arcem Fürstenberg dimitterent, ubi ab amicis suis exceptus deferretur ad ottonem Episcopum Constantiensem, qui causam inter ipsum et Comites audiret, atque decideret. itaq; Jussu Ducissae aegrè dimissus Hugo die prima Martij Constantiam delatus est, postquam per medium fermè annum extremum squalorem carceris subijsset, atque mutatis sexies custodijs ad mortem usque fatigatq; fuisset. Monasterium verò à comitibus de Sulz Patre et filio adeò perfundatum, ut nihil reliquum esset pro religiosorum victu, qui proinde coacti Monasterium deserentes, aliorsum dispersi, Deum debito cultu, Fundatores ac Benefactores Suffragijs destituerunt. /2/ Praestolabatur Hugo Abbas adventum adversariorum Suorũ Constantiae ad festum usque S. Michaelis, adeoque ultra anni dimidium, ut controversia tandem Episcopi Judicio finem sortiretur: quibus non comparentibus Abbas Laudatum Nobilem de Gachnang iteratò ad Sereniss̃imam Austriae Sueciasam ablegavit, quae eodem tempore piam peregrinationem ad Beatiss̃imae Deiparae Virginis Sacellum Eremitanum apud Suevenses peragebat, cui tunc Burchardus à Crenkingen, dictus de Weissenburg Abbas praerat. Miratur illa, Abbatem nondum huic restitutum fuisse, unde alterum Provincialem Praesidem Suum Comitem Wilhelmum Montfortium de Tettnang ad Episcopum ire

cuig mandato liberatur.

et absolvitur

2.

/2/ Instrumentum de Año 1425. haec habet: das vonmangel und gebrechens wegen die Münch vor unlangen zit von irem Gotshus gewihen waren, als das Gotshus an behüglichait Gottesdienst gantz gewidwet, und irseits stund, das Kläglich ist zu hören.

jubet, omnem operam navaturum, ut Hugo absolutus ad Monasterium regredi, atque abbatialis potestatis habenas moderari ~~posset~~ permitteretur. Itaque convocato toto Cathedrali Capitulo Episcopus Hugonem nemine accusante absolvit, eidemque litteras patentes consignat, quibus Monasterio restitutus, à cunctis, præsertim subditis Abbas ac Dominus Rhenaugiæ agnosci præcipitur.

Libertatem tandem consequutus Hugo prædictum Episcopi decretum de consilio prudentum affigi publicè fecit Schaffhusij, Rhenaugiæ, Waldshuti, Zofingæ, atque Vilingæ. verùm cùm in Monasterium regredi cuperet, prohibitus nihilominùs fuit à Comitibus de Sulz, qui insuper cunctis subditis gravissimè interdixerunt, ne census ullos aut decimas Abbati præstarent, aut ulla in re obsequerentur. abscessit igitur Norimbergam ad comitia Imperij opportunè convocata, ubi justissimas querelas deposuit, et erecta à statibus + concurrendi norma /. Reichs Matricul. / consensit nomine Monasterij in centesimum obulum, duosque Listendos Sclopetarios. /22/ Inde contulit se in Alsatiam, atque ipsi Austriæ Duci Friderico totam causam committit, instantissimè supplicans, ne Monasterium desolatum desereret, violentam pacis et immunitatis Ecclesiasticæ infractionem inultam relinqueret, denique spoliatum ipsumet Ducem, atque ab advocatia Rhenaugiensi detrabatum reminisceretur. agnovit tandem Dux discrimen extremum, atque opem præsentissimâ conferens, Hugonem in tuitelam suscepit. cujus auctoritate, operam egregiè insuper ducis navantibus Joanne Molle Truchsesio ipsius præfecto, necnon nobili de Gachnang, anno subsequenti 1423. ob injectas manus violentas in Abbatem, et rapta bona Ecclesiastica, per Judicem Regularium Conservatorem Joannem Abbatem Portæ cæli ordinis Præmonstratensis, Comites à communione fidelium Separatos denuntiari fecit; deinde ad Judicium Imperiale per Carolinam /5/ Bullam auream, quam Carolus IV. Imperator contra publicæ pacis infractores ediderat, obsordescentes detulit, effecitque, ut toto Imperio proscriberentur, edictò publicè affixo, Ulmæ, Rottenburgi, Zofingæ, Friburgi Brisgoviæ, Schaffhusij, Rhenaugiæ, Basileæ, Ensisheimij, in Masmünster et Tann, ubi Abbas tunc, nec non et in Rotkirchen, morabatur. quemadmodum porrò Fridericus Dux Hermannum Comitem à Præfectura Rottenburgij amoverat, ita et officijs Imperialibus Ulmæ et Zofingæ privatus fuit, cùm aliàs officium Judi-

Norimbergam.

tin Alsatiam se confert.

1423.

omites proscribuntur, t deponuntur.

+ prima

22.

+ Sulzenses

5.

- cis

/22/ Senckenberg Samlung der Reichsabschiden Parte I. pag. 119. et 120. windeck, apud Menckelium pag. 163. der Abt von Reinawe. Vide prolat.

/5/ do nam abt Hug Graff Herman für mit der Karolin.

-cis aulici Cæsarei familiæ adhæreret. /t/ His penis t.
gravissimis tandem ad saniora reductus Hermañ,
ut á proscriptione utriusque fori absolutionem con-
-sequeretur, misit amicos ad Abbatem Hugonem,
ac Coguntur Satisfacere. rogans, ut ad Monasterium rediret, quod cum fami-
-lia sua evacuaturum promittit, Spondens insuper
Satisfactionem pro damnis illatis, nec in posterum
ullum damnum seu in bonis seu in personis illaturũ.
Veriùm Abbas dictis fidem non adhibuit, donec Co-
-mes Litteris Sigillo et Subscriptione firmatis non
Soliùm pro se, Sed etiam pro Sua posteritate cavit,
atque omni prætensioni in Monasterium renuntia-
-vit in perpetuum. Hoc tandem pacto restitutus
Hugo in Abbatiam, collecti denuò Monachi, divinũ
officium in choro cœptum, et advocatia ad Frideri-
-cum Ducem revecta mense Septembri anno 1423.
post biennium nempe á captivitate abbatis, in-
qua per medium fermè annum maceratus altero me-
-dio in honestiori Custodia Episcopi constantiæ detentꝰ,
et vix non integro anno moritus in alsatia Ducis
Austriæ ditione. Sanè primum monumentum Comi-
-tationis Ligiorum hominum, quo iterum Rhenaugia
comparet Hugo, eadem die 28. Septembris datum est,
quã biennio elapso captus á comite Rudolpho fuit.
Sequuntur deinceps aliæ eiusmodi comitationes cum
Ioanne Abbate S. Blasij festo S. Luciæ, ac prima die Se-
1424. -quentis añi vigesimi quarti celebratæ. quò anno proxi-
-mus comitatus Kiburgicus á Tigurinis numerata pe-
-cunia, interveniente auctoritate Sigismundi Cæ-
-saris emptus est, quem pignoris aut hypotecæ loco á
Domo Austriaca possidebat Comitissa de Montfort,
residens Brigantij. /u/ u.

Rhenus Memoratur, Rhenum circa festum S. Iacobi
redundat. aquarum abundantia adeò excrevisse, ut Basileæ alijsq́
in locis pontes dejecerit. /w/ Insulæ autem nostræ, w.
muris nondum undequaque munitæ, ingentia damna
intulisse, ex sequentibus monumentis constat. Anno
1425. proximo die 28. februarij Hugo Abbas Parochiam
Parochia in Berg. Bergensem radicibus montis Iurassi incumbentem
contulit Balthasaro Sprenzinger, tunc Præposito S.
Mauritij Zofingæ; unde Parochiæ nomen Præposi-
-turæ adhæsit. Eodem tempore excitavit deq optimꝰ
insignem Benefactricem, quæ ingentia damna Mo-
-nasterio illata resarciret. Fuit hæc Nobilis Matro-
Benefactrix Decimas Iestettæ Donat. -na Margaretha de Betmaringen, nata de Tettingen,
Cuius Maritus Fridericus armiger de Betmaringen
pridem defunctus, aut frater Germanus, aut proxi-
-mus

/t/ Abt Hug bracht Graff Hermañ von Sinem dienst
zu Ulm, und zu Rottenburg, und lait im nider
das hoffgericht zu Rottwil.
/u/ Tschudius hoc anno.
/w/ Stumpf. in Chronic. ad hunc annum —.

-mus agnatus erat Conradi Abbatis nostri de Betma-
-ringen, donavit enim verò liberaliter Henaugiæ Mo-
-nasterio propriam ipsius Ecclesiam, cum ipsius pro-
-ventibus, nec non jure Patronatûs in Jestetten, insuper
omnes magni illius pagi decimas tam in vino, quàm in
frumento, cum prædio ad Ecclesiam pertinente. Fecit
autem hanc donationem ex divino, ut aiit, instinctu,
ad suæ animæ et antecessorum suorum Salutem, ut
divina officia secundùm Regulam S. Benedicti in
eodem Monasterio restaurari, et amplificari possint,
cùm propter inimicorum vastationem ad eam pauper-
-tatem redactum fuerit, ut Monachi congrua sustenta-
-tione fraudentur. Respicit quoque ad honorem B. Ma-
-riæ deiparæ virginis, cui dedicatum est Monasterium,
nec non SS. Apostolorum Petri et Pauli, et S. Fintani
Confessoris: denique aliud motivum convenientiæ ad-
-dit, quod nimirum jura Ecclesiastica, Ecclesiæ cum de-
-cimis, decentiùs in Ecclesiasticorum potestate constitu-
-ta fore videantur. /X/ constat equidem tam ex donatio- X.
-ne Ludovici Regis Germanici de anno 876. quàm ex
filij eius Caroli Crassi charta de ano 886. jam à tem-
-pore restaurationis Monasterij nostri Ecclesiam in Je-
-stetten, omnemque decimationem ad Henaugiam per-
-tinuisse; quæ autem ratione ad manus Laicorum per-
-venerit, monumentis consignatum non est, quemad-
-modum sexcenta alia tum Beneficiorum seu feudo-
-rum collatione, tum aliorum rapacitate, præsertim advo-
-catis plerumque adversantibus, à Monasterio distracta
sunt. Data est charta hujus donationis Sabbato post
festum assumptionis B. V. Mariæ, anno 1225.

Non minùs inter Benefactores recensendus est Nobilis
Joannes Udalricus de Tettingen, prætactæ Dominæ
Margarethæ Nepos, qui immediatus hæres eiusdem
rei Ecclesiasticæ cùm esset, nihilominùs ob animæ suæ
Maiorumque Salutem consensum in donationem præsti-
-tit, atque in favorem Monasterij omni suo juri liberè
renuntiavit, ijsdem omnino Litteris, quibus donatio
ipsa comprehenditur, atque Auctoritate Magistratûs
Schaffusiani expeditæ fuerunt, appenso civitatis sigillo,
nec non Dominæ Margarethæ, eiusque advocati Henrici
de Erdingen, ac denique Memorati Joannis Udalrici
de Tettingen. In recognitionem tanti Beneficij con-
-cessum est Benefactrici pratum aliquod, cum summa
ducentorum ac quinquaginta sex florenorum: ipsa
verò per novas Litteras die Jovis ante festum Nativi-
-tatis B. V. Mariæ de evictione ac quibuscumque
impetitione cavit.

Ut verò Hugo Abbas, ut Monasterium abin-

sentiente eius Nepote.

/x/ den sy wol bekante, das solich Kirchen
von Göttlichen rechten billicher in Gotshüser,
den in Layen handen stunden.

Bulla Martini V.

-festatione adversariorum secuerum redderet, ad Sūmum Pontificem Martēnum V. denuò recurrit, ab eóque dudum expetitam, decretamque confirmationem omnium Monasterij jurium ac privilegiorum obtinuit per bullam hoc ipso anno datam undecimo Calendarum Decembrium Romæ apud SS. Apostolos Pontificatūs ano VIII. cuì Subscriptus G. de Imola. Deinde provisurus Abbas de Meliorando etiam Monasterij statu fermè collapso, supplicationem alteram eidem Pontifici obtulit, qua non solùm ratam haberi postulavit mox relatam Istettæ donationem, sed etiam incorporationem omnimodam eiusdem Parochiæ, imò aliarum duarum quoque in Rheinheim et Ertingen, expetijt, ubi pars decimarum hactenùs vicarijs cesserat, qui jam taxanda congrua contenti essent, decimis omnibus Monasterio relictis. Impetravit utrumque à Clementissimo Pontifice Abbas, duplici bulla eadem die 19. Calendas Januarij anno Sequenti vigesimo sexto Romæ data. et in priori quidem refert Pontifex, qualiter Abbas et Conventus Monasterij ss. V. Mariæ in Zinow ordinis S. Benedicti, sub arcta observantia inibi divinis obsequijs mancipatè, propter malum statum illarum partium, præsertim hostibus incursus, et alias calamitates diutius perpessas, paupertatis onere plurimùm gravarentur, et Monasterium ipsorum, quod in faucibus fluminis Rheni illic circumquaque impetuosè decurrentis constitutum existit, et cuius muri aliquò inundatione aquæ ipsius fluminis plerumque excurrentis contriti et prostrati fuêre, à desolatione eripere niterentur. Unde non solùm confirmat donationem à Nobili Muliere Margaretha de Tettingen factam, verùm etiam apostolica auctoritate Parochiam in Istetten Rhenaugiæ plenè unit, annectit et incorporat, ita ut cedente aut decedente præsenti Ecclesiæ rectore, liceat Abbati possessionem ipsius Parochiæ nomine Monasterij apprehendere. in altera verò Bulla Parochias in Rheinheim et Ertingen ijsdem ac similibus recitatis motivis, pariter incorporandas decernit, quarum jus Patronatus jam alias Monasterio competebat; cuius executorem constituit Joannem Abbatem Monasterij in Stein, qui anno

1426. Incorporatio Parochiarum.

1427. Et Executio

proximo die 7. Septembris demandatam pariter incorporationem Parochiæ Istettensis executioni mandavit, præsente Joanne Abbate omnium Sanctorum Schaffhusij; nec non duobus religiosis nostris Rudolpho de Tischach, et Burchardo de Hagen. Parochus Istettæ tunc erat Joannes Tregger, qui sponte ac liberè cum Parochiam resignasset, paulo post constitutus est Vicarius in Rheinheim, cuius Parochiæ incorporatio omni pariter difficultate caruit; nam et Episcopi Constantiensis consensus accesserat, Sanct etrica-rio, cui certa Summa pro annatis stipulata, sicut

et Vicario

Truchsessij

em movent

one Erzingen,

et Vicario congrua Sustentatio determinata. Sed enim gravior difficultas ratione Parochiæ in Erzingen emersit, quam Joannes Udalricus Truchsessius de Diessenhoven Canonicus Cathedralis Ecclesiæ constantiensis tenebat, jam ab anno 1408. à Gregorio XII. ex beneficio provisus, quod tunc per mortem Joannis Schoffhuser vacabat, Mauritius verò quondam Joannis Comitis de habspurg natus per annum quidem possederat, sed cum ad Sacerdotium promoveri neglexisset, iterum amisit. Itaque Truchsessij controversiam movit Hugoni Abbati ratione decimarum in Erzingen, Trasadingen, Wilchlingen, et Rechberg, quæ loca ad eandem Parochiam pertinebant, neque contentus erat tertia parte, quam hactenus Parochis Monasterium cesserat. Eam Litem Martinus Pontifex postea Abbati S. Jacobi extra muros Constantiæ examinandam comisit. Interim aliæ gravissimæ altercationes enatæ cum Fratribus supradicti Truchsessij, quorum unus Joannes Molli, alter Henricus Bütterli dicebatur. /a/ Henricus a.

Truttlisser,

cum feudalem Monasterij advocatiam in Truttlisson teneret, videbatur fines potestatis transgredi, cui Abbas per diversos Judices, et ipsum quoque imperiale Judicium Aulicum Rottvilense frena imponere tentabat. compromissum tandem inter eos fuit præsenti anno 1427. in Burchardum Mayer Nobilem de Jestetten, aliosque equestris ordinis viros, qui Lite utcumque sopita controversiam de censibus cogendis amice transigendam statuerunt. Eodem ano Fridericus Austriæ Dux et advocatus Rhenaugiæ, quasdam mulieres vinaeum liberis ex Andelfingen, datio æriponti Litteris, Monasterio in proprietatem cessit. Anno Sequenti otto Episcopus constantiensis

1428.
æ deciditur.

controversiam nox relatam per Sententiam diremit, quâ statuit, posse census Monasterij in Truttlisson cogi, non requisito Truchsesio, easque sine diminutione præstandos esse, licèt prædia censualia inter colonos divisa forent. data est ab Episcopo charta Schaffhusij, quò se contulerat ob seditionem à plebeis contra Nobiles excitatam. /b/

b.

Atqui præcipuum discordiarum fomitem præbuit Piscina in Erlingen, quam Hugo Abbas anno vigesimo nono pro cõmodo Monasterij adornavit, pessimo omine, dum in hunc usque diem non minùs Licium quàm piscium ferax esse videatur. Hoc opus

1429.
m ædione Piscinæ,

/a/ Meminit istorum Fratrum Stumpfius lib. V. cap. 15. ubi addit: der Molle was prechtig, sich des Herzogen gunst und gnad überhebende, und achtet gar ring seinen Nachbaren unruhe aufzeladen.

/b/ Bucel. Chron. constant. ad annum 1429.

Hugo.

Fratres illi Truchsessij, qui bona quædam ac feuda ibi possidebant, data opera prohibere moliebantur. testatur Beringerus à Landenberg de Greifensee litteris hoc ipso anno datis, se à Truchsessijs Bütlerli et Molj subornatum fuisse, ut huic operi intercederet, fatetur que, id nullo jure à se fieri posse. confugit itaque Hugo ad defensorem Monasterij Fridericum Decem, qui causam hanc decidendam comisit Wilhelmo Comiti Montfortio in Tettnang. Sententiam anno proximo Comes tulit Cavensburgi, quod Abbas in fundo proprio, absque aliorum detrimento, piscinam quantumvis magnam adornare possit. Nihil æquius hoc pronunciato videbatur. Nequidquam tamen acquieverunt illi, sed factis potius quàm juribus agendum rati, homines operi intentos turbant, atque captivos abripiunt. Implorantur ab Hugone Domini Territoriales Tigurini, in quorum comitatu Kibargico, haud pridem empto, sita est piscina. Neque hi æquiorem Judicem Wilhelmo Montfortio fore existimarunt; qui proinde rogatus à Turicensi Magistratu, secundo examine per integrum triduum causam Schaffhusij discussit, atque tandem priorem Sententiam pro Monasterio ratam habuit. Truchsessij piscinam intactam relinquere coacti, Abbatem aliis modis vexare non destiterunt, imprimisque Monachos ac Subditos adversus eum concitarunt, nec rapinis nec plagijs parcentes, licèt iteratò tum à Duce Friderico, tum à Senatu Turegiensi dehortatorijs admoniti. /c/ c.

1430. quæ pariter pro Monasterio decidituir.

Diploma à Comitibus de Sulz subreptum.

Inter hæc obierat Hermannus comes de Sulz, eiusque filius Rudolphus nomine uxorio juribus Monasterij insidiari de novo cæpit. Adit igitur Sigismundum Cæsarem, eique Diploma Socero suo Joanni XXIII. Habspurgico à Rege Roperto anno 1408. concessum repræsentavit, in quo moneta et teloneum tam terrestre quàm Navale nomine Monasterij exercendum continebatur. Confirmavit Sigismundus ad petitionem Comitis ijsdem pænè verbis Imperij regalia, prout Habspurgici, ut inquit, possederant, atque sine ullius cuiuscunque hominis præjudicio. /d/ Nam d.

praeter

/c/ darnach triben die Truchsäsen vil gferts, Symachten dem Abt Münch und arm Lüt ungehorsam, Sy stifftend dem Gotshus Krieg durch arm Krecht, die dem Gotshus das Sin namend, und ouch arm Lüt fiengent. NB. Terminus arm Lüt Significat Subditos: das vor uns Lomen Sint unsere arm Lüt, arm und rich. Hactaus in Glossario Germanica.

/d/ unschädlich doch uns, und dem Hailigen Riche, und einem ygklichen an Sinen rechten. conferatur utrumque diploma apud Hergott tomo III. charta 926. et 935.

prætèr Comitatum Cleggoviæ exprimitur quoque Telonium et Moneta in Lauffenberg, quæ tamen nunquam ad Comites de Sulz, sed ab Habspurgicis illicò ad ducas Austriæ devenêre. Prodivis nimiùm in concedendis diplomatibus Sigismundus, meminisse debuerat, hæc ipsa regalia, in diplomatibus contenta, Monasterio à se confirmata fuisse; rogasséque ipsemmet, ut Rhenaugia Ducem Austriæ advocatum agnosceret.

1434. Item aliud.

Eâdem ex subreptione sequenti anno die duodecima octobris Cæsar, dum ad suscipiendam coronam Imperij Italiam peteret, Feldkirchij, mortuo interea Rudolpho Comite, Bannum Imperiale tradidit Henrico Schnetzer, Præfecto Sulzensium in arce Krenzingen, ut illud in Criminibus vindicandis exerceret, non solùm in Cleggovia et Rottenberg, nomine Ursulæ comitissæ natæ de Habspurg, ipsiusque matris Agnetis, necnon filij primogeniti Joannis, /e/ quod tamen bannum— e.

ratione Ehingen

ta in Conc. Basil.

respectu Rhenaugiæ nonnisi advocato Monasterij concedendum, ab eóque ex voluntate Abbatis exercendum jam anno 852. constituerat Ludovicus Germaniæ rex.

Cùm hæc Inscio Hugone Abbate in aula Sigismundi agitarentur, is acriùs pro consequutione Parochiæ Ehingensis instabat, obtinuitque à Martino V. Summo Pontifice, causa contra Udalricum Truchsesium committeretur Superiori anno Abbati S. Jacobi extra muros constantiæ. verùm die 20. februarij præsentis anni apoplexiâ extincto Martino Pontifice, eius Successor Eugenius IV. electus v. nonas martij, omnes Beneficiorum concessiones, quæ effectum nondum sortitæ erant, revocavit. quapropter, ut saltem decimas à Truchsesio injustè usurpatas, vindicaret, Hugo Abbas adijt Patres Basileæ jam congregatos, pro concilio Generali instituendo, quod tam Martinus, quàm Eugenius in hunc annum indixerant. egit causam tam acriter apud regularium Protectorem Henricum Abbatem Portæ cæli ordinis Præmonstratensis, ut cùm Truchsesius sæpiùs citatus non comparuisset, proscriptioni subjiceretur, atque causa excideret. Eodem— tempore, quo Hugo morabatur Basileæ, Rhenaugiæ Cives lætam ac honestam inter se societatem instituerunt, eamque certis legibus circumscriptam non ab alio, quam à capitulo Rhenaugiensi, datis litteris cum sigillo majori, in præsentia tamen, ac sub præsidio alicuius de conventu celebrandam, confirmari obtinuerunt, quæ in hunc usque diem cum non modica proventu illæsa permansit. Jus huius Societatis penes certas tantùm familias residet, et ad primogenitum hæreditate transit. exteros majori in dignitate viros solo honoris intuitu admittunt. Mortuis per sacra parentant. in propria domo Cae—

cietas Rhenaugiæ.

/e/ apud Hergott charta 936.

~~ponam exercent, conviviis excipiuntur, et delinquentes vina mulctant.~~

1432. Ab Eugenio sententia Erzingensis confirmata.

Causa Erzingensis Romam delata sequenti anno in favorem Monasterij contra Truchsessium sub Eugenio IV. decisa fuit. unde Abbas reliqua quoque jura Erzingæ renovaturus, ultima mercurij aprilis, id est, trigesima die eiusdem mensis, publicum ibi Judicium instituit, ubi per Nicolaum Zubin Monasterij Scribam, leges atque consuetudines antiquas prælegi curavit, in quibus praeter jus tabernæ toto Loco exercendæ, continebatur, quemlibet colonum teneri jurejurando Abbati fese obstringere; bis in anno, vere scilicèt et autumno Judicium exercendum, in quo ad sanguinem usque delinquentes puniendi, duabus mulctæ partibus ad Abbatem, tertia ad advocatum pertinentibus; Causæ, quæ ibi terminari non possunt, esse Chenaugiæ coram cellerario prosequendas. quæ, et his similia plura cùm vilani agnoscerent, prolixum desuper Instrumentum publicum confecit Notarius Ulricus Mader de ulma clericus constantiensis diœcesis.

Judicium publicum ibi habitum.

Hugo Capitulo ordinis interest.

Vix terminato Erzingensi Judicio Hugo Abbas Ruegeltam vindelicorum se contulit, ubi die xii. Maij in Monasterio S. Udalrici et Afræ /f/ octavum capitulum Generale ordinis nostri, ex præscripto concilij Constantiensis, cui Idem Hugo Abbas noster in Monasterio Petri Domûo intererat, celebratum fuit. Inter alios Præsidentes Joannes Abbas in stein, numerabatur; Electi verò visitatores in partibus nostris Abbas Zwifaltensis, et Joannes Lumbar Engelbergensis, Hi cùm eodem anno ad finem vergente, officio suo functuri, Chenaugiam advenissent, recusavit visitationem, incertum, qua de causa, Abbas noster. Quapropter Joannes Lüti, Decanus Constantiensis Ecclesiæ, Executor olim à concilio deputatus, die vigesima secunda decembris, ad instantiam visitatorum, per litteras patentes eidem Abbati præcepit ut intra quindecim dies visitationem admittat, cæteroquin pro denunciato habendus.

f.

1433. Visitatio Chenaugiæ.

Cessit itaque Hugo, et cùm Zwifaltensis Impeditus fuisset, per solum Joannem Engelbergensem proximo anno die cinerum visitatio est habita. In recessu relicto fatetur visitator, se ornamenta, libros, et alia necessaria ad divinum cultum, unacum structuris et ædificijs Monasterij in laudabili satis ac competenti statu invenisse: Cæterùm Abbatem et Conventum minùs exercitatos in Cæremonijs Monasterij nachalibus, et minùs solicitos in observantia refectorij et dormitorij, quorum aliqui specialibus domibus ùt proprijs ùtantur, distinctos reddita habeant; habitumque et tonsuram ab alijs Mo-

/f/ Trithem. Chron. Hirsaug. ad hunc annum.

nachio disformes Gerant. Vetat specialiter visitator, ne contra Abbatem conspiratio fiat. Subijcit tandem nihilominùs, Abbatem et Conventum studim obedienter se submisisse regulari disciplinæ ac reformationi. Certè Abbas illicò iussu visitatoris Priorem regularem constituit, qui disciplinæ invigilaret, cuig officium in Monasterio nostro diutius neglectum, eumq; denominavit Dominum Burchardum de Schönstein; vivebant enim Nobilium Clericorum ritu, nec dira persequutiones, ordinem Monasticum, quem turbaverant, restabiliri sinebant. Sicut enim inter arma silent leges, ita et disciplina regularis. Eodem anno cùm in festo Pentecostes Sigismundg coronam Imperij ab Eugenio IV. obtinuisset, effecit, ut idem Pontifex concilium Basileense, quod revocaverat, confirmaret; illudque Imperator ipse die ii. octobris invisit, mansitque Basileæ ad usque sequentis ani mensem Majum.

1434. Erat is annus trigesimus quartus Hugoni Abbati nostro undequaque fatalis, quando universum hominum genus in eum conspirasse videbatur. Incentores malorum Truchsessij, egregia Hugonis defensione tum ratione piscinæ in Oerlingen, tum et decimarum in Erlingen, ad furorem irritati, vexare quibuscunque modis Abbatem pergebant, cunctosque tam subditos, quàm vicinos ei excitaverunt adversarios. Cum primitùs communem fecerunt cum Nobilitate adjacente, Comitissa nempe Ursula de Sulz, advocatiæ Monasterij jugiter inhiante, cuius Maritus Rudolphus jam obierat; cum Barone item de Tengen in Eglisaw, Rhenaugiæ non minùs vasallo, quàm ipsi Truchsessij, ac denigs cum toto S. Georgij in Hegovia Nobilium cœtu. Deinde subditos ac cives Rhenaugiæ sub specie libertatis consequendæ, et quod caput est, ipsos religiosos, insuper habita monitione visitationis, in Abbatis penitiem pepulerunt, qui querelis ad Ottonem Episcopū Constantiensem, tunc Schaffhusiæ adhuc cōmorantem, delatis, suspectum de mala administratione Monasterij Hugonem reddiderunt. Igitur Abbas undique pressus ad Supremum in orbe tribunal, quod tunc habebatur, concilium nempe œcumenicum Basileense, præsente ipso Sigismundo continuatum se conferre statuit, ac celebrato debita cum solemnitate festo Sancti Legislatoris Benedicti, altera die conscensa navi Secundo Rheno iter aggreditur.

Hugo Abbas Truchsessijs exagitatus,

Pium Concilium Basileæ petit,

Interim Primarij Hugonis hostes consilium capiendi Abbatem, atque à dignitate deiciendi inierunt, opportunam præstolantes occasionem, quæ haud difficulter se obtulit, proditoribus domesticis, profectionem Abbatis indicantibus. Itaque dum eglisovæ portum petit, à Servis domini Loci Joannis de Tengen vinculis constringitur, et recta in ar-

Capitur,

cem

Hugo

cum damno Monasterij.

-cem Balmensem domina ursula deducitur, ubi per quatuordecim hebdomadas tetro carceri inclusus detinetur. Comitissa verò de Sulz non invitis conventualibus, ex eadem arce Balmensi in alteram Rhenaugiensem solo Rheno diseretam se transfert, atque dominium Rhenaugiæ exercet; quin et domum Schaffhusij, Zu Tannen dictam, Abbatum nostrorum promptuarium, cum non modico Monasterij damno occupat, direptis vini, frumentique proventibus. cumque Sigismundus Imperator eo ipso tempore Basileam deferens Schaffhusium pertransiret, ursula nemine obsistente diploma ab ipso impetravit, quo civitati Rhenaugiæ, Comitatui Clegovia, Dynastiæ in Tollenberg, et Masmünster privilegium de non avocando ad Extraneum Judicium conceditur, exceptis tamen aula Cesarea, et foro ducum Austriæ; addito etiam altero privilegio de asilo proscriptis concedendo. denique confirmantur singulariter inducta Regum ac Imperatorum Civitati Rhenaugiensi concessa, cùm tamen alia et distincta à Monasterij privilegijs non haberent et quidem vero illius domino vinculis constricto. Seducti hoc diplomate Cives existimabant, se libertatem aliquam consequutos, cùm tamen multò graviori servituti se subjecerint, prout eventus docuit, atque hoc ipsum diploma, non Civibus, sed nominatim ursulæ comitissæ, eiusque filijs Joanni, alvico, et Rudolpho concessum fuerit Schaffhusij Sabbato ante festum SS. Trinitatis anno à 1434.

Diploma contra Ius Monasterij subreptum.

Res defertur ad Concilium.

At Hugo ab omnibus derelictus solos Fratres suos Germanos Henricum et Rudolphum, alterumque Henricum Nepotem de almishoven, expertus est amicos, qui sortem illius miserati, deplorandam eius causam ad Concilium Basileense detulerunt, in cuius aditu per palmarem injuriam interceptus fuerat. Agentibus igitur ordinum conservatoribus Abbas è Sæculari custodia transfertur in Ecclesiasticam, atque Episcopo Ottoni licet accusationibus prævento in arcem Küssenberg tamdiu detinendus traditur, donec controversiæ penitius discuterentur. Duravit hæc altera custodia per quatuor hebdomadas, interim Schaffhusij conveniunt partes prorsus inæquales; nam pro Abbate nemo, præter supradictos eius amicos, stetit: contra ipsum stetere Truchsessij, ursula comitissa, totusque equestris ordo Hegoviæ, nec non conventus Rhenaugiensis, cuius patrocinium in se susceperat otto Episcopus. Tandem lites per sequentes articulos compositæ: Primò, Abbas Hugo satisfaciat postulatis Conventûs Rhenaugiensis, arbitrio ottonis Episcopi, nec non visitatoris ordinis, atque unius ex concilio generali deputati. Econverso tamen ipse etiam conventus respondeat Abbati, eiusque fratri Rudolpho, si quid quere-

Abbas traditur Episcopo.

Pactis Iniquis conciliatur.

Carum

-larum protulerint. Secundò Idem Abbas Dominam Ursulam agnoscat Monasterij advocatam, nec alium advocatum ipsâ invitâ quærat; conceditur tamen Rheinicipio oppidi Witodurensis frui, licèt ditionis Austriacæ esset, modò absque præjudicio Comitis de Sulz. tertiò, Nobilitati Hegovienſi, ac præsertim Henrico Truchsesio coram eodem Episcopo, additis nonnullis arbitris respondeat Abbas. quartò, concilio Basileensi planè renunciandum ab Hugone, qui accusationes, quas contra conventum, Ursulam Comitissam, et Nobilitatem detulerat, revocet, nec causam inibi ullo modo prosequi præsumat. quintò, jurejurando sese obstringat Abbas ad hæc pacta servanda; amici quoque eius sub fide jurata spondeant, se Abbati nullo modo futuros adjumento, si aliqua ratione contra venire attentaverit. Sextò tandem Hugo ex Custodia dimittatur; Rheinaugiam tamen non accedat, sed in domo Monasterij Schaffhusij, vel in alio loco sibi comodo moretur, quousque prædictæ controversiæ finem sortitæ fuerint; cui interea ab œconomis Monasterij sustentatio congrua tribuatur.

Ex Custodia dimittitur

Hæc pacta Schaffhusij conventa ab amicis Abbati in arce Küssenberg detento delata atque proposita fuere, quæ coactus squalore carceris iniit, atque juramento firmavit: Instrumentum deinde duplex expeditum, atque sigillis sequentibus munitum: imprimis Ottonis Episcopi Constantiensis; deinde Joannis de Lupfen, Landgravij in Stülingen Domini in Hochenack; Caspari de Klingenberg nomine equestris ordinis Hegovienſis; Hugonis Abbatis Rheinaugiensis; Henrici de Almishoven de Imendingen eius fratris; denique Henrici Junioris de Almishoven de Neuburg eius cognati. Signata fuere Instrumenta Schaffhusij die Mercurij post festum S. Jacobi Apostoli anno 1434. dimissus post quatuor Mensium captivitatem Hugo, cùm nullibi tutus subsisteret, tantisque inimicis se impares esse cerneret, insuper habita sua Sponsione, quam etiam pote extorta, se minimè teneri existimabat, per aliam viam tutiorem Basileam se contulit, atque recitatis omnibus, quæ acciderant, à Patribus obtinuit Litteras patentes monitorias, quibus sub proscriptionis pœna omnibus Monasterij Subditis præcipiebatur, ut ipsi tanquam Abbati proventus quoscunque præstarent. direxit ea monitoria in Rheinau, Martell, Benken, Truttikon, Elisgon, Altenburg, Andelfingen, Winheim, Erdingen, Ziedlingen, Buchberg, Neükirch, Glattfelden, Bülach, Lauchringen, aliaque loca Monasterio subjecta.

Concilio monito- rum impetrat.

Cùm igitur decimæ ac census negarentur Monasterio, missus est à Conventu Basileam Dominus Joannes de Heggelbach capitularis Rheinaugiæ,

revocatò,

qui non solùm decretum suspensivum dicti præcepti impetravit, verùm etiam effecit, ut visitatio ex eodem concilio Chenaugiam decerneretur, negato interim Hugoni Abbati omni subsidio, nisi domum reversus dictæ visitationi ac commissioni se submitteret. Acta sunt hæc ad initium Mensis Novembris sapè dictæ anni 1434. ad cujus finem venêre Chenaugiam missi à Concilio, unacum visitatoribus, ipsoque Hugone Abbate, nec non et alij magno numero tam Nobiles quam Abbates, pacem tandem redditurâ Monasterio. ubi cùm diu luctatum fuisset, urgentibus plerisque, ut Hugo ab officio Abbatiali pelleretur, tandem ipsius quoque /g/ amicis optionem facta videbatur, si honesta pensione condicta Abbatiam resignaret. /h/ acquievit consilio Vir de Monasterio benè meritus, atque iniquo tempori resignans cessit. Cæterùm ipsa hæc resignatio ei potiùs quàm Monasterio profuit; Nam in Martelen congrua sustentatione contentus usque ad annum quinquagesimum primum hujus sæculi perveniens, mala pejora prioribus ex vicinia ipse securus spectabat. otium utiliter pro Notitia posterorum impendit, dum fata sua durissima descripsit, ex cujus manu pauca ad marginem inferiorem per intervalla subjecimus. concludit narrationem suam justa querela, quòd Successor ei datus fuerit minimè proficuus Monasterio, prout tamen /i/ conceptis

Visitatio Instituitur,

Et Abbas resignare cogitur.

g.

h.

i.

/g/ die Fründ des abtz vom Cyb, und och ander erber lüt überredend den abt, das er anfäch das Gotshus, und ouch sich selbs fridsame, und ouch die seele, und bedächte vil und vil beser uffsetz, die im beschächen wären uf eren, lyb und guet unverschuet; dan niemand sagen möcht, das der abt dem Gotshus das sin an keinen enden weder versetzt, noch verhouft hett, noch sunst an dem Gotshus an sinen lüten und guetteren kein unrecht geton hett.

/h/ nach solchem fürgeben, ouch nach solchem empfinden mancheley unrechts, so dem abt uswendig und inwendig, harten gfängnussen mit besen mörderischen uffsetzen beschehen ist, und sonder das uffgebotten wart; da sach der abt das Gotshus und sich selbs an, das sy in friden kämen, und das Gotshus mer dan sich selber, und gab die abbty uf. /i/ doch mit dem geding, das man das Gotshus besorgen solt mit ainem erberen fromen man, das Laider nit beschehen ist mit dem Engelberger.

verbis

Abbas XXXVII.

verbis postulaverat. Erat Hugo non solùm juriũ Monasterij propugnator acerrimus, verùm etiam admodùm sagax œconomus, qui rim domesticam parè suppressam haud modicis proventibus augere sategit. Fuisset quoque velinter persequutiones Gloriosus, si membra sub capite continere potuisset; divisa enim facilè dissolvuntur, et inter discordias vel justissimam causam succumbere necesse est. Non fuit tamen solus Hugo Abbas noster, qui hoc tempore dignitate cessit; hoc enim mox fecit ille Constantiensis Episcopus, cuius adeò abdicationem plerique perperam ad superiores annos reponunt. Successit ei Fridericus comes de Zollern, quõ factum, ut tres simul Episcopi Constantienses in vivis agerent; nam et Albertus Blarer inter vivos erat; quod ipsum paulò post Rhenaugiæ contigisse videbimus. /k/ k.

Joannes II. Lumbar Abbas XXXVIII.

Joannes Lumbar Abbas Engelbergensis ungerat ex visitatoribus, tam â Capitulo Generali ordinis Benedictini constitutus, quàm â Concilio Basileensi destinatus, cui adeò placuit Insula nostra Rhenaugiensis, ut dimissa Engelberga Abbas noster effici cuperet. obtinuit, quod ambiebat, in eadem commissione ad finem ãni 1434. Rhenaugiæ pro restituenda pace instituta, in qua prædecessor eius sponte, invitè, sese abdicavit, et abdicatus est. Erat Joannes patria Turgurinus et Presbyter ordinis Johannitarum, cùm Engelbergam postulatus Abbas, bonis Monasterij magnam partem dilapidatis, cessit primò Abbatiam Joãni de Wida Præposito Lucernensi, post biennium tamen pristinam sedem adeptus ope fœderatorum, cùm in rebus Gerendis videretur expertus, et haud exiguam æstimationem in Concilio Basileæ adeptus, modo præscripto seu intrusus seu adlectus est in Rhenaugiæ abbatem, ubi à priori vivendi Genere nihil remisit, sed publicis negotijs magis quàm Monasterij intentus, fastu magnisque sumptibus Rhenaugiam gravavit. /a/ a.

Joannes visitator, 1434. Engelbergã, Rhenaugiæ Abbas.

Anno sequenti cùm Lis quædam exorta esset inter moniales Beginas, quæ haud procul ecclesia Altenburgi Claustrum quoddam incolebant, et Fideri-

1435.

/k/ Bucelin. chron. Const. ad annum 1434. Rhenaugiæ Hugo ab Almishoven exstinguitur, succedit Joannes Lumbar. Exstinguitur Hugo civiliter, non naturaliter.

/a/ Stumpfius lib. VII. cap. 3. Galliæ christianæ to. V. pag. 1066. perperam tamen Abbatiæ invasionem ad an. 1437. ponens

Feuda confert.

cum Schilling, ea in Iudicio Thenaugiæ nomine Abbatis Ioannis Sabbato post festum S. Laurentij decisa fuit. Contulit illicò idem Abbas quædam fœuda, et occurrit circa idem tempus in quibusdam concambij chartis. Eodem año dynastia Andelfingen, ex consensu Sigismundi Imperatorio â Landenbergijs pervenit ad Figurinos, soluto pignore, quo ab Austriacis obstrictum erat. /b/ Defecit quoque circa idem tempus altera dynastia Krenkingen; cùm enim Ioannes dictus de Weissenburg Monasterium S. Blasij infestaret, Nicolaus Abbas eiusdem loci ope amicorum fretus munitissimam arcem Weissenburg, quæ Prædonum refugium fuerat, cæpit, et ignibus perdidit funditùs, haud amplius restauratum. /c/ c.

Die vigesima Sexta Julij eiusdem anni Basileæ, ad normam Concilij constantiensis, celebratum est nonum capitulum Generale ordinis nostri in Monasterio prædicatorum, /cc/ ubi Fridericus è S. Blasio postulatus cc.

visitat Monasteria.

Abbas Augiæ, et Ioannes Monasterij in Stein, præsides agebant: Ioannis de Rode, Burgfeldensis Reformationis promotor præcipuus, electus est visitator Generalis, cui duodecim Abbates substituti, qui singula Monasteria ad Monasticæ vitæ leges reducere studerent. inter horum præcipuos Ioannes Abbas noster, neglecto proprio Monasterio, Monasteria circumeundo lustravit, et die 13. Januarij instantis anni

1436. 1436. Georgium Abbatem Murensem /d/ cum undecim religiosis pro restauranda disciplina prompte invenit. d.

Monitorias â Friderico Duce Impetrat,

Inter hæc cùm Truchsessij in Diessenhoven â vexando Monasterio non desisterent, ac præsertim in quieta possessione ac fructione piscinæ orlingensis insuper habita duplici sententia â Montfortio lata turbarent, Abbas Ioannes Jenæ cum conventu advocatum Thenaugiæ Fridericum Ducem Austriæ humiliter imploravit, ut pertinaces rerum Monasterij invasores tandem compesceret. Scripsit ea de re gravissimas monitorias Dominica Die post festum S. Michaelis eodem anno Fridericus ad Henricum et Ioannem dictum Piterly, Ministeriales suos, præcipiens, ut quantotiùs ab impetitione Monasterij abstinerent, atque sententiam Wilhelmi Comitis de Montfort exequi permitterent /e/ e.

/b/ Stumpf. in chron. /c/ Clariss. P. Wulpert in Epit. hist. S. Blasij ad annum 1435. et 1437.
/cc/ Trithemius /d/ Hottinger ad hunc annum.
/e/ Empfehlen wir üch mit Ernst, das ir der Egenanten Sachen und Zwidrecht, noch by dem Graff Wilhelm on ferer wigerung belibet, und wie er üch beider Sitt dorum endscheidet, das ir demnoch komet.

Abbas XXXVIII.

Et Bullam â Concilio Basileensi.

Reversus autem Abbas ad Concilium Basileense, ubi ut plurimum cum non exiguis Monasterij impensis commorari consueverat, id saltem Comodi Rhenaugiæ præstitit, ut confirmationem privilegiorum bulla expedita IV. nonas Novembris in ampliſsima forma obtineret. Neque simplicis solùm firmitatis rationem continet ista Bulla, verùm etiam præcipuas Monasterij chartas â Summis Pontificibus, Regibus et Imperatoribus emanatas, veluti in Authentico transumpto de verbo ad verbum exhibet. |f| in fine additur anathema contra Monasterij persequutores, et privilegiorum infractores, qui istis maximè temporibus Rhenaugiæ non deerant. Subscriptus Æneas de Senis secretarius concilij, postea Pius II. appensumque plumbum cum Symbolo S. Spiritus supra cæbum Patron. f.

Anno sequenti die Jovis post festum Purificationis B. V. Mariæ, diploma, saltem ex parte subreptitiè â Sigismundo Cæsare obtentum anno 1434. pro Comitibus de Sulz, Rotwilæ vidimatum, ùt ajunt, in Judicio Imperiali aulico sub Nomine Joannis Comitis de Sulz fuit, atque civibus Rhenaugiæ traditum, quod licèt pauca pro ipsorum emolumento contineret, ansam tamen præbuit vel in sera tempora subjectionem debitam erga Monasterium exercendi. Nihilominùs dehortatorie Friderici Ducis Austriæ, apud Truchsessios in tantum profecerunt, ut tandem in Arbitros conderent, qui totam controversiam terminarent. Fuere ij Henricus de Rumlang, Wilhelmus in Thurn, et Joannes Fritpolt, qui censuerunt, dandos esse Truchsessijs quingentos et sexaginta florenos, ac deinceps piscinam ab eorum prætensione liberam totam Monasterio subjiciendam. Data est charta die Martis ante Dominicam Palmarum prætacto anno trigesimo Septimo, atque appensa præter trium illorum Nobilium, sigilla quoque Joannis Abbatis, Conventus Rhenaugiensis et Henrici Truchsessij. Altera controversia cum Udalrico Truchsessio Canonico et Jam custode Cathedralis Ecclesiæ constantiensis ratione Parochiæ in Erzingen, nondum ad finem perducta erat. unde Joannes Abbas noster decretum quidem hoc ipso ano contra Truchsessium â concilio Basileensi elicuit; cùm verò et ipse eiusdem suspensionem obtinuisset, Abbas alio modo rem aggressus, romæ apud summum Pontificem Eugenium IV. in cujus communione semper permansit, egit, impetravitque Bullam Am-

Item componit cum Truchsessijs ratione Piscinæ,

Et Parochiæ in Erzingen.

1437.

|f| Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras præfatas, quas in cancellaria nostra diligenter inspici, et examinari fecimus, tenore præsentium innovamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

-plissimam, quâ non obstante sua revocatione incor-
-poratio plenissimè confirmatur, cum præsertim in
finem, ut ait Pontifex, ut tandem lites diuturnæ cir-
-ca decimas eiusdem Parochiæ penitus sopirentur.
Hac bulla deterritus tandem cessit Truchsessius, reser-
-vata sibi ad dies vitæ ubepensione, quam in amico con-
-gressu constantiæ habito die 21. Maij sequentis ani
1438. 1438. determinavit Præpositus Turicensis Doming
Joannes Tarchem in præsentia amborum Udalrici
Fratrum Henrici et Joannis Truchsessiorum, Hermanj
Landenberg Canonici Constantiensis, nec non Nicolai
Zubli officialis Monasterij nostri. Executioni man-
-data est incorporatio die 14. octobris per Fridericū
Abbatem Augiæ, quondam S. Blasij Monachum.

Diploma Alberti II. à Com. de Sulz impetratum.

Cùm ad finem superioris anni die 9. decembris
obijsset Sigismundus Imperator, hoc eodem anno
die 20. Martij Cæsar electus fuit Albertus II. Au-
-striæ dux, Gener Sigismundi, Hungariæ et Bohe-
-miæ rex. Is privilegia Comitum de Sulz confir-
-mavit diplomate dato die veneris ante festum Pen-
-tecostes, in quo tamen nihil de Zhenaugia memoratur,
cuius advocatia cùm ad Ducem Austriæ spectaret,
opportunum non fuit, eius Nepoti Cæsari jus eius-
-modi surreptum proponere. Nihilominùs cùm
Fridericus longè abesset, Abbas verò Joannes ra-
-rò domi moraretur, ursula Comitissa dominaba-
-tur Zhenaugiæ, occupata arce ad superiorem portā;
quin et jus litigantibus dicebat, prout constat ex Judi-
-ciali quadam decisione, quam assistentibus Burchar-
-do Mayer de Istetten, et Eberhardo de Sensenberg,
in favorem quidem conventūs pronuntiavit, cui quos-
-dam census ex feudali piscatione adscripsit. ut au-
-tem secum faceret civibus Zhenaugiæ, diploma nu-
-per ab Alberto impetratum nomine filij sui Joan-
-nis primogeniti anno sequenti 1439. Zofingæ vi-
-dimari curavit, illisque tradidit ad instar tran-
-sumpti ex charta Sigismundi Cæsari olim facti,
quam proinde legitimam existimarent cives, et à
subjectione ergà Monasterium averterentur. circa
idem namque tempus conditæ fuêre quædam leges
Municipales, nulla auctoritate approbatæ, in
quibus custodia superioris portæ relinquitur ad-
-vocatis, ut nempe tam cives quàm Monasterium
quodamodò coercerent; quamvis muri ex una par-
-te versùs arcem Balm ad Zhenum usque à civibus
construendi essent, ex altera versus Sylvam suaben
obligatione conservandi Murum Monasterio im-
-posita.

pro civibus vidimatum. 1439.

Joañes Abbas ab administratione removetur.

Dum res ita agerentur Zhenaugiæ, Abbas
Joannes pro sumptuosis itineribus magna con-
-traxit debita, oppignoratis decimis alijs censibus

Abbas XXXVIII.

Jestettæ, religiosis interim maximâ penuriâ laborantibus. quapropter rem ad Henricum de Heven Episcopum constantiensem deferunt, quì Friderico de Zollern resignanti /g/ jam anno 1436. successerat, is optimè Monasterio se consulturum videbatur, si remoto atque suspenso ab administratione Abbate Joanne, provisionem committeret Nicolao de Sultz Priori tunc Reichenbacensi, ordinis S. Benedicti, quod Monasterium olim à B. Wilhelmo fundatum subjectum erat Hirsaugiensi. /h/ Fuerat is filius Hermanni Comitis, qui primus advocatiam Rhenaugiæ ex ea familia invaserat, Frater Rudolphi jam defuncti. /i/ Ursulæ mariti, adeóque ad pacem conciliandam inter Monasterium et comitatum aptus videbatur. /k/ constitutus igitur est ad certos annos administrator ab Episcopo consentiente capitulo Rhenaugiensi, quibus rationem redditurus esset, deducto salario assignato. Fecit quandam comitationem ligiorum hominum cum Fratre Henrico Rentz Præposito Beroviensi; /l/ dignusque habitus, cui committeretur quoque tutela in Nepotes suos adhuc minorennes filios Rudolphi et Ursulæ, una cum administratione comitatus Cleggoviæ. unde sub utroque titulo simile concambium eodem anno die Jovis ante festum SS. Felicis et Regulæ celebravit cum Friderico Præposito in Riederen; /m/ Feudumque contulit paulò post Beringero de Hochenlandenberg affini suo in Klein andelfingen, cum ponte et transitu per Thur. Inter hæc conventus Reichenbacensis querelas movit apud ducem Austriæ, quòd Nicolaus olim prior sine datis rationibus œconomicis discessisset, quapropter à Duce Badenam citatus Reichenbacensi de aliis debitis reconvenit. /m m/ Cæterùm Joannes Solenomine deinceps Abbas constantiæ detinebatur, cùm interim decimum capitulum Generale ordinis nostri

m. fuscipit us de Suez, l

n. tutela Cleggoviæ.

g. m.

m m.

/g/ ex chron. mſc. Einsidl.

/h/ videatur Trithem. in chron. Hirsaug. pag. 386.

/i/ non confundendus iste Rudolphus dictus Junior, cum alio ejusdem nominis ipsius Patruo, ac Seniore dicto, de quo exhibet chartam Hergottus adhuc anno 1436. habuitque filiam Agnetem Abbatissam Seconiæ.

/k/ Bucelinus in chron. Const. fallitur, dum ad annum 1441. scribit: In Monasterio Rhenoviensi Nicolaus Comes de Sulz Abbas eligitur.

/l/ mit dem würdigen herren, herren Niclausen von Sulz, statthalteren, und verweser der abtye ze Einowe.

/m/ Mit dem Erwürdigen herren, herren Niclausen von Sulz, statthalteren und verweseren der abtye ze Einowe, auch Fürmünder der Landgrafschafft im Cleggow. /m m/ ex Archivo Thiengensi.

provinciæ Moguntinæ Norimbergæ, præsidente Nicolao Abbate S. Blasij, aliisque tribus, celebraretur, ubi prælectum et acceptatum fuit decretum concilij Basilcensis pro reformatione ordinis, quod incipit: Sacrosancta Generalis Synodus, ipsumque Rhenaugiæ transmissum. At verò fædo Schismate hoc eodem anno se contaminavit memoratum concilium, quandò depositio Eugenio IV. Summum Pontificem creavit Amadæum Sabaudiæ Ducem, dixitque Felicem V. cui Nihilominùs plerique ex Fœderatis tantisper adhæserunt. Ad cumulum porrò malorum die 24. Junij Aniponti obijt Fridericus Dux Austriæ, advocatus Rhenaugiæ, quam protegere amplius potuisset, si per distantiam et fata adversa licuisset. Reliquit filium unicum decennem Sigismundum hæredem ingentis Thesauri supra decies centena millia ducatorum æstimati, quò usus est Fridericus Sigismundi patruelis filius Ernesti, dum tutelam, licet invito Fratre Alberto in se suscepit, atque mortuo 27. octobris Alberto Cæsare, die prima sequentis anni quadragesimi electus fuit rex Romani et Germanici Imperij; Sigismundo autem desponsata Caroli VII. Regis Galliæ filia Radegundis fuit. /n/

Fridericus Dux Rhenaugiæ advocatus obit.

1440.

Nicolaj administratione de sua tionem abdicat.

At verò Nicolaus vix per sesqui annum curata administratione Rhenaugiæ, jam labore fessus, de ea deponenda curavit; videbat enim utrique curæ, et Monasterij, et comitatûs cleggo vicæ, adeò sibi mutuò oppositæ, satis provideri non posse. unde Henricum Episcopum adijt, rationes dati et accepti reddidit, et licet anno pro administrando Monasterio stipulati nondum effluxissent, restituit tamen conventionis Instrumentum, aliaque charta jurejurando interposito, ac sigilli apressione die 29. Julij renuntiavit impositio oneri, passus quoad salarium sibi plenè satisfactum. mox quoque expirante tutela cleggo vicæ, Nicolaus sui memoriam non aliter, nisi in Necrologio nobis reliquit, cui ad diem 7. decembris fuit insertus.

n.

Ingens desolatio adhæc Rhenaugiæ, ubi proventibus Monasterij in rapinam datis, cùm aliàs eodem anno magna fames et annonæ penuria grassaretur, plerique religiosi pro victu quærendo aliorsum secesserunt, tribus duntaxat in Monasterio remanentibus. Et hi ipsi Patrum, quem dudum respuerant, Hugonem ab Hemishoven, in proximo vico Martelen degentem, implorârunt, ut curam rerum in se susciperet dignaretur; quam quidem ægrè, ac non nisi invitus ut eunque admisit; /o/

Quæ desertur Hugoni.

/n/ Hergott Genal. Dipl. to. I. pag. 223.

/o/ als der Erwürdig herr herr Joanes unser Apt jetzund, und etwilang Zit und wenig Jar nit by uns in unserem Gotshus, sonder an fremden Enden gewesen, und noch ist, und unser Gotshus durch bekümernüss in väl und beschwerunge in mengerley wege, so uns zugefallen sind, in gross schulden komen ist ... dieweil wir niemand haben, der sich der Gotshuss anime, als notürftig. ita charta de a. 1442.

Abbas XXXVIII.

Cùm interim nomen Abbatis licèt absentè Joañi Lumbar adhæreret, et subtot Pastoribus Grex desolatgingemiſ-
-ceret. /p/ p.

Potior nichilominùs causa malorum huiustemporis
religiosi ejcienda in bellum primum, rit vocant, Figurinum, quod
ià presi occasione comitatus Doggenburgici exortum. cùm enim
ultimus eius Familiæ comes Fridericus anno à 436. Leste Stumpfis
in Monasterio Rutinensi obijsset, ex testamento orta con-
-troversia est, cùm et Figurini, et Rheinenses cum Glaronen-
-sibus jura quædam in hæreditatem obtenderent. ad
arma jam ventum erat año à 439. quibus ictcunque
Sessensis, multò maiori ardore resumpta fuêre anno
præsenti quadragesimo, plerisque contra Figurinos
insurgentibus tam fœderatis, quàm Doggenburgi hæ-
-redibus. Iram in Monasterium Rhenaugiense civerat
quoque Joannes Abbas natione Figurinus, qui paulò
ante municipium illius urbis Monasterio conjunxerat.
Itaque cum Helvetij Turegum usq; penetrarent, Peter-
-mannus de Raren Doggenburgi hæres, adiecto sibi Be-
-ringero de Landenberg, Monasterij vasallo, alijsq; socijs,
Comitatum Kyburgicum vastat; Andelfingam, Brüla-
-cum, Osingen occupat; renunciare Iuri Civitatis Figu-
-rinæ cunctos cogit, omniaque Rhenaugiam usq; infesta
reddit. /9/ Pax tandem exeunte mense Novembri con- 9.
-ciliante Episcopo constantiensi ab Reven inter Fœdera-
-tos conclusa; sed Rhenaugia ad eum statum deplorandum redacta, ut ne paucis quidem, qui in Monasterio
remanserant, necessarijs provideri potuerint. Consili-
-em itaque arripiunt mutuos accipiendi trecentos flo- contrahunt.
-renos à Wilhelmo am staad Consule Schaffhusiano, quæ
Summa quanti illo tempore æstimata, vel ex eo liquet,
quod ob eam Bellum propemodum exortum fuerit.
oppignorârunt nostri census uberes in Buchberg et
Riedlingen, cum onere enormes usuras triginta Sex
modiorum tritici annuatim præstandi. Soluit ad eam
rem consensum præbere Hugo administrator, et quon-
-dam Abbas; /2/ unde Litteræ signatæ sunt à Magistra- 2.
-tu Schaffhusiano, die Martis post festum Purificatio-
-nis, id est 6. Februarij anno à 1441. cùm Monasterium 1441.
nostrum ibi quoque Iure Civium fruerctur; /5/ in 5.
quibus Litteris, postquam Capitulares nostri extremam
penuriam, statumque miserandum descripsissent, tan-
-quam oves sine Pastore desiderium ingens exerunt,
Rhenaugiam tam in spiritualibus quàm tempora li-

/p/ vocatur Abbas Joañes 23. Junij à 440. charta apud Tschud. pag. 300.

/9/ Tschud. Hartman ad hunc annum.

/2/ Abt Hug, dem das Gotzhus domal von bett wegen empfolen was, hat den brief nit beſiglet.

/5/ do unſer Gotzhus Burger iſt.

Infesta armis vicinia.

-bus restituendi. /t/ t.
Verùm id illo tempore factu possibile nondum erat; licèt enim tantisper quiescerent arma in Helvetia, in proxima tamen Hegovia inter Nobiles ac Civitates fœderatas colisa sunt, reddentibq infestum lacum Bodamicum inferiorem, atque Rhenum, Henrico Comite de Lupfen, Joanne de Richberg, Wernero de Schinen, aliisque equestris ordinis, qui ex area Oberstad Lacui ac Rheno iminente prædas coactas in Rochenheven deportabant. At urbes fœderatæ ex Überlingen milite deducto vastarunt Hegoviam, Castraq expugnata, arces in Horn, Schinen, Hilzingen alibique cremarunt. /v/ Fertur eodem anno Albertum, quem Frater Fridericus Cæsar, primum Archiducem Austriæ dixerat, proximum Rhenaugiæ castrum Lauffen catharactis Rheni majoribus iminens, et ad Fulachios Schaffusianos spectans obsedisse; dominabatur enim Albertus Brisgovicæ. Cùm verò obsessi omnes, unico excepto, per rupem longo fune se demisissent, aversoq flumine Schaffusiam se recepturi, gratia vitæ a Bignaro duce facta est soli relicto, et castrum Hagenbuchio traditum, rediturum paulò post ad Fulachios. /w/ Inter v. w.

Joañes Abbas resignare cogitur.

Istos tumultus tandem, implorantibus auxilium religiosis nostris, misertus est Henricus Episcopus, et Joannem Lumbar Abbatem ad plenè resignandum dignitati coegit, cùm alium virum Idoneum ad succurrendum Monasterio in tantis angustijs reperisset. Factum id est eodem anno quadragesimo primo ante festum Pentecostes; Ipse verò Joannes haud diu vitam protraxit,

Et Moritur.

sed in exilio constantiæ mortuus est aut die xxi. Decembris hujus, aut Decima Sexta Martij sequentis anni, cujus corpus Rhenaugiam delatum, sed absque pompa, aut inscriptione sepultum fuit. /x/ x.

/t/ wir als glider des Gotteshus mit ganzem gemüet geneigt sind zu einer widerbringung unseres Gotteshus, als das Gott der Allmächtig wohl weist.

/v/ Tschudi ad hunc annum. Crusius to. II. pag. 80.

/w/ Stumpfius to. II. Lib. V. cap. 18. Brucellinus hoc anno.

/x/ Gallia christiana to. V. pag. 1066. Tandem Exul miserè obÿt Constantiæ XVII. Kal. Aprilis anno incerto.

Eberhardus II.

Eberhardus II. Schwager
Abbas XXXIX.

1441. Eberhardus II. postulatus,

Docent monumenta nostra, petente conventu, comissam fuisse ab Henrico de Heven Episcopo Constantiensi ante festum Pentecostes anni 1441. Abbatiam Rhenaugiensem Eberhardo ex Nobili familia Schwageronum Schaffusiana, viro Egregio ac religioso ordinis S. P. Benedicti, quem ferunt ex eodem coetu Hirsaugiensi fuisse, unde nuper erat Nicolaus de Sulz, administrator, ac fortasse ab ipso comendatum. obstabant nihilominùs Comites de Sulz Joannes, Alvicus, et Rudolphus, qui abdicata à negotijs Matre ursula, communi consilio non solùm comitatum Clygoviæ regebant, sed etiam incubabant, Rhenaugiæ pleraque pro arbitrio disponentes, ac proventibus potiores in proprium comodum impendentes. Intercessit igitur Henricus Episcopus, quo agente in octava Pentecostes, die nempe undecima Junij, facta est Conventio in quinque proximos futuros annos, cuius virtute suppressa interim advocatiæ questione, certa annua pensio frumenti, vini, aliorumque censuum tribueretur Comitibus, de reliquo autem libera administratio relinqueretur novo Abbati, neque ullum exinde præjudicium juribus Monasterij crearetur. Conegit Comes Rudolphus de Sulz.

Collegit deinde Eberhardus dispersos religiosos, rebus collapsæ Monasterij paulatim videbantur, tam in officijs divinis, quàm in necessarijs temporalibus in melioren ordinem restaurandæ. fecit inde comitatione quorundam hominum Clgionem cum Abbatia Turicensi, neque aliquid negligebat, quod proficuum foret Monasterio.

Inter hæc in eodem Turego mira agitabantur consilia. Nam senatus ultimo bello à Fœderatis reliquis haud exiguo damno affectus, sibi de securitate providere satagens, legationem ad Fridericum Cæsarem anno sequenti destinavit, quæ fœdus cum domo Austriaca offerret ineundum; quod tandem nec Cæsar respuit, sub spe recuperandi amissa; nam et Figurini cedere comitatui Kiburgico parati erant. Latere id diu reliquos Fœderatos haud potuit, maximè quando eorum oratores à Friderico repulsam passi sunt, inquiente, dignos gratijs et privilegiorum confirmationibus non esse, qui bona ad Gentem austriacam pertinentia detinerent. Excaptus est igitur cæsar cum Ingenti Jubilo Turegi die decima nona Septembris, firmatoque fœdere post decem dies inde digressus Wituodurum, Badenam, Solodorum, Bernam, Basileam, perlustrans, constantiam denique pervenit. ubi opportunâ nactus occasionem Eberhardus Abbas noster Cæsari supplex fuit, ut Monasterium in protectionem Imperialem dignaretur suscipere, corroboratio; antiquis

1442.

Eonem facit
itiby de Sulz.

rma à Friderico
re impetrat,

privilegijs, ab exterorum quorumcunqs juriodictione liberare. annuit clementissimè Fridericus die Martis post festum S. Catharinæ dato diplomate sub Majestatis sigillo norma ab alijs Imperatoribus usitata, additisqs singulariter duo privilegia, unum de non avocando subditos ad aliena tribunalia, /a/ alterum de recipiendis sub tutelam proscriptis, quorumque causas suas legitimè ac secure prosequi possent. /b/ Peractis negotijs Cæsar ad S. Gallum declinavit, ubi tribus consumptis diebus, per Tyrolim in Austriam se recepit, Helvetios diris suspitionibus agitatos relinquens, qui tandem à Tigurinis postularunt, ut fœderi cum domo Austriaca inito penitùs renuntient. quibus se facturos negantibus bellum indicitum die 20. Maij instantis anni 1443. nec mora nondum paratos aggrediuntur, ac diversis locis afficiunt, donec implorata per Wilhelmum Hochbergæ Marquavium Henrici Episcopi constantiensis interventione operam suam quoquo egregiè navante Friderico Abbate Einsidlensi, die nona Augusti inducijs pactis sunt ad sequentis anni festum S. Georgij duraturæ. Bernates interim cum Solodorensibus Laufenbergam obsederant: sed audito inducijarum nuntio damnis non modicis affecti discessêre.

additis privilegijs.

a.

b.

1443.

Comites de Sulz debitis obstricti

Inter hæc ex levi causa ingens civilis periculum Thenaugiæ exoritur. occupabant eo tempestate Comites de Sulz Joannes, Alricus, et Rudolphus, arcem ad superiorem oppidi portam: Ursula verò Mater à filijs divulsa, ut Comodius divinis officijs interesse posset, in domo Custodis, qui simul Parochi munus ad Sanctos Felicem et Regulam administrabat, morabatur. Pater Comes Rudolphus, jam pridem defunctus, debitaque quædam reliquit Monetario de Münsingen solvenda. Hic duos famulos Thenaugiam destinavit, solutionem ab hæredibus exacturos: at illi, more non admodum insolito, contumelijs affectos, urbe expellere jubent. Clamantibus et justitiam implorantibus adest Schultetus cum Senatoribus, quibus comitum præsentia jam gravior et molesta esse cœperat. erepti igitur è manibus Sulzensium nuntij custodiæ tradentur, ut tanti tumultus causa æquo judicio ponderari possit. Id Comites honoribus suis derogare, atque præten-

Ira minantur Civibus,

/a/ wir haben auch dem obgenanten abt und convent zu Einow, und ihren nachkomen diss besunder gnaden getan, und tuen in die auch wissentlich in kraft dis briefs von römischer küniglicher macht, das niemand wer der sey, dessen abt, convent, und irer nachkomen eigen leut, und kinder sessen, die in zugehören, für dhein fremde gerichte nit keischen, noch fürwenden soll umb einicherley sachen willen.

/b/ Sy mögen auch in iren gerichten offen verschriben echter uf ire recht enthalten &.

juribus æstimantes, ira percitî Senatoribus dira omnia cominantur. Neque vanas minas fore experimento docti veniunt simul omnes in Monasterium Cives die decima quinta Julij, atque intolerandam comitum arrogantiam queruntur: Abbatem Eberhardum implorant, ut jura oppidi, quæ simul omnia Monasterij essent, tueri velit; se vitam cum bonis cum in finem impensuros, quâ simul omnes ad proprietatem Monasterij pertinerent. Dicm Schultetus eiusque boeij officia sua resignant, quæ obstantibus comitibus haud possent. /C/ adhæc Abbas cum Conventu Cives verbis roborat, mutua fide pro defensione data; Schultetum cum reliquis pristinis officijs restituit; jubetque, ut captivos creditores ex Imperiali Jure Sex hebdomatas ac tres dies detineant, causam eorum ex more decisuri. Interea rogatur Mater Ursula Comitissa, ut filios à concepta vindicta dehortari dignetur. Sed surdi ad Matris preces fuêre Comites. adhibiti quoque sunt oratores ex proximo Magistratu Schaffhusiano, quorum arcta necessitudo ob comune Municipium et Abbatem cum pleriosque Nobilium familijs junctum, intercesserat: Sed frustra fuêre omnia. Elapso igitur tempore præfinito, nec comitibus, licèt rogarentur, quidquam contra captivos opponentibus, dimittuntur hi ex custodia, impositô prius jurejurando, ût solebat, quô Cavebatur tam oppidi, quàm Abbatis, atque etiam Comitum indemnitati, ob hanc detentionem nullo modo Lædendæ.

Abbatem implorant.

4 exequi c.

lantur à itibus.

Verùm Comites querelam deferunt ad Marggravium Wilhelmum, domûs Austriacæ Superiorem Præfectum in Alsatia, Brisgovia, et Hercinia; accusant Rhenaugienses, quòd infractâ pace publica, læsôque ipsorum territorio, armati captivos abduxerint. admonet itaque Wilhelmus per Magistratum Schaffhusianum Abbatem, ut Comitibus pro injurijs satisfieri curet. Respondit Eberhardus Marggravio: Nullum jus comitum infractum fuisse, cùm omnis potestas Re-

---

/C/ uf die clag die der Schulthes und rätt tatent, ruoffend die von Rinow, jung und alt die gemeind, den obgenanten herren und Abt an, als ihren rechten natürlichen herren, und rettend Jetglicher insunders, das er inen ze hilff käm, den alt Eigenschafft, und gewaldsami sin, und aines convents, und ires Gotzhus wär, und alle gerechtikait der gericht inen zu sprechen stund; das sy den Lidaby schirmind, dazu welten sy sys und gutt setzen, umb des willen, das der obgenant abt, und Convent by sinen fryhaiten und gerechtikaiten bläibe, dan sy all## des Gotzhus aigen eüt syent.

-naugiæ penes Abbatem resideat, fueritque semper propria Monasterij; /d/ offert se tamen sponte, ad causam coram ipso dicendam. dies indicta vigesima nona Novembris Waldishuti; ubi præsentibus Alvico et Rudolpho comitibus Senatores Rhenaugienses ab integra communitate deputati accusationem fortiter repulerunt. detentos à se monetarij nuntios, quòd justitiam contra violentos aggressores implorassent. id muneris ab Abbate ipsis fuisse injunctum, cui homagio præstito parituros se spopondissent. Non ab alio, quàm Abbatis Judicio quamlibet causam Rhenaugiæ dijudicandam esse, nec licere quenquam ad aliud tribunal avocare ex diplomate anteacto anno à Cæsare Friderico impetrato. solam sanguinis causam remitti solere ad advocatum, qui ipsius Monasterij nomine Judicium /e/ prosequatur. Respondent Cives.

Margravius cùm frustrà partes conciliare tentasset, pronuntiavit, causam diligentiùs esse discutiendam; offendere enim verebatur, quorum operâ ad instans bellum indigebat. Hunc in finem viros quosdam Nobiles proposuit, ex quibus aliquem ambæ partes arbitrum eligerent, quorum voto et consilio ipse Wichelmus causam ultimato decideret. Abbas illicò unum ex nominatis rogavit: Comites verò moram postularent, absentiam tertij fratris Joannis causati, quamvis hæc potiùs ad declinandum Judicium dicta fuisse viderentur; nam Comites totâ hyeme urgentibus nequidquam Wichelmo et Eberhardo, adigi non potuerunt ad arbitrum nominandum, qui jam non jure, sed facto causam agere decreverant, renovaturi, si per eos stetisset, tragœdias, quas Parentes ipsorum cum Hugone Abbate præluserant. Sed enim in virum offenderunt præteritis malis cautiorem effectum, amicis potentiorem, et quem fortuna non undequaque destituerat; verbo/ qui tandem Deo Auspice ab advocatorum persecutionibus Monasterium penitùs liberavit. Suspenditur Decisio.

/d/ den all di aigenschafft, und gewaldsami des gerichts ains Jeglichen Abts zu Zinow und sines Gotzhus wäre zech aigen.

/e/ Wol wan ain übeltatiger begriffen wurd in den gerichten, da richte ain schuldhais in aines abten namen untz ans blutt, und geb den den stab mit recht uf ainem schirmer des Gotzhus der nem den den stab, und richte in des Gotzhus namen über das blutt nach anwisung des Gotzhus fryhaiten.

Sy hetten och gelobt irem herren dem abt nieman rechlos lassen, noch us denen gerichten füren.

Abbas XXXIX.

1444. Anno quadragesimo quarto ineunte Abbas Eber-
-hardus tertiam partem villæ Jestettensis pro octin-
Jestettæ. -gentis florenis emit à Nobili Domina Margaretha
de Tettingen nata de Landenburg; cuius actarater-
-tia adhuc remansit apud Nobiles Schaffhusianos
de Jünteler. Licèt hæc jam ab anno 870. ex do-
-natione Ludovici Germanici ad Monasterium per-
-tinuisse videantur, jure Beneficiario, aut quocun-
-que alio interim devenerit. Emit autem cum omnibus
juribus, hominibus, bonis, Judicijs, Mortuarijs, an-
-garijs, censibus, cæterisque /f/ pertinentijs, consen- f.
-tiente, ac sigillum apponente Ulrico de Ümlang
ipsius Genero die octava februarij, Magistratu
Schaffhusiano contractum postea ratum habente,
prospexit autem Abbas et ornatui Ecclesiastico, s Ecclesiæ;
cuius supereſt theca auro obducta pro servandis
sanctorum Reliquijs, quorum effigies incisæ cernun-
-tur, nempe S. Petri; S. Mauritij; S. Blasij; S. Januarij;
S. Christophori; S. Agidij; S. Barbaræ; S. M. Magda-
-lenæ; S. Apoloniæ; S. Verenæ; et S. Margarethæ,
cum sequenti inscriptione: „Anno Dni MCCCCXL-
IIII. Completum est hoc opus per venerabilem
Dnum Eberhardum Schivager Abbatem in Dinow.“

lescente Hoc Induciarum tempore ad pacem inter fœ-
ao, -deratos, Tigurinosque conciliandam ipse Henricq
de Höven Episcopus Constantiensis magnum Con-
-ventum Badenæ in argovia indixit, primò ad fest-
-um trium Regum, /g/ deindè impedimento interve- g.
-niente, ad vigesimam secundam Martij, ubi tam ex
concilio Basileensi, quàm ex pluribus Imperij civi-
-tatibus ambo convenire Legati, quorum singuli,
singularum partium jura disquirerent, atque com-
-ponere niterentur. ex civitate Schaffhusiana alter
ibi adfuit orator Conradus Schivager, vasallus Mo-
-nasterij, et Abbatis Eberhardi Frater Germanus.
Sed magno licèt labore, tamen effectum est nihil;
cùm Tigurini fœderi Austriaco nuntium dare
renuerent, animum addente Wilhelmo Marggravio,
ut proinde expirantibus induciis magno conatu
utrinque arma pararentur. Prodromum belli
facere videbatur Joannes Comes de Sulz, cum
die decima quarta Aprilis, Paschatis tertia festi-
-vitate, quando Rhenangienses plerique nundinarū
causâ s. ùt adhuc asolent. / Schaffhusij aberant,
sex equitibus stipatus in Monasterium irruit,

es de Sulz
tus venit.

/f/ mit Lüt und gutt, mit Zwing gerechten und
Bennen mit Nutzen, Vällen, Güllten, renten, Chaff-
-ten, Kerlichaiten, und Zugehörten.

/g/ Tschudius: uf den Zwelften tag, das ist der
Hailigen 3. Kunigen tag; computo à die
Natali facto.

Abbatem inquisiturus. At hic clam monitus, portas obserari cùm præcepisset; erant enim plures sicarij in arce Balmensi Rhenaugiæ opposita parati. Schaffhusiani Abbati opem ferunt. in arcem Lauffen averso flumine se recepit, nuntio Schaffhusium ad amicos misso, qui cum triginta equitibus eadem die adproperarunt, atque Abbatem sub mediam noctem revertentem exceperunt. quorundam Equestrium nomina producuntur in actis nostris, nempe Laudatus Conradus Schwager Abbatis frater, wernerus de Schinach, eiusdem affinis et propugnator acerrimus, Wilhelmus Senior de Turn, Ioannes de Griessen, Ioañes hagizi seu Hegenzer, Ioañes de Eschach, Eugenius de Turn dictus Züsser, Ioannes de Fulach jam denuò dominus in Lauffen, wilhelmus et Eugenius fratres de Turn dicti zur Haselstuden, Henricus de Birchendorf, denique wilhelmus de Turn Iunior, quem postea den armen Ieß dixerunt.

Mane facto primores ex supradictis Comitem Ioannem adeunt, causam, cur armati advenerint proponentes, quòd nimirùm insidias paratas adversus Abbatem amicum et Concivem suum percepserint. rogant igitur blandis verbis, ut à proposito desistere, citem coram Marggravio captam prosequi, et Rhenaugiensibus denique de indemnitate cavere velit, quos in defensionem suam receperint. dum ista conferuntur, Supervenit alter frater Comitis Comites se surripiunt. Ulricus procul dubio ex condicto, et ut moram injiceret, tempus deliberandi postulavit. Verùm dum mensa omnes accumbunt, prandium sumpturi, Comites singuli unus post alterum egressi, conscensa navi clam recesserunt ad suos in arce Balmensi latitantes, quorum expectatio per Abbatis industriam, et amicorum promptitudinem jam fuerat frustrata. ut verò Monasterij et Rhenaugiensium securitati in futurum quoque consuleretur, altera die decima sexta Aprilis venit vir Nobilis Georgius de Geroldsegg, moxque sequutus ipse Consul, cum quibusdam ex Magistratu Schaffhusiano, qui interposita sua auctoritate, partes tantisper hunc in modum conciliârunt, ut depositis armis usque ad festum Ascensionis Domini quiescerent, comparituri deinde coram Henrico Episcopo, sententiam pro meritis causæ laturo.

Verùm Comites de suis oppressuri penitùs Rhenaugiam, Abbatem gravi accusatione deferunt ad Wilhelmum Marggravium, durantibus inducijs Turegi comorantem: quòd nempe Schaffhusianis magno numero, armisque instructis oppidum cum transitu Rheni, ipsamque arcem comiserit, Fœderatis recrudescente Bello tradendam.

Falsitas

Falsitas delationis facilè perspici poterat, cùm Schaffusium Imperij tunc oppidum, neutri parti addictum esset. cùm Nihilominus instante bello omnia suspecta videantur, Wilhelmus tam ex Turgovia, Austriacis tunc parente, quàm ex Sylva nigra, finitis indicijs, quorum terminus instabat, Rhenaugiam occupare imperat, eamque funditùs subvertere. Læti hoc mandato Comites Sylvestri Præfecto, qui jussa exequi parabat, sese jungunt in Waldshut, prædam desideratam capturi. At verò de discrimine secretò cõmonitus Abbas, sine mora Turegum destinat Wernerum de Schinen, et Joannem de Grieffen, Calumniam absterfuros; qui tandem narrata rerum serie eò inclinârunt Wilhelmum, ut mandatò revocatò pontem duntaxat Rhenaugiæ subruere præciperet, Turgovijs omnino domi manere jussis. cùm enim lateret adhuc, quam in partem Fœderati impressionem facturi essent, timebatur, ne fines egressi in alteram Rheni partem erumperent. Tantum nihilominùs valuit apud Marg[r]avium Wernerus, ut se jussurum Sylvarum Præfecto sponderet, ne plures duodecim militibus secum duceret, neque ponti Rhenaugiæ prius vim inferret, quàm Litteras ad ipsum Abbatem dirigendas obtulisset, quibus nomine Principum Austriæ caveretur, pontem restituta pace absque impensis Rhenaugiensium fore restaurandum. Wernerus Rhenaugiam versus gratum nuntium Abbati, Schulteto et Senatoribus aperit, silentiò indictò, donec Litteræ per Præfectum Sylvestrem traderentur. Interim ipse diem festum S. Georgij inducianum terminum præstolatur, quò mandata Exequutioni tradenda fuissent. Monantibus Sylvestribus Wernerus magnò nostrorum damno discessit, æstimans, mandatum de pontis destructione penitùs à Wilhelmo revocatum.

Ipsa die S. Georgij Fœderati Classicum cecinêre, in Clotan tribus leucis Rhenaugiâ distantem villam adproperantes, deliberaturi, quam in partem arma converterent. At Præfectus in Waldshut, cùm juxta secundum mandatum sine turbis Rhenaugiam profecturus esset, vehementer à Comitibus de Sulz perurgetur, ut quandoquidem periculum immineret, copijs jam adunatis impressionem conceptam, jussis prioribus conformem exequeretur; prædam opem praemium futurum. venit ergò altera post finitas inducias die vigesima quarta Aprilis sumo mane tenebris nondum discussis, non cum duodecim, sed cum sexcentis omninò tum equitibus, tum pedestribus, quorum antesignani erant comites ipsi de Sulz; quos ferunt plaustra vacua secum tulisse implenda nempe Monasterij spolijs. Magno impetu irruunt in pontem, cuius pensile tabulatum in medio elevatum cùm iter præcluderet, exorto tumultu, fit celeritò

Cum Rhenaugiæ.

lis purgatio.

ugia hostiliter
citur.

Hostes repelluntur. bitò concursus civium, qui rerum ignari fortiter repellunt hostes: Demúque illi spe potiundæ Rhenaugiæ amissâ pontem subruunt, jaculis ac globis ignivomis laborantes petiuot, Magistrum rei formentariæ cum duodecim militibus vulnerant, ac nonnullos occidunt, unicò ex Rhenaugiensibus levi vulnere affectò. Sic pons, qui illo ævo multo propior Monasterio structus erat, atque supra vicum Altenburg in regiam ducebat viam, /k/ dejectus quidem est, hostes tamen ab ingressu Rhenaugiæ prohibiti, submissis post factum Margravij ad Abbatem litteris, quas Præfectus Sylvester ante consignare debuerat; tantam exinde Margravij indignationem promeritus, ut ad præcavendam punitionem majorem fugâ sibi consulere fuerit coactus. /i/ i.

Pons dejicitur.

Tumultus Civium Rhenaugiæ. At Rhenaugiæ ingens populi murmur, ac propè seditio coorta. cùm enim in vulgus spargeretur, Abbatem ac Senatores de ponte dejiciendo fuisse prænonitos, non ultimam mali causam hisce imponebant: eos in eodem cum aggressoribus consilio fuisse, ajebant; cives futuri conscios sibi melius fuisse consulturos; rem studiosè reliquis omnibus occultatam; jam nunc ponte carentibus quotidianis impensis Rhenum navibus vel ad proprios agros et vineas trajiciendum. quas quidem querelas Comites de suez converso stilo suspitionem à semet abstersuri in Abbatem rejicientes, egregiè per subornatos, præsertim per quendam Soman, quem arci Rhenaugiæ Præfectum imposuerant, nutrire et adaugere adlaborârunt, simplici plebi imponentes, hac una de causa pontem fuisse dejectum, ne Comites liberè comeare possent, quos privatis odijs infectaretur Abbas. Invalescente in dies populi tumultu, ac præcipuè, quòd fœderati proximam belli expeditionem versùs Rhenaugiam fieri nuntiarentur, Abbas, servandis rebus præmissis, in domu Monasterij oppido Schaffhusij inclusam se recepit, quo Comitissa uxucula cum alijs tutiora loca quærentibus jam præjerat.

Abbas Schaffhusium se recipit.

Helvetij minantur, At Fœdelati consilio bellico in Cloten ditionis Tigurinæ habito, ad oppugnandam arcem et oppidum Greifense paulo remotiùs ab Rhenaugia se converterunt. miserunt nihilominùs ex castris Schaffusium, qui postularent, ut Rhenaugiensibus interdiceretur, ne damna Helvetiorum rebus, ut nuper, inquiunt, per dejectionem pontis factum, inferrent, idque litteris publicis caverent, secùs Martias minas percepturi. Adjiciebat Abbas Fœderatorum Excercitum

/k/ Bey der Flüe Halden.
/i/ von diser geschicht wegen müst der waldvogt Landrümig sin.

1444. exercitum ipsacium Toman Sulzensium Praefecto.
erat quoque in comitatu Abbas omnium Sanctorum
Schaffhusij, imò et ipse istius urbis consul cum qui-
busdam de Magistratu; ut ab Helvetiorum vasta-
tione agris ac proventibus suis prospicere sata-
gerent. Praecipua tum Auctoritas inter Foede-
ratos apud Armanum Reding Seniorem dictum, resi-
debat. Hic minacibus verbis cautionem praedict-
am cùm exegisset, Abbas verò bellica damna suo ac
Monasterij pericula praecaveri haud posse affirmasset,
comeatus quidem pro reditu datus, sed minis haud
minoribus adjunctis dimissus. nec vana fuit comi-
natio; nam arce lacus Gryphaei post quinque hebdoma-
darum obsidionem in deditionem recepta, omnibus-
que penè praesidiarijs cum Landenbergio Praefecto ca-
pite plexis, cùm rediissent Helvetij in Cloten, quid-
quid Thenaugiae cis Thenum erat, penitùs direptum,
excisum, atque exustum fuit. quòd paulò post etiam
Bilaco et Praepositurae Embracensi, haud procul
Thenaugia accidisse traditur.

ripiunt
erij reddity.

Interim urgebat dies Ascensionis domini ab
Episcopo pro componendis controversijs inter Abba-
tem et Comites de Sulz praestitutus. comparuere
in crastinum vigesima secunda Maij in oppido Stein
Fratres Comites cum comilitonibus, comparuit et
Eberhardus noster, cum Wernero de Schinen, Conrado
Schwager, Joanne de Griessen, Wilhelmo in Turn
seniore, nec non Schultheto Thenaugiensi atque Se-
natoribus; ubi multis pro utraque parte dictis,
postremò Comitibus objicientibus Territorij ac juris
dicundi infractionem, et quod pensa annua advo-
catis dari consueta negarentur; repposuerunt ni-
hilominus Thenaugienses: omnem jurisdictionem
superiorem non minùs quàm inferiorem, non ipsorum
Comitum sed Abbatis ac Monasterij propriam esse;
Advocati verò proventus consistere in sola tertia
mulctarum parte, duabus partibus ad Monaste-
rium pertinentibus; imò et tertiae illius partis
medietatem competere ad Schultetum et civita-
tem Thenaugiae: ut proinde comites, etiamsi fo-
rent tutores Monasterij, exiguo tamen proventu
contenti esse deberent. /K/ Tandem Episcopus

vus novas
bbatem et Co-
vacisciter in
s.

K.

/K/ Nain, es sy nit ir; den alle aigenschafft, lüt und
gutt, zwing und bänn, sy aines abts, und sines Gotts-
hus recht aigen, und hab och stock und galgen,
und nit die herren von Sulz; und sygend och alle
frevel sy lain und grofs je und je, und nock hüt
by tag ains Abts zwen tail, der tritt aines schir-
mers, und aines Schultheissen, und der statt zu
Rinow, jeglichen ain tail von dem tritten tail,
daby wellend si noch by dag belyben.

cussо labore, renitentibus comitibus, pacem conciliare conatus, novas induciasusque ad festum S. Verenæ, diem primam Septembris, paciſci curavit.

Abbas frustrà Pontis reparationem urget.

At verò Abbas Eberhardus ineunte Mense Junio litteras dedit ad Wilhelmum Margravium Turegi adhuc agentem, quibus actorum à se in castris Foederatorum relationem exposuit, quorum adeò iras in Monasterium concitaverit; simul et facultatem reparandi pontis enixè petit, ut tandem Rhenaugiensium querelis satisfieret. Respondit Princeps humanissimè die nona eiusdem mensis, gratias agens ob favorem domui Austriacæ sibique impensum; spondens, se id relaturum Ducibus, quorum gratiam data occasione Monasterium experiretur. /c/ Pontem quod attinet, concedit, ut eum in modum restaurari valeat, ut saltem pedes transiri, ac Nihilominùs urgente periculo facili negotio dejici possit. Verùm Magistratus Figurinus, cui postulatum postea aperuit Wilhelmus, ne quidem ponti pedali fidendum ratus, altera die 18. Junij ad Abbatem Epistolam destinavit, quâ majorem in modum obsecrat, ut nulla prorsùs pontis reparatio durante tanto discrimine, et incerto ulteriori Helvetiorum proposito, permittatur. /m/ cui petito obsequens Abbas grave incomodum ex pontis carentia ulteriùs subijt. Verum Foederati Helvetij post festum S. Joannis Baptistæ unanimi consilio Caput adversariorum ipsam Metropolim Figurinam obsidere aggressi sunt. c. m.

Armoniaci.

Hac tempestate populus ferox ex Gallis, Anglis, aliisque nationibus conflatus, pace inter Gallum, angliumque facta, per Alsatiam iter faciens in Basileæ finibus consedit, numerò, ut aiunt, triginta Millium, Duce Delphino Ludovico Caroli VII. Regis filio. Hos vulgus à quodam capitaneo viro forti Jacobo de Armoniac, Armoniacos, et in Vernacula corruptè die armen Jeſen, vocitabant, aut etiam die Walchen, Schnaggen, et Schinder, quod miseros accolas rebus omnibus, et quasi ipsa pelle nudarent. Temerè multi suspicabantur, eos ab Austriacis contra

---

/c/ So dank ich üch solichs gutten willens, soir dan zu miner gnädigen herrschaft von osterich und mir hand, dan ich will es von üer gütte zümen, das ich hoff, es soll gegen üch und ürem gotshus erkent werden; da ich es den selbs verdienen und beschulden könt, wölt ich allzeit willig sin. &c.

/m/ Als wir üweren Gnaden des und alles Gutten wol getruwend, in welcher sach wir das umb üch und üwrem Gotshus, und all die uwren kündint gedienen, wellen wir willig sin zu aller zit.

Helvetios adscitos fuisse; alij contra ab ipso Summo Pontifice Eugenio IV. adversus concilium Basileense schismaticum, et Antipapam Felicem, cui Helvetij plerique adhærebant. missi ex Foederatorum castris mille ducenti, qui certiora explorarent. cùm in antesignanos incidissent, eos fortiter adorti magna strage repulerunt. sed ultra fluvium Brisam, repugnantibus nequidquam Primoribus, prosequuti, à toto exercitu excipiuntur, et die vigesima sexta augusti ad unum omnes cæsi: ex quibus tamen triginta duo à Basileensibus ex arena collecti à vulneribus convaluerunt. His nuntijs territi Helvetij obsidionem Tigurinam die vigesima nona Augusti deserunt. Pars autem Armoniacorum hostiliter in Austriæ ditiones, Thengeldam, Sekingam, Waldishutum, et Cleggoviam usque penetrat, Thenaugiæ magno terrore incusso. /n/ Abbas Eberhardus civeo armatos esse jubet; quorum plerique renitentes cum fugam meditarentur, ipso petente à Schaffhusianis tenti, atque pœnis affecti sunt. n.

rorem Thenau- die inferunt.

Inter hæc Fratrum Trias Comites Sulzenses hæreditatem die 20. Julij partiti, Alvico inter alia Thenaugiam assignârunt, qui terminum ab Episcopo pro decidenda lite assignatum vix præstolatus, possessionem huius oppidi, ut putabat, jam suæ, impatienter adire cupiebat. Cùm enim Henricus Episcopus ob belli tumultus partes ad diem indictam tutò non posse comeare perspiciens, comonefecisset litigantes, ut inducias ad diem primam Septembris expirantes prolongarent; renuit Alvicus, sortem controversiæ armis comissurus. Nec defuit occasio ex Armeniacorum incursione captata. discesserat enim Thenaugia Eberhardo, seditiosis civibus haud confisus, Schaffhusio inclusus, comitante senatu Conrado Burli Schultheto, Henrico Scherer, Joanne Mantz, alijsque Monasterij fidelibus. Venit igitur Thenaugiam Alvicus armatus multis militibus stipatus, inter quos eminebant Hugo de Landenberg, Jacobus et Eugerus Mülleri, Studleri, et quidam Tigurini, die octava Septembris, ipso festo Nativitatis B. V. Mariæ, hora tertia pomeridiana; cautatus, quòd à civibus pro defensione oppidi contra ingruentes barbaros imploratus fuisset. Mox à communitate, capite destituta, homagium extorsit; cuitamen cautelam addidêre saniores, ut id juribus Monasterij nullum crearet detrimentum

Alvicus Comes occupat Thenaugiam,

/n/ dis stund untz Bartholomei, do kamend die armen jeken in das Cleggow, und lagend untz Mauritij zu waldshut.

Et Monasterium munit,

|o| deinde Monasterium aggreditur, invadit, occupat, et ex domo dei propugnaculum Martis efficit, cui ipse situs insulæ Rheno undequaque circumfusæ opportunitatem tribuisse videbatur. Vallo cingebantur ædificia, implexioque nexibus pali circumducebantur. tum in ipsis peristilijs tormenta locata, militesque per cellas et dormitoria dispositi. quæ in promptuarijs Monasterij inventa, ea omnia cessere in militum alimenta, quin et his deficientibus proventus Monasterij ex locis circumquaque sitis armata manu colligebantur; quippe et stipendia exillis solvenda erant, ut jam nec Abbati, nec conventui pro sustentatione quidquam residuum remaneret. |p| o.

Abbate frustrà reclamante;

His tamen non contentus Comes, Rhenaugienses cum Abbate Schaffusij comorantes edicto Rhenaugiam redire jussit, et abilis sigillum civitatis, aliaque documenta, quæ in tutum deportaverant, exegit. quibus remuentibus, novum Schultetum Rudolphum Langnower, aliosque officiales constituit, cives adversùs Abbatem in rebellionem concitans, obtentu ipsius absentiæ tempore bellicis turbis infesto. At verò Eberhardus datis ad Rhenaugienses prolixis litteris die vigesima Septembris gravissimè sub fide juramenti præstiti prohibuit, ne Comiti ullo adjumento præsto essent, neve illi Census aut quoscunque proventus ad Monasterium pertinentes exsolverent. Ad Alvicus in propositio perstitit, novum Civitatis sigillum fabricari fecit, Rhenaugiensesque adegit, ut muniendæ insulæ labores impenderent. p.

Ad quem reliqui religiosi Schaffhusium confugiunt.

Tandem Capitulares religiosi, non solùm necessarijs destituti, verùm etiam à persolvendis officijs divinis prorsùs impediti, ad Abbatem, quem ut Patrem ex meritò venerabantur, et amabant, Schaffusium confugerunt, ibi pensa divina, prout poterant, exsolventes, quorum nomina his prodiuntur: Burkardus Hagen de Bondorf, Caspar Hoffmañ, Joannes de Winterberg, Nicolaus Züger de Wintertur, et Joannes de Zümlang. |q| q.

|o| Sy schwurend im dem Gotzhus in allweg unfergrifflich.

|p| Alles ward verwüst und verdan; die Soldner richt mañ von des Gotzhus gutt us, und machet Bollwerk und Letzinen in dem Gotzhus, und ain Sturmzaun darum, und Leitbüchsen in den Crützgang und allenthalben, und zoch uf dem Land mit den Soldneren mit freventlicher und röpplicher hand des Gotzhus gutt in.

|q| und also stund das Hochwürdig Gotzhus on allen Gotzdienst.

Abbas XXXIX.

Abbas implorat Albertum Ducem Austriæ

Ad diem undecimam octobris Friderico Cæsar Comitia indixerat in oppidum villingen ad subsidia conquirenda contra tot hostes tam Helvetios, quàm Armoniacos, quibus suo nomine præfecit Germanum suum Albertum Archiducem. Ad hunc igitur Abbas ablegavit Wernerum de Schinen affinem suum, qui Miserandum Monasterij statum proponeret, et auxilium efficax imploraret contra Comitem, invasorem non solùm Monasterij, sed etiam advocatiæ, â Majoribus ad domũ Austriacam derivatæ, sub cuius protectione restitui, ac deinceps conservari cuperet. /2/ dedit Albertus 2.

1444. mandatum de restituendo Monasterio, sed sine effectu, edit.

illicò ad Comitem mandatum, præcipiens, ut quantotiũ evacuato â milite Monasterio in sua se reciperet, Abbatem et Conventum redire permitteret, si quid Iuris contra obtenderet, id ad serenitatem suam deferret. Præmisso hoc mandato, Abbas duos ex suis destinavit Burchardum de Hagen, et Joannem de Winterberg, die 27. octobris, qui regressum tentarent, et Claves ab administratoribus repeterent; novos enim pristinis ejectis substituerat Comes. Magno id illi præsumpsere periculo; nam tumultu exorto vix, Deo protegente, incolumes evasêre. /3/ cùm igitur nec mandatis pareret Alvicus, licet omne periculum, repulsis Armoniacis et Helvetijs ad sua tuenda regressis, cessasset; Amici Abbatis in armis strenui proventus Monasterij diversis ex vicis vi Alvico præripere molièbantur, licèt Major pars jam ipsi cessisset. Abbas quoque ad festum omnium Sanctorum consueti Iuramenti comonefecit piscatores, ne Salmones, què copiosè tunc capiuntur in Rheno, comiti Hanaugiæ, sed potius sibi ac Conventui Schaffhusij traderent. verùm inter tot piscatores unicus memoratur ex Ellikon fidelior; reliquis in stationibus res agebatur raptè. unde nec mirandum, quòd Eberhardus Abbas multis susceptis pecuniis culijs debita quædam Schaffusij contraxerit. 3.

Extremis igitur angustijs afflicti Abbas atque Conventus, spem unicam in Deum optimum Maximum reposuerant, eius misericordiam imploranter, ut per interventum Beatissimæ Virginis Deiparæ, quæ â prima fundatione singularis patrona Monasterij extitit, desperatis rebus succurrere,

---

/2/ den das obgenand Gotzhus sinen altforderen löblicher gedachtnis, als von dem hailigen römischen rich zu beschirmen ligg gestanden, und noch hüt bÿ tag im als ainem fürsten, und Herren zu beschirmen stand, das er gar lüter in rechten soll unterwisen werden.

/3/ Indem besamlotent sich des Gravens Knecht mit iren giveren, Spiessen, armbrosten, und suchtend die obgenant Erwen Convent Herren, da Haeff inen Gott erweg, das inen nit enwurden.

cosque in possessionem rerum suarum pristinam restituere velit. Hunc in finem contulerunt se die decima septima Novembris ex domo propria Schaffhusij in sacellum ad honorem eiusdem Gloriosæ Virginis Mariæ constructum, atque hora nona antemeridiana votum solemne ante aram unanimiter nuncuparunt: ut si eos in Monasterium ope Divina restitui contingeret, perpetuis futuris temporibus tam ipsi, quàm eorum Successores, singulis diebus Sabbatinis ante horam canonicam primam ad decantandam missam votivam de Beata Virgine adstricti essent, nec non post completorium ipsdem diebus ad antiphonam Salve Regina sub compulsu aeris campani simili cantu persolvendam; et hæc quidem tum in Gratiarum actionem tanti beneficij, quod se consequuturos sperabant, tum in Memoriam sustensi hactenùs per vim armorum in [t] Monasterio divini officij. Studuit Benignum Numen precantes, nec illi promissis suis defuerunt. t.

Et Duci causam proponit;

Etenim cùm Albertum Archiducem proximè Witoduri compariturum fama ferret, contulit se illuc Abbas ipse Eberhardus die vigesima Septima eiusdem mensis Novembris, graviterque conquestus est de aperta vi à comite de Sulz, Monasterio illata, ex quo non solùm Abbatem et Conventum justos possessores dejecerit, verùm etiam omnes fermè proventus in prophanos usus converterit, mictatâ Domo Dei in militare propugnaculum; neque Mandatis ab Archiduce nuper emanatis ullum obsequium præstiterit. Præsens tunc erat in Comitatu Alberti, Joannes de Sulz, Alvici frater, qui re adeò manifesta confusus ægrè silentium tenuit. Itaque utrique parti Archidux diem dixit vigesimam primam Decembris, insistique, ut licèt in itinere constitutum accederent, haberentque accusationes cum Defensionibus paratas, se promeritis causa pronuntiaturum. Dicta die Albertus Diessenhovium advenerat, quo comparuit Eberhardus Abbas cum suo conventu, nec non et tribus Rhenaugiæ Senatoribus supra nominatis; quibus se junxerant Episcopi oratores, officialis curiæ cum quodam procuratore; ex amicis verò Abbatis Werherus de Schinen, Conradus Schwager, Wilhelmus et Rüdgerus de Turn, Joannes de Griessen, Joannes Hegenzi, Job de Schinen, Beringerus de Landenberg, et Dominus Tegen de Tischach.

Cui partibus Diem dicit.

---

[t] Zu ainem gedächtnis der Zerstörung des Hochwürdigen Gotshus; und och damit Gott den Herren gebetten, das er inen zu ainen rechten helf, und och damit Sy dem Gotshus damit Sin alten frihaiten und gnaden behabind, und wider zu irem, und in iz Closter helf.

Abbas XXXIX.

Abbas breviter accusationem suam proposuit, quòd nempe à Comite Alvico de Sulz Monasterium cum omnibus pertinentijs violenta manu fuerit occupatum, maximô tum divini cultûs, tum temporalium detrimento. Pro comite respondit Joannes de Rechberg, magni nominis Vir, qui Tigurinorum Capitaneus constitutus non exiguam gloriam bellicam sibi conciliavit. Purgavit imprimis absentiam Alvici, peteus judicij in proximam diem prorogationem, quâ venturum Comitem spopondit. Sed eo non comparente, eadem repetijt Rechbergius; cui Wilhelmus de Stein moræ impatiens oggessit: videas, ne et Crastina solis verbis nos detineas. Tandem vigesima tertia Decembris adest Alvicus Comes, quem Archiduci presentans Rechbergius, causatus est multitudinem adversariorum: econtra ex parte Comitis paucissimos adesse defensores; legatos enim Wirtenbergios, qui expectabantur, nondum occurrisse; unde rogavit, ut exscripto prælegi posset defensio. Lecta sunt Capita sequentia contra Abbatem exceptoria quibus singulis Joannes de Rechberg quædam viva voce pro confirmatione subjunxit.

Articuli contra Abbatem.

1° Eberhardum Monachum extraneum contra Jura Monasterij ac citra consensum capitularium ab Episcopo intrusum fuisse in Abbatiam.

2do Pacta conventa, sub quibus à Comitibus de Sulz tandem admissus protempore fuerat, ab eo observata haud fuisse.

3tio Producta diplomata Cæsarea, quibus jam antiquitùs Comitibus de Habspurg Rhenaugia cum Lauffenburgo et Sylva nigra, imo et recentiora, quibus ipsis Helvetijs in oppido Rhenaugia concedebatur jus gladij cum Tetconio ac moneta.

4to Abbatem periculosissimo tempore belli suos deseruisse; Comitem verò à civibus imploratum defensionem oppidi in se suscepisse.

5to Monachos, contra fidem datam, deserto Monasterio Abbatem secutos; arma, galeas, loricas inductos rapinis inhiasse; conductos suis stipendijs clericos pro divinis officijs celebrandis, agente Abbate per Episcopum prohibitos.

6to obtentu Municipij omnes reditus Monasterij Schaffhusium deportari, ab eius urbis Magistratu captos ac punitos Rhenaugienses; jus civitatis Tigurinæ in gratiam Helvetiorum admissum, nunc in odium Domûs Austriacæ renuntiatum.

7mo Abbatem ad Fœderatos in Greifensee nuper profectum, atqs secreta colloquia contulisse.

8vo Prohibuisse Austriacis transitum; pontemqs

ne deijceretur, omni conamine obstitisse, quo Helvetijs trans Rhenum exitus pateret.

Prorogatur Judicium.

His auditis Eberhardus petijt, ut articuli in scriptis sibi traderentur, quò evidentiùs demonstrare posset, eos omni prorsùs veritate destitui. Negavit id Joannes de Rechberg, hoc solùm largiens, ut singulis relectis Abbas singulas responsiones viva voce subijcere posset. Contra institit vehementer Eberhardus; eoque prolixiori certamine adeò offensus est Archidux, ut sessionem solveret, constantiam ad festum Nativitatis Domini properans, jussis partibus, ut postera die, quæ erat vigilia præfati festi, in oppido Stein ad conspectum redirent. Sed intercessit Jurinjus de Halwil, unus ex assessoribus, effecitq; ut ob temporis angustias res differetur post ferias. Itaq; indicta dies prima post duodecimam, Jusid est, post festum Epiphaniæ, adeoq; septima sequentis anni. Tempus hoc summo labore impendit Abbas, ut articuli oppositi, quantùm memoriæ hærebant, latè atq; fusiùs diluerentur, conscripto desuper libello sufficiori defensorio, cui præmisit facti speciem, pleraque hactenùs narrata continentem; ex cuius auctographo verba quædam vernacula ad inferiorem marginem subinde expressimus.

1445. Spernit Abbas restitutionem sine defensione.

Anno igitur 1445. die septima Januarij adsunt denuò partes, præsente Alberto Archiduce. Ulricus Comes causæ suæ diffisus per Marggravium Wilhelmum de Hochberg et Zöllern Abbati et Conventui inducias obtulit ea sub conditione, ut duo ex capitularibus administratores Monasterij constituerentur, quibus et ipse suo nomine duos adderet ministros, dum ipse et Abbas rebus abstinerent. refutata fuit propositio, reponente Abbate, se præsentem esse, ut Calumnias nuper impactas coram Alberto dilueret. Non quievit Comes, sed per eundem Principem totam Monasterij administrationem Eberhardo et Conventui se cessurum promisit. perstitit tamen Abbas in sententia, audientiam postulans, quò se ab impositis purgare valeret, ne vera crederentur, quæ cum gravissimo famæ et Honoris dispendio prolata erant. Re ad Archiducem delata, Abbatem se audire velle, respondit. Excepit Ulricus: abesse Nobiles viros suos amicos, qui pro more illius ævi in Judicijs numerosè produci solebant. Tandem Albertus pronuntiavit: totam causam, nullo admisso effugio, fore vilingæ ad diem decimam octavam Januarij fusiùs discutiendam, atque Catadecretoria Sententia terminandam, tametsi altera pars,

u.

quocunque

Jusunss an den nächsten tag nach dem zwelften tag; computatione facta à die Nativitatis Domini.

quocunque adhibito fuco, judicium declinatura abesset.

Statuta die magnus ac blemmis confessus Vilingae est habitus, praesidente Serenissimo Archiduce Alberto, cui sequentes adfederunt Consiliarij. Imprimis Illustrissimus Wilhelmus Marggravius de Hochberg, dominus in Zötlen, deinde Praenobilis Henricus Comes de Lupfen, Hugo Comes Montfortius de Tettnang, Joannes de Aich Cancellarius Archiducis, aliúsque Juris utriusque Doctor, Andreas de Holnegg Eques et Camerarius dicti Principis, Juringius de Hallwil, et Berchtoldus de Stein Eques pariter ac Consiliarius. Eberhardus Abbas praeter Capitulares suos et tres Rhenaugienses primores, hos habuit adjutores: Nobilem Joannem de Weissenburg, Joannem Udalricum de Stoffeln, Eberhardum de Bosuil Seniorem, Joannem Udalricum Truchsessium de Diessenhofen, Albertum de Freyburg, Bertum de Schönenstain, Peregrinum de Tischach, Beringerum de Landenberg, Hugonem de Hegi, Henricum et Georgium Fratres de Ertingen, Joannem Truchsessium de Zeiningen, Wilhelmum de Hochdorff, Degenium de Hunwil, Victorem de Münchwil, Udalricum et Walterum de Gachnang: ac praeterea sequentes Abbatis Amicos et consanguineos, Wernerum et Jobum de Schinen, Conradum schwager, Joannem de Griessen, Udalricum de Zümlang, Ruggerum de Turn, et Joannem Hegenzi, omnes circiter triginta Nobiles, praeter Servos armatos, quos numero fermè centenarios, ob metum insidiarum, secum tulerant. Comiti de Sulz his forij adscribuntur: Praenobilis Comes de Eberstain, Henricus Comes de Fürstenberg, Joannes Comes de Sulz. Conventi in hoc Judicio frater, Georgius de Geroldsegg, Joannes de Falckenstein Eques, Henricus de Geroldsegg, Joannes de Zechberg, Stephanus de Emershoven, Hugo de Landenberg, Henricus de Almishoven, et Rudolphus de Blumberg.

Cùm Abbas Libellum suprà memoratum offerret Archiduci, id prohibere conatus est per procuratorem suum Ulricus; Sed Albertus edixit: Se auditurum partes sive verbis sive Scriptis causam suam propanerunt. Lectus est itaque alta voce Libellus per Secretarium, cui proximè ad latus adstitit Joannes Udalricus de Stoffeln, post singulos articulos explicationem suam addens, praemissa tamen excusatione tum ob ordinem accusationum, tum ob defensionum prolixitatem, quòd ille memoriter recoli debuerint, hae verò ob causae gravitatem paucis dari haud potuerint. Nos, tedium Lectoris praecaventes, quae responsa fuerint, ex hactenùs narratis conjicienda relinquimus, pauca ex Libello allaturi, quae pro notitia historica facere possunt.

Responsiones Abbatis ad Articulos.

Ad 1.mam accusationem oppositae fuerunt Litterae Episcopales, quibus docebatur ipsos Rhenaugiae capitulares, abdicatis duobus Abbatibus Hugone et Joanne ab Episcopo postulasse Eberhardum Abbatem confirmari, nec proinde ullo modo intrusum vocari posse.

Eberhardus II.

Ad 2.dum Contra jus et consuetudinem post postulationem Eberhardi factae quaedam ab Alberico et eius fratre propositâ, quod ab Austriacis advocatis antea nunquam factum. Intervenientibus nihilominùs amicis per Episcopum Hermannum de Heven quandam concordiam factae conciliatam, quae mutuis litteris firmata fuisset, quas Comes hactenùs ne tradiderint quidem, multò minùs observârint.

Ad 3.tium Habspurgios Loco feudi Imperialis tenuisse Advocatiam Monasterij, post quorum decessum electa fuit domus Austriaca Gentilitio sanguine Habspurgijs juncta: Hermanno Comite de Sues Alberico avo officijs mulctato, quòd dictam advocatiam involasset. In diplomatibus porrò Comitibus de fulta inscio Monasterio datis excepi praejudicium tertij, advocatiae autem ne quidem mentionem fieri: Ediverso Caesarem modernum Alberti fratrem jura ac privilegia in regum et Imperatorum diplomatibus contenta confirmasse, in quibus omnimoda jurisdictio, cum Telonio, Moneta, et libera advocatorum electione conceptis verbis exprimatur. quem in finem praelectae fuerunt chartae in vernaculum sermonem translatae nimirùm Ludovici Germanici, Ottonis Magni, Henrici III. Lotharij II. cum bulla aurea Friderici II.

Ad 4.tum Abbatem ob instans belli periculum, exemplo aliorum, et ipsius Matris Comitissae, Schaffusium se contulisse, frustrà monitis ad defensionem Rhenaugiensibus, ob quorum instantiam Comes Monasterium bonis omnibus spoliare haud debuisset.

Ad 5.tum Monachos necessarijs subsidijs privatos abscedere coactos, quâ si mixti saecularibus amicis vim vi repulissent, id factum haud laudandum, potiùs tamen ipsi comiti imputandum.

Ad 6.tum Municipium Schaffusianum jam centum annis antiquius esse, nec primùm ab Eberhardo conquisitum: proventus autem consuesse Schaffusio colligi tum ob opportunitatem mercatûs, tum ob securitatem à rapinis praestandam. Rhenaugienses agente Abbate captos, quod justis ipsius mandatis pro defensione patriae parere renuerent. Jus Civitatis Tigurinae à praedecessore Joanne Lumbar Tigurino admissum, instante ordine Equestri Regovia mox remissum, antequam Eberhardus Rhenaugiam fuisset postulatus.

Ad 7.mum In Greifensee ab Helvetijs citatum cum Schaffusianis comparuisse, sed minimè, quòd exigebatur, Chyrographum de praecavendis damnis tradidisse, quod tamen Toman Comitis Praefectus praestitisset; ac propterea

Monasterium non modicis damnis affectam. Hac ipsa die plurimis socijs cinctum comparere Eberhardum, quod præcaveret insidias ab ijs, qui in Comitatu Comitis Domini Austriacæ malè affecti essent.

Ad privum Transitum per Rhenaugiam jupiter Austriacis pactuisse, Ursulam Matrem Alrici oculis suis id sæpius spectasse, Berenfelsium quoque et Henricum de Erzinger proprio experimento testaturos. Pontis destructio qua ratione, quibusve malis artibus acciderit, provocatur ad præsentem Margravium Wilhelmum, qui demonstrare posset, mandata non ab Eberhardo, sed ab Alrico fuisse violata.

His contra Comitis exceptionibus respondit Abbas mitetas superaddit querelas: quod pactis licèt iniquis nondum contentus, plurima importunè exigat à Monasterio alias laborante; Muletarium partem senatui Rhenaugiensi debitam retineri, Mortuarium nullo jure administrante exigi; subditos Monasterij contra privilegium de non avocando captivos in arcem Balm deduci ac judicari; proventus plerosque in prophanos usus consumi, ut nec necessaria vitæ haberi, nec debitis ac stipulatis congruis satisfieri possit. Comendatur itaque causa Serenissimo Principi, ut pro justitia et Dei honore sententiam ferre, ac spoliatos damno refecto restituere dignetur.

Alia Abbatis querela.

Respondit quidem Alricus Comes per procuratorem suum Cibello prælecto, ita tamen, ut causæ fuæ diffidere videretur, tempusque postularet ad prætensa jura sua diffusiùs propugnanda.

Deciditur plena Monasterij restitutio.

Post dictinam altercationem, allatis rationibus utrinque maturè discussis, collectisque assessorum votis die postera Archidux Albertus causam in hunc modum decidit, ut Alricus comes cum suis quantocius loco cederet, nec solùm à Monasterium, sed etiam integram rerum omnium administrationem Abbati atque Conventui permitteret /a/ Si quid contra juris Comes habere videretur, id Archiduci in scriptis dominica, quâ cantatur Esto mihi, id est, 24. Februarij, præsente quoque Abbate proponeret; interim partes litteris publicis caveant, de pace servanda, nullisque damnis sibi mutuò inferendis. Hæ litteræ mox die vigesima Januarij in eodem Vilingæ oppido signatæ atque sigillis firmatæ fuerunt; quorum Authographa non solùm singulis partibus, sed etiam Archiduci tradita fuerunt. Sic tandem Eberhardus Abbas ope Divina, precibusque Deiparæ a.

/a/ Abbas His verbis Archiduci gratias egit: do mich eür fürstlich gnad wider in gwald und guer gesetzt, und mir min Gotts Hus in Gaistlichen und Weltlichen Sachen zu regieren befolen hat.

Virginis, priſtinam Monaſterij poſſeſsionem adepti eſt, poſtquam Alvicus Comes à die 8. Septembris anni elapſi ſedem Martis ibi fixiſset, Monachi verò die tertia octobris in exilium coacti abijſſent. Rhenaugienſes ab Alvico capti non ſolùm cum bonis dimiſsi, verùm etiam Senatûs prior reſtitutus, caſsato Sigillo ſpurio, quod interea factum fuerat.

Bello Tigurino

Licuit jam Abbati nonnihil reſpirare, damnáque tum choro tum foro reſarcire, quæ quotannis enormis vaſtatio intulerat. Neque Comiti ulteriorem Judicij aleam ulteriùs tentare placuit, maximè cùm invalescentes belli tumultus inter Helvetios, Tigurinosque cum Auſtriacis Judicia forenſia ſuſpenderint. Etenim Tigurini cum præſidiarijs ex Winterthur et Frauenfeld, duce Joanne de Rechberg die 28. Januarij eruptione facta, agrum Wilenſis oppidi, ac comitatus Toggenburgici vaſtarunt, haud exigua coacta præda. Econtra Fœderati damna compenſaturi die tertia februarij circa Rhenum Superiorem verſus Feldkirchium igni ferróque cuncta depopulati ſunt. Albertus Archidux Auſtriæ ineunte vere auxiliares copias ipſemet Turego intulit. Baſileenſes cum Bernatibus Rhenum inferiorem reddidere infeſtum, totóque deinceps anno circa Rhenofeldam urbémque Sylveſtres vario Marte pugnatum eſt. /6/ Nec majori quies Argovicæ, ubi die Decima Martij ſequentis anni cùm quidam ex Fœderatorum pagis ex Jeglingen propè Egliſovam, feudo Rhenaugiæ connexa, prædas egiſſent, Joannes Comes de Tengen cum manipulo ſuorum adproperans, quosdam oppreſsit, reliquos numerò ſexdecim captos Egliſovæ capite minui juſsit, quàl inſontes ſpoliare auſi fuiſſent; cùm neutri pugnantium parti ipſe addictus eſſet.

1446. 6.
rapina in Seglingen.

Comes opprimit Rhenaugienſes.

Inter has turbas non diutiùs quievit Alvicus Comes, qui arcem Rhenaugiæ ad Superiorem portam jugiter occupabat, ſed die vigeſima quarta Martij in domum Societatis juſsit convenire cives, quibus, diſsimulato aliquantiſper propoſitó, ipſe ſe amicè junxit; cùm Ecce! poſt moram aliquam plures equites ac ſatellites domum circumdant, irruunt denique, ac unum ſupra decem captivos abſtrahunt, reliquos jurejurando adigunt, ne dictum præter Alvicum deinceps Dominum agnoſcant. Captivi in arce Balm tetro carceri includuntur. Abbas monitus ad ſolitum perfugium ſe Schaffuſium contulit ad amicos, quorum conſilio poſtera die litteras ad comitem deſtinavit, rogans, ut ex pactis conventis captos cives dimittat, ſoluto quod reliquos juramento extorto, memor ſponſionis coram Alberto Archiduce factæ, nihilque innovandum eſſe lite pendente. cumque eodem tempore Henricus Epiſcopus moraretur Schaffuſij, is ad preces Abbatis ſimilem monitionem eadem die ad Alvicum deſtinavit. Ab utroque idem reſponſum accepit, quò breviter inſinuabat Comes, ſe jure ſeciſſe, quod

/6/ videatur de his Tſchudi in chron. to. II. pag. 465. &c.

fecerat, rogatque, ne deinceps his de rebus sibi incommodum crearent. Itaque Eberhardus ad Albertum Archiducem querelas direxit, permovitque, ut gravi rescripto Comes moneretur, ad reddendam civibus pacem. Verùm ineassum omnia; Soloque ex respectu Alberto repulit, se propediem rationem facti redditurum.

Adeunt tandem captorum amici Comitem, spondentque taxatum enorme Citrum, quò hos liberarunt quidem, sed ad præfixum tempus, nisi soluta pecunia, sponte redituros. Abbas misera conditione subditorum motus, cùm dies urgeret, haud amplius morandum ratus, vim vi repellere statuit; jamque de fide Henaugiensium securus, accito Schaffhusiensium equestrium numero, quos inter facilè eminebat Wernerus de Schinen, sæpè memoratam superioris portæ arcem, tantorum malorum sedem aggreditur, Ministros gregariosque Comitis in vincula conjicit, à civibus ad jussa promis homagium denuò suscipit, vetatque, ne quis Comiti ob quondam captos aliquid pecuniæ solvat. At verò dux Austriæ, cùm Siefershovium advenisset, gravissimè tulit, induciasque sua auctoritate pactas, à partibus infractas fuisse, quapropter missis de latere nuntiis factionem exprobravit, atque ad causam dicendam tam Comitem quàm Abbatem coram se comparere jussit. adsuêre citati tertia mensis Maij; quibus strictim perceptis, ne dissidia invalescerent, formato desuper prolixo decreto, partes interim his conditionibus pacem stipulare adegit, ut nempe captivis utrinque sine Citro dimissis, Arx Henaugiæ in potestate ipsius Archiducis esset, cujus ultimatum judicium depositis armis expectaretur. inclusi huic concordiæ etiam Abbatis amici, præsertim Wernerus de Schinen, qui in occupanda arce adjutores fuerant. ad majorem verò firmitatem, præter Albertum, etiam Eberhardus, et Alvicus instrumento sua adjunxerunt Sigilla. Ita ad tempus restituta tranquillitate, Abbas nihilominùs arcem præsidio tenuit, donec ab Archiduce mitteretur, qui eius nomine illam in sequestrum susciperet. Sed fefellit expectatio.

Abbas occupat arcem.

+ Solutionis

Dux præscribit Induciàs.

Hisce diebus nempe octava Maij ingens thesaurus hactenùs absconditus Henaugiæ est repertus, sacrum scilicèt corpus S. Fintani quondam Monachi Henaugiensis, in pignus securitatis, et terminandæ propediem persequutionis, quam ad exterminium usque titulo advocatiæ Monasterium sæpè perpessum fuerat. Inventio est autem, postquam jam sexcentis propemodum annis humo conditum fuerat, atque ob hostium pericula latuerat hactenùs in primævo Sepulchro Basilicæ nostræ, in choro minori veteris Ecclesiæ, haud procul à loco, ubi recluſus inaudita corpus abstinentia per viginti duos annos perdomuerat. Capit illicò majoribus corruscare signis, eiusque interventu ac meritis Deus optimus haud modica beneficia devotè invocantibus præstare dignatus est.

Inventio Corporis S. Fintani.

quapropter Eberhardus Abbas Episcopi quoque Auctoritatem ex more sibi adhibendam ratus, publicum desuper instrumentum confici obtinuit, in quo memoratur, corpus inclyti Confessoris S. Fintani, Rhenaugiæ olim post vastationem Reformatoris, Domino volente revelatum, inventum, atque exhumatum fuisse; unde facultas conceditur, eiusdem Sacras reliquias largophagis imponendi, alijs pro publica veneratione exponendi, quandoquidem ipsius S. Fintani, Sancta, virtuosa, et probata vita, etiam deinceps signis, et miraculis clara, nec non Canonizatio ipsius per Sanctæ Sedis apostolicæ Auctoritatem facta, satis et sufficientibus documentis plenè demonstrata sit. Subscriptus Joannes Ling, Vicarius Henrici Episcopi Constantiensis, et administratoris curiensis in spiritualibus Generalis. Datum instrumentum constantiæ eodem anno quadragesimo Sexto ipsa die Festa S. Fintani decima quinta Novembris.

Cuius Cultus Augetur.

Cultus eiusdem Sancti, qui hactenùs magno in honore fuerat, hac tamen occasione insigniter auctus est. Sacrum caput auratæ capsæ nuper confectæ inclusum, reliquæ partes alijs Thecis impositæ. Ara nova ad eius Sepulchrum constructa, totúsq; ille chorus pictis eius vitæ factis ornatus. Celebrata annuatim die octava Maij reliquiarum exhumatio, cum officio proprio à quingentis fermè annis confecto. Missæ quatuor diversæ compositæ atq; præscriptæ, nimirùm pro festo, Translatione, votiva Singulis Septimanis die non impedita ac tempore paschali. Pro populo ecclesiam visitante impetratæ indulgentiæ, postmodum ab Episcopo confirmatæ; uti etiam pro illis, qui interessent Sabbatinæ devotioni, nuper captæ, officium nimirùm de B. V. Maria, et Antiphona Salve Regina, ex voto suscepto, ob restitutionem Abbatis ac Conventus in Monasterium. Eodem anno pax tandem inter Austriacos et Tigurinos ex una, et Helvetiæ fœderatos ex altera parte constantiæ conciliata; ac particulares controversiæ in solio Tiberij seu Keiserstuel per Arbitros decisæ.

Abbate arcem detinente,

Rhenaugiæ arx Superioris portæ in potestate Abbatis perstitit, cum nemo eius traditionem nomine Alberti Ducis exigeret. Unde Ursula comitissa, quæ ab anno 1444. die vigesima Julij, quando partitio hæreditatis inter eius filios facta fuerat, plerumque Rhenaugiæ domicilium fixerat, eius loci turbas pertesa, et quòd fortassè vitalitium constitutum non adeò promptè præstaretur, aliam

1447. Conventionem anno 1447. die 22. Maij jniit /c/ c.

/c/ charta 94. apud Hergott. to. III. das schloss Balm und die Grafschafft im Cleggow, mit Lüten, gutten, und allen iren Zugehörden, widerum ingenomen, und zu iren handen genomen hat.

quâ Castrum Balm una cum administratione Landgraviatus cleggoviæ ei restituebatur; ita tamen, ut dictum castrum pateret filijs pro defensione, quam Matri adpromittant, ceteroquin divisione in suo vigore permanente. Huic chartæ præter Magistratum Schaffhusianum, sigilla sua appoſuerunt quoque Comites Eberhardus de Lupfen in Stülingen, et Joannes de Tengen, Dominus in Nellenburg, Hegow et Madach. At Comes Alvicus arce Rhenaugiæ spoliatus, iras in Rhenaugiæ Cives effudit, per Judicium provinciale cleggoviæ sequentes proscribi fecit, nempe Henricum Capold, Conradum Keller, Cleopham Casanter, Henricum Scherer, Joannem Fleming, Joannem Mantz, Cleopham Hilti Seniorem, Cleopham Mantz, et Rudolphum Hanman. causa proscriptionis exinde petita, quòd olim capti expensas nullas solvissent, nec porrò solvere permitterentur; neque enim concordiæ per Archiducem factæ stare comes volebat, quamdiu arx ab Eberhardo detineretur. cùm nullis rationibus Judicium cleggovianum à revocanda proscriptione dimoveri posset, recurrit Abbas ad Albertum causæ totius arbitrum, qui die 27. Julij eiusdem anni inhibitorias Echingâ, ubi morabatur, ad præfectos Judices direxit, quibus imperat, ut non solùm decretum provinciale suspendatur, verùm etiam abstineatur prorsùs à causa ad forum suum pertinente. /d/ quin mox ex fuevia discessurus Albertus Joanni Henrico Truchsessio in mandatis dedit, ut executioni prædictorum invigilaret. Non parentibus cleggoviæ Judicibus, Rhenaugienses mediante Truchsessio à Joanne ulrico de Stoffelen Præfecto Austriaco in fuevia litteras impetrarunt, quibus die undecima Augusti Ambo comites Alvicus et Rudolphus s. Joannes enim in aula Alberti absens erat. / gravissimè monebantur. Sed surdis fabula cantata, quousque tandem Eberhardus Abbas magnis impensis à Judicio Imperiali aulico Zotturiano decretum cassationis memoratæ proscriptionis obtinuit.

Anno proximo quadragesimo octavo cùm Archidux Albertus ad has provincias superioris Germaniæ redyisset, Alvicus Comes gravissimam querelam instituit, armis se violenter ab Eberhardo spoliatum, à possessione arcis Rhenaugiæ tempore indutiarum ajebat; proindeq; restitutionem in integrum tam memoratæ arcis, quàm connexa cum ea advocatiæ in Monasterium vehementer urgebat, quam Pater Avusque ipsius jam olim possederant. utrasq; partes Albertus die vigesima septima aprilis Diessenhovij præsto esse jussit, ubi contra vacuationem Comitis Abbas provocavit ad libellum jam anno 1445.

/d/ darum verordnen wir an üch ernstlich begerend, das ir die vorgemelt acht abtügent, und das darüber nit verrer gericht werde, sunder die macht für uns zu recht wisent.

es proscriptionem Rhenaugienses curat;

ue irritatur.

i 1448.

es spoliatus

ctionem urget;

Archiduci oblatum, alteramq; insuper addidit, quō demonstrare conatus est, inducias ab ipso comite violentiis factis jam prævie turbatas; Possessionem pretensam nullius esse momenti, utpote contra aperta jura Monasterij usurpatam, imò involatam Domûs Austriæ possessionem, spoliatosque Duces tempore, quō per absentiam aliasque causas id prohibere non possent, jurisdictionem, urbem, cives, arcemque ad proprietatem pertinere Monasterij, ac propterea conclusum Abbatem ad vindicanda sua, quæ à comite contra notoria jura injustè detinebantur. /e/ Post plura in utramq; partem disputata, tandem collectis Consiliariorum votis Sententia lata: ut spoliati ante omnia restituantur in integrum, salvis tamen utriusque partis juribus, adeoq; intra sex hebdomatas et tres dies castrum Chenaugiæ à comissario per Archiducem designando suscepta restituatur comitibus; ubi tamen idem comissarius simul alterum diem constituat; quō partes pro jure petitorio prosequendo coram ijsdem judicibus comparere deberent.

Et impetrat, e.

Vix Castrum Chenaugiæ ad manus Comitum pervenit, cùm mox pristinæ persequutiones in Monasterium, et Cives oppidi repetitæ, capti denuò quidam et verberibus affecti, pensitationes et mortuaria exacte, officialis Monasterij, et Lictor oppidi post detentionem magno pretio mulctati, quin et vindicta comitum contra Schaffhusianos progressa, quos amicos Abbatis, et armatos defensores Monasterij experti fuerant. Itaque cum-

ac denuò Chenaugiam cum Schaffhusio infestat.

retráque

/e/ Und setzt der abt noch verr zu recht, es möcht noch solt Graff Albrich sich keiner gewer der vogtey noch dheinerley anderer gerechtikeit da zu Kinow vernemen, noch fürziehen, wan weder sin vatter noch er, oder sin bruder dhein gerechtikeit da hetten; dan sin Grossvatter hat also vor tryßig Jaren, in abwesen unserer vordern, p. Ita Cognitur Albertus. / fürsten des Haws österrich sich solcher vogtey unterzogen on empfelung, und on alles recht. darum die von Sulz unbillich gewere fürziechen. wan die selb vogtey, und die statt dem Gotthaws zugehör von alter her, als auch das Gotthaws des gefriet sey: darnach wer die vogtey komen ad das Haws österrich, also, das die von Sultz gar nichts daran haben. aber da Graff Albrich im also in das sin griffen, und die sinen gfangen hab, als vorgemelt sey, und dheinerley recht wolt ufnemen, noch die gefangenen ledig lassen, hab er, nach rad, darüber getan, und sich des schloss als des gotthaws gutt widerum unterwunden, und getraw zu Gott und den rechten, das die von Sultz darüber nit sullen ingesetzt werden.

Abbas XXXIX.

utràque arce Rhenaugiensi et Balmensi è regione opposita Rhenum inclusum tenerent, navium vecturam reddidêre infestam, thelis in transeuntes vibratis cogebant ad ripam spoliandos, prout contigit Henrico Capoel, aliisq; Rhenaugiensibus, quin et innocentes + et Schaffhusianis quandoq; sua amiserunt, vt suas merces non nemo Mercatorum ulmensium Wilhelmus Leo. Nec magis tuta erant itinera terrestria; fertur enim /f/ quosdam cives Schaffhusianos, aliosque per comitum satellitis in angusta valle, qua transit torrens Wolfenbach, et viam in Schaffhusium et Rhenaugiam dividit, non solùm spoliatos, sed etiam occisos fuisse, ob intolerandas eiusmodi infestationes Abbas Eberhardus anno sequenti causam comunem cum conciuibus suis Schaffhusianis fecit, qui recepto à Rhenaugiensibus fidei sacramento statuerent, utramque arcem ipsis hactenùs adeò infestam simul adoriri, atq; solo aequare, quandoquidem illis integris, salvi et securi esse non possent. Consilium clam initum magno animo, faventib[us] noctis tenebris, exequutioni mandatum, oppugnata simul utraq; arce, et in potestatem redacta, capti non solum captores atq; satellites, verùm etiam Ursula Comitissa cum filijs Alberto Rudolpho, et Schaffhusium deducti. cum

1449. Abbas Balm. et Rhenaugie ab Abbate et Schaffhusianis occupantur,

Contraxerant illa tempestate Schaffhusiani Speciale foedus proconservandis mutuis rebus + quinque alijs imperij Civitatibus, inter quas Ulma eminebat; unde post memoratam impressionem significarunt huius oppidi Magistratui, à se, ipsorum et aliarum quinque civitatum nomine, in fidem fuisse receptos Rhenaugienses, /g/ simulq; Balm et Rhenaugiam, id est utriusq; loci arces, quibus insederant comites de fulc, fuisse in potestatem redactas; inventas quoque merces, ad quendam Ulmae civem pertinentes, et inter alia nolam seu campanulam, quae Schaffhusi tempore duntaxat concursûs bellicè pulsari solebat, et dum novam consulis Electionem instituerant, quae procul dubio ablata fuit, ne cives data occasione ad arma capessenda moneri possent. Gratulati sunt Ulmenses Schaffhusianis victorias, monuerunt q;, ut aream in Balm funditùs everterent, fecisq; de Rhenaugia, cuius cives quibus pactis in fidem Comunem

ac funditùs evertuntur.

+ cum

g.

/f/ Stumpf. Lib. V. cap. 37. Dern /. Grauen von Kelth. / diener legend etliche burger von Schaffhusen, und andere, darnider, und beraubterd /g/ in dem wilden Tobel genent der Folsterbuch. Hiedurch aber die von Schaffhusen zuerkennen gebt, bynacht das Schloss Balm eingen. /g/ ex Archivo Thiengensi et Schaffhusiano: begerend zu wüssen, mit was gedingen die von Ulm mit in iren und der anderen fünf Stetten namen gesworen haben.

recepisset, edocere cupiunt; negocium fuit hujus arcis ratio, quam sui juris esse Abbas contendebat. Attamen nihilominùs ipso Abbate consultò agente cum Palmensi exstat est quoque arx Rheinaugiensis, tantorum malorum à seculo duodecimo causa, postquam à Comitibus de Lenzburg ann. 1128. constructa per trecentos et quatuor supervigintì annos steterat, cujus rudera adhuc visuntur. /h/ h.

Paulò post Comites de Sultz à Schaffusianis liberè dimissi, qui cum per actum ad Fridericum III. Imperatorem deferentes obtinuerunt, ut Schaffusiani proscriptione imperiali afficerentur, ac cogerentur denique magna pecuniæ summa vexam redimere, adjecto tamen pacto, ut destructa nullo unquam tempore restaurarentur. quapropter ursuca omissa deinceps Waldshuti habitare consuevit. Schaffusianis autem turbarum hæc congeries ansam præbuit, /i/ ut ad Helvetiorum fœdus respicerent; quod paucis interjectis annis, variisque involutionibus, ad effectum tandem perductum, Abbate nostro Eberhardo, qui nunquam non Schaffusianis adhærere consueverat, eorum Exemplum sequuto. Eodem ano Eberhardus Feudum in Griesheim contulisse reperitur Nobili Schaffusiano Johanni Lib, quod à familia in turn derivabatur. Alterum quoque feudum in Etzingen et Harthausen concessit Henrico de Sultz, qui Semicomes, et Archimagirus vocatur Ducis Austriæ; illud postea cum consensu vendidit familiæ Schaffusianæ de Waldkirch.

Eberhardus feuda confert.

1450. Instante ano quinquagesimo Jacobus de Hochenlandenberg vecturam, pontemque Turæ fluminis, prædiumque in Andelfingen feudi nomine recepit.

1451. Buchberg et Züedlingen ob debita spoliantur. Anno quinquagesimo primo lis quædam orta est cum Wilhelmo am Staad Schaffusiano ob comodatos ano 1444. Convertii trecentos florenos. cùm enim coloni in Buchberg et Züedlingen census triginta

---

/h/ Hergott Geneal. Dipl. to. II. in notis ad chartam CCIX. castrum cujus rudera ad portam superiorem Monasterij /, oppidi. /adhuc visuntur, olim inhabitabant dynastæ de Sultz, quod ante tria sæcula à quodam Abbate Monasterij Einovensis /. Eberhardo./ destructum est.

/i/ Stumpf. Coc. cit. Es ward vil gehäders daraus, und deßhalb auch nit die geringste ursach, das die Schaffhauser sich zu den Eydgenossen verbundent. Citetur fallitur Stumpfius, cùm Comites de Sultz hoc tempore adhuc juvenes minoris ætatis, ac pœnè pueros facit; Constat enim ex monumentis nostris, et persequutionibus dudum illatis, eos jam grandevos fuisse, et has turbas potiùs ipsis, quam matri adscribendas.

sex modiorum tritici, pro annuo censu assignatos, aliquoties eidem praestare neglexerant, cognovit, illeque dempto ad Abbatem detulit, qui debitum contra juris formam, ac sine superioris consensu contractum caussatus, creditorem dimisit vacuum. illis minas intentante, Eberhardus recurrit ad Episcopum, simul et ad Magistratum Schaffhusianum, eorum arbitrio causae decisionem relinquens. At Wichelmus more impatientium debitum filio suo aequivoco exigendum reliquit. Hic Juvenis ferox centum armatos, inter quos septuaginta equites, conduxit, impositisque latenter arci Almut Wichelmi de Hödorff haud procul villis Hagnau et Richen. Tum intempesta nocte villas Buchberg et Tüedlingen invadit, domos effringit, spoliat inermes, atque sex primorum rusticorum captivos abducit, non nisi soluto pretio dimittendos. in eo tumultu cùm quidam villanorum se opponerent, unus occisus, alii graviter vulnerati atque percussi. Murus occisi hominis necem vindicatura agresti furca proximum equitem petens, fallente ictu eius equum transfodit.

spoliumque ratum habetur.

Spoliati rustici causam ad Judicium provinciale Thurgoviae, Nomine Joannis Comitis de Sultz, instituendum, detulerunt: at Sententia contra ipsos in favorem Wichelmi am Stad Junioris lata fuit: latas nimirum habendas esse litteras oppignoratitias conventus Rhenaugiensis à Magistratu Schaffhusiano signatas, quibus concedebatur, ut solutione non sequuta manus hypothecae injicere liceret; quamvis enim Joannis Abbatis subscriptio charta desit, administrator quoque tunc temporis Hugo quondam Abbas consensum non praebuerit, hunc tamen rei conscium fuisse, hodieque testimonium praebiturum, pecunias mutuas in utilitatem Monasterij fuisse impensas. Caeterùm rusticis damnum pagoris recursus concedit contra conventum Rhenaugiensem, nisi propriâ culpâ aut morâ caussam dedissent. quin et in expensas iidem actores condemnati sunt, admodùm tamen moderatas, cùm Amstadius singulis equitibus quatuor florenos, praeter spolia addixerit: quae quidem spolia in summam soluti deputentur, superfluis restitutis. Homo interfectus equo occiso compensatus aestimetur. facta sunt huius sententiae duo permagna instrumenta die 2. Julij appensis sigillis Judicij provincialis, quorum alterum traditum est Monasterio nostro, quando integrè persoluto debito redemptus fuit census annuus frumenti suprascriptus. Eodem anno die 29. Nov. obijt fatalem fertur Hugo ab Almishoven, cum nulla deinceps eius mentio in actis nostris occurrat, fortis quondam pugil et Abbas Monasterij, cùm procul à curis in martelen proventibus provisus aeternitati se per plures annos disposuisset.

ibus Hugonis
ndam Abbatis.

Eberhardus II.

Inter hæc multò gravior controversia cum Comitibus de Saltz, licèt defuncta arce Zhenaugiensi, nullatenùs sopita erat, quin potiùs dicti Comites tum per Judicium provinciale deggovie, tum alijs modis Abbatem exagitare pergerent, et multò atrociora minarentur, cùm Albertus Archidux redijsset, in cuius aula officijs honorati plurimùm valebant. quapropter Eberhardus alterius ducis Austriæ protectionem experturus, confugit ad Sigismundum Friderici IV. quondam advocati nostri filium, qui vigesimum ætatis annum ingressus, hæreditatem paternam jam à tutoribus liber administrabat, et Advocatiæ Zhenaugiensis quodammodò hæres, si consensus Monasterij accederet, videri poterat; Nam Albertus implorantus quidem Protector fuerat, in gratiam tamen comitum sese advocatum nunquam declaravit. Sigismundus dux Advocatus eligitur.

Suscepit igitur perbenignè advocatiam Sigismundus, quam eius antecessores tenuerant, tutelam ad promittens in Monasterium, civitatem, cæteraq; adpertinentia diplomate dato die prima Septembris eiusdem anni quinquagesimi primi, in quo tamen vicissim postulat fidem à civibus seratam advocatis ubique præstari solitam. obtento hoc diplomate lætus Abbas mox die quarta eiusdem mensis coram Notario et testibus totam communitatem Zhenaugiæ convocavit, factum proposuit, et quæ exigebantur, præstari jussit. At cives ab intrusis advocatis satis hactenùs exagitati, ultrò spondent, se cum Protectorem agnituros, quem Abbas elegerit; id enim conforme esse homagio, quod ipsi Abbati ac Conventui præstiterint, quo ligamine se gravius aliò juramento fortius adstringi, cùm omnis /K/ proprietas Zhenaugiæ ad Monasterium pertineat, cui se, suaq;, vitam, cum bonis pro obsequio ac defensione devoveant. de hac populi Zhenaugiensis contestatione plura instrumenta conscripta fuerunt à Notario publico Martino Selder clerico Augustensis diœcesis, testes verò rogati præsentes, sæpè laudatus Wernerus de Schinen, Hermannus de Mandach, et Joannes Senglin officialis seu Præfectus Monasterij. Cuius diploma.

Cives Abbatis ac Domini arbitrio se submittunt.

/K/

/K/ bekanten sy, das sy dem vorgenanten minem herren von Zinow, auch sinem convent und Gotzhus zugehorten von eigenschafft; hettend auch sinen gnaden, und sinem Gotzhus geschworen, der ayd bond sy für alle ayde, und sy wellend sinen gnaden ouch sinem Convent und Gotzhus mit irem lib und gut nach irem vermögen, als sy des schuldig weren gehorsam, im bystandig und hilfflich sin, und ir lib und gut minem gnadigen herren Herzog Sigmond von Österrich, nach usswisung der obgemelten briefen alles mit inen sin.

+ Zu im sezen. und in der sach gen

Instrumento hoc per Speciales, et honoratos deputatos, quos inter procul dubio Wernerus, eniportum transfiso, Dux Sigismundus die vigesima octobris cuncta Monasterij privilegia denuo confirmavit, ac si de verbo adverbum alterè huic Diplomati insserta fuissent, /c/ quæ non solùm sarta tecta servare, verùm etiam amplificare intuitu religiosi servitij, quod in Monasterio deo exhibetur, nec non profectu animæ suæ et antecessorum suorum promittit. Sequenti tamen anno, cùm Tigurini pluricna tibelo expensarum ultimo bello Helveticis factarum à Sigismundo exigerent, Comitatum ille Kiburgicum loco solutionis restituit, unde plurimùm eius vires in vicinia nostra imminuta: Econtra aucta Helveticorum potentia, quandò fœderi perpetuo septem antiquiorum Cantonum hoc ipso anno accessit Abbatis cella. Id ipsum fecit paulò post et Schaffhusium. Cùm enim Dux Sigismundus Rhenaugiæ recuperatione in Spem erectus, obtinendi quoqs insigne Schaffhusij oppidum, apud Fridericum III. Imperatorem impetrasset facultatem, ut illud ab Imperio, cui ab anno 1416. veitum fuerat, restitui domui Austriacæ posset; cessère primum Schaffhusiani, et jam indicta dies Conventioni fuit. Sed cùm deputati, inter quos præcipui Marggravius de Hochberg, et Wernerus de Schinen, conditiones duriores proposuissent, admiserunt hi per pontem Legatos Helvetiorum oppidum submissos, dum illi ex altera parte via versus Cleggoviam, bey der Enge loco in testamento Caroli M. nominato, frustrà expectarent responsum. Itaque exclusis Austriacis fœdus adcartos annos cum Helvetijs initum est anno 1476. quod die prima Julij sequentis anni confirmatum.

Compulit hæc Schaffhusianorum insperata mutatio, et Abbatem nostrum Eberhardum ipsorum concivem, ut simile consilium admitteret; quandoquidem proximorum auxilio carere non poterat, Comitibus de Sulz Monasterium persequi non cessantibus, nec Sigismundo duce remotius dissito remedium efficax afferente. obstabat nihilominùs controversia in arbitrium Alberti Archiducis remissa, apud quem etiam utriusqs partis Libelli et Documenta depósito erant. Agendum itaque apud Archiducem erat, ut causam dimitteret, chartas restitueret, atqs deinceps negotio manus penitùs detraheret. Fecit id haud gravatè Archidux, cùm

Sigismundi diploma.

1462.

+/m/

1463. Schaffhusiani Helvetijs accedunt.

...mplotrahitur
...as Eberhardus.

/c/ durch ir Erber botschafft gebetten, haben wir all ir und ires Gotthaws briefe, handfesten, rechten, gnad, gub, frihaiten, und gut gewonhaiten vernewet, besetzet und confirmiert, als ob sy alle von wort zu wortt hieinen geschriben weren.

/m/ Stumpfius in chron. ad hunc annum.

Sigismundum advocatiam Rhenaugiæ suscepisse sciret, dedit ipsi litteras patentes Briacæ die duodecima octobris eiusdem anni quinquagesimi quarti, quibus postulata cuncta libens concedit, addita facultate, ut pactium quodlibet jura sua prosequi posset coram quocunque demum placuerit Judice. /n/ unde ex restitutis in originali libello facta hactenus subnotare licuit. n.

1456. Septem Cantones Protectores eliguntur.

Tandem igitur Eberhardus Abbas, adhibito suorum consilio, potentissimorum Septem Cantonum, Turegi, Lucernæ, uraniæ, Suitzij, Subsylvaniæ, Tugij et Glaronæ, protectionem implorarit, ut Monasterium tot persequutionibus fractum in tutelam dignarentur recipere, ab hostibus defendere, jura denique, immunitates et privilegia conservare. Annuerunt clementer illi, qui magnam ex eo gloriam adepti fuerant, quod ad suas partes confugientes minimè gravarent, suis quæque intacta relinquerent, imò defendere felici ausu niterentur. /o/ Confirmatis igitur Monasterij privilegijs, more advocatorum munus ipso opere egregiè impleverunt, quorum mos tunc erat, plura factis quàm chartis demonstrare. Exponit hoc factum Gallia christiana ad annum 1568. /oo/ quando, inquit, sub Eberhardo II. Septem Helvetiæ pagorum implorata protectione, dum sua Rhenaugiæ servatur inappellabilitas, incursus exterorum, et excessus inhibentur. o. oo.

Comites de Sultz per Sum. Pontif. moniti.

Detulerat simul Abbas Eberhardus causam ad Romanum Pontificem Calixtum, huius nominis tertium, ne Comites de Sultz monita Helvetiorem spernerent, quorum Judicio non suberant. Negotium dedit Pontifex Cameræ Apostolicæ auditori, Ludovico de Ludovisijs, qui in rescripto suo prolixo, dato Kalendis octobris anni quinquagesimi quinti graphicè depingit gravissimas Comitum de Sultz invasiones, inumeraque

---

/n/ Wir verkünden üch, das wir uns solcher Sachen endschlachen in krafft dises briefs, und gunnen üch zu beyder sit, uwer grechtikeit gen enander suft zu suchen, und zu brucken, wie das üwer notturfft erhaischen: darauf wir ouch üwer jedem sin urkund brieff und geschrifften, deshalb kinder uns gelait, widerum zivolgen lassen us unserer kanzlay.

/o/ Fatentur Federati publicis litteris de anno 1564. das des Gotzhaus Einow vorderen us allerley bewöglichen ursachen, unsere herren und oberen von den 7. orten, Zürich, Lucern, Ury, Schwitz, underwalden, Zug und Glarus, us fryem willen zu schutz und schirmherren über das Gotzhus Einow erkiset, und erwölt, sy by iren freyhaiten, gerechtikeiten, und alten harkomen zu hand haben, zu schützen und ze schirmen. causamverò, cur Helvetij advocati effecti fuerint, sultzensium persequutionem fuisse, declaravit Abbas Bonaventura anno 1648. /oo/ to. V. col. 1009.

-ragque damna illata. Fertur enim præter ablatos Monaste-
-rio proventus, etiam in ipsum Abbatem ab Alvico illatas
manus violentas, captos Servos, eisque manus amputa-
-tas: Comitem verò monentibus, ut conscientiæ saltem
causa à tantis malis abstineret, respondisse: datam olim
à quodam cæsare Gentilitio secto suo mitram sine Epis-
-copatu aut Abbatia, quam modò quærere niteretur.
/p/ Præcipitur porrò illo decreto Romano Comitibus de Sultz, p.
ut ab infestatione Monasterij abstineant, subpœna non so-
-lùm excommunicationis, sed etiam mille marcarum auri,
nec non privationis bonorum omnium.

Sed enim cùm Alvicus Comes non solùm Rhenaugiæ,
sed etiam Helvetijs, et specialiter Schaffhusianis eorum
-federatis infensi essent, eisque non modica damna infer-
-rent, hoc ipso tempore, antequam Pontificium decretum
effectum sortiretur, tota causa armis confecta est. Nam
denunciatis Alvico inimicitijs, /q/ totam eleggoviam q.
vastarunt Federati, donec exactis, ne incenderent, pecu-
-nijs Sabbato post Festum Nativitatis B.V. Mariæ in-
-duciæ pactæ in sequentem annum duraturæ. quâ oc-
-casione fieri potuit, quod fertur, arcem Balm à Schaff-
-husianis denuò, dum restauraretur à comitibus, solo
æquatam fuisse.

Eadem tempestate vindictam sumpsêre Helvetij
de Joane Comite de Tengen et Nellenburg, domino in
Eglisau, ubi curiam à Monasterio nostro, necnon Præ-
-fecturam in proximè adjacentes vicos Gallfelden,
Zweintal, Höri, et Seglingen nomine feudi tenebat.
memores enim quorundam Helvetiorum præterito
bello Tigurino, qui in Seglingen eruperant, abipso in-
-terfectorum, ad oppidum Tengen progressi, illud immisso
igne ignaeum arce cremarunt. Ipsi tandem Tigurini,
redintegrato jam pridem cum Helvetijs fœdere, Eglisa-
-viam occuparunt, liberatis quibusdam Nobilibus ar-
-gentinensibus, qui ex Thermis Fabarijensibus reduces,
in eorum territorio capti fuerant. Facta pace Eglisou
cum Seglingen Tigurinis, stipulata tamen comitis cer-
-ta pecuniæ summa permansit, jurisq; feudalia, quæ
Monasterium ibi habuerat, deinceps expirarunt,
servatis tamen hactenùs annuis censibus. retinuit
idem Joannes de Tengen, aliàs de Wartensels feudum
in Ensisheim postea pariter neglectum, necnon præ-
-fecturam in Buchberg et Zuedlingen, mox in Nobiles
de Fulach translatum.

Sub initium sequentis anni quinquagesimi
sexti induciæ inter Helvetios et Comitem Alvicium
de Sultz prorogatæ ad festum S. Georgij; neqs tamen
deinceps ad arma ventum, non assis Comitibus se

/p/ Stumpf. to. II. lib. V. cap. 18. pag. 81.
/q/ Tschud. to. II. pag. 582. Stumpfius lib. V. cap. 18.
et cap. 37. Joan. Henric. Zahn in chron. Helv. MSc.
ad an. 1456.

Cum Comite de Tengen.

1456. Comites de Sultz Rhenaugiam impe-
-rare desinunt.

opponere foederatis; unde et abusurpatione advocatiæ Rhenaugiensis penitùs abstinuerunt, nec reperiuntur ulla damna intulisse Monasterio, præter exiguas

à 1457. quasdam vellicationes, qualis proximo anno occurrit, quando hominem quendam Monasterij proprium ex Buchberg Judicio cleggoviensi vexare conati sunt, quousque Abbas haud modicis impensis inhibitorias et avocatorias à Judicio Imperiali aulico Zollerlano obtinuit, quibus licèt præfigatur nomen Comitis Joannis de Juolz, Supremi Judicis, nihilominùs causa remittitur ad forum Abbatis, Sepositio provinciali Judicio. Eodem anno Eberhardus Abbas Fundorum-, finiumque ejusdem Loca, ut hactenùs consuetum,

à 1458. demandavit Magistratui Rhenaugiensi: Sequenti verò duas partes decimarum in Dettlikhoven, quas Udalricus de Waldsperg tenebat, contulit Jacobo Hoppler nomine hospitalis in Winterthur.

à 1459. Helvetij Duci Sigismundo adimunt, Anno quinquagesimo nono, dum Fridericus Imperator à Fratre Archiduce Alberto Windobonæ obsidetur, Sigismundus quoque indignationem Pij II. Summi Pontificis incurrit, qui eum à Communione Piorum removit, quòd Cardinalem Nicolaum de Cusa, præter ipsius voluntatem Episcopatui Brixinensi impositum custodiæ tradidisset. Itaque Helvetiorum Fœderati à Pontifice excitati terras Ducis, quas adhuc in eorum finibus possidebat, adoriuntur, quam operam navantibus quoque Bernardo et Vigilio Nobilibus de Grädler, quos Sigismundus ex Moravia pepulerat. Figurinè verò civitate donaverant ejusque Ecclesiam cum quodam tributitiis pacto vendiderant.

Rapperswilam, Receptâ nullo resistente Rapperswila Septem Laudati Helvetiorum cantones die 23. Septembris anni

à 1460. Sexagesimi Turgoviam intrant, recepto in fidem principali oppido Frauenfeld; cujus Exemplum secuti,

Turgoviam, reliqui provinciales die decima tertia octobris præstitêre homagium, quos Fœderati fidejussoribus datis vicissim securos reddiderunt, de eorum juribus, privilegijs, et immunitatibus conservandis. [2] Abbas 2.
noster Eberhardus victoribus gratulatus, eos deniquè Monasterij Protectores est veneratus, non minori de eorum Tutela securitate recepta, quam vis Rhenaugiæ ne pedem quidem intulerint, quæ undique Turgovico Territorio clausa, jam elapsis annis in eorum fidem liberè concesserat.

Diessenhovium. Diessenhovium cùm oppugnaretur, inducias primùm impetravit, Schaffhusianis rei arbitris impetratis: verùm à Wernero de Schinen fidelis austriacorum ministro persuasi Cives, præsidium ducentorum militum ipso Præfecto recipiunt. Tandem post

---

[2] Tschud. pag. 605. und gaben alda die 7. orth denen von Frowenfeld, und der Grafschafft Turgäu ihre bürgen, sy by yren freyheiten blyben ze lassen.

acrem defensionem die vigesima octava octobris per-
-misêre se novem Cantonibus, Berna scilicèt et Schaff-
-husio ad reliquos Septem accedente, honestis tamen
sub conditionibus, ut Wernerus cum præsidio illesus
abiret, et cives suis legibus uterentur. Acerbior fuit
Witoduri obsidio, quod oppidum nulla vi vel arte E-
-vincere federati potuerunt, Nobilium plurimis for-
-titer resistentibus; quos inter numerantur Joannes et
Henricus Truchsessij de Diessenhoven, Jacob /. fortè
rectius Job. / de Schinen, Henricus et Jacob de Er-Zin-
-gen, Albertus de Fryburg, udalricus de Rümlang, plu-
-res de Landenberg, caspar de Aspach, Joannes Senior
cum Juniore de Griessen, wilhelmus et Peregrinus
de Hörwdorff, Conradus Harder de Bentringen, Tu-
-ringius de Halwil, Helius et Joañes de Orenstingen,
Henricus de Offtringen &c. /s/ Tandem die undecima s.
Decembris per Ludovicum Electorem Palatinum et Du-
-cem Bavariæ inter Austriacos Federatosque pacta
sunt Inducie ad festum usque Pentecostes sequen-
-tis anni, quo tempore convenientes partes constan-
-tiam pacem in quindecim annos sanxerunt, Turgo-
-viâ cum cæteris in Helvetiorum potestate relicta.
cessit igitur Dux Sigismundus etiam Rhenaugiæ ad-
-vocatiam Federatis, quos Abbas cum Conventu
ex antiquissimis privilegijs eligere poterat, quan-
-doquidem id rebus suis proficuum ac perneces-
-sarium esse intelligebat. Witoburum quoque post-
-ea pro decem millibus florenorum Turicinis op-
-pignoratum, ac denique omnino relictum; ut
adeò domus Austriaca ultra Rhenum jam nihil
residui in Confinijs nostris haberet. /t/ t.

1461. Sigismundus advocatiam Rhenaugiæ deserit.

Sulpenses Comites posthac amici Rhenaugiæ
fuerunt, qualem se Rudolphus Comes hoc eodem
anno scripsit erga Eberhardum Abbatem in litteris
quibusdam permutatorijs datis die Jovis post fest-
-um Paschæ, id est 19. Aprilis. Mater Ursula, pro-
-sapiæ Habspurgo-Lauffenburgicæ ultima, procul
dubio hoc tempore jam obierat, cùm nulla illius in mo-
-numentis posthac recurrat mentio. Sepulta fuit Rhenaugiæ,
/u/ in Basilica Monasterij extra chorum S. Fintani sub u.
Grandi Lapide, in quo tamen, præter Gentilitium Leonem
Habspurgicum, nihil amplius conspici poterat, dum ad
initium nostri Sæculi extrueretur nova Ecclesia, procul
dubio ad Matrem suam Agnetem de Greifense condita
fuerat, quæ cum pluribus ex Gente de Landenberg mo-
-numentum in eadem Basilica consequuta est. Eius filij
Comites Joañes, Alricus et Rudolphus, posteà infra

Ursula nata de Habsburg cum Matre et Rhenaugiæ sepulta.

/s/ Bulingerg in chron. Mſc. mihi pagina 605.
/t/ Tschud. pag. 609. et 612.
/u/ Stumpf. to. II. pag. 212. et 821. Guillim. Habspurg. pag. 334.

Matrem sub alio sed æquè grandi Capide sepulti, quorū inscriptio, ut plurimùm legi poterat. Extat alia inscriptio Comitissæ Ursulæ, ejusque Mariti Comitis Rudolphi de Suetz in alio raro Capide, seu potiùs opere fusorio ad imitationem Smaragdi fabrefacto, quæ inter Cimelia Augiæ divitis ostenditur. In eo legitur nomen Ursula, cum quibusdam characteribus, qui eam familiæ Habspurgicæ indigitare videntur: Cui sequentia subjiciuntur: Rudolf Graff zu Suetz m. pp. quibus significatur, ab ipso Comite manu propriâ ope adamantis incisas fuisse litteras.

1461. Helvetij litem inter Conventum et Cives arbitrio dirimunt.

Eodem ano Sexagesimo primo controversiam Capitulo Rhenaugiensi moverunt oppidi Cives. Cùm enim hi pecunias quasdam mutuò accepissent, quarum usuras per collectas singulis, pro ratione bonorum, impositas annuatim solvere cogebantur, exigebant à Conventu quoque, ut contribueret, quòd fundos aliquos emisset, hujusmodi collectis antehac obstrictos. Abbas Eberhardus solus litem dirimere noluit, ne Conventui favisse videretur, licèt redditus utrinque separati essent. Vocati igitur novi Rhenaugiæ Protectores Helvetij, qui destinarunt legatos ex Turego Joannem Schweiger, Lucernâ Joannem Ver, Schwitzio Josephum Hospital, Subsylvania Rudolphum Hertlin, Tugio Rudolphum am Letten, Schaffhusio Nicolaum de Eich. Capitulares Abbati, cives verò ad manus Joannis Schweiger spoponderunt, se arbitrio staturos, cujus sententia hæc fuit: pro præteritis collectis dandos simul et semel per aversum à capitulo civibus tres florenos Rhenanos, qui fundos ex integro restituant, quos malè licitaverant; cæterùm bona, quæ in posterum venum irent, simul cum onere transferantur. Apposita chartæ sigilla Abbatis, ac priorum ex legatis duo, quæ data est Rhenaugiæ die 24. Septembris. Locò Uraniæ, fortè ob distantiam, Schaffhusio hac vice legatus comparuit.

1462. Eberhardus Abbas curis cedit.

Post gravissimos labores et Monasterium in tuto collocatum Eberhardus Abbas, æterna cogitans, regimen Monasterij transtulit in Dominum Nicolaum Zugger, patriâ Witoduranum, Capitularem Rhenaugiæ virum tam doctrinâ, quàm prudentiâ Eximium, quem proinde rerum Gerendarum administratorem constituit ano Sexagesimo secundo, dum ipse interim animæ suæ profectui unicè consuleret. Eodem anno piè obijt Henricus de Hewen Episcopus Constantiensis, et administrator Curiensis, cui plurimùm debuit Rhenaugia; eique constantia successit Burchardus de Randegg. At Rhenaugienses non quievêre, sed cùm jus quoddam piscandi in Rheno, in feudum certæ familiæ datum, ob non solutum annuum Canonem ad Conventum devolutum fuisset, ab hoc quoque tributa pendi postularunt. Res

Abbas XXXIX.

1463. Ecclesiarum Helveticarum Arbitrium

Ecclesiarum Helveticarum Arbitrium

Ecclesiarum Helveticarum Arbitrium

Thenaugia nec Liburgo, nec Turgovia accen-setur.

adjacentibus Comitatûs Liburgici incolis, imò etiam à remotioribus Turgoicis, quì illos quique cum suis cen-sere in præstandis oneribus cupiebant. verùm admi-nistrator Nicolaus Foederatis Zaperswilæ congre-gatis demonstravit Thenaugiam dynastiam esse ab utraque provincia prorsùs separatam, sub dominio Abbatis ac Monasterij constitutam, quæ immediatam Septem veterum Cantonum protectionem se sola spon-tè ac liberè susceperit. quapropter Foederati die Martis post Festum Nativitatis B. V. Mariæ ab omni lege dictarum provinciarum immunem The-naugiam pronuntiarunt; de qua re extant litteræ id vocant reversales, ipsorum incolarum postea datæ.

1466. Telonij taxa.

Tandem in Comitijs Badenæ anno subsequenti celebra-tis die Martis post festum Corporis christi à Septem Cantonum oratoribus præscripta fuit taxa, quam æquam censebant, ut à civibus nomine Telonij pro singulis mercibus exigeretur, in compensationem sumptuum, quì pro conservatione Theri portis ex-pendendi erat.

Eodem anno die Mercurij in medio Quadrage-simæ facta est alia permutatio cum Henrico de Tan-degg alio cognato et Præfecto in arce Frijsenberg, nomine Burchardi Episcopi Constantiensis, quì in his Litteris exprimitur, adeoque vivebat adhuc, pau-cò post nempe die 17. Aprilis defunctus, nactus Suc-cessorem Hermannum de Breitenlandenberg. Tan-dem ad finem huius anni die decima septima Decem-bris æternitatis iter subsequutus est Laudatissimg Abbas noster Eberhardus Schwager Nobilis Schaffhu-sianus, qui inter Extremas persequutio-nes Monasterium nostrum fortiter sustentavit, ac tandem in participationem Helveticæ libertа-tis provexit. ultimus is erat, qui ex alijs Mo-nasterijs ad Thenaugiam regendam postulatè fue-rat, unde posthac ad alia Canobia administran-da Præsules dati sunt. Sepultus fuit Eberhardg in Basilica Monasterij, cuius lapis sepulchralis ante destructionem eiusdem visebatur propè Scholam Cathedra, cum insculpto pedo Pasto-rali, characteribus inscriptionis, si quæ fuerit, proterentium pedibus, omninò delatis; Cete-rùm Abbas iste ultimus quoque fuit, cui vel tempore iniquissimo titulus Principis at-tribui consuevit, quem deinceps Abbates nostri sub Helvetiorum protectione constituti, jactura haud admodum pœnitenda, aut saltem satis compensata, haud admiserunt amplius.

Obitus Abbatis Eberhardi.

+ ex ijs

Nicolaus Rügger
Abbas XL.

1466. Nicolaus ex administratore Abbas.

Post obitum Eberhardi, paucis diebus interlapsis in Successorem à Capitularibus, nemine extraneorum præsente, adlectus est Nicolaus Zugger, qui hactenùs tempore administrationis industriam satis probaverat. Is statim feuda quædam contulisse, et concambia celebrasse reperitur. anno Sexagesimo Septimo recrudescente tumultu belli inter Austriacos et Fœderatos, periculum aliquod Rhenaugiensibus accitum. Præcipuè Mülhusium in Alsatia, et Schaffhusium in vicinia nostra à circumjacente Nobilitate impetebantur. Peregrinus de Heüdorf, quondam Præfectus et Consiliarius Sigismundi Ducis, Joannem am Staad Schaffhusianum Consulem vilingæ captivum detinuit, donec pro libertate octingentos supra mille florenos promitteret. quærebatur Heudorfius, quòd Conradus et Joannes de Fulach, Nobiles Schaffhusiani arcem Lauffen, ab Alberto Duce quondam ereptam, armati occupassent, occiso Præfecto Hagenbuchio. ijs nuper Eberhardus Abbas nostes noster, utpote cognatis suis, facultatem dederat oppignorandi feudum in Wilchlingen. Pacem restituere conati sunt Episcopi Constantiensis et Basilensis, nec non Rudolphus Comes de Sultz, sed frustrà; Nam Sigismundo Duce negante, se consciscum factum illud Consilis plagium, et expensas solvere renuente, Fœderati subitò arma capessunt, Schaffhusium valido præsidio muniunt, Regovia et Sylvæ Hercinia minas intentant.

1467. Indefente Bello Helvetico

ob Captivos Rhenaugiæ elapsos

Inter alias rapinas et vellicationes quidam Subsylvanus Caspar Koller, nonnullis socijs adlectis, Waldshutum usque progressus, quosdam captos secum spolijs Rhenaugiam reduxit, atque Civium Custodiæ comendavit. At hi paulò post elapsis Custodibus incolumes ad propria redierunt. [a] Subsylvani graviter indignati cùm pretia spoliorum captorumque à Rhenaugiensibus Civibus peterent, hi citra ullam suorum culpam id accidisse responderunt. quin potiùs cùm quatuor Rhenaugiæ Cives, cautionem pro quadringentis et octoginta florenis præstituri à Subsylvaniæ Magistratu postularentur, mutua reconventio coram reliquis fœderatis Protectoribus contra memoratum Casparem Koller totius litis incentorem polita est, cuius mandato Cives nostri, plurimas impensas, damnaque subierunt. Nihilominùs quidam Rhenaugiæ Nobilis Hmande Mandach, metu persequentium relictâ patriâ in Tatoldi cellam profugit. Implorati Protectores salvum conductum, ut vocant, pro Rhenaugiensibus Subsylvaniâ postulârunt, donec causa Comuni consilio executeretur. quò duriùs denegato, illi

Cives à Subsylvanis postulantur,

a.

[a] Tschudius in chron. pag. 678.

Nicolaus

1468. et absolvuntur. Sequenti anno Lucernæ die 22. Januarij apertiùs nostris patrocinari cæperunt, graviter dehortantes subsylvanios, ut à postulatis desisterent, susceptis in tutelam defensionem denegari non posse, quievit denique ingens motus, quò Rhenaugia concuti potuisset, quam occupare armis vindices jam decreverant.

Inter hæc agente Pontifice et Imperatore ob bellum contra Turcas suscipiendum, à quibus ano 1453. constantinopolis occupata fuerat, Helvetij primo impetu cohibito, reversi quidem in patriam tunc sunt. At ano sexagesimo octavo post festum S. Ioannis Baptistæ Schaffhusiani cum Federatorum præsidiarijs ex improviso Cleggoviam invadunt, quod conivente comite Kendorfius inde quædam damna intulisset, oppidumque Tiengen, cum toto comitatu in potestatem redigunt. quo tempore à Magistratu Schaffhusiano Confirmata fuit emptio tertiæ partis præfecturæ in Jestetten, quæ inchoata, sed nondum perfecta fuerat sub Abbate Eberhardo. Significatur ijsdem litteris hanc præfecturam à Burchardo Mayer de Jestetten, anno 1437. venditam fuisse Udalrico de Tettingen, quam ipse postmodum oppignoraverat Nobilibus de Fulach, modò autem Margaretha vidua Udalrici nata de Landenburg, Monasterio pro stipulata pecunia cesserat. Interim reliqui Helvetij in longo viam et Nigram Sylvam erumpentes, obvia quæque vastaverant, Abbate S. Blasij vastationem argento redimente. denique Federati omnes arctissima obsidione Waldshutum cinxêre, unde bello Waldshutano nomen enatum. optimè tamen præsidio præmunita urbs erat, Nomum Capitaneum agente milite veterano noto nobis Wernero de Schinen, quò defensore oppidum per quinque hebdomata insexpugnabile perstitit, donec cum duce Sigismundo pax conciliata fuit, in qua speciali articulo indemnitati ac Immunitati Monasteriorum provisum. 16| Haman quoque de Mandach, quamvis non sine difficultate Rhenaugiam redire permissus. 6.

Confirmata Emptio Jestettæ.

1469. Manuscripta Joannis de Peyer,

Anno sexagesimo nono obijt Arausicæ in Gallia Joannes de Peyer im Hoff Nobilis Schaffhusianus, illius civitatis Episcopus, |c| Juris Canonici in academia avenionensi Professor, et Præpositus carpentracensis, cujus duodecim volumina maxima, partimque inedita, ad juris peritiam pertinentia in Bibliotheca nostra asservantur. Sub Eberhardo Abbate ano 1459. procurante Domino Nicolao Cugger Scripta fuêre duo maxima psalteria c.

16| Tschudius pag. 691.
|c| Hotting. ad an. 1454. Gallia Christiana.

psalteria pulchro charactere in Membranis pro usu chori. adsunt quoque Missalia circa idem tempus exarata, cum quibusdam alijs ad divinum cultum pertinentibus. Libelli quoq; precatorij pulcherrimis figuris exornati, auro minioque fulgentes; in quorum uno notatur, eum inservijsse usibus Serenissimæ Austriæ ducissæ, cuius tamen nomen omissum. duo denique majora volumina similibus picturis ornata, continentia Historiam Valerij Maximi in linguam Gallicam versam per Simonem de Hesdin anō 1402. et Carolo V. Regi dedicatam. /d/

Ducissa Austriæ.

d.

1470. Mutuum.

Anno Septuagesimo cùm Cives Rhenaugiæ sumptibus superioris belli gravati essent, facultatem eis tribuit Nicolaus Abbas, ut æs alienum à Burchardo de Peyer contraherent, adjecta tamen conditione, ut ad Imperium Abbatis, stipulatum censum frumenti pro mutuis pecunijs redimerent. Anō proximo Nicolaus Rhenaugiæ decimas quasdam coemit; Cumque pagus Osterfingen in eleggovia flammis penitùs consumptus fuisset, census annuos majori ea parte inexactis agris remittere coactus est. Anno Septuagesimo Secundo Sixtus IV. Summus Pontifex mandatum dedit Nicolao nostro, ut cum Eberhardo de Rischach Monacho quondam ad S. Blasium dispensare posset, qui ad Carthusianos transierat, ad effectum, ut ei ad pristinum Monasterium liber reditus pateret. Anno subsequenti Litteræ expeditæ coram Judicio provinciali Eleggoviæ, quibus agente Nobili Alberto Mörler, advocato seu officiali Monasterij nostri, rata habebatur Emptio decimarum frumenti et vini, quam fecerat Abbas de vico Reckingen. aliæ decimæ controversæ in Dobstangen inter Monasteria S. Blasij, et Monialium in Tiedeten ex una, et Rhenaugiam ex altera parte anō Septuagesimo quarto in æquales partes divisæ. quo anō memorandum fœdus hæreditarium inter domum Austriacam et Helvetios initum, et contra communem hostem Carolum Ducem Burgundiæ pacta conventa. Ludovicq; quoque Galliæ rex eodem anō perpetuam amicitiam cum fœderatis concluſit.

1471. Emptio.

1472. Comissio Apostolica.

1473. Emptio.

1474. Lis composita.

1475. Ædificium Monasterij.

Interim tranquilla tempestate usus Abbas Nicolaus, novum Monasterium, cellas pro Religiosis, seu dormitorium, cum Refectorio cæterisq; necessarijs secundùm Rhenum, ex parte meridionali Insulæ molitus est, dirigente opus Domino Laurentio à Tischach, capitulari nostro, et fratre Germano supradicti Eberhardi de S. Blasio, cujus Laurentij insignia cum nominis inscriptione navigantibus parieti lapidigs insculpta

/d/ Testatur Illustrissimus Mareschallus de Turlauben, qui utrumq; vidit, persimile esse originali, quod in Regia Bibliotheca asservatur.

1476. conspicua erant. Anno Septuagesimo Sexto Praelium in Möri Emphiteuticum, ob census annuos non praestitos, addictum est Monasterio à Nicolao Liber Praefecto Egelsovae nomine Nobilis Domini Bernardi de Gradler, de quo suo loco actum est, causam Thenaugiae agente officiali Alberto Mörler. Anno proximo

1477. Feudum collatum est feudum in Erzingen Conrado de Wuldkirch filio Joannis Consulis Schaffhusiae. Fatalis quoque is annus fuit Hermanno de Landegg Episcopo Constantiensi, cuius locum supplevit Otto de Sonnenberg. Gravius Guit Carolus Audax Dux Burgundiae, in obsidione Nancei cum magna exercitus parte à Federatis deletus.

Comutatio. Ceterùm cùm Hospitale Witoduranum duas partes decimarum in Bettiswyen cleggoviae villa nomine Feudi à Monasterio possideret, Nicolaus

1478. Abbas patriae suae simul ac Monasterio consulens, Concambium utrique accomodatius fecit, retentisque Thenaugiae memoratis decimis, Hospitali cessit alia bona Monasterio propria in Oberwiler, Tegerlow, Muemliken, Henhart et Flach. Hoc ultimum

obitus Abbatis. factum anno Septuagesimo octavo de Nicolao Cüngger Abbate nostro in monumentis reperitur, cuius obitum ad diem nonam decembris Necrologia nostra reponunt. Sepultus est juxta praedecessorem suum in Ecclesia veteri, ubi penes Scholam Cathedrae Capiti incisus videbatur Baculus pastoralis, reliquis inscriptionibus deletis. Sub laudabili Abbatis huius regimine auctus quoque nonnihil est religiosorum numerus; nam

Monachi huius Loci. praeter alios dispersim memoratos, occurrit Gerhardus Hoppler, qui hoc eodem anno fundos quosdam Emphiteuticos Monasterio vindicavit. Bernardus quoque de Oestetten, qui anno 1448. professionem emiserat; nec non alius ex familia Jüenteler, cuius effigies cum inscriptione anni 1449. Superest. Regnante Nicolao ex Nobilibus familijs professi sunt: Conradus de Schwend, de Mörler, de Münchwiler; duo ex Figurina familia Caffeter, dicta, Benedictus et Josephus; denique viri insignes Joannes Conradus de Griessen, Laurentius de Eschach, Henricus de Gertringen, et Mathias Stächelin, de Stockburg, qui postea Abbatialem sedem, aut ei proximam cum laude tenuerunt. Paucorum hae nomina nobis reliquit invidiosa in

chartas

Abbas XL.

Chartas temporum iniquitas, cùm plures ad-
-fuisse, dubitandum non sit. Nam et schola
Henaugiensis jugiter floruit, eique specia-
-les redditus attributos fuisse legimus.

Sæculum Thenaugiæ VIII.
Laurentius à Rischach Abbas XLI.

1478. Laurentij Abbatis de Rischach monumentum in Petri domo.

Eodem adhuc anno ad finem vergente Septuagesimo octavo supra Millesimum et quadringentesimum, Sæculi verò à fundatione Monasterij Thenaugiensis octavi primo, Electus fuit Abbas more tunc solito à Capitularibus Dominus Laurentius, ædilis atqs Scholastici priùs munere functus, ex Nobili familia Rischachiorum de Hochenstoffeln. depictus is extat in quodam libro Missali Imperialis Monasterij Petri domûs constantiæ inter alios eiusdem familiæ viros præclaros: verùm subscriptio quoad annos regiminis fallit, qui assignantur ab anno 1474. usque ad annum 1499. cùm constet ex monumentis nostris, eum jam obijsse anno 1483. Imagines ille pulchro penicillo expressæ primùm factæ fuisse videntur post initium præcedentis sæculi, quandò vir Nobilis Joannes Wernerus de Rischach, eximius Benefactor Petri domûs, præfatum librum illi Monasterio donavit. unde eius effigies cæteris major prima visitur cum subscriptione illius manu facta, et ano 1619. cernuntur ibi parentes quoque Abbatis nostri Eggius, et Agatha, quæ fortasse illa ipsa est, quæ de Schinen ibi adscribitur; characteres enim plerique deleti sunt. Eberhardus Abbas S. Blasij cum subscriptione integra visitur, in qua memoratur frater Germanus nostri Laurentij. Penultimus comparet Burchardus Campidonensis Capitularis et custos, quo nomine eodem tempore vixit inter nostros Burchardus de Rischach capitularis Thenaugiensis, qui obitum Patris sui Rudolphi cuidam Kalendario Manuscripti nostri adscripsit anno 1502. Extat idem Rudolphus in Missali Petri domûs depictus inter alios, quorum agmen claudit Helena Abbatissa Principalis Monasterij Lindaviensis. Ad calcem additur extitisse septem omninò Abbatissas ex Rischachiorum familia Nobilis Partenonis, quod Wald nominatur: sepulturam verò ordinariam in Partenone Amptenhusano sæpè Laudatæ Illustris familiæ reperiri: denique duos supra quadraginta Rischachios Carolum V. Comitatos fuisse, dum ad Comitia Imperij Ulmam proficisceretur. Et hæc quidem ex præclaro illo monumento Petri Domûs, per Reverendissimum Georgium II. ejusdem Imperialis Monasterij Prælatum mihi gratiosè exhibito. quibus unicum addo Rudolphum de Rischach Monachum nostrum, qui jam anno 1427. interfuit incorporationi Parochiæ in Jestetten.

1479. Feuda ab eo collata.

Ad initium anni sequentis Septuagesimi noni Laurentius noster constantiam profectus Benedictionem Abbatialem ab Episcopo obtinuit, domumque reversus statim feuda ad Monasterium pertinentia ingenti numero renovare aggreditur, atqs libro feudali pergameno inscribi curat. Thenaugiæ octo duntaxat,

taxat, locô duodecim, notantur domus Equestres: extra oppidum verò, praeter plurimas Nobilium familias, occurrunt quoque loca quaedam sacra, quae vasallitio nexu Monasterio nostro juncta sunt, veluti Monasterium S. Agnetis Schaffhusij propter duas partes decimarum in Wiswil; Hospitale ibidem propter bonum in Siblingen; Canonici Constantienses propter bonum in Flach, quod feudum antehac possederat otto de Bulm, superius Monasterium Monialium, id est vallis S. Catharinae, propter bonum in Totwil; item inferius seu Paradysi, propter praedium in Truttikon, quod antea habebant Nobiles de Fulach. quibus accedit Societas Jaculatorum Schaffhusiae, propter bona quaedam in Altenburg. Conatus est quidem Laurentius restaurare quoque Feuda Praefecturarum in Eglisau, Glattfelden, Zweidlen, Höri, et Seglingen; quas tolties Illustres viri de Tengen in feudum receperant: verum irrito conatu, cùm Nobiles de Grädler ibi dominarentur, et jam mos invaleseret, ut Feudatarij, qui nomine Monasterij jus dicere deberent, jam proprio nomine id agerent, ac nihilominus census quosdam annuos, quos jura advocatiae /. Vogtrecht. / nominabant, à subditis exigerent. Notari quoque fecit Abbas feudum in Ensisheim Alsatiae oppido, tanquam à Nobilibus de Tengen recipiendum: verum, an id deinceps factum fuerit, latet.

1480. Cultus Sancti Michaelis Archangeli.

Singulariter devotus extitit Abbas noster Laurentius erga S. Michaelem Archangelum, qui cùm Patronus existeret Ecclesiae Parochialis in Theinheim, sua cura ibi introduxit piam sodalitatem seu Confraternitatem sub patrocinio dicti Principis Caelestis Exercitus. videtur, eam devotionem in Tzschachiorum familiam fuisse propagatam; Nam Laudatus Wernerus de Tzschach ano 1613. ad Basilicam Petri domûs Sacellum eiusdem honori consecratum fundavit, amplis redditibus attributis, in quo sepeliri voluit ano 1623. peste absumptis, cuius effigies lapidi incisum ac plurimis familiarium scutis circumdatum ibidem visitur, Festum autem sodalitatis magnificè quotannis peragitur. Caeterùm titulus Reverendissimi Abbati nostro

1481. Laurentio primò attributus comparet; imò et nomenclatura Principis adeò citò aboleri non potuit, quin in quibusdam litteris reversalibus eidem datus repericatur. /a/ a.

1482. Fratre Laurentij Abbas S. Blasij.

Ad initium anni octogesimi secundi in Monasterio S. Blasij Mortuo Nicolao Abbate, interfuit Electioni praeter Jodocum Abbatem S. Georgij in oppido Stein, etiam Abbas noster Laurentius, cùm ejs

/a/ der Hochwürdige Fürst und herr herr Lorenz von Gottes Gnaden Abbt zu Einow.

Abbas XLI.

frater Germanus Eberhardus de Ifchach, quondam
dispensante Nicolao nostro ex Cartusia reversus,
Abbas fuit electus. Ea res adeò affecit Laurentium,
vt ad Benedictionem Abbatialem percipiendam
Fratrem invitaret Zhenaugiam, quæ in Dominica quin-
quagesimæ magno splendore peracta est. Scribitur
porro sub pictura Petri Domüs Superiùs relata, Eber-
hardum fuisse Abbatem S. Blasij numero vigesimum
octavum, quæ computatio à communi calculo haud ab-
ludit. Regnavit tredecim annis, atqs anniversarium
splendidè [6] fundavit pro tota sua familia, ac nomi- 6.
natim pro fratre suo Abbate Zhenaugiæ.

Emptiones. Eodem anno Abbas Laurentius partem aliquam
decimarum secularium emit in Wilchlingen, vbi ge-
neralis decimatio jam à tempore Ludovici Germani-
ci ad Monasterium pertinebat: illa verò pars exem-
pta est à quarta Episcopo præstanda, cum reliqua
ex consuetudine huic legi subsint. Venditor fuit
Wilhelmus Hegenzer Præfectus eiusdem Episcopi,
in Neü-Kirch. Litteræ, quibus rata habetur emptio,
prodiere Schaffhusij die martis ante festum S. Vere-
næ. Altenburgi quoque idem Abbas quosdam
annuos census comparavit: Conventus verò seu
Capitulum Zhenaugiæ separatim emit bonum
Fruchen rein dictum situm in Iestetten: vbi præro-
gativa Jurisdictionis, quæ vsque ad casum san-
guinis se extendebat, asserta est, dum quidam Joan-
nes Burckardus de Iestetten, cùm memoratam juris di-
cundi auctoritatem sperneret, primùm monitus, de-
inde mulctatus, postremò captus, ac carceri mancipa-
tus fuit, nec priùs dimissus, quàm jusjurandum de
non vindicando præstitisset Abbati Laurentio, nec
non Wilhelmo de Fridach, et Wilhelmo Jünteler, eig-
dem pagi eo tempore condominis. Simile ibidem factū
legimus anno 1473. cum quodam Cleopha Müller:
aliud autem multò memoratu dignius factum proxi-
mè recensendum occurret, cui quodammodo ista prælu-
serant. Interim anno octogesimo tertio inter Bene- 1483.
factores adscribi petijt Joannes Riesenhover ex Tün-
gen, qui in hunc finem nonnihil de pretio remisit,
quo suas Monasterio in Zecklingen vendiderat deci-
mas. Inter hæc satis prosperè acta præmatura
Exitus Abbatis. morte anno Reginitis quinto inchoato surripitur
Laurentius Abbas, cuius obitum Dominus Burchar-
dus capitularis seu Conventualis noster, et eiusdem
cum Abbate familiæ cuidam Calendario sua inscrip-
sit manu, quā postea notavit proprium quoque
Parentem. Sic enim ibi legitur: Mense Februa-
rio die Decima obijt Dominus Generosus Lauren-
tius de Ifchach Abbas Monasterij Zhagensis anno
Domini 1473. Sepultus fuit in meliori ecclesia.

[6] dariſ. Wülpert. in Epitom. Mſc. Hiſt. S. Blaſ.

Laurentius de Eschach Abbas XLI.

nostra propè altare S. Nicolai, ac parieti proximo legun-
inscriptio incisa: Venerabilis in Christo Pater ac Dominus
Laurentius de Eschach Abbas huius Cœnobij, cuius ani-
ma in Christo requiescat anno Domini MCCCC LXXXIII.
unde constat, nimium produci huius Abbatis regimen
in Subscriptione Imaginis, quæ in Missali Petri domûs
ostenditur. Sic enim habet: ab Anno 1474. usq; 1499.
regnavit Laurentius à Eschach huius S. Monasterij
Abbas. ubi relativum respicere videtur nomen Loci,
quod in fumitate imaginis legitur, nempe Rheinaw.
Econtra mortem eiusdem Abbatis duobus annis ante-
vertit Bucelinus, [c] dum jam ad annum 1493. scri- c.
bit: obyt Laurentius Rhenovienſis Abbas Nobilis de
Eschach, succedente Joanne Conrado de Grieſsen.

[c] In Chronologia Constantienſi.

Joannes Conradus de Grieſsen Abbas XLII.

1483. Joannis Conradi Electio.

Electio novi Abbatis, more hactenùs usitato, pro-
ximis diebus post mortem Laurentij facta est à Capi-
tularibus, solo adhibito Notario, qui Instrumentum
conficeret, pro confirmatione Episcopo præsentandum.
Vota collimârunt in Dominum Joannem Conradum de
Grieſsen, unum ex capitularibus, tam industriâ,
quàm Nobilitate comendandum, cuius familia, jam
à Seculis in monumentis nostris nota, Feudum Eques-
tre possidebat Rhenaugiæ, et arces quasdam in Cleg-
goviæ vico Grieſsen, quarum ædera adhuc Supersunt.

Feuda.

mox die prima Aprilis Præfecturam Flacensem Feu-
di nomine contulit Balthasaro de Gachnang et Gol-
denberg; quod cum alijs benè ducentis ab ipso collatis
accuratè describi curavit in Feudorum Libro. mag-

1484. Liber choralis.

num deinde Breviarium in membranis pro choro de-
scribi curavit, in quo continentur ritus quidam
tunc observari soliti; Nam Laudes, quas vocamus,
nonnunquam duplicatis festis bis eadem die Can-
tabantur; processiones in solemnitatibus frequentes
erant, et fermè quotidianæ ad Monumentum fundato-
rum, et ad Mausoleum S. Fintani, cuius officia plura
propria ibi leguntur. In Cœna Domini, non solùm Ab-
bas, sed et reliqui domini Pauperum Lavabant pedes,
qui et die Parasceves sacra Eucharistia reficiebantur;
feria autem quarta Paschæ ab omni populo festi-
vo ritu celebrabatur.

Cùm anno octogesimo quarto die 24. Aprilis
in Capitulo Generali ordinis nostri Moguntiæ ce-
lebrato, [d] sed die Trithemius quoque præerat, visi- d.
tatores

[d] Trithem. in chronico ad hunc annum.

1485. Visitatio Rhenaugiæ.

-tatores electi essent Abbates Gregorius S. Stephani Herbipoli, et Conradus Wiblingensis; Idem anno sequenti Rhenaugiæ officio suo perfuncti sunt; in cuius recessu fatentur quidem temporalia satis competenter disposita esse, nisi quòd distinctio reddituum inter Abbatem et Conventum inordinata esse videatur. Comendatur studium S. Scriptu-ræ; Novitiorum plurium susceptio, et quidem juxta regulam S. Benedicti, de quocunque hominum Genere, sive Nobiles sive Ignobiles sint; abolentur vestes pra-tiosæ, Camisiæ lineæ, et lecta ex plumis; præscribi-tur commune vestiarium, Clausuræ accurata Custodia, et ut Sigillum Capituli sub tribus distinctis clavibus asservetur. Denique Prior in Conventu constitua-tur, qui Disciplinæ diligentius invigilet, unaque ex tribus cæremoniarum observantijs eligatur, cui omnes deinceps insistant. observantiæ porrò erant Constitutiones trium Reformationum /e/ Castellensis, Mellicensis, et Bursfeldensis, ex quibus tamen duæ priores haud diu in Monasterijs observatæ fuerunt, receptis plerumq; posterioribus, quas Conradus Ab-bas S. Joannis in Engaugia edidit. digressi Rhenau-gia visitatores, cùm Helvetiam lustrarent, adiêre quoque Silvaniam ad B. Nicolaum de Flue, tunc Eremitam Sanctimoniæ fama ubiq; notissimum. Sed enim cùm alter visitatorum Curiosiùs, quàm de-ceret, quæstionibus implicatis de avaritia fatiga-ret virum sanctum, hic ei pro responsione nuper ava-rum ab eo factum ogessit, quod non nisi inspiran-te Deo cognoscere poterat, atq; adeò cum rubore quiritanti silentium imposuit. Narravit hæc Con-radus Wiblingensis de Collega suo Trithemio, quem aliàs virum doctum ac pium prædicat, /f/ alij etiam Industrium Œconomum Laudarent, qui vinum veliori pritio emptum cariùs vendidisset: ceduntautem plurimùm in Laudem B. Nicolai, Helveticæ Gentis splendidissimi Luminis, qui vitam Angelis æmulam proximo anno felicissimè posuit. Per-acta visitatione Abbas Priorem Conventus Consti-tuit Dominum Henricum de Gertringen, qui super-flua solicitudine pro se fundavit anniversarium.

B. Nicolaus de Flue.

e.

f.

Mortuarium à Civibus præstandum.

Eodem anno octogesimo quinto cives Rhenaugiæ Item moverunt Abbati Joanni Conrado, qui præ-ter mortuarium exigebat spolium omnium rerum mobilium more antiquo, sed hactenùs jam diutiùs intermisso. unde Federatorum oratores Tugij con-gregati, ad quos controversia decidenda pervenit, pronuntiarunt, abstinendum esse Abbati à spo-lio appetendo, et contentum esse debere mortuario,

/e/ Idem pag. 526.
/f/ Idem Trithem. pag. 529. nomen Abbatis ut-pote adhuc viventis reticet.

quod Prætor unacum Senatoribus ibi præsentibus nomine reliquorum se porrò præstiturum spontè condixit. /g/ Unde mirum, hoc quoque onus nostro Ævo excutere conatos fuisse cives, cujus tam lucu- g.
-lentum testimonium Fœderatorum sigillo firmatum in propriis scriniis asservabant. In Claggovia ta-
-men jus Spolii adhuc viguisse videtur ex quadam comitatione hominum ligiorum hoc anno facta cum Illustribus Comitibus de Sultz Alrico et Rudolpho, quibus Major natu frater Joannes jam reliquerat illum comitatum regendum.

1486. Reliquiæ S. Galli. Anno sequenti cùm solemnitas pro Elevatio-
-ne corporis S. Galli indicta fuisset, prout nuper de S. Fintano nostro factum, invitatus quoque a Udalrico illius Celeberrimi Monasterij Abbate Joannes Conradus Rhenaugiensis inter alios Com-
-paruit, atque Reliquiarum parte ejusdem Sancti, Adjuncto publico Instrumento, liberaliter donatus fuit. /h/ Anno octogesimo septimo cùm quidam h.

1487. Jestettæ obsessa arce, Nobiles in Comitatu Tyrolensi turbas contra Austriæ Ducem Sigismundum excitassent, unus illorum Gäzingius nomine, ut minas ducis effugeret, clam elapsus Jestettam usque pervenit, ubi sub protectio-
-ne Helvetiorum in arce ad condominos de Hünteler spectante securum se latere posse existimavit. At Joannes de Heidorff Præfectus Austriacus à Comi-
-tibus de Sultz, quæ altam Jurisdictionem in pa-
-gum obtinent, hominem repetijt. Negantibus Fra-
-tribus Huntelerijs Georgio et Joanne Wilhelmo, quod jus dispositionis, an alto Judicio tradendus esset reus, ex antiquissimo Jure et Immemoriali consuetudine spectaret ad ipsos, nec non ad Mo-
-nasterium Rhenaugiense, comites ad arma proru-
-entes arcem Jestettæ munimentis cinxerunt, ne cla-
-bi Udalricus Gäging ex eorum manibus posset.

Fœderati intercedunt. Res ad Fœderatos delata, quorum sub Tutelam Je-
-stettæ et Altenburgum unacum Monasterio Rhe-
-naugiensi devenerat. Et Lucernates quidem, ex quo-
-rum Civibus nata erat una ex uxoribus Fratrum de Hünteler, vim vi repellendam esse existimarunt. At Tigurini, mitiorem viam eligentes, partibus Authores fuerunt, ut Udalrico interim Schaffhu-
-sianis in custodiam /i/ dato, causam Fœderatis Pro- i.
-tectoribus decidendam relinquerent. Convenêre primùm Turegi, deinde Badenæ, nam Comites ipsi jura sua acerrimè propugnarunt. Tandem die

Lunæ

/g/ si redent unserem herren von Rinow gar und gantz nüt in den vall, aber in solich glaso und farend gutt, als er an sij fordere.

/h/ Bucel. ad an. 1483. melig Stumpf. ad an. 1486.

/i/ Ex his emendandus Stumpf. l. V. c. 37. pag. 216. qui et historiam ad annum 1488. refert.

lunæ post festum S. Michaelis à Septem Cantonum legatis sententiâ pronunciata, ut Udalricus Gäging causæ jurisdictionis dominis fiftatur, ab illis judicandus, utrum ulterius ad causam sanguinis sit tradendus. /K/ Eadem sententia postmodum anno 1575. Monasterio nostro confirmata. Paulò post moritur Illustrissimus Rudolphus Comes de Sulz, atqs in Basilica nostra monumentum penes Matrem consequitur cum inscriptione anni emortualis. /C/ Frater verò Albericus, Figurinos in causa superiori amicos expertus, illorumque amicitiam maximè proficuam fore æstimans, pro se ac posteris suis, imo pro toto comitatu Cleggovienſi jus municipij expetiit, atqs liberaliter obtinuit. Ipsam quoqs arcem superiorem in Jestetten à Joanne Wilhelmo Jünteler Cœmit.

Comes de Sulz, nongie sepultus.

Diploma Maximiliani I.

At verò Abbas noster Joannes Conradus Imperij quoqs protectionem Monasterio necessariam perpendens, Maximiliano Friderici III. Imperatoris filio, qui elapso anno ex Romanorum electus erat fuerat, supplex fuit, ut privilegia et immunitates Monasterij confirmare dignaretur. Fecit id ex dato diplomate cum sigillo Majestatico, in amplissima forma, Antuerpiæ die undecima Novembris eodem anno octogesimo septimo, non solùm intuitu divini cultûs, qui in Monasterio sedulò peragitur, sed etiam, quia omninò convenit, /m/ ut personæ dei servitio mancipatæ, quæ à tumultibus sæculi separatæ religiosam vitam ducunt, omni securitate et protectione potiantur. Renovat omnia et singula diplomata à regibus et Imperatoribus concessa, statutis pœnis de consilio Principum Imperij in eos, qui jura et consuetudines Monasterij in aliquo impedire aut violare præsumpserint.

1488. Anno octogesimo octavo fundata est capellania in Erzingen. Jestetta verò sacellum Beatæ Hixta, quæ filia S. Notburgæ novemgemina dicitur, renovatum est, corpore ipsius sub altari sepulto, ac concursu populi ex beneficijs perceptis invalescente. In Parochia Bühlensi, ex sepulchro S. Notburgæ celebri, cùm vicarius Petrus Rüdiger sine prævia redemptione bonorum obijsset, Abbas jure spolij usus hæreditatem adijt, cùm nonnulla consanguineis

---

/K/ zu recht Erkent, und gesprochen, das Ulrich Gäging am Ersten für die Kleinen gericht zu Jestetten gestellt, und daselbst pfründ werden solle, ob er den hochen gerichten zu rechtfertigen zugehöre oder nit.

/C/ Anno 1427. starb Rudolf de Wolgeboren Edel Graff von Sultz.

/m/ das wir aller und jeglicher der, die zu gottesdienste ergeben sint, und unserem schöpfer in einem Erbaren leben fleissiglich dienen, zuc und gemach allzeit gern fürderen.

1489. Joannes Conradus

ex gratia concessisset. Anno Sequenti Abbas Parochiam Berg in colle montis Iurassi contulit Nobili Rolando de Göldlin Filio Figurini Consulis, et Præposito Lindaviæ; unde Beneficio ille aliàs satis pingui aliquamdiu nomen Præposituræ adhæsit. controversia quoque agitata est coram Episcopo Constantiensi ratione decimarum minorum in Wisvil contra Monasterium Monialium S. Agnetis Schaffhusij. Eodem anno octogesimo nono die quarta mensis Novembris habita est denuò visitatio Regularis per supradictum Conradum Abbatem Wiblingensem, et Bartholomæum S. Crucis in Werda Augustensis Diœcesis Præsulem, qui in capitulo Moguntiæ die 6ta May anno 1487. celebrato visitatores constituti fuerant. in hac visitatione recessus Superior confirmatus, et Sigillis iterum munitus fuit, cùm ad Executionem nondum pervenerisset. sit.

visitatio Rhenaugiæ.

Fatendum enim est Abbatem nostrum Joannem Conradum potiorem gloriam ex œconomia sedulò administrata adeptum esse. Præterquam enim quòd debita aliquot Millium florenorum exposuerit, multas accessiones fecit bonis Monasterio per Emptiones, quas ab anno nonagesimo ac deinceps proximis annis celebravit; quarum aliquas simul hic oculis subjecimus. Prædium in Cleggovia, supra Rheni ripam situm, cui nomen Murkart à Cleova de Au comparavit; census quosdam annuos in Wilchingen; et in proximo pago Trasadingen decimas particulares, quæ ab Aspa nomen sortitæ sunt, atque à quarta Episcopali liberæ habentur; et has quidem ab Alberto de Künegk Equite Rodiensi, ipso festo Translationis S. Fintani. Alias quoque decimas in Riederen, quas titulo feudi possederat Rudolphus Æscher tunc Præses Figurinus comitatûs Liburgicæ. similiter decimas in Rechberg; atque in Berwangen, quas pari Jure tenebat Rudgerus de Thurn. Jestetter decimas à Fridboldo dictas à Magistratu Schaffhusiano: à Nobili autem eiusdem Civitatis viro Joanne Trüllerey integras decimas in Benken magna pecuniæ summa, quibus ex Beneficio Monasterij hactenùs illa familia fruebatur. Erzinger decimas de quibusdam prædijs: in minori verò Andelfingen Prædium ipsum, cuius nomine Beringerus, filius Sigismundi, de Hochenlandenberg vasallus Monasterij fuerat. denique præter alia, Bona quædam in Zweidlen, quorum emptio confirmata per Præfectum primum Turegiensem in Eglisova, cùm paulò ante Dynastia illa à Nobilibus de Grädler ad Figurinos redijsset. Pecuniæ quantitatem haud modicam elocavit Nobili familiæ Schwartz, constantiensi, in pignus acceptâ arce Castell, unde Census pecuniarij, fictitia emptione intervenientè, pro more illius ævi solvendi erant. vel hoc

1490. Multa bona ab Abbate Coëmpta.

Sanè titulo

Sanè titulo satis comendandus Ioañes Conradg Abbas, quod plura bona feudalia, ab antecessoribus liberaliter in Beneficium concessa, soluto pretio redimere studuerit.

1491. Interea anno nonagesimo primo obierat otto à Sonnenberg de waldburg Episcopus constantiensis, cui suffectus Thomas Berlover, olim Friderici III. Imperatoris Cancellarius, ac tunc eiusdem Ecclesiæ Cathedralis Præpositus. In Monasterio quoqs S. Galli plenam meritis animam posuerat Udalricus Abbas, successorem nactus Gotthardum Giel de Gielsperg in Glattburg, Abbatis nostri Ioañis Conradi cognatum, qualem se scribit in litteris aliquot publicis, quibus homines ligij Cõmutantur. + quales occurrunt quoqs proximo anno cum Monasterio vallis S. Catharinæ: quò fundata est Parochia in Baltersweil, proventus præcipuos ex Monasterij bonis contribuente Ioanne Conrado, cùm priùs vicus ille junctus esset Erlingæ Parochiali. Contulit autem idem Abbas noster Cognato suo, et fratri Abbatis S. Galli Rudolpho feudi nomine Præfecturam in Flaconsi valle anno nonagesimo tertio. Is una cum Germano suo Joanne postmodum in bello suevico fortiter pugnans interiyt. Eodem anno Moniales in altenburg censum quendam annuum in Judicio Civico Rhenaugiæ confirmarj fecerunt. Causam nomine filiæ Mathildis Monialis egit Nicolaus Sutter, officialis Monasterij, qui antea jam unacum altero officiali Jacobo de Hasenstein causam pro Monasterio Turegi evicerat ratione Novalium in Truttikon contra Margarethan am Stad.

+ Ejusmodi

1492. Parochia Baltersweil fundata.

Judæi Rhenaugiâ excesse jussi.

Judæos eodem anno Abbas Rhenaugiâ excesse jussit, obsistentibus nequidquam civibus, quod illis fortasse debitis obstricti essent: Sed conatus Abbatis secundarunt Federati Protectores, qui pariter elapsis annis eam Gentem Turgoviâ eliminaverant.

Cæterùm vocatus Abbas ad Capitulum ordinis Hirsaugiæ in Dominica Jubilate celebrandum, rogavit Henricum Abbatem omnium Sanctorum Schaffhusij, ut absentiam suam ob senium et infirmitatem purgaret, Custos verò Ecclesiæ Dominus Jodocus de Goldenberg ex Rach, qui priùs mineræ Cellarij functus fuerat, censu quodam nomine Ecclesiæ ex fundo Balmensi coemit.

Obijt memorato anno Fridericus III. Imperator post trium supra quinquaginta annorum Regimen, hæredem relinquens Maximilianum I. jam Electum Cæsarem, qui post quadriennium etiam Sigismundi Ducis relicta omnia ex testamento consequutus est, cùm ille, olim advocatus noster, sine liberis decessisset. Extremum quoque diem adijt Alvicus Comes de Sultz, sepultus Rhenaugiæ sub eodem cum fratre Rudolpho Lapide, addita anni inscriptione.

Sepultura Comitum de Sultz.

Joannes Conradus

/o/ Frater natu maximus Joañes jam ante Biennium defunctus erat: verùm an is quoque in eodem monumento conditus fuerit, non ita liquet; nihil enim de eo sub initium præsentis nostri sæculi in Supràdicto Lapide legebatur, licet Spatium supereſſet, in quo fortaſſe characteres incedentium pedibus deleti extabant. Accidit, quòd Joannes jam ab anno 1472. Cleggoviæ Landgraviatum Fratribus dimiſerit, nec proinde in vicinia noſtra, ſed Zofingæ, aut in dynaſtia Zollenberg propè Maſmünſter mortuus fuerit. Celebratur tamen Communi nomine Comitum de Sultz Anniversarium die nona decembris. Reliquit Alvicum ex Verena de Brandis, filia Udalrici Domini in Vaduz duos pupillos Rudolphum et Wolfgangum Hermannum, quorum nomine Lucas de Zeſchach, aliique Tutores Cleggoviam aliquamdiu adminiſtrârunt. o.

1494. Feuda. Anno Nonageſimo quarto Prædium in Flach feudi nomine collatum eſt Gebhardo Hegner de Winterthur, quod eius Pater à Nobilibus de Gachnang emerat. Floret adhuc iſta familia Zhenaugiæ Feudataria, in qua tam in Litteris, quam in officijs viri præclari prodiêre. Anno ſequenti cum Lis orta eſſet inter Communitatem Martellenſem et Joañem Müller ratione Paſcuæ, Sententiam Zhenaugiæ tulit Nobilis Henricus Schwarz Conſtantienſis Monaſterij officialis; qui poſtea una cum altero officiali Nicolao Suter causam Monaſterij Turegi coram Magiſtratu feliciter evicit contra Joañem de Tengen, qui jure Civitatis Figurinæ donatus Præfectus tunc erat in ſolio Fiberij ſeu Leiterſtuhl nomine Epiſcopi Conſtantienſis. Præfecturam Feudatariam à Monaſterio tenebat in Martelen; Mulctas ſimul Cupiebat omnes, ſed Senatus pronunciavit, duas partes pertinere ad Monaſterium, tertiâ ſolâ pro jure advocatiæ relictâ. 1495.

Inter hæc cùm Joañes Conradus Abbas ob Senium, Labores, et Corporis infirmitates lumen oculorum pœnè amiſiſſet, de reſignanda Abbatia cogitare cæpit, verum in unum ex capitularibus Dominum Mathiam Stächelin de Stockburg, virum alias Egregium, animo nimiùm propenſus, hunc unicum Capitulo Locô ſui eligendum propoſuit. /p/ At Capitulares, cùm id Juribus p.

/o/ 1493. ſtarb ... der wohlgeboren Graff von Suetz. ſubintelligendum eſſe Alvicum conſtat, cuius nomen deletum, Rudolphi verò integrum, Joañis denique nullum veſtigium.

/p/ Hottinger Hiſt. Eccleſ. ad an. 1496. fallitur, aut fallere cupit, dum ſcribit Electionem Succeſſoris tunc ab Abbate relictam fuiſſe capitulo.

suis obesse censerent, voluntati Abbatis in hac re deferre renuerunt. quapropter is recursum instituit ad Cognatum suum Gotthardum Abbatem S. Galli, imò ad Episcopum, et ad Foederatos septem Cantones Monasterij Protectores. venere deputati abhis cum vicario Episcopi Constantiensis, et laudato Abbate S. Galli Rhenaugiam anno Nonagesimo sexto, auditisqs partibus concordiam in hunc modum Conciliarunt, ut supra dictg Mathias de Stockburg administrator quidem esset Monasterij tam in spiritualibus quàm temporalibus, sine tamen jure coadjutoris aut spe Successionis reservata libera electione Capitulo. imò idem teneatur quotannis Abbati in præsentia Capitularium et unius Missi à Protectoribus rationes dati et accepti reddere, deponendus ab administratione, si minùs habens inventus fuerit, relicta Abbati Joanni Conrado suprema Abbatiali potestate. Non quievit tamen Abbas, sed per vicarium Constantiensem expediri curavit Confirmationem Episcopalem, quæ domino Mathiæ jus quoddam in Abbatiam tribuere videbatur. Acta sunt hæc mense Aprili, cuig die vigesima quinta mortem oppetijt Thomas de Cilia Episcopus, cui suffectus Hugo de Hochenlandenberg Ecclesiæ Cathedralis Decanus, Monasterijqs nostri futurus Patronus. offensi autem noviter capitulares Confirmatione Episcopali nuper subrepta, conventionem inter se fecerunt, de juribus Monasterij contra quoscunqs defendendis, cui die vigesima septima Maij omnes, excepto Mathia, in quem res collimabat, subscripsere, nempe Henricus de Gertringen Prior, Jodocus de Goldenberg Custos, Wilhelmus de Fulach, Burchardg de Rischach, Melchior de Gachnang, et Henricus de Mandach. à quibus cum querelæ ad Foederatos Badenæ congregatos delatæ fuissent, quod concordia ipsorum ope nuper stabilita à parte adversa infringi videretur, hi litteris publicis die 29. Junij datis rursus pacta confirmarunt, rescissis quibuscunque contrarijs, etiamsi Episcopi nomine facta fuisse dicerentur.

1496. Non admittitur Coadjutor administrator.

Administravit itaque negotia Monasterij Mathias Stehelin à Stockburg; eodemqs anno piscationem quandam in Eldisson redemit coram Rudolpho Simler Prætore seu Schultheto Rhenaugiæ, qui litteras nomine Joannis Conradi Abbatis expedivit. Cuius Acta.

1497. Sequenti anno idem administrator appellationem à Judicio Civico recepit, et in eadem causa sententiam tulit, appenso tamen chartæ sigillo Abbatis quod jam recentiori forma comparet. Hactenùs enim cum antecessoribus suis usus fuerat Joannes Conradus signo, quod Abbatem sedentem repræsentat, parvulo scutulo Gentilitio subpedibg

Comparente: at in isto Sigillo duo scuta cernuntur pedo pastorali secata, quorum unum Monasterij Salmonem Currum, alterum arma familiæ ipsius exhibet. cæterùm eiusmodi appellatoria Judicia sub eodem Abbate plura occurrunt. Rudolphum Limler in officio Prætoris antecessit Joañes Pfiffer, qui anno sequenti cùm domum Equestrem Ehenaugiæ emisset, nec tamen ob defectum Nobilitatis per-
-sonam vasali sustinere posset, eius nomine Geor-
-gius Hönteler, frater Wilhelmi de Jestetten homa-
-gium præstitit, et servitia debita spopondit. Eodem anno cùm in Parochia Berg Montis Jurassi, per primas Cæsaris preces vicarius constitutus Hen-
-ricus Gamp decessisset, multis debitis relictis, per arbitrium Archigrammatæum Schaffusij spolij nomi-
-ne Monasterio adjudicati sunt Libri, quorum ex primis Typographijs plures superstant in Biblio-
-theca nostra.

Eligitur Abbas, Inter hæc pax et tranquillitas in Monasterio diuturna non fuit, cùm administrator religioso mi-
-nùs gratus negotia disponeret, quem tamen Abbas pro successore obtrudere identidem nitebatur. unde Capitulares, facto ipso obviandum rati, ver-
-gente ad finem anno nonagesimo Septimo, [p] nemine extraneorum præsente, more hactenus usi-
-tato, inter se electione celebrata Successorem Abbatis destinarunt dominum Henricum de Man-
-dach, licet Juniorem et ultimum, quem Hugoni Episcopo ob Conjunctionem Sanguinis gratum et acceptum fore existimabant. verùm cùm gra-
-ves exinde motus recrudescerent, implorante Protecto-
-rem auxilium Joanne Conrado Abbate, missi le-
-gati aliquoties inter dissidentes concordiam frust-
1498. -ra tentarunt. Tandem suadendo induxerunt Joan-
-nem Conradum, ut servato sibi honore Liberam Elec-
-tionem futuri Abbatis capitulo cederet, et Capitu-
-lares vicissim actum præcedentem penitùs cassum
Cedente Joanne Conrado; irritumque haberent. Itaque circa finem mensis No-
-vembris anno nonagesimo octavo repetita fuit electio in præsentia deputatorum tam à Foederatis, quàm ab Episcopo Constantiensi: verùm idem Henricus de Mandach, postposito Mathia majora suffragia denuò obtinuit, nec desuper ulla deinceps mota fuit controversia. egit nihilominùs sua auctho-
-ritate Abbas Joañes Conradus, ut Mathias de Stockburg in officio administratoris confirmaretur, et quemadmodùm hactenùs rem domesticam sedu-
-lò curaverat, ita et in posterum Juveni Abbati in negotijs tractandis præsto esset.

qui obit. Non diu posthac produxit vitam Abbas Joannes Conradus, sed tum corporis, tum animi

[p] Argumento libri feudorum pag. 8.i.

egritudine, quam tamen sua sponte in memorata causa sibi acciverat, mortem oppetiit anno sequenti die 4. augusti, Praesul, cui plurimum Rhenaugia debet, ob bona non pauca Monasterio recuperata. Pro cultu quoque divino amplificando plura expendisse fertur; ex quibus superest ornatus integer vestimentorum pro officijs Liturgicis peragendis ex viridi damasceno, instar recentis hodiè adhuc post tria fermè saecula nitens, in quo arte paucos annos insignia eius gentilitia attexta vidimus. Sepultus fuit in dextro latere chori S. Fintani cum hac inscriptione parieti proximo aureis litteris adjuncta: Obijt venerabilis in Christo Pater, ac Dominus Joannes Conradus de Griessen, Abbas huius Coenobij, cuius anima in Christo requiescat, quarta die Mensis Augusti anno Domini MCCCCXCIX. Eius cadaver Abbas Geroldus de Zurlauben huius nominis et stematis Secundus anno 1710. die 28. Maij transtulit ad pedem monumenti Fundatorum, cum sequenti Epigraphe lapidi incisa, sed modò per obambulantes detrita: Obijt Reverendissimus Dominus Joannes Conradus à Griessen, Abbas Coenobij Rhenoviensis anno 1499. è veteri choro S. Fintani, exornata nova Basilica huc translatus 1710. Cuius anima in Christo requiescat. Amen.

Henricus VII. de Mandach.
Abbas XLIII.

1498. Benedictio Abbatis.

Electus legitimè potioribus votis consentiente praedecessore Joanne Conrado, statim constantiam se contulit, ubi in festo S. Nicolai ab Hugone Episcopo cognata suo solemnem inaugurationem percepit, condonatis quibusdam in amicitiae signum de praestandis ordinarijs. Inter alios praesentes, Evangelium cantasse legitur, seu officio Diaconi functum fuisse Rollandum Goldlin Praepositum Lindaviae, Canonicum Ecclesiae Cathedralis Constantiae, nec non Turegi, Solodori, Bezonae, et Zofingae, de quo jam semel mentio à nobis facta. Caeterùm familia Mandachiorum hodie Schaffhusij superstes, nomen suum debet cuidam arci ditionis Tigurinae inter Regensperg et Kielsdorff sitae, [a] tunc dictino incolatûs a. Rhenaugiae clara, ad quam spectabat arx quaedam alia oberstad dicta ad exitum Rheni ex lacu acroniano. Abbas ipse Henricus filius videtur fuisse Joannis Sebastiani de Mandach, qui per id tempus Praefectus fuit Monasterij, paulò post factus Praefes in Neukirch à Cognato suo Episcopo constantiensi. Impetijt quaedam feuda

[a] Stumpfius to. II. pag. 128.

3.i.8.

Henricus de Mandach.

Henricus vivente adhuc antecessore: verùm initia regiminis sui nonnihil turbata experiri coactus est ob bellum Helveto-Suevicum, quod ano nonagesimo nono exarsit, acerrimum quidem, sed tamen breve et intra spatium novem Mensium absolutum. origo belli in foedus Suevicum refunditur, cui licèt invitati accedere nolebant Helvetij; imò cùm quoque hæreditaria pacta sub Duce Sigismundo olim inita, cum Maximiliano Cæsare renovare renuerunt, eòdemque tempore cum Ludovico Galliæ rege amicitiam redintegrassent, denigs Grisones, qui de finibus regundis cum regimine Tyrolensi certabant, in foedus recepissent, jam mense Februario ineunte ad fines Rhetiæ acriter armis pugnatum est. Non minùs in vicinia nostra die Sexta februarij duodecim Millia Helvetiorum per Schaffhusium et Diessenhoven in Hegoviam erumpunt, et nemine obsistente villas Gaylingen, Ramsen, Gottmadingen, Randeg, et Steislingen incendunt. Hilzingen ad preces Abbatis in Stein pecunia redempta. Cùm et oppidum Engen magno terrore concussissent, cum præda ad propria reversi sunt. contra verò Suevi die undecima februarij invasère Clegoviam, cuius incolæ Helvetijs videbantur addicti. unde villa Zaffigk expilata, et nonnullæ domus combustæ. oppidum Thiengen permittente Comite Rudolpho, licèt Figurini ob jus municipale obniterentur, præsidio duorum millium armatorum firmatum; castro quoque in Stühlingen trecenti impositi. cùm ipsis diebus Paschalibus Helvetij oppidum Neukirch, Episcopo subjectum expugnassent, atqs villam majorem Halau dictam munijssent, a Suevis ex improviso supervenientibus fuêre pulsi: at hi resumptis animis irruentes rursùs magna strage affecerunt.

à 1499. Bello Suevico

Hæc inter certamina Rhenaugiæ proxima Helvetij monuerunt Abbatem, ut transitum Rheni munire curaret, mittendum propediem Præsidium, quo Locus ab Hostibus tutus redderetur. Jam mandaverat Abbas Subditis, ut in armis se exercerent, atque in certos Manipulos distributi jugiter ponti inferiori invigilarent. verùm contentio exinde orta inter cives, et Nobiles Equestrium domorum possessores, cùm hi à communibus eiusmodi oneribus exemptos se dicerent, quod ad personalia duntaxat circa ipsum Abbatem servitia adstringerentur. Precatus est igitur Abbas Protectores, ne oneribus contra immunitatis privilegia gravarent Monasterium; simul quæ Rhenaugiæ curaverat, ac qualiter quosdam renitentes experiretur, exposuit. Rescripserunt Helvetiorum legati Turego die Jovis intra Paschæ hebdomadam, id est, die quarta

Rhenaugiæ transitus munitur,

Aprilis, litteris humanissimis contestati, se jura ac libertates Monasterij minimè læsuros. /b/ verùm tanto in periculo pro patriæ defensione, cuncta necessaria impendenda. quapropter monent, ne ullis hoc tempore à vigilijs et custodijs liberum et Exemptum paterctur; reservari singulorum privilegia, quæ restituta pace discuti ac dijudicari possint. /c/ advenêre paulò post auxiliarij Tigurini; quibus ex Glaronensibus additi, cum tormentis bellicis, Præsidiarij; /d/ quorum auxilio intacta mansit Rhenaugia toto bello, licèt anfractus Rheni potissimùm semper munimentum fuerit, quibus se hostis implicari haud facilè tentaverit.

Inter hæc maxima belli moles ex constantia Turgoviæ imminebat. unde cùm Suevi Ermadingen, cum adjacentibus villis spoliassent, repressos Helvetij ex loco, quem Schwaderloch dicunt, insequuti ingenti strage affectos non solùm præda, sed etiam propriis armis spoliatos repulerunt. cùm deinde Augiæ insulam frustra tentassent, arcem oberstad occuparunt, Præposito in Reichenau nonnihil mulctato. Tum ruentes impetu in Eleggoviam facto, oppidum Thiengen magno numero obsident, ubi Theutericus de Blumenegg ob scomata jactata Helvetijs invisus arci præerat. At is periculum redempturus mulctæ celeritate evasit, plerioque e fugæ socijs desideratis. Emisere relicti in oppido Sacerdotem, /e/ qui solius vitæ securitate pacta deditionem faceret. Præcipuè numero sexdecim captivi Badenam deducti, ipsum verò oppidum direptum atque incensum. Inter captivos erant Henricus de Baldegg, penes quam tunc summa rei erat, /f/ Rudolphus de Griessen, Polus de Tischach, Joannes de Roggenbach, et Henricus de Baden, Comitis Kilchensius Secretarius, qui postea aut

Thiengen oppidum vastatum.

b.

c.

d.

e.

f.

/b/ Wiewol uns nit gemeint ist, Eüer würde, oder ir Gotshus zu beschweren, oder an iren fryhaiten zu verletzen.

/c/ und ist darumb an Eüer würde unser fründlich bitt, und beger, solich nit zu vermitten, noch anzenemen, sonder gütlich zu dulden, damit die Lüth in obbemelten hüseren helffen, und tügen alsander, bis ustrag diser nöten, das ob gott wil bald beschicht, und doch Eüer würde, und Gotshus an aller fryhaiten und rechten gantz unschädlich. datum in der oster mittwuchen anno 1499. unter der statt Zürich Ingel, in namen unser aller, stätt und länder gemein Eydgenossen Räth zu Zürich verambt. /d/ Stumpfius to. II. pag. 445. b.

/e/ Hottinger ad hunc annum.

/f/ L. B. de Alt. to. VI. pag. 74.

citro persolucto dimissi, aut cum Helvetiorum captivis commutati fuêre. Gregarijs Mille quadringentis abitus sine armis concessus. occupata deinde arce Lüpfenberg, castrum Stülingen crematur, quòd Sigismundus, Comes de Lupfen unus ex præcipuis fœderis suevici Authoribus esset.

Nuntiato deinde Cæsaris Maximiliani adventu, qui compositis bello Geldrico, cum magnis copijs fœderi suevico in auxilium adproperabat, Helvetij in sua se recepêre. At cùm Henricus Comes de Fürstenberg, militum Supremus Præfectus, agrum Tauracensem ingressus castrum Dornach obsidione cinxisset, ipse securus, vanusq; hostium contemptor ab Helvetijs oppressus inter primos cecidit, qui castris politi, plenam, licèt non incruentam, obtinuêre victoriam.

Pax restituitur.

Fuit hoc ultimum, atq; inter reliqua majoris momenti certamen, quò fatigati utrinque de pace cogitare cœperunt, primùm Schaffhusij, deinde Basileæ congressi, ubi die S. Mauritij 22. Septembris Conditiones pacis cuiq; parti honestæ sancitæ, præprimis agente Ludovico Sfortia duce Mediolanensi per Gallea-ceum vicecomitem, qui Helvetiorum auxilia sibi parùm profutura contra Regem Galliæ operiebatur. In eodem pacis tractatu Helvetijs decem Cantonibg Judicium provinciale Turgoviæ permissum.

Cleggovia vastatur.

Interim, dum de pace agebatur, Præses, ut vocant, Sylvæ nigræ, precibus aggressus est Willibaldum Birkeimerum, Subsidij Norembergensis Capitaneum, quem interea Cæsar [9] Lauffenbergæ præfecerat, rogavitque, ut ei auxilium contra rusticos quosdam, qui à Comitibus de suis defecerant, præstaret; habere enim in animo, Cæsaris nomine vindictam ab illis exigere. Id illi haud gravatè permisit Bürkeimerg. Junctis igitur copijs quatuor milliem peditum, equitum verò ducentorum, in provinciam Klettgeu nomine irrupêrunt, ad repentino adventu multos oppressêrunt mortales. At reliqui ad Ecclesias confugerant munitas, ibiq; de vindicandis pretio villis ab ignis injuria agere cœperunt. Jamq; ferè transactum, et de pecunia conventum erat summa, cum Præses omnes eas pecunias in proprium usum convertere studebat: qua injuria milites irritati passim discurrentes omnia ferebant, et agebant, villasque injecto igne concremabant; estque

9.

[9] Verba sunt ipsius Bürcheimeri in historia hujus belli, quam edidit Freherus to. III. pag. 77. Causa igitur hujus ruinæ in rusticorum erga Helvetios propensum animum refundenda. Stumpfius hanc vastationem ipsis comitibus minùs ex vero attribuit Lib. V. cap. 37.

temporis

temporis ferè momento tota illa provincia culta admodùm et amœna evastata. Hoc in tumultu Ecclesiam Parochialem in Erzinger in cineres redactam fuisse monumenta nostra testantur, sicùtq; haud modicum detrimentum proventibus Monasterij creatum. Cæterùm pax Basileæ cum cæsare stabilita adeò firmata fuit, ut anno sequenti
1500. quingentesimo supra milesimum die 16. octobris fœdus domûs Austriacæ Hæreditarium cum Maximiliano renovaretur.

Eodem anno Jubilæi Abbas Henricus de Mandach, invalescente licèt Caristia tum ob præteritos belli tumultus, tum ob aëris intemperiem, majores duas Campanas, haud exiguo sumptu
Fusæ Campanæ. fundi curavit, quarum præcipuè prior inter nostrates maxima sono non minùs amœno, quàm gravi audientium aures ad hanc usq; diem demulcat. Sequentibus annis tres alias ex eodem ære superaddidit, in quibus omnibus signa hujus Abbatis supersunt, annus nimirùm cum Authore fusionis, Scutum Monasterij, ac ipsius Abbatis Gentilitium, superpositâ mitrâ, ac
1501. pedo pastorali. Anno istius sæculi primo Basileæ primùm, deinde Schaffhusiæ fœdus, quod ad certos duntaxat annos cum Helvetijs inierant, perpetuum fecerunt, reliquisq; Cantonibus adnumerari meruerunt.

Prima preces Episcopi eliduntur. Eodem anno Hugo de Landenberg Episcopus Constantiensis Abbati nostro, licèt suo cognato, per prætensas primas preces gravamen imponere tentavit; fortasse sperans, postulatum eò facilius obtinendum, si et alium cognatum comendaret. quapropter litteris die Sexta Februarij datis postulavit ab Abbate et Conventu, ut, secundùm jura in omnes suæ diœcesis communitates, Nobilem ac prædilectum cognatum suum Beringerum de Hochenlandenberg in Monasterium susciperent, cujus proventus consuetos de cetero tribuere velint. Recurrit Abbas, ad Monasterij potiùs, quàm sanguinis jura respiciens, ad advocatos Fœderatos Helvetiæ, opportunè tunc Turegi congregatos, ostensis Monasterij immunitatibus, atq; exhibitis præcipuè litteris Henrici pariter olim Episcopi Constantiensis, qui anno 1339. quendam Gastonem de Ebnet Armigerum in Monachum et Conventualem per similes primas preces comendans, informatione accepta per instrumentum publicum à prætenso hoc jure destiterat. Misere hujus chartæ transumptum die decima septima Februarij Fœderati ad Episcopum, additis litteris efficacibus, quibus eum à propositô [h] revocarunt.

1502. Litteræ

Anno secundo supra quingentesimum Maximilianus Cæsar oratores ad Helvetios destinavit

[h] Ich dan nach der pflicht, damit solich gotshus uns vervant ist, können wir das zu unbillicheit nit nachlassen.

Maximiliani Cæsaris ad Abbatem.

Henricus de Mandach

/i/ Andream Comitem de Sonenberg, Abbatem Soretanum, et Iacobum de Antlaushevia Præsulem, qui copias subsidiarias peterent, tum pro repellendo a christianis finibus turcarum impetu, tum pro comitatu instruendo, cùm Romam pro capienda Imperij corona adire statuisset. usi sunt memorati oratores præcipuè opera Abbatis nostri Henrici de Mandach, qui apud Tigurinos plurimùm poterat, et quidem tam feliciter, ut sex millia armatorum duce ipso Consule Tigurino Cæsari præsto fuissent, nisi utrumque propositum aliys de causis nimium dilatum fuisset. Interim oratores ad Maximilianum reversi, fervitia nostri Abbatis adeò extollerunt, ut Cæsar proprias litteras ad Abbatem cum grati animi significatione dare non distulerit die vigesima Augusti, hortans, ut porrò negotijs suis deesse non velit, cæsaream inde gratiam experturus. /K/ i. K.

Religiosus Rhenaugiæ Fabarum postulatq; Administrator,

Eodem anno evocatus est Rhenaugiâ Fabariam pro administrando illo Cœnobio Wichelmus de Fulach Religiosus nostri Monasterij. cùm enim Melchior de Hotlingen Abbas et Princeps Fabariæ ob susceptum in asylum quendam hominem proscriptum indignationem Helvetiorum adversùm se concitasset, /C/ ideóq; abscedens Monasterium sine pastore reliquisset, agentibus Fœderatis ille noster Capitularis, vir obeundis negotijs aptissimus, Administrator est postulatq. erat autem ex familia quidem Schaffhusiana, sed in arce Lauffen Cataractis Rheni iminente, quæ ad parentes eius spectabat, natus, professus Rhenaugiæ sub Abbate Ioanne Conrado de Tryessen, circa annum nonagesimum præcedentis sæculi. Quàm egregiè restituerit rem Fabariæ, demonstravit Eventus, cùm post triennium decedente Melchiore Abbas et Princeps illius antiquissimi Cœnobij est salutatus. C.

Et Abbas.

Lis de decimis in Eottstetten.

Gravis hoc tempore exorta est controversia cum Præposito Collegij Canonicorum Regularium in Zeningen ratione decimarum ex quibusdam fundis sitis inter pagos Iestetten et Eottstetten. Cùm enim fines utriusque Parochiæ non essent liquidò comperti utraque pars memoratas decimas sibi arrogare nitebatur. res ad Episcopum constantiensem delata, ubi acerrimè pugnatum documentis, testibus et omni Genere probationum. Anno tertio supra quingentesimum die Iovis post festum omnium Sanctorum lata est Sententia quoad pleraque in possessorio magis favens Nicolao Præposito, reservato tamen jure petitorij, expensisque compensatis. verùm cùm decisio rationem fundorum

1503.

/i/ Mot. to. VI. pag. 169. /K/ daran Er zeigst du uns Sünder gefallen, das wir gegen dir, und deinem Gotteshaws gnediglich Er sehen wollen. /C/ Bruschius pag. 52. Hotting. to. II. pag. 529.

obscura nihilominùs videretur, per senatum Schaffhusianum compositio quedam postmodum facta est; quæ tamen præcaveri non potuit, quin lis itantidem recrudesceret, etiam postquam Collegium laudatum sub Episcopi potestatem cessit. Anno sequenti per R. dominum Henricum Surer Plebanum in Böhl cinoque Parochianos cum consensu Abbatis fundata est in eodem loco Capellania ad altare B. V. Mariæ, jus denominandi Sacellanum ab Abbate Parocho, et Comunitati electum, ita tamen, ict designetur Idoneus et Abbati acceptus, ab eodem deinde Episcopo præsentandus. Primus sacellanus R. dominus Henricus Mayer de Lottstetten die 16. decembris juramentum fidelitatis Abbati præstitit, ab Episcopo subin confirmatus.

1504.

Anno quinto, quo Wilhelmus noster de Fulach ad Abbatiam Fabariensem promotus est, Henricus de Mandach quasdam decimas coëmit in districtu Altenburgensi, ubi sylva se protendit in peninsulam Rheno Cinctam ex adverso Monasterij, cui nomen Suabova, à vico antiquitùs jam directa adhæsit. Lis ob eam hoc tempore agitata inter Abbatem nostrum et Rudolphum Illustrissimum Comitem de Sulz, utrisq; tam jurisdictionem altam, quàm jus venandi vindicantibus, quæ tamen arbitrio Senatus Schaffhusiani anno Sæculi huius sexto cum in modum complanata, ut jurisdictio quidem Major cum jure venationis Comiti adscriberetur, salva tamen Abbati Jurisdictione minori; cui permissa quoque omnimoda venatio, à singulis nihilominùs Abbatibus petenda, quam Comites denegare non possint. Eodem anno visitatio Regularis Rhenaugiæ instituta fuit per Abbates Martinum S. Martinj in Wiblingen, et Wolfgangum S. Ægidij Norimbergæ, visitatores deputatos à capitulo proximè Augustæ celebrato: et quia disciplinam in priori statu invenerunt, ideo simpliciter antecedentium duarum visitationum recessum confirmarunt, subscripserunt, et sigillis propriis munierunt Idibus octobris. unde statim Prior in Conventu denominatus Dominus Melchior de Gachnang. Parochiam ad S. Nicolaum per id tempus administrabat Sacerdos Secularis plebanus Henricus Lotpleth, qui gravamina quædam ratione congrua cum movisset, Abbati contra querelæ non deessent, res ad Episcopum delata, quò agente repressi motus plebani fuerunt, addita tamen nonnulla præcipuè pro equo sustentando, quò indigebat ad providendum Parochianis in Martelen, Bensen, et truttiken; domus quoque Parochialis pauco post ex solido Lapide ædificata in superiori oppido, quæ nunc quoq; insignia Mandachij Abbatis præfert.

1505. de venatione in Suaben composita.

1506.

1507.

1508.

Circa idem tempus Abbas Henricus de Mandach Jus Municipale Monasterij tam Rhenaugiæ quàm in alijs quibuscunque locis subjectis ex antiqui-

Visitatio Rhenaugiæ.

oribus

oribus documentis dispersis in unum volumen Colligi, atqs in membranis pulcherrimè describi curavit, quod hactenùs sæpè in judicijs productum, atqs ab advocatis Fœderatis confirmatum pro norma sub nomine urbarij legalis inservijt. Statuitur ibi imprimis à tempore Fundationis et consuetudine hactenùs continuata, omnem jurisdicendi potestatem tam Chenaugiæ quàm in subjectis pagis ad Monasterium pertinere; /m/ quidquid autem sublatè in minoribus Judicijs mulctarum percipiunt, id omne ex gratia Abbatis dependere. /n/ In Criminalibus et Causa mortis Prætorem oppidi nomine Abbatis cognoscere, atqs Maleficium Advocato adjudicare, cui nullum aliud jus præterea Competat. /o/ In alijs quoque locis Abbatem per officiales judicia exercere posse: quod si ipse aut aliquis capitularium cum aula, et duodecim equitibus adveniat, congruus honor cum manjaribus exhibeatur. /p/ tam ex Turgovia, quàm Cleggovia partibus, ubi Specialia quædam exhibentur de Sefstetten, de Ertzingen. /q/ de vino sub mensura vendendo, de Vindemijs, Messe, glandibus Colligendis, pascuis, Sylvis, Hominibus Cigijs &c.

/m/ des Gotzhus zu Rinow alte gut gewonhaiten, alt harkomen, Herlichaiten, und brüch, von des Gotzhus stifftigeren also harbracht, und begabt.

/n/ was hie und anderswo in allen dörfferen, die des Gotzhus sint, da sitzt auch zwing und bann alles aines heren und Abbt des Gotzhus zu Rinow; und was die armen lüt von ainungen und auch von staffen inemend, das hand sy alles von dugend und gnaden von ainem Abbt und Gotzhus.

/o/ so es darzu kumbt, das ain übeltat den tot betrifft, soll ain Schultes die klag besitzen, und demnach mit rechtlichem urtal ainem vogt die klag zu leenen, und der stab übergeben werden; der selbige vogt hat dan witer zu sitzen, und über das bluet zu richten; und hat der vogt sunst nit ferer mer noch anders zu richten, noch recht, dan was im vor dem Schultesen zubekent wirt, das ist die tat des tots.

/p/ wen auch ain herr und abbte zu Rinow uf den selben sinen höffen, wo die sint, richten will, soll er in aigner person, oder an siner statt ainer us sinem convent, der den orden tragt, an den abend dahin faren, selb zwelf siten, mit sinen hunden, und mit sinem federspihl, und soll in der keller empfahen &c.

/q/ Item Ertzingen in Cleggow mit aller zwing, und Bann ist och aines herren Abbs und Gotzhus zu Rinow, wie dan in anderen des Gotzhus dörfferen, wo die sint.

1569.

1509. Anno nono Seculi decimi sexti Communitas Erdingensis, pia quadam persona nonnihil contribuente, fundavit capellaniam in subsidium Parochi. Fundatio Illustrissimo Comiti Rudolpho de Sulz, Domino Territoriali comendata, jure Patronatus loci Parocho ac communitati reservato, cum onere tot sacrum infrà hebdomadam celebrandi. Anno sequenti die Jovis ante festum S. Sebastiani lis decisa est inter Cives Chenaugiæ et Altenburgi per Judices compromissarios Conradum de Waldkirch Consulem Schaffhusij, aliosque. Itaque Ires pascuæ cum adhærentibus adjudicata Chenaugiensibus ultrà Chenum à parte ipsis ad torrentem Volckenbach, et superiùs ad viam regiam. Anno undecimo die 4. Julij Dominus Mathias Stecheli de Stockberg, qui minus administratorio subordinatum tamen Abbati jugiter obibat, nomine Conventus à Fœderatis Protectoribus Badæ congregatis litteras publicas obtinuit, quibus confirmatur Jus et consuetudo, census et decimas à morosis creditoribus per censuras Ecclesiasticas cogendi. /2/ quæ res tamen difficultate non caruit; nam Magistratus tam Figurinus, quàm Schaffhusianus pluries à Conventu petierunt, ne eorum subditi in præstandis censibus negligentes Censuris Ecclesiasticis afficerentur, sed potiùs coram eorum Judicijs ad præstandam Justitiam paratis conveniantur; quod præcipuè postulabant, dum lis aliqua aut contradictio intercederet. 2.

1512. Capitulum ordinis. Anno sequenti die 2. Maij Bambergæ celebratum est capitulum ordinis à tempore concilij Constantiensis trigesimum quartum; /3/ cujus recessus cum exactione taxæ Chenaugiam missus; quod et in sequentibus capitulis observatum, ubi occurrit enumeratio Monasteriorum ordinis provinciæ Moguntinæ viginti duorum supra centum, diœcesis verò Constantiensis viginti quinque, cum singulorum taxis; ex quibus Chenaugia non inter minima censita fuisse comparet. Eodem anno missus est subsidiarius ad Monasterium Gengenbacense Religiosus noster et sacerdos Stephanus de Heudorf, ex Nobili Schaffhusiana familia, qui postea acceptis dimissionalibus stabilitatem suam firmavit Murbaci. quibus pariter obtentis Dominus Wolfgangus Mundbrod de Spiegelberg Beneficium, ut videtur, gentilicium adiit in arce Einsfelden propè Egliswam, à Chenaugia penitùs separatus. Plures suscaperat in Monasterium Nobilis Abbas Henricus, de quibus aliqua subinde 3.

Religiosi.

/2/ das die Herren im Gotthus Zinow, Prior, Convent, und alli ire anwalt ir Zins und Schenken mit geistlichem Recht jetzt und harnach sollend und mögend inzihen on männiglichen intrag und widerred. /3/ Trithemius pag. 677.

memoria occurret. Plures quoque alebantur sacellani in Monasterio pro chori oneribus perferendis, Scholasticus quoque et Plebanus ad S. Felicem et Regulam Conventui Comensalis, qui instrumento cuidam hoc anno subscriptus reperitur Laurentius de Winterthur.

wilchlingen separatur à Parochia Erzingensi.

Cùm Comunitas in Wilchlingen proprium Parochum habere cuperet, impetravit à Matthæo Cardinali Sedunensi legato de Latere per Germaniam et Longobardiam, viro in Historia Helvetica notissimo, tunc venetijs existente, separationis indultum à Parochia Erzingensi, sine alicuius tamen præjuditio; cuius Exequutio tentata fuit per Michaelem Abbatem Schaffhusij die 13. Martij anno 15.13. verùm

1513.

contradicentibus Henrico Abbate nostro, et Joanne Spatz vicario perpetuo in Erzingen, Michael Abbas

1514.

Subdelegatum denominavit Lucam Conrader Præpositum S. Stephani, et Canonicum Ecclesiæ Cathedralis, qui sublatis difficultatibus tandem capellam in Wilchlingen absque omni præjudicio tam Abbatis quàm Episcopi, et Juris percipiendi omnes et singulas decimas tam maiores, quàm minores etiam novalium, in Parochialem erexit; Ecclesiæ in Erzingen, nec non Parocho et alitio ibidem ad compensandum defectum assignatis congruis redditibus. Plebano

1515.

verò in Wilchlingen ipsa comunitas ex propriis sustentationem assignavit, firmata fundatione per Magistratum Schaffhusianum, ad cuius hospitale jure proprietatis vicus ille magnus pertinebat. Jus patronatus Episcopo reservatum, qui primum ibi Parochum constituit Magistrum Conradum Schmid. Eodem anno Decimo quinto, quò hæc in Wilchlingen perfecta sunt, con-

Et Baltersweil.

firmata quoque fuit Fundatio Parochiæ in Baltersweil per Abbatem et Conventum Schenaugiensem facta, quæ pariter ab Erzingensi separata fuit, reservata facultate Abbati, si placuerit, Regularem ex conventu exponendi. Litteras nomine Episcopi expedivit Joannes Offteringer Juris utriusqs Doctor Vicarius Generalis.

1516.

1517.

Annis subsequentibus emit Abbas Henricus quasdam decimas in Jestetten; aliasqs in Truttikon à Nobili familia am Staad, quas feudi nomine tenuerat. Fabaricæ verò Religiosus quondam noster Wilhelmus de Fielach illius Monasterij postulatus Abbas

Wicheling de Fielach postulatus Abbas Fabaricæ obiit.

Sexagesimus primus, Princeps primus et vigesimus, post duodecim annorum Laudabile Regimen die 8. Junij piè obijt /t/ vocatus Pater pauperum, optimusque æconomus, qui et Monasterium et arcem Wartenstein egregiè decoravit, præsertim argenteis et alijs elenodijs, cæpitque extruere novam Abbatiam, ab ipsius Successore absolutam. /u/ u.

/t/ Ex Monumentis Fabariensibus.

/u/ Bruschius pag. 52. Cœnus, ac Monasterio præsens.

Fuit is Joannes Jacobus de Zufsingen Caperswilang, cuius frater Germanus Georgius Thenaugiæ professus erat; Evocatusque ab illo post aliquot annos Ecclesiæ custos effectus pervenit usque ad annum quadragesimum huius sæculi, quo die quarta Martij vitam posuit. Anno Decimo octavo mortuo Zolando, qui beneficium Bergense per Joannem Schuler administrari curaverat, Georgius Göldlin eiusdem familiæ Consul Tigurinus provisionem Pontificiam pro filio suo Hercule obtinuit, licèt in ea diserte exprimatur, collationem illius Parochiæ Abbati ac Conventui Thenaugiensi competere.

1518. Buchia in Berg.

Et Jestetten.

Jestettæ Vicarius Joannes Abent congrua sua non contentus, cùm plura quæreret, res primùm concordata per arbitros ex parte quidem Monasterij Nobilem Joannem de Mandach, duosque Capitulares Melchiorem de Gachnang, et Joannem de Jestetten; ex parte verò Vicarij per Fintanum Scherer Prætorem Thenaugiæ, Henricum Negelin, et alterum Henricum Zorer, Conventione per Laudatum Vicarium Generalem Joannem de Ofteringen confirmata. Cùm verò neque sic quiesceret vicarius, sed ultra debitum quædam usurparet, die 14. Julij anno 1518. per officialem Constantiensem ad satisfaciendum condemnatus fuit. quo appellante, sequenti anno nova conventio inita mediante Michaele Abbate omnium Sanctorum Schaffhusij, quam ratam habuit die 12. Maij Joannes Fabri Vicarius Generalis, vir hoc periculoso tempore haud obscuri nominis. Eodem anno Abbas Henricus Erzinge comparavit decimas ex bono Harthausen dicto, olim in feudum concessso; aliasque in Zechberg; ac denique similes in Truticon agente Melchiore de Gachnang jam Ecclesiæ custode. Pro Chori verò comodo, ac Divini cultûs ornatu magnis sumptibus maxima in forma pulcherrimè describi curavit tres

1519.

Libri pro Choro.

libros pro cantu Ecclesiastico in membranis, Initialibq Litteris auro nitentibus, alijsque picturis ornatos, tantæque molis, ut uni ferendo vix vir sufficiat. Parte tertia pagina prima leguntur sequentia: Sub anno Dominicæ Incarnationis Millesimo quingentesimo nono decimo, Ampliator Divini cultus, vir Egregius, ac Dominus Nobilis Heinricus de Mandach, Abbas huius Cœobij, morum honestate præclarus, pro Dei Sanctorumq eius Laude perseverabili, de Sumptibus propriis volumen hoc Canticorum per Fratrem Benedictum Mett ordinis S. Benedicti Monasterij Brüflingensis professum Ratisbonensis diœcesis exarari subordinavit. Subjunguntur dystica benè multa eundem sensum exprimentia. Pagina trigesima septima in Littera initiali exhibetur imago Abbatis de Mandach, cum duplici scuto Monasterij, et ipsius Gentilitio, interposito Baculo pastorali, supereminente mitra. ipse Abbas induitur cucullo à nostris floccis non discrepan-

te

-te, quò igitur nostri Monachi in Divinis officijs tunc usi sunt. Eodem anno diem extremum pijssimè claudserat Maximilianus cæsar die 22. Januarij; cui, prætérito Francisco Galliæ rege, suffectus ab Electoribus eius ex Philippo Nepos Carolus huius nominis quintus Hispaniarum rex. Thenaugiæ grassabatur pestis, mortuusq; Henricus Zotpleb triginta trium annorum Parochus ad S. Nicolaum. Abbas die tertia octobris præsentavit Episcopo Diethericum Hasenstein, ex Nobili familia überlingana oriundum, filium officialis quondam nostri, qui Abbatem Laurentium de Eschach cognatione attingebat. Is accedente assensu domini Antonij Pucij Nuntij Apostolici, approbatus ab ordinario quidem fuit, verum adversarium expertus est Sebastianum Keller Sacellanum, seu vicarium demortui Parochi, Thenaugiæ civem, qui Romæ litteris imbutus provisionem Pontificiam obtinuerat, eamq; Thenaugiæ eò certiùs valituram credebat, quod Zotplezius in Mense Papali decessisset. rem detulit Abbas ad Fœderatos advocatos Monasterij, qui eiusmodi provisiones in detrimentum Collatorum jam sæpiùs abrogaverant. Purgavit se quidem Sebastianus litteris datis ad oratores Lucernæ congregatos, in quibus extollit servitia Majorum suorum tam Monasterio, quàm Helvetijs impensa; sed eas litteras Abbati remiserunt legati, atq; die Jovis ante Dominicam Jubilate anno sequenti Hasensteinium in possessione Beneficij protegendum decreverunt, addita tamen ad Abbatem petitione, ut Sebastiano Keller proximè vacaturum beneficium pro meritis conferre velit. itaque Inscrutabili Dei Judicio Hasensteinius Pastor Thenaugiæ factus, cui potiùs illud Lema competere videbatur, quò se nonnemo eius nominis et stematis subscribere solebat: Lupus, Lepus, Lapis.

Parochus Thenaugiæ.

1520.

Et in Berg.

Parochiam Bergensem cùm Hercules Göldlin clericatui renuntians resignasset fratri suo Joachimo, Georgius Pater utriusq; ad Abbatem Thenaugiam venit pro consensu solicitans: quem cùm abnuentem invenisset, quòd Nepotem suum jam Episcopo ad pingue illud beneficium præsentasset, rectà Consulse contulit in villam Berg, effecitque, ut missos ab Abbate Dominum Melchiorem de Gachnang Custodem, et Züfingerum Præfectum pro installatione nepotis repellerent Parochiani cum vicario Joanne Schuler.

Feuda

1521.

Eodem anno Beringerus de Landenberg Præfecturas feudales Consequutus est in Tüedlingen, Buchberg, Ellikon, et Benken, nomine uxoris Dorotheæ Trülleray Consulis, quas antea habebat Joannes Trülleraij Consul Schaffusianus. Sequenti verò anno feudum Nobile in Andelfingen cum advocatia in Truttikon devenit ad Illustres familias Töst et Weiss hodie adhuc Turegi florentem. At Thenaugiæ in Ecclesia Parochiali SS. Felicis et Regulæ

renovata

Confraternitas.

renovata fuit confraternitas, sub eorundem sanctorum invocatione jam pridem instituta; fundatis duabus per hebdomadam missis pro vivis et defunctis, una die Lunæ, altera die veneris de Passione Domini celebranda: ad quam fundationem maximum contribuit Nobilis domina Verena de Mandach: Abbas autem atque conventus census quosdam annuos addiderunt sub pacto, utipsi et omnes eorum posteri eidem confraternitati adscripti conferentur, proventus autem sub cuiuslibet Abbatis directione à procuratoribus administrarentur.

1522. Anno proximo post festum S. Viti animam posuit Dominus Mathias Stechelin de Stockberg, postquam dationem administrationis quæ Abbati Henrico de Mandach reddidisset. Ille vero religiosus noster Dominus Georgius de Mandach, jam ab anno 1509. sacerdotio initiatus, destinatus est in subsidium ad cœnobium Monasteriense Vallis S. Gregorij in Alsatia.

Mutatio religionis.

Inter hæc Udalricus Zwinglius primum Glaronæ Einsidlæ, ac postremo Turegi Parochus avitam catholicæ religionis formam oppugnare cœperat: quæ res in ultimum diserimen conjecit Monasterium nostrum, planè divinitus inter extremas persequutiones cum omnibus membris eius conservatum. Condixerat Magistratus Turegiensis colloquium de articulis controversis ad diem vigesimam nonam Januarij anno hujus sæculi

1523. vigesimo tertio, ubi comparuit quidem Joannes Fabri vicarius Generalis Constantiensis: cujus tamen monitione potiùs quàm disputatione contempta Zwinglij doctrina per totam ditionem Turicinam stabilita fuit. Sepositis igitur Ecclesiasticis legibus, sub nomine Reformationis libertati frena laxata, Ecclesiæ Jejunia passim violata, attentata à sacerdotibus et Monachis, sacratisque Virginibus matrimonia, decimæ à multis rusticis denegatæ. /W/

1524. At religiosi Federati Conventu Lucernæ anno sequenti celebrato, die vigesima sexta Januarij unanimiter decreverunt, Fidem tot sæculis à progenitoribus cultam conservare intactam; minuêque est, quantos labores in se susceperint, quòt Conventus ferme continuos celebraverint, quæ media tam dulcia quàm amara impenderint, ut partim nova dogmata à suis locis arcerent, partim aberrantes ad obsequium et unitatem Ecclesiæ revocarent. Primos motus experiri coactus est Abbas noster in vicinis Thenaugiæ Pagis ditionis Turicinæ, præsertim Martelen et Benken, quorum incolæ decimas veteribus Monasterio præstare renuerunt; unde querelas justas interposuit in ordinario Federatorum conventu die 30 vis post festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, licèt nullo planè effectu.

Decimæ negantur Monasterio.

/W/ Hotting. Historia Ecclesiastica pag. 117. 153. 185.

S. Imagines Cremata.

Ciòm circa idem tempus Imagines quorumq; Christi atq; Sanctorum abrogatæ fuissent, quidam huius doctrinæ prædones die vigesima quarta Junij in Stammen et Nußbaumen solemniter concremarunt eiusdem Salvatoris nostri è Cruce pendentis effigiem, una cum alijs Ecclesiæ ornamentis, quæ res magnos motus inter fœderatos excitavit, quod loca memorata religiosorum quoque Cantonum altæ jurisdictionè subessent. Verùm spretis Catholicorum monitis simile factum præsumpsit Joannes Ochslin Parochus in Burg prope oppidum Stein, quem cùm custodiæ mancipasset Josephus am Berg Præses Turgoviæ ex Pago Suitensi, tumultu facto ab Appenzellis novæ doctrinæ direptum Monasterium Ittingense Carthusianorum, atque in cineres redactum. Tum tota Turgovia spoliatæ Ecclesiæ, atque Imagines ab accolis in lacum acronianum projectæ, quarum una statua S. Blasij Patroni in Mameren transverso cursu in alteram ripam delata, hodie adhuc colitur in Catenhorn sacello in honorem Sancti erecto. In villa Berg Juraßi montis parochiam Joachimus Göldli filius Consulis Tigurini dimiserat, refusis expensis, Balthasaro Schuer, qui cùm hoc anno obijsset, nequidquam reclamante Abbate constitutus est Balthasarus Fehr à Magistratu conceptæ reformationi nimio zelo ubique inhiante. Eodem Anno jam circa festum Paschæ Waldishuti Imagines Sanctorum è templis ejecte agente Balthasaro Hubmajer, qui Fridberga oriundus, cum Ingolstadij studijs operam navans ex editis Lutheri libris eius dogmata adscivisset, atque Ratisbonæ prædicasset, inde ejectus, Waldishuti Parochiam invasit, amicitiaq; cum Zwinglio contracta illius oppidi civibus novam Evangelij formam persuasit. Adveniens mox per Basileam Thomas Münzer Anabaptistarum Chorypheus Balthasarum in nefariam suam sectam induxit; qui paulò post trecentos circiter viros barbatos sacrilego Baptismatis fonte fœdavit. At Münzerus inde digressus in comitatibus Stülingano et Cleggoviensi simplicem plebem adversum potestates à Deo ordinatas tam Ecclesiasticas quàm temporales concitavit. et Stülinganos quidem rusticos virus mox in furorem egit, qui duce Joanne Müller de Bulgenbach Emphyteuta Thenaugiæ arma contra Sigismundum Comitem de Lupfen sumpsêre, cleggovienſibus adhuc quietis, quin à tumultu vicino sibi timentibus; quippe quibus rebelles extrema minati fuerant, nisi in seditionis irent societatem. Memores igitur communitates cleggoviæ municipij cum civitate Tigurina contracti, quò in periculis sibi mutuò auxilia conferre spopon-

Nova dogmata cleggoviæ se insinuant;

derant

derant, deputatos Turegium miserant, qui pacem profes-
si, protectionem contra tumultuantes vicinos im-
plorarent: quòn et Joannes Jacobus de Heüdegg, Ru-
dolphi Comitis de Sulz, qui elapso anno æriponti con-
siliarius Ferdinandi Archiducis constitutus fuerat,
in cleggovia Præfectus ad instantiam subditorum
Petrum quendam ex provincialibus Judicibus pari-
ter cum illis destinavit, qui pacis tranquillitatisqs
securitatem suo nomine expeteret. Ad hæc senatus
Figurinus ab utriusque partis deputatis percunctа-
tus est: quandoquidem turbæ ob religionis quæstio-
nes pleriisque in locis moverentur, utrum illi man-
datis Reipublicæ Figurinæ, quibus secta Zwinglij
præscribebantur, parere, illisque conformiter vi-
vere parati essent? Reposuêre Justicii: /x/ magno se x.
perfundi gaudio hac super quæstione, quòd nempe
illis in religionis negotio se similes fieri paterentur,
séque hactenùs dicta mandata proposse amplexos
fuisse. Econtra deputatus ab Heidegio dixit: se
quidem eiusdem esse sententiæ, cæterùm adeiusmodi
interrogata responsi expressò carere mandato.
denique Senatus utrique /: nam soli Supremo in hu-
jusmodi negotijs adempta erat potestas. / in hunc modum
mentem suam deputatis scripto aperuit: cùm con-
siderent comitem eiusque officiales Evangelio non
fore contrarios, subditosque propterea ad antiquæ
fidei ritus non cogendos, litteras nomine Magistra-
tus dandas esse ad Joannem Müller de Bulgenbach
eiusque consortes, cum obtestatione, ne deinceps
cleggoviam armis impeterent, utpote à novo Reli-
gionis ritu non abhorrentem. Subscriptæ litteræ
per Archigrammateum die decima tertia octobris
huius anni. Neque effectu caruit comendatio, cùm
porrò Lupfensis comitatus Justicii cleggoviam in-
tactam reliquerint. Erat tunc Waldishutium Præ-
sidio Figurinorum munitum; quapropter Ferdinan-
dus Archidux Austriæ ad Federatos Frauenfeldæ
die decima quinta octobris congregatos Legatum
destinavit Wolfgangum Comitem de Montfort
Præsidem Regiminis in Alsatia, qui ea de re quere-
las proponeret, simul et Balthasarum Hubmayer
Authorem Seditionis ad pœnas exigeret. Reposue-
runt Figurini, suos jam fuisse waldishuto avocatos,
ubi tamen plures ad finem usqs tragediæ substite-
runt. Balthasarus verò Turegum profugus, cùm ri-
diculam Zwinglio de rebaptismo litem movisset,

Cui prospicit Senatus Figurinus.

/x/ Acta Cleggoviæ ex Archivo Thüringensi: usf Soliche frag haben die verordnete geantwurtet, das sy an Solicher frag ain grosse freüd und gefallen empfangen, sy habend auch bisher denen mandaten ires vermögens gelebt.

inde exactus Schaffhusium se contulit, atqs in Asylum se abdidit, agentibus quidem Catholicis Cantonibus in custodiam datus, sed tandem elapsus, donec alia occasione in Moravia inventus, post dictinam quaestionem Viennae Austriae exustus fuit, Eius verò Laeti Consors, quam ipse sibi publicè copulaverat, aquis mersa.

1525. Decimae frustrà repetuntur.

Anno vigesimo quinto Abbas Noster Henricus de Mandach solicitus de decimis, quas territorij Figurini Turicolae negabant, ipsemet adijt Foederatorum oratores die decima martij Badenae adunatos, vehementer urgens, ut ad officium cogerentur refractarij; videbaturqs eo efficacior postulatio, quòd idem simul una peterent per Legatos Episcopus constantiensis, et Abbas S. Galli, Abbas denique Crützlingae nomine Dynastarum ac Monasteriorum in Turgovia. Verùm nihil confici potuit Catholicis omnibus metu perculsis, cùm undique armis circumstreperent Helvetiam innumerabiles rebelles Rustici. Practiosa Supellex Sacra Monasterij S. Blasij, cùm die vigesima Aprilis Waldshuti direpta fuisset, Ipsum Monasterium Kalendis Maij à Sylvestribus Rusticis et Hauensteinijs expilatum, Calices innummeri diserpti, Sacra omnia profanata. Quin et Joannes Müller de Bulgenbach rebelles in Brisgoviam duxit, Friburgum ter mille florenis, ne incenderet, mulctavit; captus tamen postea, et Waldshuti, post fata illius urbis, capite plexus. Per reliquam hiemem tumultus ingens Rusticorum, qui Hilzingae noctu conspiraverant, tresqs in turmas divisi agrum Biberacensem, Algoviam, et ripas Lacûs Bodamici occupaverant.

Thenaugiae Cives Inquieti.

Caput Malorum Thenaugiae ipse Pastor erat Diethericus de Hasenstein, Parochus ad S. Nicolaum, qui non solùm Parochianos suos ditionis Figurinae ad negandos Monasterio proventus obfirmavit, verùm etiam ipsos Cives Thenaugiae similibus promissis ad capessendum novum Religionis institutum pellexit, cùi se jam totum addixerat, spe fretus, ex ruinis Monasterij aliquid obtinendi, ac solutis Ecclesiasticis, quibus tenebatur, legibus, ad cupitas Nuptias perveniendi. Itaqs communicato cum Civibus Consilio memoriale adornat, quod Foederatorum oratoribus die vigesima prima Aprilis eiusdem anni vigesimi quinti Frauenfeldae offerent, quò Convenerant, ut querelas Subditorum Turgoviae contra Dominos audirent. Articuli porrò Thenaugiensium his numeris comprehenduntur:

1525. Diversa postulant.

1.o postulant, ut mortuaria, et Servitia annua, Monasterio praestari solita, penitus tollantur.

2.do Jura mulctarum partes ex Judicijs non Monasterio deinceps, sed civitati cedant.

3.tio pars saltem decimarum, aut quas minores vocamus, præstentur Pastori Hasenstuinco.
4.to Census omnes ex fundis solutâ pecuniâ redimibiles sunto.
5.to Anniversaria pro defunctis supprimantur, Pastori alibunde ex proventibus Monasterij refuso defectu; cùm jam edocti sint, ejusmodi suffragia superflua et inutilia esse. /a/ a.
6.to ob Jura domorum Monasterio nihil deinceps pendatur.
7.mo Monasterium ad præstandum civibus Telonium, instar extorum adigatur.
8.vo Nihilominùs ad conservationem Pontis plura præstare cogatur.
9.no Sylvæ, Pascuæ, Rhenus cum piscationibus et venationibus Comunes sunto.

quibus respondet Abbas.

Transumptum istorum articulorum aboratoribg missum fuit ad Abbatem Henricum, ut ijs responderet. Interea cùm nimiùm tumultuarentur Turgovij, et res proxima seditioni videretur, maximè ob rusticos circa Helvetiam conglobatos, pro pace utcunque conservanda effecêre oratores, ut Monasteria cum Nobilitate Turgoica ad unum annum, sine ullo tamen præjudicio, remitterent subditis omnes decimes atqo census. Cùm verò hoc pacto minimè comprehenderetur Rhenaugia, Abbas ad diem quintam Maij, quo demùm legati Frauenfeldæ convenerant, responsa sua cum protestatione obtulit, instanter postulans, ut jura Monasterij à Protectoribus conservarentur. Respondit autem

Ad 1.mum Mortuarium deberi Monasterio tum ex litteris Fundationis, tum ex confirmatione anno 1529. ab ipsis Helvetijs facta. Servitia annua per unicum diem à singulis præstari.
ad 2.dum omnem Jurisdicenti potestatem ad Monasterium pertinere, nec civibus nisi ex gratia tertia mulctarum partis ab advocato aliquid relictum fuisse olim.
ad 3.tium Decimas omnes Monasterio fundatas, Pastori solùm deberi congruam ex pactis stipulatam portionem.
ad 4.tum Census ex proprijs Monasterij fundis præstari, adeòque ex natura sua esse perpetuos.
ad 5.tum Nihil æquius esse, quàm ut voluntates ultimæ antecessorum ratæ habeantur, et executioni mandentur. /6/ 6.

/a/ weil wir jetzt durch das wort Gottes berichtet werden, vergeben und unnotwendig für die toten solches zu halten.

/6/ wir verhoffen, was der von Einaw altforderen durch Gott, und der er, auch zu trost und hieff der selen frywillig gestifft, das dan solich ir letster will inen da nit gebrochen werde.

ad 6.tum Exiguum præstari censum pro jure domi-
-bus cesso.

ad 7.mum Telonium ex mera gratia â Monasterio per-
-missum civibus fuisse, reservata conceptis verbis
immunitate omnium rerum ad Monasterium per-
-tinentium.

ad 8.vum Adesse pacta conventa per ipsos Federa-
-tos conciliata, quibus indubiè standum.

ad 9.num Piscationem in Rheno â Ludovico Rege Ger-
-maniæ Monasterio privativè tributam, totumq; Rhenaugiæ districtum cum sylvis et fundis: Ce-
-terùm moderatum usum lignationis et pascuæ
civibus liberaliter concedi.

Et â Federatis negantur.

His responsionibus Catholici Protectores edocti, cùm originalia insuper documenta inspexissent, Cives Rhenaugiæ ad pacem et subjectionem cohortati sunt, articulos, quos propposuerant, nulla prorsùs ratione sustineri posse ostendentes. cumq; insuper major pars rusticorum in Suevia â Georgio Comite Truch-
-sesio de waldburg jam ad internecionem delecta esset, levati paululùm adversariorum metu, consilium-
postulanti Abbati nostro saluberrimum fore dixe-
-runt, si Parochos inquietos, quos constaret, in rebellionem concitasse subditos, Rhenaugia amo-
-veret, substitutis piis, qui catholicam religio-
-nem restituere ac fovere conarentur. Jussit ita-
-que Abbas excesse Rhenaugiâ non solùm Diethericum de Hasenstein Pastorem ad S. Nicolaum, verùm etiam vicarium alterum, qui Parochialia in Ecclesia ad SS. Felicem et Requiam administrabat; nam et hic ab an-
-tiqua fide defecerat. /c/ Verùm cùm esset in Monaste- c.
-rio comensalis, facilè amoveri potuit. Ejectus pa-
-ritèr fuit officialis Monasterij vir Nobilis Marcus Tüfsinger de Tüfikon, qui cum pastoribus et ovibus pe-
-ditis conspiraverat, frater nostri religiosi Georgij jam Tabariæ comorantis. Marcus ao 29. Tigurinâ Basileam profugit, occisus â Catholicis in prælio ao 31. Majorem difficultatem movit Hasensteinius, qui in-
-terea uxorem duxerat, /d/ et â Tigurinis protege- d.
-batur; cùm Pastorem quoque prætensæ reformationis in Martelen præfecissent Joannem Tischmacher.

Cleggovia Turi-
-cæ pariter
Inquieti

Inter hæc Tüftici in cleggovia secundam legationem destinaverant ad Magistratum Turicensem, prolixo oblato Instrumento, /e/

/e/

/c/ Hotting. to. III. pag. 474. unter Heinrich von Mandach Abbt zu Rheinau waren ihre beyde prædicanten auf dem berg und im Closter vertriben. Idem pag. 533.

/d/ Herr Dietrich Hasenstein hat sich wider Christlichen Kirchen ordnung und löblich bruch in Etlichen stand eingelassen, och duch frevel verachtung der Hochwürdigen sacramenten; besonder des altars, und der Heiligen Mess, vielfältig-
-lich us einen frygen muotwillen verworffen.

/e/ in cuius ingressu narrant, à suis primarijs deputatis relatum, perquisitos fuisse, an mandatis reipublicæ Tigurinæ in puncto religionis obtemperare statuissent? quapropter contestantur, se facto ad Deum, et ad Sanctos jurejurando ad ea servanda obstrinxisse. ignorabant simplices ruricolæ, hanc ipsam formam juramenti dictis mandatis esse contrariam. /f/ Articulos deinde gravaminum omninò quadraginta quatuor enumerant. Sunt autem illis ferè similes, quos Rhenaugienses proposuerant: scilicèt de hominum religiorum obligationibus, Mortuario, Fisco, venatu, Taberna, telonio &c. Notabilis inter eos articulus quadragesimus secundus, quò queruntur contra Præfectum Rudolphi Comitis in Küssenberg, Caudatarium Jacobum de Heidegg, quòd cogat eos antiquis Ecclesiæ ritibus insistere, pœnas intentans in transgressores; qua de causa Tigurinorum tutelam implorant. /g/ Subjiciunt specialia gravamina Locorum Cottstetten, Erzingen, Baltersweil, Griessen &c. ultimò adjunt universalem Clausulam, nihil in posterum ab ipsis fore præstandum, nisi ad quæ per verbum Dei se obstrictos esse agnoscerent; quo non obstante mansuros obedientes comitis subditos in omnibus juxta divina judicia. quid ad hæc responderit Magistratus Tigurinus, monumenta non referunt: credideram tamen rebelles rusticos ad officium fuisse remissos, neque eorum defensionem in se suscipere maluisse Tigurinos.

e. f. g.

Armis rebellant.

At illi mense Junio eiusdem anni abjecto omni pudore, ad arma adversùs Dominum suum Comitem procurrunt, libertatem proprio molimine asserturi; resistentes invadunt, trucidant, atque arcem Küssenberg obsidione cingunt, in qua non solùm dicti Præfecti Joannes Jacobus de Heydegg, verùm etiam Rudolphi

---

/e/ Titulus sic habet: den Esamen, fürnemen, wisen Burgermaister, Klain und grossen Räten der statt Zürich, Schützer und Beschirmer des unüberwündlichen waren Gottes.

/f/ Zu solichen mandat und Gotteswort hat sich ain gemaine Grafschafft Zusamen verbunden, und geschworen ain ayd Zu Gott, und den hailigen, dem Recht thun mit Leib, und guot.

/g/ Als dan wir laut dero mandat zugesagt, gelobt, und geschworen, das Gotteswort schützen, und schirmen als obstat, vermaint ain Landvogt /. von Küssenberg/ wir haben nit macht und gewalt Solliches Zu sagen, on unsers herren von Sulz wüssen und willen, vermand uns by den alten brüchen Zu bliben, wo wir das nit tügend, haber in bevelch uns Zu straffen, da unser glübt und ayd Zum Gottes wort nit Erleiden mag; hierin begeren wir schutz und schirm.

Comitis Germanus frater Wolffgangus Hermannus morabatur. /h/ deditionem arcis eorum rebus, ut inquiunt, tam infestis, trans missò scripto procaciter postularunt, adjectis minis, nec Comitis, nec præfecti vitæ parcendum fore, si renuerent, aut responsum vel ad horam differrent. Subscripta Schedæ fraternitas Comitatûs Cleggoviæ; eo enim nomine uctebantur Anabaptistæ, qui res inter se omnes, atque adeò uxores habebant communes. Famâ huius rebellionis ad oratores Foederatorum, opportunè tunc Badenæ congregatos, delatâ, missi fuêre Georgius Göldlin Senator Figurinus, et Udalricus Tierler Uranensis Præfes Argoviæ, qui armorum strepitum à vicinia averterent; tantumque potuêre apud partes, ut die vigesima Junij consentirent in inducias usque ad diem primam Septembris duraturas. Condictum, ut interea depositis armis à mutua offensione abstineatur, Arx Küssenberg ab extraneo milite evacuata quatuor Figurinæ Civitatis Civibus comendetur; denique nulla novæ munitiones ab alterutra parte erigantur. Servata utcunque tranquillitas; /i/ decimæ tamen Monasterio nostro à rusticis Cleggoviæ denegatæ, excepto Theinheimo, Wilchelinga, atque Jeglettæ. At non solùm in Cleggovia, verùm etiam ex altera Theni parte in ditione Figurina adhuc dum carebat Monasterium decimis. neque profuit quidquam interventio Protectorum Helvetiæ catholicorum; negs recursus denique Abbatis ad Magistratum Turicensem, quem sæpiùs per id tempus supplex instituit, offensis haud modicè Figurinis, quòd Abbas emigrare jusserit Diethericum de Hasenstein Pastorem studiosissimum Zwingliani dogmatis Sectatorem, Civesque Thenaugiæ ex Foederatorum decretis cogeret, non solùm ad debita Monasterio præstanda, sed etiam ad obediendum Ecclesiasticis legibus. Puniti pro meritis, diebus vetitis Carnivoræ, aut qui festa præcepta violabant. /Ks/

Federati Inducias pacisceuntur,

Cives inobedientes Thenaugiæ puniti.

/h/ das sie hitzig aufgebrochen, und feurdich uf und wider einander geschossen, gezogen, und angriffen, auch Etlich umgebracht. Item: Ein griegerische empörung und aufruer gemacht wider den Edlen, vesten Jacob von Heydegg des wolgebornen unsers gnädigen Lieben herren Rudolph von Sulz Landvogt uf Küssenberg, und auch wider jetzt gemeld Schloss. Ita Instrumentum à Foederatis pro conciliandis induciis mox factum.

/i/ Corrigendg Hottinger, dum scribit to. III. pag. 256. Im Augstmonat seind Graff Rudolffen von Sulz unterthanen in Cleggaw in harnisch geschlossen &c.

/Ks/ Corrigendg denuò Hottinger pag. 474. dum narrat: Es waren die in der Statt und Closter Theinau mehrmalen wegen fleischessen und dergleichen von Landvögten gestrafft. Id enim ab Abbate probante Præside factum —.

Ks

Cumqs

cúmque obtemperare obfirmati renuerent, vocatus in auxilium Præses Turgoviæ Josephus am Berg Suitensis, qui juxta concilium pleroruṁq; Fœderatorum Abbatem in exequutione jurium ac privilegiorum Monasterij protegeret. Descripsit ille die prima octobris, sibi integrum non esse, comparere Rhenaugiæ, cùm vix domo egredi sine discrimine possit. Spondet operam suam Frauenfeldæ, laudat Abbatis zelum, præsertim in Efficiendis prædicantibus, qui si nondum loco cesserint, sine mora expellendos. /C/ Cõmendat denique profuturo Parocho dominum Othmarum Engeler de Diessenhoven, Sacerdotem pium et Catholicum, atq; perdoctum quem oratores nuper in Tobel congregati ad parochiam eiusdem urbis Diessenhoven promovere, sed vano labore, conati sunt, prælato alterius institutihomine. 1625. C.

Interea inducie armorum in cleggovia expiraverant, labor quoque omnis pro reducendis ad obsequium subditis frustraneus videbatur, licèt Rudolphus Comes, ad parcendum sanguini, multa de juribus suis remittere, gratiasque haud exiguas rusticis concedere paratus esset. Impenderant operam suam non solùm Austriaci, sed et tigurini, Basileenses, Scaffhusiani, et oppidi S. Galli primores. ut tamen non imparatus vim comes opponeret Seditiosis, supplices ad Ferdinandum Archiducem dedit litteras; quibus ille die duodecima Septembris respondit: Sperandum esse, ut quemadmodum Philippus Marggravius Badenæ eius cognatus deficientes offenburgi subditos ad obsequium reduxisset, ita et cleggoviæ turicolas abarmis cohibendos: Secùs urgente periculo mandatõ litteris accluso uteretur, quõ subebantur Præfecti Veldkirchij et Pludentij submissa militum manu præsentem opem ferre. ultimam manum paci admoverat Consul Figurinus Wilhelmus Zoll, cuius monitis spretis, cùm Rustici sub nomine des Mayerischen hauffens, rursùs ad arma concurrerent, accitus præfato Ferdinandi mandato cum cohorte adest Capitaneus Vir Nobilis Christophorus Fuchs de Fuchsberg, atq; debelles æris Campani signo in vico Grieſsen conglobatos adoritur, ducentos circiter prosternit, duobus duntaxat ex suis desideratis, /m/ veliquis veniam precantibus parcit. Contigit hæc Gladeos die quarta m.

Seditiosi.

Cæduntur,

/C/ Wider Gnediger herr gefaet mir, das eur Gnaden den Eütpriesteren in eürem Gotshus und Pr. Dinow in der Statt urlaub gelaſsen. oder geben haben; und so noch baid oder ainer noch da wer, möcht ich wol liden, das Euwer gnaden sy unverzogenlich hinweg wolt backen. /m/ da kumend der armen Eüten umb by zweihundert ungefar, und der Eüsigen äben zwen man. Ex Monumento Rhenaugiensi.

Novembris, quâ se permisêre rebelles comitii, has prâs leges clementer adepti: /n/ Arma omnia exceptis gladijs victori tradantur; damna quibuscunqp per hanc seditionem illâ compensentur; Ecclesijs et eorum Procuatoribus ablata restituantur; Antiqua fides, ritusqp Ecclesiastici sine ulla mutatione instaurentur; rebellium primores capti in corpore et bonis plectantur, excepta tamen mortis pœna; /o/ Fraternitates ac quicunque Conventus invicto Comitia nulli usquam instituantur; Ecclesiæ aut turres nullis aggeribus muniantur; Campanæ Majores, quarum usum ex sacro in sacrilegum verterant, dominis suis restituantur. Pro singulis domibus in seditiosorum villis, exceptis innocentibus, orphanis et viduis, domui Austriacæ Sex floreni pendantur, quorum medietas intra quatriduum, residuum ad Domini Natalitium diem solvatur; negligentium in solutione villæ diripiantur, crementurqpue. denique post plura ejusmodi præcipitur, ut rustici præstanda cuncta sine ulla diminutione exsolvant.

restitutâ fide et obsequio.

n.

o.

Vi hujus pacis jussi sunt rustici convenire cum Monasterio Rhenaugiensi ratione decimarum, quas retinuerant, quod paulò post factum, atque in altero anno saltem, quæ deerant, suppleta. Loca verò specialiter nominantur Erzingen, Zechberg, Wisvic, Dettikhoven, Diederen, Berwangen, et Balterswil. At Cohors Militum Austriacorum die Septima Novembris se in sylvam nigram contulit, ibi quoque rusticos rebelles in ordinem redactura; quos die decimatertia coegit in arce Guttenberg homagium præstare Joâni Abbati S. Blasij in præsentia comissariorum Imperialium, prædicti Christophori de Fuchsberg, Jacobi de Heidegg, Wilhelmi de Fischach, et Adami de Homburg. mox eodem Impetu Waldishutum, malorum in his partibus præcipua scaturigo, captum, amputatisque præcipuis rebellium capitibus religio Catholica ex integro restituta. His ita ex parte Sueviæ constitutis, res quoque ex parte Helvetiæ in meliorem ordinem redactæ. Moveri etenim tandem se passus est Magistratus Figurinus, ut decimæ ab eorum subditis Monasterio denegatæ restituerentur, sub certis tamen conditionibus, quarum una erat, ut Hasensteinio provideretur. Missi ejusmodi propter Turego legati Rhenaugiam Senatores Mathias Weiss, Joannes Ochsner, Rudolphus Sumysen, et Henricus Rüdlé. Hi decima Sexta Novembris imprimis convenêre cum Abbate et Capitulo, ut juxta mandatum rei-

decimisque Rhenaugiæ rebellis,

quas etiam Figurini restituunt.

-publicæ

/n/ Ex ipso pacis Instrumento: Zu straff auf gnad und ungnad ergeben.

/o/ Hottinger malè refert quosdam captivos vita mulctatos, pag. 256. Nach Etlicher gefangenen Lebens Straff. Stumpf. to. II. p. iii 7.

-publicæ præterito Mense Augusto emanatum Decimæ ex pagis ditionis Figurinæ Monasterio restituantur; pleræque enim in sequestrum positæ erant, quasdam omninò consumpserant rustici. Deinde ob distantiam Ecclesiæ S. Nicolai Rhenaugiæ concessum, ut tam in Benken, quàm in Martelen distincta prædicans poneretur, quòd eo magis necessarium erat, quia Abbas nullum novi ritus Pastorem in Rhenaugiæ oppido admissurus erat, præfatæ verò villæ aliàs, ut vocantur, filiales, à Catholico instituto jam penitùs declinaverant. Adjecta nihilominùs expressa monitio, quam Abbas exegerat, ut deinceps quieti Pastores sisterent, neque ruricolas ad tumultus et contentiones concitarent. /p/ Postremò designata est sustentatio utriusque Prædicantis, quibus Abbas nonnihil frumenti et vini tribueret, ex nulla quidem obligatione, sed ex mera gratia, neque cum ullo Monasterij præjudicio, adeo ut elapso triennio hæc stipulatio ratione prædicantium jam extincta et nulla esse censeatur. Amoto igitur hac ratione Hasenstein, admisit ad Parochiam Rhenaugiensem S. Nicolai Abbas Laudatum Othmarum Engeler, qui tamen reversales litteras sigillo suo munitas consignare debuit in præsentia Joannis Albrechti officialis Monasterij, et Sebastiani Anselm Secretarij, quibus caveatur, ut si aliquandò, quod absit, contemptis veteris fidei legibus in contrariam consuetudinem declinaverit, illicò amoveri possit, alio in integrum beneficium, seu Vicariatum substituto. Ad Parochiam S. Felicis et Equlæ pari conditione susceptus fuerat P. Henricus Weber; Sed et sectatæ aliæ religiosi in Parochijs non admittebantur hoc periculoso tempore Parochi nisi ad certum tempus, et sub expressa stipulatione, ut ritibus Ecclesiæ Catholicæ in omnibus inhærerent. Clausit hunc annum cum vita religiosus noster Dominus Martinus Escher Figurinus filius viri strenui Henrici, ex Nobili familia, quæ Lux Escher nuncupatur, professus ab anno 1582. circa festum S. Andreæ hoc anno defunctus, cujus inventarium post mortem factum superest.

Prædicantibus ejusdem territorio concessis,

Ad Eliminatis Rhenaugiã.

1626. Anno vigesimo sexto repressis in Sevia et Cleggovia rebellibus rusticis cùm res Catholicæ in melius mutari viderentur, dynastæ cum Monasterijs Turgoviæ Fœderatos Einsidlæ congregatos die tertia Maij rogaverunt, dignarentur decernere, ut subditi census ac decimas in posterũ præstarent, ne remissio ante annum interventu

/p/ der inen das wort Gottes und d'hailigen Evangelien fry, inhalt unser herren mandat, und nit uf Zank, und ufraer, widerwertikeit zu stifften verschunde.

Decretum Foederatorum pro præstandis censibus et decimis,

Cantonum pacis amore facta in grave præjudicium verteretur. Annuerunt Foederati, expressis Singulorum Monasteriorum ac Dynastarum nominibus. Verùm cùm Thenaugia, utpote extra Turgoviam sita, hoc mandato non comprehenderetur, volens Abbas Henricus eiusdem contra Thenaugienses cives, aliosque Refractarios particeps fieri, sæpè dictos advocatos et Protectores Badenæ, pro Disputatione solemni ac notissima, adhortatos precibus convenit, ut sibi quoque ac Monasterio suo copiam eiusdem mandati facerent. Præceperunt itaque Henrico Würtz subsylvano, dum Præses ad regendam Turgoviam profecturus esset, ut vidimq; seu transumptum illius decreti pro Abbate Thenaugiensi specialiter expediret, quod et sigillo suo munitum die Mercurij ante festum S. Joannis transmisit. Ceterùm memorata Disputatio à festo Pentecostes habita, divino afflante spiritu cursum novi dogmatis tantisper inhibuit, cuius magna pars præter Joannem Fabri vicarium Generalem Constantiæ, fuit vir quoque Eximius, ac præcellentis doctrinæ, Barnabas Abbas Engelbergensis, necnon Murnerus Lucernensis Minorita, qui Œcolampadium Basileâ missum, Hallerum Bernatem, aliosque egregiè confutarunt, Zwinglio licèt securo comeatu accepto non ausso comparere. Edita sequenti anno disputatio hæc fuit à Magistratu Lucernensi ex authographis, quæ quatuor Notarij jurati Scripserunt, revisa à Præsidentibus. Reversis Badenâ Scaffhusij Legatis, stabilita Catholica religio à Magistratu fuit, quæ jam ab anno 1523. concussa nonnihil fuerat à duobus prædicantibus Hoffmano et Hoffmeistero, aliàs Wagnero, qui jam oppido excesserant; repressus quoque tumultus, quem contra avitam fidem excitaverat Tribus, cui à Calendis vitibus nomen. At Michael Engenstorff patriâ Constantiensis, jam ab anno 1502. Abbas omnium Sanctorum /q/ primò quidem ordinem Monasticum exuit, adscito Præpositi nomine, deinde totum Monasterium reservata pensione Senatui tradiderat. q.

1526. Nec non de Ligijs hominibus.

Mense Septembri Foederati aliam controversiam Badenæ discussserunt, quæ vertebatur inter Dynastas, Ligiosque homines, atque die decima quarta statuerunt, ut Singuli gallinam annuatim cum servitio venig dici præstent, nisi hus strictius expressis verbis eloceri posset. Pro Mortuario determinatur pretij medietas equi, aut Bovis, aut vestimenti melioris; Libera facultas nubendi concessa, ita tamen, ut Hypotecas novas Domino in recognitionem tradere teneatur, qui extra

---

/q/ Ita Züger Chron. Schaffhus. Msc. Pag. mihi 71. unde errat Hottinger, dum hunc ano 1516. Electū fingit to. III. pag. 71. nostra monumenta superiùs jam ano 1523. de isto Abbate mentionem faciunt.

ordinem

ordinem nuncupserit; nomine Ypolÿ decima pars relictorum cedat; denique homagium Dominis, uti hactenùs, præstare teneantur. communicatum fuit huius quoqs Decreti transumptum ad Instantiam Abbatis, ut eo, si placuerit, contra subditos uti possit, appenso sigillo Udalrici Türler /2/ Præfidis Badenæ anno præmemoroto, quo expirante cùm Moniales Olenburgi, perpaucæ adincolas fermè redactæ fuissent, Abbas inventarium bonorum confici præcepit per Secretarium Monasterij Joannem Bichner in præsentia Domini Jacobi de Payer conventualis, et Joannis Albrecht Præfecti. cùm vix Creditoribus satisfacere possent, Abbas pactia pijs illis vetulis ad dies vitæ necessaria assignavit, quæ et Tigurini occupato Monasterio præstitêre. Anno vigesimo septimo Ferdinandq Archidux Austriæ Frater Caroli V. Coronatus fuit Rex Bohemiæ: At causa Religionis rursùs declinare visa est, Exactis constantiâ Monachis et clericis, Episcopo cum Canonicis in Überlingen suscepto. Juxerunt sibi sedere Constantiam primò Tigurini, deinde Bernates: at efficere haud potuerunt, ut eum admitterent et Religiè Cantones in fide Catholica Constantiores. Bernates cum liberam facultatem credendi indulsissent, ad initium anni sequentis disputationem præsente Zuinglio et Constantiensibus habuere, ad quam nullus fermè Catholicorum comparuit; itaque antiqua fides conclamata, et Ecclesiæ direptæ; inter quas memorandus præprimis ingens thesaurus Ecclesiæ principalis jam à tempore fundationis Ducum Zaringensium collectus. Turegi pariter die 24. Septembris pretiosissima ornamenta ex Basilica majori ablata, Ex quibus per amicum duo libelli precatorij Monasterio nostro obtigêrunt, licèt aereis caminis gemisq; spoliati, utergue Authographus erat, literis et figuris aereis pulcherrimè scriptus, theca Eburnea inclusus, cui Misteria redemptionis opere anaglyphico insculpta erant. unus inserviebat olim devotioni + Caroli ~~Imperatorio Alcuino Compilatoris~~, alter ex præcedenti paucis mutatis descriptus circa Nepotis Caroli Calvi fortunâ devenêt ad manus pias, nam ritum precandi Catholicum ad amussim exprimebat. Monasteria quoque passim illa tempestate à novi dogmatis Cultoribus occupata. Abbas S. Georgij in oppido Stein documentis in Patoldi Cellam per Rhenum et Lacum secum ablatis cœnobium relinquere coactus. Alter Abbas in Reuti cum rebus pretiosis fugiens, interceptus in via ac spoliatus, Caperswilam se recepit, constansque

Mſc. Alcuini Turego Moraviam delata

+ Caroli Calvi, qui eam de sibi curavenat ex altero simili, quem Alcuinus usibus Caroli Magni composuerat.

/2/ diser abschid zu dienet dem Hochwürdigen geistlichen Herren Herren Heinrich von Mandach apt des würdigen Gotshus zu Rinow, gegen einer statt Rinow, oder wo sin gnaden notturftig sin wird.

-que in fide permansit. Monasterium S. Joannis in-
valle Turæ à plebe Toggenburgica occupatum, Ima-
-gines sacras /s/ cremate, Abbate cum suis effugato. s.

Turgovia ab antiqua fide deficit,

Cùm denique Tigurini à reliquis Federatis exe-
-gissent, ut libera facultas tribueretur subditis,
quam vellent fidem amplectenti; ea res vehementer
comovit Catholicos, quorum jussu Præfec Turgoviæ
Dynastas et Communitatum deputatos Frauenfeldam
convocavit ad diem decimam Novembris, eisq; gravem
indignationem Dominorum suorum comminatus, mul-
-tis sermonibus admonuit, ut traditam à Majoribq
Religionem conservent. Eundem in sensum prolocuti
sunt oratores ipsi quinque Cantonum ad festum S.
Andreæ congregati. Promiserunt Communitatum
deputati responsum ad diem nonam Decembris in
Weinfelden referendum. Ipsa die S. Andreæ Frauen-
-feldæ jam sacra omnia prophanata, neq; mitiùs re-
-sponderunt plerique Turgoici per Tigurinos atque
Bernates firmati. Ebenaugiam quod attinet, non
extra curam suam posuerunt Federati Catholici,
verùm memorata die trigesima Novembris Scripta
Decretum ad Abbatem et Conventum destinarunt,
quò præcipiebatur, ut ad tria interrogata proxi-
-mè responderent. Primum erat: an in Antiqua
indubitata, vera, christiana fide perstituri essent?
/t/ Secundum: An Præsidi Turgoviæ refractarios t.
pœniturо præsto esse vellent? tertium: cùm ad ar-
-ma ventum, an parati essent partes ipsorum tueri?
Quam Abbas cum Conventu publico Instrumento profitetur

die constituta, nimirùm nona Decembris Abbas et
Conventus responsionem Scripto submiserunt. Et
imprimis quidem certiores reddunt, se hactenùs in
antiqua christiana fide, cunctisque Ecclesiæ ri-
-tibus immobiles perstitisse, perstituros quoque in
posterum auxiliante gratiâ divina, neq; loco ce-
-suros, nisi vi et armis pellerentur; rogantque,
ut tanquam Advocati et Protectores in eo pro-
-posito eos tueri, ac defendere dignentur. /u/ Cæterùm u.

/s/ Hotting. pag. 428. perpetuò Idola vocat; ea est, cum sibi si-
-milibq moderatione, quam tamen tanto terrore ab aliis exigit. â reliquis
/t/ by dem alten ungezwifelten waren christlichen glauben beliben.
/u/ Sotend wir, Lond und Zu wüssen, das wir noch Einerst
uf dem alten Christlichen globen bygend, mit singen, lesen,
Messhalten, mit sambt anderen christlichen ordnung, so von
der christlichen Kilchen gesatzt, und verordnet ist, nach un-
-serem vermögen, wie dan ain löblichs alt Harkomen lange Zit
gewesen, und ob Gott will, noch lang. daruf wollend wir, mit
der Gottshilff beharren, und beliben, so lang uns Gott der
Allmächtige gnad verlicht, so wöllen wir nit davon
lassen, wir werden dan mit gewalt davon Zwungen.
das mögend ir üch Zu uns vertrösten; bittend üch darby,
ir wollend uns auch daby schützen, und schirmen.

à reliquis duobus interrogatis breviter se expediunt, reservatis nimirum Monasterij Iuribus, quibus haud instar Turgoviorum censendi sint, potiùs ad pacem et tranquilitatem servandam paratissimos se esse et foretestatur, ad quam à Deo optimo impetrandam preces et orationes spondent. Auxilia enim sua sere admodum exigua, maximè cum Monasterium eo loco situm esset, ut ipsum potiùs auxilio indigeret instante tumultu Bellico, quàm aliqua ulla ratione impertiri posset. /x/ x.

Subscripti Henricus Dei Gratia Abbas, Prior et Conventus Monasterij Rhenaugiæ. erat tunc Prior dominus Bonaventura à Wellenberg, vir Eximius, patriâ et ipse Tigurinus. Hæc porrò declaratio, tanta Moderatione non minùs, quàm animi fortitudine concepta, sicut Catholicis Cantonibus placuit, ita et Tigerino Magistratui displicere non debuisset, apud quem adeò valuit Abbatis Henrici de Mandach Authoritas, ut quamdiu spiraret, nihil duriùs contra Monasterium moveret.

1529. Et Moriens laenester Comendat.

At verò Annus vigesimus nonus istius Sæculi ultimus fuit vitæ pariter et Regiminis præclari huius Abbatis, qui inter tot Labores atque discrimina ad extrema delatus, cùm se ad mortem feliciter obeundam Catholico ritu disposuisset, jamjam Divino judicio præsentandus, ex Cathedra veritatis, e mortuali ingruam lecto, plenè recollectis sensibus sibi presentissimus, Circumstantes Religiosos, spirituales filios vehementer cohortatus atque precatus est, serió injungens, ut in antiqua et indubitata fide constanter perseverent, atque Christianum Ecclesiæ ordinem retineant. /y/ Patri extrema monenti obsequuti sunt filij, inter diras persequutiones, quin et Blandimenta, in Fide Catholica immobiles, quâ veluti opipera hæreditate, licèt reliquis spoliati, securi satis ac divites permanserunt, unaque servata fide, totum Monasterium conservarunt. obijt itaque pijssimè Henricus de Mandach, post triginta annorum Abbatiale Regimen, die vigesima quinta y.

/x/ wiewol daselbig kleinfügig ist eindwederem theil nüzt vermögend zu helffen; darzu ligend an einem orth, wo krieg wurde, das unser Gott zhus selber hilff und trost betörffte, on zweifel als unser herren diss gut wissen habend. wollend unser andwurt also in besten annemen. Datum uf gueten tag nach Nicolai anno &c. im XXVIII.°

/y/ den unser herr und vater sälig uns in sinem abschayd, by guter vernunfft, mit grossem Ernst bevolen, und gebetten haut, das wir beharren uf dem alten ungezwifelten globen, und Christenliche ordnung zebliben. Ita Litteræ Conventûs ad Episcopum postridie mortis Abbatis datæ.

Februarij in præsentia Conventus horâ quartâ Matutina: Sepultus est, ut par erat, honorificè; verùm monumentum eius nusquam Comparet, quòd Subsequuta mox Basilicæ vastatione nondum perfectū fuerit, vel certè deletum ab ijs, qui eius memoriam cupiebant extinctam.

Præter Conservatam Religionem Catholicam, adscribitur huic Abbati, etiam Severior Regularis Disciplina, quâ suos Religiosos ab omni mundana Contagione præservavit. In temporalibus autem quàm maximè Monasterio profuit, et profuisset amplius, nisi iniquis temporibus præpeditus. Præter Emptiones variarum Decimarum suis annis Accensitas, ædificia quoque haud pauca perfecit. Inter ~~hæc~~ quæ numerantur, Domus Abbatialis ad ripam Rhehi, et altera quoque Domus pro Præfecto seu officiali extra insulam, ubi nunc hortus olerum jam pridem destructæ. Ecclesiam SS. Felicis et Regulæ renovasse legitur. Culinæ vetus ædificium construxit, cui adhuc insculptus legitur annus 1510. Domus Parochialis ad S. Nicolaum in Superiori oppido insignia eius præfert, ex solido Lapide posita circa annum 1510. Præprimis verò oculis illabitur Sic dicta Turris, seu porta cum Supereminenti ædificio, latoqs fornice, introeuntibus per pontem in Insulam et Monasterium nostrum: Exeuntes ibi duplex Sectum cernunt Monasterij atqs Mandachij, quibus insidet Mitra Pontificia. Simile sectum prodit ædificium adjacens Lapideum fuisse opus huius Abbatis, cui aliud olim ad apicem usque Insulæ præfixum erat. quæ ad ornatum templi spectant, magnis Sumptibus magnificè ab eo comparata fuisse, constat tum ex ære campano eius industria fuso, tum ex Libris magni pretij prochori Cantu, quæ superiùs retulimus. Supersunt duæ Mitræ, quarum alteram arma huius Abbatis ornant, lamin's et malo granatis aureis et argenteis conspicuæ: una rubri coloris intexta erat innumeris fermè Margaritis, altera in fundo albo corallia pulchrè dispositæ præseferebat. Nec dubitandum, plura eiusmodi eig curâ facta fuisse, quæ subsequentis temporis rapacitas sustulit. Evasit tamen Libellus parvus precatorius, quem anno 1525. in membranis pulcherrimè ad suum usum conscribi curaverat, ubi ipsius imago de Genu orantis cum duplici scuto Gentilitio tam Materno, quàm paterno conspicitur, ad cuius Calg effigies mortis vultu et manu Abbatem Extremæ horæ monet. Hanc seu obitum Abbatis huic Libello postea inscripsit Dominus Jacobus Payer Conventualis nostri, ad cuius manus pervenit.

Ipsa die, quâ defunctus est Abbas Henricg de Mandach,

Ædificia ab eo constructa.

1529. ploratur â Capitularibus assistentia Advocatorum et Episcopi.

de Mandach, nempe vigesima quinta Februarij, Capitulares perspicientes tempore adeò difficili ac periculis pleno oppidò necessariam fore Brachij Secularis assistentiam, scripserunt Jacobo Stocker Turgiensi Turgoviæ præfidi, ut nomine Antiquorum Helvetiæ Cantonum protectionem futuræ Abbatis Electioni impendere dignetur. Illicò Ehenaugiam aditurus erat Præses, cùm impedimento improviso distentus per eundem nuntium solam litterarum acceptionem significavit. Die sequenti similes litteras dedêre Capitulares ad Episcopum Constantiensem Hugonem de Landenberg, non solùm obitum Abbatis, verùm etiam Fidei Catholicæ propositum inviolabile significantes, simul et auxilium cum consilio pro instituenda Electione novi Abbatis implorantes. et hæc quidem omnium prima fuit insinuatio, quam Capitulum Ehenaugiense ob temporum discrimina necessitate adactum de Abbatum Electionibus fecit, cùm aliàs sine ullius Extranei interventu processerit, nisi quandò ob capitularium discordiam, ut in postrema electione factum, quidam adfuêre. Respondit Episcopus die vigesima octava Februarij, se maximo cum dolore dilecti Abbatis atq; Cognati sui obitum percepisse; /ℭ/ suadet electionem quàm ex gremio accelerandam, et diem proximè â Capitularibus constituendam, ad quam missurum se, qui suo interfit nomine, suam operam pro viribus spondet, probatque rem Cantonibus Protectoribq atq ordinis visitatoribus deferendam, additâ postremò paterna adhortatione ad Religionem Catholicam Constanter servandam.

2.

Receptis hisce Litteris Capitulares secundam Epistolam destinarunt ad Præfectum Provincialem Turgoviæ, scriptam tandem ab ea responsionem exigentes. Rescripsit ille eadem die secunda Martij, atque præmissa excusatione petijt, ut diem Electioni præfigerent ante nonam Martij, quâ citatus Comparere cogeretur Badenæ apud oratores Federatorum Congregatos, atq adeò tunc Electioni interesse non posset. Verùm cùm interea idem Præfectus negotium ad quinque Cantones Catholicos detulisset, illi rescripto dato dilationem Electioni interposuerunt, quid porrò agendum, proximè Badenâ significaturi. fecêre id die quarta Martij, ipsumque originale decreti Præses Ehenaugiam destinavit, quò petebatur, ut opportuna dies indiceretur à Capitularibus, cui Dominorum suorum

---

/ℭ/ Wir haben den tödtlichen abgang unsers vetteren und lieben andächtigen herren Hainrichen weiland Ewers Prælaten säligen mit sunderem bethuren und layde unsers gemüths vernomen.

nomine adfuturi essent deputati. constituta igitur dies electioni vigesima tertia Martij, licèt infrà Majorem, ut vocant, sanctámque hebdomatam esset Feria tertia, cùm eousque negotia detentura essent legatos.

Statuta Capitularia.

Tempore medio vesi Capitulares quædam pacta inter se fecerunt, quæ ut eò fortiùs singulos stringerent, à singulis integrè propria manu scripta sunt, atque signata die Lunæ post Dominicam Judica, id est, decima quinta Martij: in ijs cultum Divinum, ac ritum Catholicum firmantes promittunt sibi mutuò levamina in oneribus Chori perferendis, aucto Sacellanorum numero, qui et ipsi hebdomadarios agant; stipendia quoque protinùs laboribus augenda, et à nimio rigore nonnihil relaxandum. Ita nimirum mores illius temporis ferebant, ut potiùs mirandum sit, tam invictos fuisse nostrates in ritu catholico conservando, si enim eò declinassent, quò propellebantur, simul una omnem rigorem et laborem sustulissent. cæteriùm omes chori eò gravius redderetur, quòd tunc solùm quatuor in conventu essent religiosi, nimirum Bonaventura à Wellenberg Prior, Melchior de Gachnang Senior et Custos Joannes de Sestetten, et Jacobus de Payer Schaffhusianus. vivebant adhuc alij religiosi Rhenaugiæ quondam professi, sed aut ex obedientia dimissi, aut ad alia Monasteria translati. Sic Wolfganus Mundbrod de Spiegelberg prorsùs leparatus possidebat beneficium in Einsfelden; Georgius de Mandach ad Monasterium vallis Gregorij in Alsatiam migraverat; Georgius Rüssinger de Rüsikon fratri suo Joanni Jacobo Abbati fabariensi auxilio erat; denique Burchardus de Eschach ad Monasterium Murbacense translatus fuerat; deperitur tamen Rhenaugiæ post liminio præsens, cujus scutum cum nomine et anno 1540. cernitur in quadam fenestra domus societatis; imò et dimissoriales, quas vocant, Literæ adsunt, quibus Murbaco Rhenaugiam migrare conceditur.

In eadem societatis domo conspiciuntur alia insignia cum expressione nominis Petri Simler Prioris in Capell Monasterio ordinis Cistercensis ditionis Tigurinæ. Is inter primos à sectas Zwinglij numeratur cum Abbate suo Wolfgango Joner dicto Rüplin filio Prætoris frauenfeldæ. Erat autem Petrus et ipse Prætoris Rhenaugiæ filij, qui sub nomine Joannis Rudolphi Simler sæpè occurrit in Monumentis nostris. /[illegible]/

[illegible]

Abbas XLIII.

/**zz**/ occiso Wolfgango in prælio capellensi, cùm contra Catholicos pugnaret, factus est Petrus primus administrator illig Cœnobij jam profanatj, nactus jus Civitatis Figurinæ, jamque susceperat ex uxore ducta filium Josiam anno 1630. Hic postmodum inter alia opera edidit Rempublicam Helvetiorum, seu jus publicum huius gentis satis Laudatum, et hactenùs quindecies Latinè, Germanicè, et Gallicè vulgatum, atque moribus plerumque receptum. **zz**.

De Rheinaugia quondam Parentum Juorum patria hæc habet pagina mihi 194. Porrò non tantùm Civilium, sed etiam criminalium et Capitalium causarum Jurisdictionem habet Abbas Rinoviensis in oppido Rinovio, quod fanè pervetus oppidum esse videtur, quamvis hodie ædificijs parum excultum, et eo Loci quondam Castra habuisse Romani adversùs Alemannos creduntur: Illic in Rheni insula Cœnobium est Benedictini ordinis unum ex vetustissimis totius Helvetiæ: Abbas merum Imperium in oppido habet; verumtamen in criminalibus, si quis damnatus fuerit Capitalis criminis, traditur Præfecto Sive Amanno provinciæ, et bona damnati à Septem pagis Helvetiorum confiscantur.

/**zz**/ æquivocè de hoc scribit Hottinger to. III. pag. 670. als Peter Simler von Rheinau gewesner Prior; damahliger pfleger zu Capell, das durch neulichen Krieg verhergte Kloster Capell widerum in gutem Stand gesezt &c.

Bonaventura â Wellenberg

Abbas XLIV.

1529. Prosapia Wellenbergica.

Bonaventura â Wellenberg, Rhenaugiæ Conservator Fidei fortissimus, Nobilis familiæ insigne decus, quæ nomen sortita est â quadam arce in Turgovia, sita haud procul â Tauro flumine et oppido Frauenfeld. Hanc modo Tigurini, postaquam ad diversas familias pervenisset, ad initium hujus sæculi emptam, per Præfectum ex Maiori Senatu Electum regunt. Udalricus de Wellenberg, cum anno 1259. Tigurinos armis infestasset, ab ijs captus, atque diruta arce non prius dimissus est, quam Abbas S. Galli simul et Rhenaugiensis ejus cognatus Berchtoldus de Falkenstein pro eo cavisset. Insignia pedum anteriorum ursi olim de Wellenberg â Ludovico IV. Cæsare abtinuisse dicitur, quòd in Rhetia ursum propriis manibus enecasset. Circa idem tempus Rudolphus de Wellenberg arcem hinter Türffen â Monasterio et Abbate Rhenaugiensi in feudum accepit. Otto Constantiæ, Albertus ejus filius Feldkirchij, et Nepos Turegi habitabant, ubi anno 1459. jus civicum sunt consequuti: Petrus Joannis filius alterum genuit Joannem Consulem Constantiæ, et Thomam Patrem Bonaventuræ nostri, qui anno 1519. trecentos gregarios Udalrico Duci Würtenbergiæ in subsidium sua sponte conduxit: Sed Udalrico per Cæsarem proscripto ad mandatum Senatûs Tigurini in patriam reduxit: quò cum alijs Helvetijs revocato, res Ducis intercisæ, ipseque in Helvetiam se conferre coactus, municipium cum Lucernensibus et Solodorensibus contraxit.

Parentes hujus Abbatis.

Laudatus porrò Thomas de Wellenberg, de quo plura præclara dicenda superfunt, cùm dogma Zwinglij Turegi prævalere conspiceret, relictâ patria Lucernam se transtulit anno 1526. ibique suum deinceps fixit domicilium, donec ad filios Rhenaugiam commigraret. ex Margaretha am Staad, familiæ Senatoriæ Tigurinæ multos susceperat liberos, ex quibus Petrus Turegi stemma propagavit, cujus primogenita anno 1523. inter omnes prima dicitur lingua vernacula omissis cæremonijs fuisse baptizata. ex Petri posteris plures Turegi fuêre Senatores: ex quibus Joannes Rudolphus anno 1613. Author fuit Societatis Musicorum, in cujus Nepote Joane Henrico ad annum 1695. familia detonuit. Alius Thomæ filius Joannes pariter Turegi conjugatus fidem Catholicam servavit inviolatam, atqs

postmodum cum filio æquivoco, cuius Patruus noster Abbas, per medium fermè Seculum Præfecturam Rhenaugiensem administravit. Margaretha filia pariter Thomæ Monialis effecta est in valle S. Catharinæ, virago pro Fide invicta, manere Priorissæ functa. Bonaventura Secundò Genitus Thomæ filius primam lucem aspexit anno 1494. die 25. Martij ipso festo annuntiatæ Virginis, fausto prosperis omine. Teneris in annis Rhenaugiam ad Scholam venit; dumque Patrem lucernam concederet, jam Professus, Sacerdos et Prior erat.

Electio, Confirmatio, Benedictio.

Electus est concorditer Abbas die præfixo vigesimo tertio Martij, qui erat dies Martis ante festum Paschæ, in præsentia Deputatorum ab Episcopo, nec non à Septem Cantonibus Protectoribus nempe Præside Jacobo Stocker, et Secretario provinciali Turgoviæ; Sequenti die à Conventu in possessionem realem imissus. Confirmationem et Benedictionem Abbatialem post. paschæ ab Episcopo Constantiensi recepit, qui Abbatis precibus inclinatus in Monasterij tunc periclitantis ac plurimis redditibus defraudati respectum ultra medietatem consuetæ taxæ remisit, acceptis tamen reversalibus, quas cum pecunijs Johannes Albrecht Monasterij Præfectus die decima quarta Maij Marisburgum detulit.

Senatus Turegi gratulatur;

Cùm Bonaventura natus Civis Turicensis esset, non modicam lætitiam præsetulit Magistratus, seu quòd ex patria ad eam dignitatem evectus, seu quòd Spes affulgeret, Monasterium una cum Abbate ritibus eorum nuper innovatis adscribendum, quòd frustrà sub Prædecessore tentatum. Itaque Præfecto in Eglisau Rhenaugiæ proximo in mandatis dedit, ut suo nomine ei dignitatem gratularetur, quod die decima quinta Aprilis Rhenaugiæ comparens est exequutus. Abbas litteris, ut decebat, officiosissimis Magistratui gratias retulit, excusans, quod ob negotia urgentia gratum animum præsens contestari non possit, quod tamen proximè faturum, se ac Monasterium protectioni pristinæ comendans, spondensque omnia obsequiorum genera, si certior eorum voluntatis redderetur. Fuerat enim Cham commonitus Abbas, Equum Impensis Monasterij jam tunc fuisse conductum, atque porrò alendum, quod belli tempore consuetum erat ob proventus in territorio Turicensi sitos: at illi bellum occultè adornabant; nec proinde eius rei conscium volebant esse Abbatem. Dissimulavit et Abbas pru-

Zwecum

dentes

dentiofacta. denter, atque ad diem decimam Maij ipse se Turegum contulit, et coram Magistratu stetit, ubi causa Parochiae Henaugiensis agitabatur; nam conventio ante triennium facta expiraverat, quâ propriij Pastores in Martelen et Benken concedebantur, eamque conventionem illorum Locorum incolae prorogandam conteridebant. Respondit Abbas: rem potius in pristinum statum reponendum esse, cùm indubitanter illi subesset Ecclesiae Henaugiensi, nec ex gratia ad tempus concessa ullam jus aut consequentia deduci posset; eorum querelis Judicio senatus Figurini se satisfacturum quidem, ita tamen, ne reliquos Foederatos Protectores Monasterij praeteriret, aut juribus antiquis aliquid detrahi pateretur. Mutavit itaque Magistratus intuitu Abbatis Conventionem Priorem, et abrogato Praedicante in Benken, unicum ritu pristino alendum decrevit in Martelen, qui singulis diebus veneris in Benken concionaretur, dominicis diebus illic Martelen adirent.

Invalescentibus turbis, Non infausta prima expeditio Abbatis Turegi fuit. At Circumfusae undique atrae nubes diram tempestatem minabantur. Cùm Basilea diu inter sacrum et saxum fluctuasset, tandem à furente plebe die nona Februarij sacra omnia profanata, et factum à Magistratu contra Consilium Sapientissimi Erasmi Roterodami probatum et assertum. Vigesimatertia eiusdem mensis Basilica Monasterij S. Galli à civibus oppidi direpta, quos Consul Joachimus Vadianus pridem novis legibus imbuerat. Proximum quoque Henaugiae Monasterium vallis S. Catharinae, quod tutelae octo cantonum fuberat, à vicinis Diessenhovensibus spoliatum. Periclitabantur et reliqua Monasteria et Nobiles Dynastae, praesertim in Turgovia, quorum praedis inhiabant rustici.

Mandato Henaugiae prospicitur. Quapropter octo Cantones, Lucerna, Uranium, Lucium, Subsylvania, Tugium, Glarona, Friburgum et Solodora, die decimatertia Maij gravissimum mandatum promulgarunt, quo praecipitur, ne quis Monasteria, Nobilesque dynastas ulla ratione turbare, aut invadere praesumat. quod quidem mandatum etiam Henaugiam directum et in vigilia Pentecostes, id est, die 18. Maij publicatum fuit, ubi cives à Dietherico de Hasenstein in novis dogmatibus hactenus fuit, atque identidem excitati, haud obscura motuminum Judicia ediderunt.

Bello erumpente, Inter haec Civitates, quae antiquos religionis ritus abrogaverant, Turegum, Berna, Basilea, oppidum S. Galli, Mülhusium, et Buela, sepa-

-ratim arctiori fœdere mutua auxilia sibi adpro-
-miserant; quin et Principes Imperij, quibus Lu-
-theri dogmata placuerant, ad arma jungenda soli-
-citatos fuisse, ferebatur. unde et Regi Helve-
-tiorum Catholici pacta quædam cum rege Ferdi-
-nando Feldkirchij primùm designata, Waldis-
-huti Mense Aprili concluserunt, quibus Fidei
catholicæ utrinque servandæ prospiciebatur.
quo facto ad fumum illo irritati, cùm Bernates
contra subsylvanios, ob protectos in fide Hasæ-
-lenses, quæstionem movissent, ad arma denique
capessenda suos undique excitarunt. videbatur
lis illa per arbitros ex Abbatis alla, Basilea et
Schaffhusio, cuius oppidi consul nominatur
Joannes Payer, alter verò arbiter Joannes Jacoby
Murbach jam die vigesima secunda Martij sopi-
-ta: verùm titulo expensarum nondum solutarum
dimittiarunt Bernates cum Tigurinis qua-
-tuor catholicis Cantonibus, non admittendum
ad Præfecturam Badensem subeundam Anto-
-nium Adacher subsylvanum, nisi prius satis-
-factum planè fuisset. simul in provinciam mi-
-serunt primi ordinis viros, qui subditos ad
bellum paratos esse, et in sua verba jurare ju-
-berent.

Turego deputatq
Cives Zenaugiæ
in verba jurare
facit;

Inter hos in Turgoviam et Zenaugiam
destinatus Interioris Magistratus Senator
Petrus Mayer, postquam incolas Turgoviæ
excitasset, venit Zenaugiam die vigesima
secunda Maij Sabbato ante festum SS. Trini-
-tatis, cum duobus illius provinciæ deputatis
quorum alter consul erat steckborensis oppidi.
Hospites improvisi in Monasterio liberaliter
suscepti. At illi mox reversi in oppidum, non
monito Abbate, Cives omnes convenire jubent,
suadentque, at abdicatis sacris antiquis, no-
-vam Tigurinorum reformationem, ut vocabat,
amplecterentur, atque si necessitas exigeret,
arma sumere, et transitum Zenituari promit-
-terent. contrarium videbatur mandatum illi,
quod ante octiduum plerique Cantonis Zenau-
-giæ promulgari fecerant, quò jubebantur, qui-
-eti persistere. prævaluit tamen pluralitas
votorum /. licèt quidam contradicerent. /apud
eos, quibus Instructio Hasensteinij altiùs animis
inhæserat, decreverunt/que Solæ Scripturæ in rebus
Fidei obsequi, quam paucissimi vel legere poterat
certè vix ullus unquam viderat. /a/ Tum Sena-
-tor intimus Mayer, et Consul ex steckboren

+ Tigurini.

a.

/a/ Hotting. to. III. pag. 474.

sumpto prandio in Monasterio Abbatem Bonaventuram seorsim aggrediuntur, et tam promissis quam minis vehementer instant, et urgent, ut cum suis confratribus Sacrum habitum exuat, Missam et reliqua Sacramenta deserat, Imagines et Altaria destruat; Securitatem atque defensionem omnem polliceantur; quod si renueret, ad id nihilominùs vi et armis proximè fore compellendum. Ad hanc inexspectatam propositionem Abbas animo imperterritus respondit, integrum sibi non esse, quidquam de Thenaugia decernere sine reliquorum quoque Sex Cantonum praescitu, sub quorum tutela consisteret; Impediri se quoque votis ac Juramento nuperrimè praestito, ne sacra mutaret, quibus se inviolabiliter perstiturum, Deumque precari, ne unquam id à se effici pateretur. [6] Addebant legati, Consilium suggestum ex privato eorum animo proficisci; neque ad id ullo se mandato instructos esse; quamvis Litterae publicae in hoc à veritate eos aberrasse demonstrent. At verò Abbas, ut certiora edisceret, ablegavit Praefectum suum Joannem Albrecht ad Praesidem Eglisoviae qui nuper nomine Magistratûs Figurini gratulatus fuerat dignitatem, qui, quid sibi agendum, seu potiùs, quid expectandum, perquireret. Promisit ille ad Senatum se causam Abbatis delaturum, atque quidquid juberetur, significaturum

1529.

ad frustrà.

6.

[6] Abbas ipse in Litteris ad Episcopum hac narrat: Als ich und der Convent mich keines argens versehen, ist in das Gotzhus komen Peter Mayer des kleinen Rats von Zürch, und mit im der Burgermeister von Steckborn, und ainer us der gemeind us dem Turgow, da gesessen, und truwlen unter dem mit denen us der statt gehandlet, was, ist mir nit wissend. darnach habend die zwen mit mir geret, und mir in treuwen graten, ich und der Convent sollen unser Kutten abtuen, desgleichen von der Mess und anderen Hailigen Sacramenten und Gebeden und Ceremonien ston. und wie wol ich das nit in bevelch, die es doch in rath, dann wo das nit geschech, werdend wir darzu truengen, und dermas überfallen, das wir thuen müssend. daruf ich geret, darin zu verwilligen stand mir keines wegs zuo, hab och des nit gewald zetuende, dan das Gotzhus lige in der VII. orten schutz und schirm; desglich hab ich eur fürstlichen gnaden den vorus ain jurament tuen, daby, ob Gott will, wöll bliben, und inen das also abgeschlagen.

turum.

Simul redierant legati in Turgoviam Comitijs interfuturi, quæ ad diem vigesimam quartam Maij, seu feriam secundam in Weinfelden celebrari jusserant, quibus quoque ex eorum mandato aderant deputati ex communitate Thenaugiæ, Prætor nempe Joannes Kuliman, et ex Senatu Nicolaus Schweizer. Ibi comuni calculo in consilia atque mandata Figurini Magistratûs itum, concluſumque, ut quâ venirent, armis adigerentur. Reversi igitur Domum Thenaugiæ deputati mox Abbatem adeunt, et primò magnis precibus hortantur, ut Figurinorum mandatis obsecundare non differat; paratos esse quadringentos aut quingentos, quâ ex Turgovia Thenaugiam adoriantur, expulsioque, qui secùs sentirent, novam religionis formam inducerent. Ad hæc Abbas in præsentia conventicalium seorum eos Fidei Deo, sibi, ac religioni Cantonibq juratæ vehementer monere cæpit, atque petere, ut se melius cum suis deliberata concordes secum veram religionem tot seculis hactenùs à Majoribus cultam tuerentur. Dimissi ad Communitatem secundò redeunt, ac vehementiùs priorem petitionem urgent, sed ab Abbate repulsi audiunt, statutum illi ac Conventui esse, extrema potiùs expectare, quàm religionem deserere. Tum illi tertiò ad Abbatem irruunt, et jam non supplices, sed minaces pudore omni postposito postulant, ut Sacra Catholica protinus ex Ecclesijs ejiciantur, hoc uno jam facto opus esse, periclitari oppidum, si dictiùs signa illa pristinæ fidei retineantur; nisi Abbas cederet, se jamjam manus injecturos, non solum in Sancta, sed etiam in ipsius ac reliquorum capitularium personam. Intellexit Abbas, si salvus esse vellet, solius fugæ esse locum, atque furorem populi tam valido auxilio succollatum sine mora declinandam esse. quapropter non expectato Figurino rescripto, primùm quidem monumenta Archivi, Bullas, diplomata, chartas, quin et cuncta urbaria ac rotulos Schaffusium in Locum tutum deportari curavit. deinde Sacras reliquias, et pretiosiorem ornatum templi convasavit. Et pleraque quidem, quæ in Sacrario conservabantur, abducere fecit, inter quæ caput S. Fintani inauratæ thecæ inclusum, duoque eius Brachia in ligneis, capita Sanctorum Blasij et Mauritij in argenteis ostensorijs, ossa S. Januarij et Sociorum eius, Mitras pretiosas non solum Decretas Abbatis Henrici de Mandach, sed etiam

Idem petunt Cives Thenaugiæ

Et minas intentant.

Abbas chartas et pretiosa in tutum collocat,

aliquiores

antiquiores, ornatus denique, quorum quædam adhuc dum superfunt. /c/ c.

Fugit cum Conventu.

Verum dum fervet opus, et Abbas cætera quoque subducere nititur, augu temerario ab ipsis subditis Thenaugiensibus prohibetur, involantur plaustra, et quidquid Thenum non transierat, sisti-tur, ac direptioni patet. Tremultu invalescente, et jamjam ad Monasterium armata manu accurren-tibus seditiosis, Abbas cum confratribus se propri-pit, effugit, evadit, memor verborum Christi Do-mini: Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.

Sacra à civibus Cremantur.

Tum illi prædæ intenti Basilicam Monasterij in-cessant, altaria demoliuntur, imagines statu-asque diffringunt, nihil tam sacrum et sanctum, quod non pollutis manibus profanent. denique extra Ecclesiam in cæmeterio accenso rogo Christi Domini è Cruce pendentis formas, eiusque San-ctorum, nec non reliquias ab octingentis fermè annis cum honore servatas concremant. Corpus ipsum S. Fintani cum alijs, quæ in monumentis et Altaribus intra Ecclesiam subsistere sole-bant, huic supplicio addictum. Aliquas tamen Sacras reliquias per pios quosdam homines, qui fidem non deseruerant, et per Monasterij officia-les Præfectum et Secretarium manibus rapatum

---

/c/ als die Zwen, so die von Tinow zu Winfelden gehebt, herab kumen, hand si aber an mich wie vor begert, die ding hinweg zthun, aber wo das nit geschech, haben si guet wissen, das die im Turgow mit vir oder fünfhundert manen werdent herab kumen, und die ding mit gewalt dana thun. uf das hab ich und der Convent die von Tinow ermand, das sy by iren glübten und eyden, so sy den VII. orten und ainem Gotzhus than, wölten bliben, sich von uns nit abzönderen. aber was unser warhafft wort gegen inen ver-fiengent! sy komend wider zu uns, und be-gerend aber, wir solten von unserem göttlich-en alainseligmachenden alten globen ston, dan es möckt anderst nit sin, wir müsten die ding hinweg thun: und so wir des nit wölten geleben, kamen sy zum tritten mal an uns, und tröwten uns, wo das, wie sis an uns be-gerten, nit geschech, und sy das in der statt zu kosten diente, wölten sy selbs uns angrif-fen. uf sölch trowung hab ich mit sambt dem Convent müssen wichen, und vom Gotzhus abtretten.

subductas fuisse, hi ipsi in suis epistolis testantur, quas postea Abbati restituerunt. /d/ d.

Abbas Schaffhusij hospitatur

Abbas interim rectà cum Conventu Schaffhusiam transijt, ubi ritus Catholicus adhuc integer servabatur. Domus zu Tannen, quæ olim Monasterij erat, jam dudum ad Comites de Sulz pervenerat, quam Carolus Ludovicus anno 1655. die 12. Novembris Magistratui vendidit, mox solo æquandam; adeoque domus moderna eiusdem nominis Nobilium de Ziegler, haud procul foro publico, recentior est, et antiquæ contigua, quam ædificavit Joannes Jacobus anno 1650. cùm locum ter mille florenis à Magistratu comparasset. quapropter Abbas sibi alios Viros Nobiles et amicos conciliaverat, inter quos eminebant dicti de Payer, propinqui Patris Joannis Jacobi, cuig Cognatus Joannes tunc erat Consul. habebat autem fratrem, cuius ipse in quodam manuscripto meminit, apud quem hospitatus est noster Abbas Bonaventura de Wellenberg, cum eodem Joanne Jacobo de Payer, necnon Melchiore de Gachnang, et Joanne de Jestetten, Conventualibus Rhenaugiæ, omnibusque rebus pretiosis, quas, ne diriperentur, subduxerat.

Senatus Figurinus frustrà suadet mutationem Religionis.

Recepit ibi litteras à Magistratu Figurino Abbas datas Sabbato die quinta Junij, ex quibus intellexit, quàm necessaria fuga sibi fuerit, si Fidem conservare voluisset; dissimulabant enim, aut penitùs ignorabant, quæ nuper Rhenaugiæ erant facta, cum tamen ea jam ultimis diebus Maij aut primis Junij accidisse constet ex testimonio Abbatis relationem suam reponentis post paucos dies ultra novem hebdomatas ab Electione sua. Suadent igitur ad propositionem factam à Præside Ecclesiæ, ut Abbas unacum conventu se conformet in Religione cum Civibus Rhenaugiæ, Missam abroget, altaria destruat, et simulachra comburat; quo facto omne periculum cessaturum, nec quidquam à Turgovijs mali timendum fore, quod tamen, si accideret, ipsis invitis eventurum. Cæterùm si similem sibi illis futurum consentiret, omnem tute

---

/d/ Nach dem hand Sy die Bilder, und andere Zierd, und verwarung der lieben heilgen bildnuss zerschlagen, ir hailtum, so lange zit da gewesen, verbrend, und endtuneret. Calumnias et mendacia Hottingeri to. III. p. 474. non moror, quibus contradixisse sufficit, ne seducatur Lector veritatis amans.

Cam

lam ac securitatem policentur. /e/ Poterat Bonaventura vel tunc eorum consilium complecti, sitemporalia æternis præferre maluisset: At is cuncta illicò, quæ acciderant, reliquis quoque Protectoribus litteris significanda curavit, rationem sui recessûs à Thenaugia reddens, ubi ex dictamine suæ conscientiæ vivere, exercitia religionis et vocationis peragere, atque omnino sine periculo corporis et animæ diutiùs degere non potuisset. e.

Foederati arma movent. 1529.

Verùm Catholicis Cantonibus impeditatione armis manus erant, quò minùs Abbati ad litteras responsum darent. Etenim die Sexta Junij jam Erupérant Figurini armati in Provinciam liberam, transitum præclusêre. Subsylvanijspræfidem frotarium Argovia Antonium Aldacher Badenam perducerent. Illic muros Monasterij occuparunt; ex altera verò parte ad Capellense desolatum Monasterium castra metati sunt, aucto in dies militum numero ex accessione Bernatum, Turgovienfium, ex Comitatu Toggenburgico et Civitatibus specialiter fœderatis. Nec segniores tamen quinque Cantones Catholici, cùm quosdam in Provincia Libera pepulissent, die Nonæ Junij inimicis Tugij occurrerunt, Castris in valle Barensi positis. His intercedunt oratores ex Glarona, Solodoro, Friburgo, Schaffhusio, Abbatis Cella, Strasburgo, Rottwila, Constantia, pacem partibus oblaturi, effecerunt que, ut inducias utrinque condicerent.

Induciis pacifcuntur.

Inter hæc jam aderant die Septima Junij Thenaugiæ missi à Senatu Figurino, quatuor ex officialibus, qui et Bellica et Civilia, et sacra curarent, quos inter Tribunus Plebis Laurentius Zur Eich, et Andelfingæ Præfectus Jacobus Grunthart. Hi statim, ne quid ex parte Imperij pro defensione Catholicorum Austriaci molirentur, vigilias diurnas, nocturnasque omnibus Thenaugiæ incolis indixerunt, ne quidem officialibus exceptis. Pontem eum in modum instruxerant, ut facili negotio tabulatum suspendi posset, quod et singulis noctibus fiebat. Agger quoque ad ictibus Rheni erectus, atque pro defensione munitus, in illo colle, quo ad pontem prospicitur. Proventus

Figurini Thenaugiam occupant.

/e/ und hand Rhein Zuriwel, das üch vonden Turgowern danethin nüt args widerfar, das doch, da es geschechen sööt, uns laid, und dardurch nit gedient wer. wir werden üch och, so ir ungleichförmig machend, by Göttlichem wort schirmen, und üch nit verlassen.

Monasterium administrant,

Monasterij administrandos suscepit Tribunus Iur Eich, vir Industrius, qui, nequid ex utensilibus Monasterij distraheretur, solicitè cavit; Salva erant enim ibi pleraque, solaijs Basilica spoliata. quin et ea, quæ ex sacris vasis subducta fuerant, severè requisivit. unde adituus Ioannes nomine Monstrantiam, seu ostensorium argenteum, quod bona fide Jestettam deportaverat, repetere coactus; et Ioannes Georgius Freij secretarius Monasterij calicem argenteum, interminata Carceris pœna, supplex ab Abbate requisivit, et impetravit, quem ille secretò Schaffhusium transmiserat. Perstitit porrò secretarius iste Deo et Abbati domino suo fidelissimus, licèt inter extremas persequutiones et angustias, ex cuius litteris clam ad Abbatem directis pleraque Rhenaugiæ tunc facta ad nostram notitiam devenêre. Scribit inter alia mox vinum ex cellario divenditum, cuius pretio administrator pecunijs instrueretur, quas in paratis nullas reperit. Particeps pretij quoque factus Præfectus Ioannes Albrecht, qui mox novi regiminis partes ultrò amplexus. Fuêre porrò in muneribus suis ad tempus stabiliti officiales, quod nemo tunc Jurium ac proventuum Monasterij conscius adesset, libique legales ab Abbate sublati. Atalia sors obtigit Parochis Rhenaugiæ; convocata etenim denuò plebe, cùm multi ab antiquis Ecclesiæ Catholicæ ritibus se nondum abstrahi paterentur, Conventio inter illos facta, ut Ecclesia S. Nicolai integra cederet, quos vocabant, reformatis; altera verò SS. Felicis et Regulæ persisteret, licet minori numero, catholicis. Dimissus ergò ex superioris Ecclesiæ Parochia Dominus Othmarus Engeler, et restitutus, prout avebat, Diethericus de Hasenstein, Dissensionis in Fide Rhenaugiæ† præcipuus. Ad Sanctos Felicem et Regulam permissus dominus Henricus Weber, donec aliter disponeretur, Missas tenere; qui cùm et ipse cum officialibus esset Figulinorium in Monasterio Comensalis, multa perpeti tacita Conscientia coactus est, identidem Schedulis Abbati conquestus. et hæc tunc quidem erat Rhenaugiæ œconomia.

† author

Pulso Parocho Catholico.

Proventus Cleggovia,

At Schaffhusij Abbas cùm belli aut pacis aleam anxius præstolatur, atque proventus saltem territorij Catholici in cleggovia suis necessitatibus obtinere disponit, haud sine mœrore percipit, et hos quoque omnes ab administratoribus exigi. unde miserandum tragediæ contextum ad Hugonem, Episcopum

Constantiensem, verèque Patrem Spiritualem, misso nuntio perscripsit, consilium, auxiliumq; enixè implorans. Accepit inde consolatorias datas die nona Junij, quibus maximum dolorem et compatientis animi affectum testatur Episcopus; levamini fore, socios habuisse dolorum, cùm multi alij, ipseque Episcopus talia patiantur, et contra antiquum dei cultum à subditis fieri inviti videant. Probat consilium, ut interim cum conventu Schaffhusij se detineat, recursumque habeat ad Fœderatos Advocatos; promittit se comendatitias ad Comitem de Sulz, cleggoviæ Landgravium directurum, subventurum quoq; opera et opibus, quantum vires paterentur, et necessitas exigeret. Denique rebus perditissimis cam Spem in Deum optimum Collocandam, qui fideles et in servitio suo constantes non deseret usque in finem. Dedit igitur Bonaventura die decima tertia Junij supplices litteras, ad Præfatum Illustrissimum Comitem domus Austriacæ Aniponti vicarium, qui humanissimè respondit tam Abbati quam conventui die vigesima eiusdem mensis, se participem doloris eo magis contestans, quod antecessorum suorum monumenta et fundationes in eodem Monasterio præter Intentionem ad manus alienas abstrahantur.

Interventu Episcopi,

â Comite Abbati addicuntur.

/f./ cùm præterea æquum, justumque existimet, ut Personis deo dicatis, quæ pro eorum sustentatione à piis Fundatoribus et Benefactoribus constituta sunt, integrè persolvantur; hinc jam fuisse mandatum directum ad Præfectum castri Küfsenberg Joannem Jacobum de Heidegg, ut nulli alteri, quàm Abbati et eius Conventui, atque receptoribus ab eo constitutis, proventus ex terris suo Dominio subjectis tradantur, nullius dubitans, Figurinos, si ex eo, quod Monasterium occupaverint, aliquod Jus sibi competere existiment, illud non vi et armis, sed coram competente Judice prosequuturi sint. /g/ f.

Pax inter Fœderatos.

Inter hæc exercitus utriusque religionis Helvetiorum, per inducias pacisque tractatus, tempus inutiliter consumpsit, militum fervore g.

/f/ das meiner fromen Christenlicher Altforderen Stiftung, und begräbnuss bey demselben Gotts-haus seyen.

/g/ der Zuversicht, die von Zürch, noch niemand ander, werd eüch darvon mit gewalt nit bringen, sonder ob schumb des willen, das Ir des Gotts-haus Zynow jetzt besetzt, ansprach dar Zu haben vermeinten, dieselben mit recht vor gebürlichem richter ersuchen.

tepefacto. tandem die 25. Junij festo S. Ioannis Baptistæ pax per arbitros conciliata, cuius articuli Catholicis probrosi, certè damnosi à plerisque dicuntur. transumptum Abbati nostro Bonaventuræ communicatum, qui exinde fortunæ suæ aleam operiebatur. Pacta præcipua sunt: Nullum cogendum esse ad utramlibet religionem, in provinciis communibus prehendos non esse, qui Imagines cremarint, imò per pluralitatem votorum decidendum, quam singulæ communitates ritum sequi debeant. Factus cum Ferdinando rege irritum declaratur, cum civitatibus probatur. Pensiones abrogandæ. Catholici Federati ne privatim conveniant. Mandata protestantium jam promulgata, rata sunto. Reddatur Monasteriis et pijs locis, ubi religio mutata, non secùs ac priùs pendantur. Jacobus Stocker Præfes Turgoviæ, et Martinus Werle ibidem Landamannus, Avus nostri Abbatis Theobaldi, viri Egregiè Catholici, ab officijs removentur. Antonius Reding ad Præfecturam Badenæ admittitur, perstantque dominia communia sicut prius; ad expensas tamen refundendas damnantur Catholici, quæ nisi intra certum tempus solverint, licitum sit, adversis Cantonibus Comeatum interdicere. /k/ Itaque arma deposita, et plena victoria sine ullo effuso sanguine protestantibus cessa. k.

Thenaugiæ religioni Catholicæ religionis abolentur.

Cuius autem mentis post pacem sanctitam respectu Thenaugiæ fuerit Senatus Tigurinus, facilè patuit, cum mox mandatum ad officiales direxit, quo præcipiebatur, ut quidquid Catholicam religionem in Monasterio saperet, obliterarent. Itaque die vigesima sexta Junij Pulpitum et organum in Basilica solo æquatum, statuæ ablatæ, vita S. Fintani in eius choro, uti et Historia Patriarcharum in parietibus Ecclesiæ erasa, atque nova calce cooperta, ac si pictura non esset indoctis, quod scriptura doctis esse solet. Nihil deerat, quo minus Thenaugia in potestate Tigurinorum, exclusis alijs Cantonibus persisteret, nisi ut Abbas cum conventu jus suum illis cederet. Itaque Præfectus Andelfingæ constantiam Bonaventuræ denuò ten-

/k/ Cette paix ne fit point honneur aux Cinq Cantons. Elle fut la cause, qu'ils tombèrent dans un mepris general chez tutes les nations. ce fut aussi, que le protestantisme s'etablit, dans la Suisse, et qu'il s'y est conserve jusqu'a nos jours. Ita Periustrio Domino Act to. VIII. pag. 133. et 135.

has promissis tentatur.

tandum existimavit, quæ fortassis per pacta pacis jam labefactata fuerit. Ei inspectio in Henaugiam à Senatu comissa, licèt cum reliquis Tiregum avocatus fuisset, Laurentio Dur Eich Tribuno in administratione stabilito. Ante recessum tamen suum ad urbem, nam neque Andelfingæ morari consueverat, subornavit Præfectus ille Præfectum nostrum Joannem Albrecht, ut promissis, quantis posset, maximis animum Abbatis aggrederetur, necessitatem ante oculos poneret, communem aliorum viam ingrederetur, Monachismum deponeret, nec dubitaret, quin Henaugia ipsi regenda relinqueretur. Fecit homo in omnem aucam versatilis, quod postulabatur, litteris ad Abbatem et Conventum datis, /i/ quibus excusat, quòd hactenus scribere omiserit, suum aliorumque vehemens desiderium explicat, revisendi in regimine Abbatem, sua officia ac Præfecti Andelfingensis offert, cui totum negotium tutò committi posset. i.

Ad Consilium istud non solùm Abbas, sed et reliqui de Conventu exhorruère; neque animum penitus desponderunt, fore, ut retenta antiqua fide à Senatu Figurino ad Monasterium admitterentur; cautum enim pacis instrumento fuit, neminem quoâd religionem cogendum esse, cuique etiam suas possessiones relinquendas, ne provinciis quidem communibus exceptis, quarum tamen lege censeri Henaugia non possit. Comuni igitur nomine die Secunda Julij supplices litteras ad Magistratum Turegiensem quam submissè dederunt, in quibus omissâ causâ religionis, gratulantur pacem Patriæ redditam, excusantque secessum ex Monasterio nuper factum obterrorem à plebe incussum, cui diutius sidere non poterant; neque id animo deserendi Monasterium ab ipsis perpetratum, aut ad longius tempus

Repetit à Figuriensis Monasterium,

/i/ So hett ich ain trost, es sott eur gnad und minen herren zu gutem komen, wa eur gnad und min herr convent die mess und kutten wöltend unterlassen, das ob gott will, eur gnad aller gewald wider solle geben worden, dan all nachburen und gottshuslüt habend ain gutt hertz zu eur gnaden und dem gottshus; darin mögen eur gnaden mitsambt minem herren Convent sich wol betenken, und betrachten den jetzigen löffen nach. Ist Scriptum sic habet: Eur gnad mag dem vogt von andelfingen wol vertruwen, aber er ist haim, und nit mee Z'Rinaw.

vel locum; verum intra terminos Helvetiæ con-
-stitisse, et ad amicos sanguine junctos tantis-
-per declinasse, donec motus populi conquiesce-
-ret. Petunt itaque infimis precibus, et quanta
possunt instantia, ut ad Monasterium redire eis
liceat, illudque possidere, ac regere, prout antea
licebat. Sed Tigurini hanc supplicationem ne-
-quidem aliqua responsione dignati sunt. unde
Abbas et Conventus, consilio à Catholicis Can-
-tonibus accepto, secundò ad Senatum Tigurinum
scripserunt, evacuationem Monasterij ab eorum
officialibus supplices postulantes; at redeun-
-di permissionem non ex mera gratia sed ex
debito exigentes, cum id non ex eorum duntaxat
arbitrio, sed et reliquorum cantonum dependeat,
quos ne offenderent, nuper ex Monasterio ad tem-
-pus excessissent. /K/ cum etiam delati essent, L
quasi plurimum thesaurum alio sum detuliss-
-sent, quem dissiparent; offerunt se omnibus
advocatis ad rationes reddendas. data Epistо-
-la die decima tertia augusti, quæ tantam in-
-dignationem apud Senatum excitavit, ut die
vigesima quinta eiusdem mensis gravissimas lit-
-teras ad Heideggium Cleggoviæ Præsidem desti-
-narent, ut omnes proventus Monasterij Rhenau-
-giam transferri juberet; /C/ cuius scripti copi- C.
-am idem ipse Præses Abbati fecit. quin et ad Eu- + de Fulst.
-dolphum Comitem similem in modum scripserunt,
haud obscuris additis minis, fore, ut vicissim
comitis proventus in eorum territorio detine-
-rentur, nisi eorum petitis obsecundaret. ut
denique Abbatem et Conventum, in religione
antiqua obfirmatos, omnibus planè necessa-
-rijs spoliarent, iteratis mandatis postula-
-runt, ut thesaurus seu profanus seu Ecclesiasti-
-cus cum universis Archivi documentis, urbarijs
ac rotulis, Rhenaugiam restituatur. quod cùm
illi se facturos negarent, eo quod Rhenaugia non
illorum tantùm, sed et aliorum sex Cantonum
tutelæ subesset; tandem apud Magistratum
Schaffusianum sua auctoritate effecerunt,

quin spoliatur redditibus Cleg-govia,

rebusq; et chartis secum ablatis.

/K/ dan uns nit gebürt unser pflicht nach, kain ort für das ander zu pünderen.

/C/ wir begern an dich mit Ernst, du wöllist one ver-
-zug im Cleggow allenthalben gebieten, das diejenen,
so gen Rinow zins, zehenten, und andere schulden
pflichtig zugeben, dem Berürtem Abbt und sinen
München nit werden, sonder dem Hufs Rinow
zugan easind; defs wöllen wir zu dir gantz-
-lich one abschlag versehen.

ut omnia prædicta Abbati ablata in Sequestrum ponerentur. Ita bonus Bonaventura cum confratribus suis pro Fide Catholica se omnibus bonis terrenis spoliatum, atque ad extrema redactum vidit.

Quæ tamen pontibus Fidelibus Catholicis restituuntur.

His in angustijs Abbas apud omnes Septem Cantones Badenæ mense octobri Conventuros instantiùs agere constituit. quem in finem supplices quoque litteras ad Reverendissimum ordinarium dedit, qui in responsorijs die tertia octobris datis spondet, oratores suos, Badenæ præsentes, non minùs causam Monasterij, quàm Episcopatus graviter acturos. Comissio per Abbatem et singulos capitulares inscriptis data viro strenuo, Bonaventuræ Pfyffer; Thomæ de Wellenberg, tunc quoque ob fidem Lucernæ exulanti, qui causam proponeret, atque restitutionem ex ipsius pacis conditionibus efficaciter postularet. Egit is negotium fortiter, et factem obtinuit, ut recessus sub sigillo Antonij Adalbert Præsidis Badenæ expediretur, quò decernitur, rem ad singulos Magistratus referendam, ut ad proximum conventum Frauenfeldæ constituendum oratores cum plena potestate et Instructione decernere possint. Signatus recessus die quinta octobris eodem anno 1529. Comitia illa in Frauenfeld ad finem octobris sunt habita, ibique procurante eodem Thoma de wellenberg non solùm statutum fuit, ut à Septem Cantonibus deputati Rhenaugiam destinarentur, qui causam discuterent, verùm etiam, ut à Senatu Schaffhusiano exigeretur depositum, quod tam ab Abbate Rhenaugiensi, quàm à Priore Carthusiæ in Ittingen, et à Monialibus vallis S. Catharinæ acceperant, quò instructi suis rationes reddere possent, proximè à deputatis exigendas. Morem gessit Magistratus Schaffhusianus postulationi Federatorum, et sequestro sublato, restitutus est Abbati thesaurus pretiosissimus tum Archivi, tum Ecclesiæ.

Conveniunt cum Abbate deputati Rhenaugiam.

Convenientibus itaque Mense Novembri Rhenaugiæ Septem Cantonum comissarijs, vocatus est Abbas cum conventu, ibique acerrimè disputatum. Rationibus enim sine difficultate redditis, ostendit Abbas, se suosque Confratres nullo jure à possessione Monasterij deturbari posse, quam animo semper retinuerant, licet ad paucos dies, uti speraverant, ob periculum tam in personis, quàm in bonis ad proximos amicos secesserint. Pacis pacta neminem alterutram religionem cogere, cuique etiam suum, sibi suum et intactum relinquere, imò etiam reddere, quæ per Bellè tu-

multus

-muchus invasa fuerant. Econtra Tigurini insiste-
-bant pacis articulo, quò statuebatur, pluralita-
-tem votorum in comunitatibus quoad religionem
retinendam prævalere debere, per quam cùm Venau-
-gia prætensa reformatio fuscepta fuerit, teneri
et ipsum Abbatem cum conventu, Licèt Dominum
Loci, si illi conformem reddere, aut omnìò cedere.
quidquid Catholici Legati, qui justitiam causæ ag-
-noscebant, opponerent, inhærebant his suæ oppi-
-nioni, à qua nullo pacto essent removendi; ad-
-dentes, neque cogi Abbatem ad fidem mutandam,
neque depelli à Monasterio, in ipsius optione si-
-tum esse, quam mallet partem eligere. Neque
deerant, qui etiam Abbatem promissis ad deferen-
-dam Fidem — pellicerent. /m/ Ac, cùm eius m.
animus, ac religionem religiosorum pariter im-
-motus esset, intercessêre Catholicorum depreca-
-ti, maximè cùm administrator Tigurinus Lauren-
-tius Zur Eich promitteret, sustentationem con-
-gruam se submissurum Abbati, suisque; mo-
-dò hac vice se Schaffhusium denuò reciperet.
qui tamen sur- Suaserunt itaque, ut ad tranquilitatem ser-
sùs discedere co- vandam tantisper discederet, cumque Schaffhu-
gitur. -sium discedere cepisset, posse in alium locum
tutam se conferre; cæterùm non dubitaret de
restitutione in Monasterium proximè facienda
si acta huius comissionis ad dominos suos retu-
-lissent. Recessit igitur Abbas cum Conventu
Schaffhusium, solam spem melioris eventus re-
-portans, quam tamen subitem administrator
ex parte sua nunquam impleturus erat. /n/ n.
Redditus in cleggovia periclitantur, Interea acceperat Bonaventura respon-
-soria altera à Rudolpho Illustrissimo Co-
-mite de Suetz ratione proventuum ex cleggovia,

/m/ wol so ich mich lette wöllen nachhinging machen quæ
obergerenten neuwen Sect, /. Lehr./ welt ich in ain
merklichgross ainkomen gesetzt worden sein; nun aber
daselbig zetuend oder annemen in mein hertz nie
komen, den Allmächtigen bittende, sein Göttliche güt-
-tikeit wölle mich noch fürterhin also in meinem
alten ungezwifelten waren christenlichen glouben
erhalten.

/n/ Abbas in litteris postea ad 5. Cantones datis hæc scri-
-bit: Üch unseren herren ist och wissend, das in verschi-
-nener zeit unsere herren von Zürch und Glarus, mit
sambt den 5. orten uns zu Einow den zusag getan, das
wir jetzmal hinus unserem Gotzhus sollend thuen,
da sollend wir nünt, lestar minder in des unsers
Gotzhus kösten unterhalten werden: dem-
-nach anders och, das uns zugesagt ist, und von dem
vogt von Zürch nie gehalten, der unser closter besetzt &.

quæ prioribus dissimiles afflictoni nullum præbuêre solatium. Mutatæ enim erant circumstantiæ post pacta Capellensia et abdicatum fœdus Austriacum. Scripsit itaque Comes, compelli à se Figurinos haud posse, qui extra imperij fines degant, suos quoque ipsius comitis redditus detenturi essent, si negâret Rhenaugienses. Si vim adhiberet, rem fore periculi plenam, cum ad seditiones prona sint omnia, ex altera quoque parte imminere discrimina, cùm eodem tempore à Turcis Vienna obsidione premeretur. Unicam spem humanitùs reponendam esse in Cæsare, cujus si Deus vota secundet, se multo modo defuturum officijs monasterio impendendis. quievêre Rastici in clegovia à tempore ultimæ gladis acceptæ: verùm Altenburgi et Jestetta, quæ Rhenaugiæ Jurisdictioni subserant, fides quoque Catholica nutabat. Et incolæ quidem in Altenburg, cùm Rhenaugiæ sacra perciperent, illius quoque confusionis participes erant; certè eorum Ecclesia pariter profanata. Jestettenses autem cùm jam declinaturi in novos ritus crucem et vexilla Ecclesiæ foras producta in publica via accenso rogo concremare statuerent, à quodam concive, cui cognomen Coos magnoanimo impediti ac deterriti fuerunt, cujus familiæ nuper primùm extinctæ, jus illud tribuebat, ut senior ex ipsis in publicis supplicationibus Crucem anteferret. In memoriam hujus facti anno 1690. opera R. D. Bernardi dorer Parochi Crux Lapidea septendecim pedum altitudine eodem in loco erecta, cui sequens lema incisum: Fideles Cruce duce ad suos reversi sunt.

Et fides Altenburgi et Jestettæ.

Sacerdos ostinus Rhenaugia petitur.

Rhenaugiæ porrò nova dogmata penitùs prævalebant, et Hasensteinius nec dominum Henricum Weber, qui Missas ad SS. Felicem et Regulam celebrabat, amplius consistere passus, cum Frauenfeldæ ad Synodum ex meris Prædicantibus celebrandam die decima Decembris deferre constituit. Ibi duos illi articulos proposuit, quibus responderet: primò, Cur Missam legeret, quam ex Sacra Scriptura defendere non posset; secundò, vitamque cælibem duceret, cùm viribus potens et Juvenis esset? meticbatur procul dubio ex propria conscientia alios Hasensteinius. Respondit bonus ille sacerdos ad primum, Disputandum sibi non esse de re altioris indaginis; ad secundum, sperandam sibi esse divinæ gratiæ assistentiam, ut quod promisisset, Deo auxiliante observare valeat. Profectò disputandi non erat ibi locus; nam responsione cum cachinno excepta,

jussus est Loco Ceremoniarum inclitarum, ut dicitabant, pueros Elementa Litterarum edocere, si cuperet victum ex Monasterij bonis percipere. Narrat haec Dominus Weber Epistola ad Abbatem exarata, addens se ministerium Ludimagistri refutasse, quandoquidem pro fide et religione Catholica nihil agendum superesset. Refert quoque alia ibi agitata, sèpe que comendat melioribus satis, quae expertus quoque est, postliminio Bonaugiae restitutus. Manfit igitur deinceps Bonaugia per duos integros annos sine sacrificio, sine cruce, sine ullo Catholicae religionis cultu, paucis pristinam fidem corde retinentibus et occultantibus.

Schaffhusij fides mutata,

Eadem sors religioni post pacem sèpè memoratam Schaffhusij obtigit. Nam primò decretum, ne quid de Fide nisi ex consensu utriusqs tam Majoris quàm Minoris Senatus statueretur. Deinde cum ad festum S. Michaelis oratores Tigurini, Bernates et Basileenses in pleno Senatu, ut in eorum sacra concederent, postulassent, renuentibus plerisque interioris consilij Senatoribus, de Fide Catholica applaudente populo conclamatum est. Die Lunae post festum S. Martini Monachis et Presbiteris nubendi facultas data; quì mox in amplexus quàdatà portà ruerunt. Erasmus Ritter, inter praecones praecipuus, Annam Engenstorfin, Sororum Abbatis Michaelis, et Monialem ad S. Agnetem sibi lecto sociavit; cuius exemplum sine mora secutus ipse Michael post triginta fermè annorum Abbatiale regimen aridus senectio; necnon duodecim ex monialibus, quatuor reliquis ne infimum quidem hominem pro socio thori consequentibus. Conradus Ziegler Monachus ad omnes sanctos, filius Joannis Consulis, eodem anno duxit Annam Brumsin; cius soror Monialis nupserat Martino Koch. erant hi porrò cognati Bonaventurae nostri. Proximus verò nostros attingebat Matthaeus Payer, ibidem quoque Monachus; cuius nuptias insinuat noster Joannes Jacobus Payer in suo Calendario; stemma enim propagavit per Isaacum filium, nepotemque Matthaeum. Haec Exempla ante oculos posita trahere poterant in sequelam Abbatem Bonaventuram viridi aetate florentem, eiusque confratres, maximè validis persecutionibus ad id impulsos; sensusque caret, qui divinam gratiam in illis tunc operantem non miratur.

Nubentibus Monachis et Monialibus.

quod deserit Abbas cum Monachis nostris.

Unde illi declinaturi pericula, cum jam non tutum esset morari Schaffhusij, ubi exercitium antiquae religionis prohibitum, timendumqs

erat

erat, ne, ob amicitiam cum Figurinis contract-
-am, Thesaurus tam anxiè recuperatus, denuò
amitteretur, sequenti jam altera vicè Domini
Sententiam, in Civitatem alteram fugere sta-
-tuerunt. Itaque Documentis cum rebus ple-
-risque pretiosis aliorsum sensim et nemine
advertente in tutum collocatis, ipsi circa me-
-dium Mensis decembris Marisburgum ad Pa-
-trem optimum et Episcopum Hugonem se con-
-tulerunt, donec locus aptus ad habitandum e-
-geretur. Suma indignatione hunc Abbatis cum
Documentis secessum excepêre tam Figurini,
quàm Schaffhusiani, apud quos se per Patrem
Suum Thomam purgari curavit, quod nempe
necessitate coactus abcesserit, rediturus Schaff-
-husium, vel in alium quemcunque Helvetiæ lo-
-cum, si ibi ex conscientiæ suæ dictamine vi-
-vere, atque sub religiorum etiam Cantonum
tutela securus degere posset. Rescripsit ad Fi-
-lium suum Marisburgum Thomas ipsa die Nata-
-lis Domini, securumque reddidit, reliquos Canto-
-nes eius diverticulum non indignanter ferre, neq;
parendum esse deinceps solis Figurinis, documen-
-ta fortè exigentibus, nisi et Catholici ipsi con-
-senserint. Cæterùm negotia committit ad Coadju-
-torem Episcopi Constantiensis proximè in Mers-
-purg adventurum, certiorque fieri petit, quam
tandem in partem cum Conventu sit discessurus.
Coadjutor porrò ille erat Balthasar Merklin vir
planè Eximius Caroli V. Vicecancellarius, quem Hugo
Senex et laboribus fessus, ut Episcopatui inter
maxima pericula prospiceret, coadjutorem coop-
-taverat; imò mox advenienti ipsum Episcopatum
cesserat, reservatis sibi solis ex oppido Marksdorff
additibus. Verum cum proximo anno in Comitijs
Vindelicis cum maxima pompa Merklinius in-
-auguratus esset Episcopus; anno 1531. die S.
Pentecostes Treviris, quò ob negotia Imperij profectus
erat, ex apoplexia obijt, relinquens denuò Locum
Hugoni, quem Cathedralis Ecclesiæ Canonici vel
invitum ad Cathedram revocarunt.

1530. Huius igitur Episcopi de Consilio Abbas Bo-
ibijn Monasteria -naventura ad initium anni trigesimi decrevit de-
sijs, ipse Sedem -ligiosos Suos Monasterijs alijs comendare, missis
ht Waldishuti. ad vineas Patre Joanne Jacobo Payer, Murbacum
verò P. Joanne de Jestetten, ubi is adeò acceptus
fuit, moribusque placuit, ut mox Decanus con-
-stitueretur. Ipse verò Abbas Waldishutium cum
P. Melchiore de Gachnang Seniore et Custode

/o/ se contulit, ibique per duos religiosos fui exi- o.
-lij annos permansit. videbatur ille locus percom-
-modus tum ob municipij jura, quibus ibi fruc-
-batur Monasterium, tum ob protectionem Austriæ
atque Cæsaris, tum denique ob vicinitatem tam
Cleggoviæ, quàm Badenæ, ubi plerumque Comitia
Helveticorum celebrabantur. Et verò in proximis
mense Januario habitis aderat quoque dominus
Othmarus Engeler quondam Parochus Zhenaugiæ,
qui causam coram Foederatis omnibus tam prose,
quàm pro Abbate egregiè quidem, sed sine effectu
dixit. Thomas verò de Wellenberg iteratò secef-
-sum filij sui purgavit, addens, tunc demum Bo-
-naventuram reliquisse Helvetiam, cum omnis
plenè subsistentia ex redditibus illius territorij
ei negata fuisset, neque permitteretur ut pos-
-sessionem Monasterij sui perveniret, id obtinu-
-it tandem à Catholicis Cantonibus tunc Wellen-
-bergius, ut Litteris ad Rudolphum Comitem de
Sulz datis postularent Sequestrum in proventus
Cleggovicæ imponendum, qui certè non solis Tigueri-
-nis, sed ipsis quoque deberentur, si Abbas et
Conventus illis privandi forent.

Et decessum apud Foederatos purgat.

Inter hæc administrator Tribunus Ti-
-gurinus Laurentius Zur Eich, cum se urbarijs,
totalis, aliisque instrumentis necessarijs ad co-
-gendos reditus Monasterij destitutum videret,
magnum opus ingenti labore aggressus est,
conficiendi nimirum de novo integrum urba-
-rium, et quidem ex confessione eorum, qui
præstanda reddere debebant. Priùs tamen
omnes recessus Monasterij præsertim Biblio-

Urbarium Novum ab Administratore factum.

/o/ Falsa miscet Hottinger, dum hæc scribit to. III. pag. 474. die München giengen mißvergnügt gen Schaffhausen, und wurden, nach dem sie dort vil gelt verzert vom abbt in andere Clöster verschikt. der Abbt setzte sich, nach dem er des Closters Zinsrödel bekom-
-men gen Zell.

/p/ und sind sy och des stifen unbeweglichen fürnemen, willens, und gemüts, daby unverendert zu bliben, und zu verharren —.

thecam scrutatus fuerat, ut rebus suis aliquid opportunum inveniret; verum cùm praeter libros impressos codices duntaxat retusiores reperisset, continentes res Lyturgicas, Psalteria, Homilias Patrum, et antiquiorum Auctorum scripta, ut narrat in litteris Secretarius Georgius Freÿin perquirendo socius adhibitus, intactam claussit Bibliothecam, non enim erat Litteratus, in hoc tamen Laudandus, quod pretiosa Manuscripta, quae Mo-nasterio conservaverit. Adÿt ergo administrator officialibus stipatus singulos pagos et villas à colonis jurato exigens, ut edicerent debita Monasterio praestanda quàm etiam necdum praestita, quae postea charactere elegante in unum volumen adhuc in scrinÿs nostris servatum, conscripsit; praemissa tamen monitione, quod si quandò urbaria redirent, haec ipsius collectio nec juribus Monasterÿ, nec colonorum indemnitati ullum detrimentum pariatura sit. Caterùm ut labor iste Rhenaugiae et in Territorio Tigurino prosperè cessit, sat-tem contra confessos opportunè applicandus, in cleggovia tamen deficiente vi [illegible] difficultate non caruit, justicio debita saltem nondum soluta prolibitu dictantibus. Addidit administrator competentias, ut vocant, Pastoribus debitas, quos in locis Catholicis Parochos, in alterius Religionis Praedicantes vocat. Ad initium Mensis Martÿ missus est Secretarius Freÿ in quosdam cleggovie vicos ad cogenda eigmodi debita residua; non enim audebant se Imperÿ finibus concredere administrator et Praefecty, cùm rumor licèt vanus increbresceret, venturum propediem Carolum Imperatorem contra omnes novae Religionis assecla exercitum ductarum. Se ipsa expectabatur ad comitia Augustae celebranda. Monuit econtra Secretarius Abbatem quoque, ne suam Personam aut Domini Melchioris Custodis et fidi Achatis periculo exponeret, cum exploratores maximè in vicis Rhenaugiae proximis subornati essent. dum Decimae colligerentur, idem fidelis Monasterÿ servus rotulos clam descripsit, atque Abbati submisit, ut Decimarum aestimationem non ignoraret. Litterae porrò istae plerumque per nauclam quendam Rhenaugiensem Joannem Merk, uctro citroque mittebantur, quandoque etiam per Joannem Kempf, necnon alios pristinae fidei inhaerentes. Caeterùm licet administrator in proventibus Monasterÿ colligendis sedulam operam navaret, ei tamen

Hospitum frequentia.

mueta profundenda erant in Figurinis hospicio excipiendis, qui rarò aberant. certè sæpè laudatus Freÿ eam profusionem in Epistola ad Abbatem data die nona Martÿ, ipsis diebus quadragesimalis Jejunÿ, non dubitabat opulentiæ in aula Cæsaris Caroli v. assuetæ per hyperbolen comparare. /9/ pro negotÿs gravioribus sæpè mittebantur à Magistratu comissarÿ, velutÿ Præses Liburgi: duo autem adjutores administratoris quasi continui comensales erant, quorum uni nomen Hüeler, alteri Dumyssen.

Acta in Comitÿs Badensibus.

Ad finem Mensis Martÿ Comitÿs Badensibus interfuit Princeps et Abbas S. Gallensis, eandem cum conventu suo ferè sortem expertus ac noster Bonaventura. usus est ille Adjutore quoque fido Thoma de Wellenberg, de cuius Consilio Abbas noster conventum non adivit, imò cùm saltem victui necessaria usque ad negotÿ terminum ab Administratore sibi suggerenda postulaturus esset, hoc quoque suadentibus Catholicorum Legatis intermisit, qui ne quidem Administratorem agnoscere volebant, ab una tantùm Cantone constitutum, aut Mandatum ei sub comuni nomine imponere. Cæterùm reliqua ex Abbate S. Gallensi percepturum die 29. Martÿ Filio Thomas scribit, quem superdictorum quoque Legatorum nomine ad Constantiam adhortatur, spemque ingerit melioris fortunæ, cùm alius Conventus proximè celebrandus jam sit indictus. /2/

Discordia inter Cives Rhenaugiæ.

Interim Rhenaugiæ inter cives gliscebat discordia, quibusdam Catholicæ fidei, ac pristino Domino fideliter adhærentibus, alÿs autem nec cum Figurinorum regimine omninò contentis, cùm spe sua se frustratos cernerent, quâ credebant se ab omnibus, aut pleris que saltem oneribus et præstationibus liberandos. quapropter administrator Der Eich die quarta Aprilis cives omnes in domo ordinaria adesse jussit; tum cum officialibus ad eos ingressus

2.

/9/ Es ist Küwig Carlis hoff im Closter, wan ain Kung hinweg zütt, so kombt ain anderer an die statt.

/2/ Titulus, quem in Litteris suis Thomas præfert, hic est: Recht lieber herr, und Sun. In istis Hæc adjecit: so zütt ich mit minem Schulthais J. Göldlino Lucernensi. / haim, und der hat üch gebetten, das ir üch tapfer haltend, und hand och die andere vor ost by mir erbotten deßglich als ain gut aydgnoss, des sy üch zümend; es mus ain anders werden, das uch geholffen werd.

gravi oratione dissensiones, querelas quæ inanes exprobravit, minisque adjectis excessit, si Scilicet fidem Figurino senatui per pluralitatem votorum datam, violarent. Tum tumultu facto, prævalentibus novæ factionis hominibus, graviter invehuntur in eos, qui Abbatis partes fovebant, aut ei nova nuntiarent, quo impetu pius Merklig ex conventu ejectus, /s/ et renovatum promissum Figurino senatui factum, licèt hic ex mente Secretarij pariùm curaret civium conclusa, quorum erat potiùs parere quam decernere. Ipsi tamen Secretario eandem aut deteriorem, quam Merklio sortem instare, queritur alijs Litteris vigesima secunda aprilis datis. Fuit nihilominùs post festum Pentecostes in officio suo confirmatus, gravi reprehensione præmissa, quòd cum uxore sua ad Cœnam Domini ritu Figurino sumendam non accessisset. 1530. s.

Abbas à Federatis Absolutionem petit.

Interea Abbas per Patrem suum Thomam de Wellenbergius in Conventu Badensi ad diem decimam sextam Maij proponi fecit: qualiter post Pacem inter utriusque religionis partes initam suadentibus Septem Cantonum advocatorum Legatis in comissione Rhenaugiæ habita loco cesserit, sub certa spe restitutionis in integrum, quam ipso facto tandem perfici instanter petit. quod si tamen ea denuò differenda videatur, congruam saltem sustentationem ex redditibus Monasterij sibi ac conventui denegari non posse, quousque res composita foret. in locum alium, si juberetur, se transiturum, ubi tamen votis, juramento, statui, ac functionibus congruenter, sine offendiculo degere posset. Protocollo inserta petitio integra, unacum nomine oratoris Wellenbergij, et ad referendum à Nuntijs sumpta, ut à Magistratibus suis instructi in proximo Badensi syndicatu decernere pro exigentia rei valerent. Instrumentum desuper confectum, et à Secretario Provinciali subscriptum Abbati submissum.

Leggovia proventy uarijs interdicti.

At in Leggovia Illustrissimus Comes de Sulz ad petitionem quinque Catholicorum Cantonum, nec non iteratam Abbatis instantiam mandatum dedit suo Præsidi Heideggio, ne subditi præsertim ex Rheinheim et Langstetten ullos proventus sub pœna gravi Rhenaugiam deferrent. /t/ quo nuntio ad Monasterij administratores delato t.

/s/ haben sy de fromen Merklen haissen ustan.

/t/ us befelch mines gnädigen herren graven Rudolf by der höchsten buos verbotten worden, das sy fürohin weder Kleins, noch gross gen Zinow sollend geben.

rem illicò ad senatum Figurinum defferunt. Nec mora, destinatur ad Heideggium Ulrich Senator cum tribuno Jur Eich, qui nomine omnium decem Cantonum postularent, ut proventus Cleggovie universi Thenaugiam transferantur. Licèt igitur Dominus Melchior de Gachnang in Reinheim et Jangstetten proximè venturum Abbatem indixisset, qui decimas elocaret; nihilominus Administratori Laurentio feria tertia Pentecostes, id est die Septima Junij paruit Joannes Henricq Provincialis Judicis filius, eidemque certam frumenti quantitatem pro futuris decimis est pollicitus. Fuit isti elocationi praesens secretarig, qui vix domum reversus factum perscripsit Abbati, feria quarta die octava Junij. Mirabatur Abbas, si Foederati plerique contraria, et sibi adversantia decrevissent; quapropter extemplo Lucernam destinavit expressum, qui illius Magistratûs mentem exploraret. unde ad Heideggium testimonium nomine quinque Cantonum Catholicorum transmissum est, quo negatur, de eorum consensu illos redditus Abbati subtrahendos esse, imò juxta postulationem jam aliàs factam, petitur, ut sua illi ac Conventui permittantur.

In Conventu Badensi

Ad diem S. Joannis Baptistae pro Syndicatu ex more instituendo convenère Badenam Foederatorum oratores satis instructi decidendi potestate. Comparuère ibi et Custos noster Melchior de Gachnang, et Thomas de Weltenberg, qui restitutionem Abbatis et Conventus condictamq, ex redditibus hostentationem rogaverunt, objectas ratiocinationes refutantes, acinter alia demonstrantes, vanum esse fucum, quò contendebatur, melius administrari, impendique bona Monasterij, pauperum usui applicanda; /u/ cum liquidò constet, plura in Eleemosinas fuisse erogata, quam nunc fieret. Minus sanè prospectum pauperibus futurum fuisse, si Saeculariſari contigisset Monasterium, nemo dubitabit, qui perpendet, jam nunc quadraginta religiosos, plerosque natos Helvetios, exutriusque territorij proventibus ali, ex saecularibus autem ad minus quinque personas pro singulis religiosis, officiales nempe, servos, opifices,

u.

/u/ sy verkleibend das mit dem allmusen, es sig den armen zu helfen, das doch, wie es am tag lit, nit beschicht; dan er und sin mitbrüder zu Gott vertruend, mee geben zu haben, dan in sin abwesenhait beschechen ist.

operarios, cum uxoribus liberisque, tot denique pauperibus per singulos dies de cibis coctis, pane, stipéque pecuniaria prospici, quantum vix in opulentissimis Monasteriis fieri assolet, ubi ejectis Monachis bona per meros Seculares administrantur. Si haec incredibilia videantur modernis politicis, qui Monasteria statui publico minus utilia aut etiam nociva clamitant, meminerint Divinae Benedictionis, promissi Christi Domini, ac Monasticae frugalitatis.

Decretum itaque formarunt Protectorum legati, refragantibus tamen Figurinis, ut administrator Rhenaugiae sine ulla interposito mora frumentum, vinum, pecuniasque pro victu Abbati mittat; ipse vero administrator in proximo conventu Badenae compareat, rationem villicationis suae redditurus: nihilominus Abbas documenta, urbaria, rotulos, et thesaurum Monasterii apud Praesidem argoviae deponat; fore, cum redierint ad Comitia oratores, ultimam sententiam praemittis causae pronuntiandam. Huius recessus instrumentum, datum die vigesima Septima Junii, ac per Antonium Adacher sigillo munitum, à Domino Melchiore et Thoma de Wellenberg Abbatis consignatum; alterum vero huic simile ad Figurinum administratorem Rhenaugiam directum per eius adjutorem Dumyssen, qui querelas contra Abbatem depositurus Badenam accurrerat. At Cantones, qui novis ritibus religionis nomen dederant, Turegum, Berna, Glarona, ac Solodorum die decima Septima Julii per legatos Turegi convenientes, aliud planè statuerunt, ut nempe Monachis, qui ex Monasterio recesserant, nihil omnino, quartumvis modicum, pro sustentatione tribuatur. /w/ cui decisioni conformiter Senatus Figurinus die vigesima quarta Julii mandavit Laurentio Zurlich, nequidquam de redditibus Monasterii impertiretur Bonaventurae, nisi priùs omnia ablata, tam in pretiosis, tam in documentis, non Badenam, sed Rhenaugiam detulisset. quibus mandatis inter se pugnantibus confusus administrator, ipse Turegum se contulit, et apud Magistratum effecit, ut permitteretur Abbati conferre, quibus victu indigebat, dummodo juxta recessum Badensem ea memoratas Badenae deponeret, atque insuper inhibitorium super decimas in Rheinheim et Dangstetten auferri curaret. Id litteris perscripsit administra-

Jurnitur Abbati pensio: w.

/w/ das den abgewichenen gaistlicher zu Creützlingen, Rinow, und S. Catharina thal, weder wenig, noch vil gehandreichet werden soll.

-tor Abbati die vigesima nona Julij: At cùm hic minimè consultum duceret, se spoliare armis unicis, quibus adhuc præcinctus erat, scilicèt Archivi documentis; nihil pariter ab administra-tore obtinuit, atque sic Decretum Badense omni effectu caruit. Instructus Abbas principiò pecu-niis erat; quibus consumptis, quædam pretiosa amicis in pignus reliquerat Schaffhusij, quèm ta-men ulli id vescirent, quorum non intererat; de-nique Pater Thomas aliquot millibus coronato-rum subvenit, quibus indigebat Non tam pro victu suo, quàm pro pretioso adeò processu prosequen-do, ex quo fatum omne Monasterij pendebat.

Wilchlingenses item movent Administratori,

Iisdem Litteris administrator Zur Eich negotium Wilchlingense significavit Bona-venturæ. Cùm enim eius pagi incolæ nova sa-cra, exemplum dominorum suorum oppidi Schaffhusiensis sequuti, adscivissent, eos pœni-tere cœpit, quod elapsis abhinc quindecim an-nis, separatione à Parochia Erzingensi im-petrata, Pastorem suum propriis expensis ale-re condixerint, qui modò ex decimis ad manus alienas delatis ali sine eorum impendio posset. Itaque Schaffhusianorum patrocinio suffulti denuntiant administratori, cuius jam intentio-nis essent. Is causam ad Figurinum Magistra-tum et ad Abbatem se relaturum respondit, huncque rogavit, ut documenta illam conventio-nem concernentia mittere velit, post usum fi-deliter restituenda. At verò Abbas id facere penitùs renuit, sed ad Senatum Schaffhusianum ipse rescripsit, questus non solùm hac super lite, sed universim, quod proventibus sibi ac conven-tui debitis in eorum terris defraudetur; rogatq́, ut tam Wilchlingenses quietos esse jubeant, quàm alia debita non alienis sed sibi præstari procu-rent. et quod ad illos quidem attinet, Senatus iste Justitiæ simpliciter inhæsit, atque Conven-tioni olim factæ, suaque Authoritate robora-tæ, quam violare novum Religionis institutum non exigeret.

Irrito conatu.

Pro impetrandis Cleggovia pro-ventibus

Cùm interim Heideggius Præses Cleggoviæ testimonium quinque Catholicorum Cantonum accepisset, quò Abbas pro obtinendis redditibz comendatur, aut saltem ne Rhenaugiam deferantur, exigitur; ille arrestum seu detentionem eorun-dem respectu Rhenaugiæ renovavit, rusticisque indixit. quod cùm intellexisset Tribunus Zur Eich, illicò in Castrum Küssenberg ad Præsidem se contulit; ubi convenere, ne administrator quidquam ex Cleggovia auferret, neve contra Heideggius aliquid Abbati permitteret, donec

desuper rescriptum à Comite Rudolpho obtinuissent. At mox nova rerum facies se aperuit, cùm à Rottwilano Imperiali Aulico Judicio denunciatur Cleggovia colonis, ut cuncta debita Abbati persolvant, interminatis gravibus, si moram ingesserint, pœnis. Eos, quà tandem Abbas prævaluit, alius repetenda. Cupiebant Catholici Cantones, Rhenaugiæ advocati, consultum iri Abbati atque Conventui, quibus ut factum proventus in Imperio sitos addicerent, quos Tigurini miris artibus attrahebant, statuerunt, sumi in Imperio Capitis auxilium implorare. quapropter agente Wellenbergio atque Prætore Göldlino, Lucerna comendatitias ad Carolum V. Imperatorem, cúgs Fratrem Ferdinandum Hungariæ et Bohemiæ Regem, nomine quinque Cantonum, Lucernæ, Uraniæ, Switzij, Subsylvaniæ, et Tugij expediverunt, in quibus narrant, Abbatem cum Conventu à Zwinglij dogmatum cultoribus pulsum fuisse è Monasterio, quod partim in eorum territorio situm esset, /a/ Sæculares administratores impositos, et Abbatem omnibus proventibus spoliatum; orant igitur perdemisse, ut eum restitui jubere dignaretur, illíque bona Monasterij tribuare, quæ majorem partem ex terrio imperij proveniret; /b/ maximè cùm solius Fidei Catholicæ retinendæ causâ persequutionem patiatur. /c/ transumpta harum supplicationum communicata fuerunt Bonaventuræ à Catholicis Badæ adunatis die 2. Julij. Similem supplicem libellum ipse Abbas ad Imperatorem formavit, obsecrans simul, ut ad exemplum prædecessorum jura ac privilegia Monasterij novo diplomate rata habere clementer indulgeret. Ad hæc patrocinium adhibuit tam novi Episcopi Constantiensis Balthasaris Merklin Imperialis vice Cancellarij, quàm etiam designati Domini Hugonis, qui in absentia illius jugiter domi negotia administrabat. Respondit Hugo, die 10. Julij: Cancellarium Constantiensem non minùs Augustæ curaturum negotia Monas-

Imperator Imploratur,

a.

c.

/a/ lit zum theil in unseren obrickeiten.

/b/ do wir wüssen hand, das herr abbt und Convent unser andächtig lieb herren, das so zu irem Gotshus gehört mers theils unter ürm Küniglich Majestet herrlikeit, und dem Wolgeboenen herren Graven zu Sulz eigen hand, von dem sy gewaltiglichen und on all recht verkert sint.

/c/ der ursach das si keines wegs in die Lutherisch secte oder miss verstand, wie dan laider vor augen, gefallen weltend.

-sterij, quàm Episcopatûs, modò accelleraret missi-
-onem instrumentorum, cùm Cæsar cum Fratre
jam die Decima quinta Junij ad festum Sacratiss-
-simi Corporis Christi Comitia Imperialia incho-
-aret.

In Comitijs Imperialibus Augustæ.

Destinavit igitur extemplo Abbas Augustæ
Vindelicorum die Duodecima Julij, qui præter sup-
-plices libellos, alias que chartas necessarias, E-
-pistolam quoque deferret ad Dominum Georgium
Gienger Doctorem et cancellarium Constantien-
-sem; aliam quoque ad Dominum Præfectum Am
Orth de Schönbrunen, quem Foederati Catholici
Augustam destinaverant; Tertiam denique ad
Dominum Udalricum Ulmer, virum planè in-
-dustrium Secretarium Monasterij ad S. Blasium,
qui grato animo Beneficia olim Rhenaugiæ ac-
-cepta, ubi ante decennium Secretarij pariter mu-
-nere functus fuerat, abunde compensavit.

Schönbrunen publicus Tug Senatorem

Die vigesima prima Julij" datæ sunt respon-
-soria Cancellarij ad Abbatem, quibus sua of-
-ficia spondet, interim tamen cuncta secretò
tractari, atque in suspenso manere.

At Dominus Ulmer prolixis litteris sig-
-nificavit: Negotium Rhenaugiense in aula Cæsa-
-reo jam à se fuisse propositum, sed pro respon-
-so accepisse, Abbati in omni patientia expect-
-tandum esse, cùm multi alij" æquè gravia patian-
-tur; negotia publica pro suppressione Lutera-
-nismi priùs esse expedienda, quibus in Locum
redactis procul dubio etiam ipsi consultum fore.
Cæterùm nihil novi, præterquam quòd ad instar
Confessionis à Lutheranis oblatæ, etiam Zuin-
-glicus per oratorem à Foederatis eius asseclis
missum, libellum obtulerit decem articulos con-
-tinentem, quorum plerique Aulæ magnoperè
displiceant. quod verò caput est, subjungit se mora
impatientem nuper æripontium ad Ludolphum Co-
-mitem de Sulz profectum fuisse, fine cuius as-
-sensu nihil ratione cleggoviæ agendum erat;
ubi obstaculis non modicis perpensis, quæ Figu-
-rinis resistere vetabant, consensisse tandem Comi-
-tem, ut ipso non invito eius subditi per Judici-
-um Imperiale aulicum Zofwilanum ad præstan-
-dum Abbati debita cogerentur; sic enim porrò
cum solis rusticis agendum fore.

Decretum Judicij Imperialis Zofwile.

Erat illa tempestate Zofwila civitas Im-
-perialis Cantonibus Helvetijs fœdere juncta,
et ab aliquot jam sæculis Judicio aulico præ-
-dita: Sed cùm anno elapso pariter de fide
periclitari cæpisset, prudentiâ Magistratûs
ejecti cives, qui nova cuperent, et jamjam

in seditionem erupturi erant. /d/ egère quidem expulsi per Helvetios eiusdem opinionis Cantones, ut reverti in patriam liceret: At Catholici nullis precibus assére, ut admitterent, qui pacem urbis turbare poterant. Exulantium, quorum ter centi nonaginta novem erant, sexaginta in Helvetiam, ac plerique Schaffusium migrarunt. Ad hanc igitur refugij civitatem cur non recurreret suis in angustijs Abbas noster Bonaventura? qui vix receptus ab Ulmero Citterio, mox illac destinavit Dominum-Custodem de Gachnang, ac constituto procuratore Samsone Weiss, primas reportavit monitorias ad Cleggovia Colonos, qui ex locationibus praecedentium decimarum, necnon ex censibus annuis plurima debebant Monasterio. Haec cum intellexisset administrator Rhenaugiæ, ea Magistratui denuntianda Turegum se contulit, unde mandatum recepit, omnibus viribus his conatibus resistendum, dehortandum Abbatem, ipsosque proventus quantocius colligendos, ac via facti Rhenaugiam deportandos. obsequutus est mandatis tribunus Figuring, ingressique in Rheicheim, et Jangstetten per Alexandrum Zitter Parochum, et Joannem Bercher Monasterij Amptmannum, viros, qui Figurinis aprimè favebant colligi fructus, frumenta et vina in illis cellarijs asservata. Erzingam autem die vigesima quarta Augusti misit plaustra, quibus decimæ, manipulis vix in horrea collectis, Rhenaugiam asserrentur. At Heideggius Summus Cleggoviæ Præfectus, perceptis, quæ agebantur, justa indignatione comotus die vigesima Septima eiusdem Mensis Rhenaugiam adproperat, factum gravissimis verbis administratori improperans, ut qui fidem nuper in Castro Küssenberg datam violasset, purgavit se huc jussis Dominorum suorum, quodque ex Monitorijs Zollwilanis periculum in mora accessisse videretur. Itaque nullum effectum hæc increpatio habuit; imò die trigesima prima Augusti ex ijsdem cleggoviæ pagis repetita fruguem avectio.

Idditgnichélomingj portantur Rhenaugiam,

t Abbas à Figurinis monetur.

Monuerat pridie litteris datis administrator Abbatem, ne rusticos cleggoviæ infectaretur, se enim pro illis responsurum, qui Rhenaugiæ et rectoribus eiusdem loci obstricti essent. Ipsos quoque rusticos adhortatus est, ne eiusmodi terriculamentis dejicerentur, quidquid damni timerent, se compensaturum abundè. Sed propterea

/d/ Adsunt eius rei in Musæo nostro monumenta scripta, quibus aliorum falsa redarguuntur.

-terea Bonaventura â cæpto non desistit, sed die prima Septembris Procuratori weis in mandatis dedit, ut Primores vicorum arctiùs constringeret, ac præcipuè supra nominatum Joannem Bercher ad rationes Abbati reddendas adigeret. Fecit id procurator, exagitavitq; dictos homines severio-ribus monitoriis, ostenditque Ambtmann Rheinheimij frivolam fuisse suam excusationem, quâ reposuerat, rationem â se redditam administratoris Rhenaugiæ, neque teneri ante elapsum annum amplius respondere. At is homo querelis suis Senatum Tigurinum ad summum usq; irritavit, qui die vigesima sexta Septembris Epistolam vehementiori ac concitato stilo refertam ad Bonaventuram dedit, quem in titulo vocat existimatum seu opinativum Abbatem, /e/ deinde magnum animi mœrorem præfert, quòd bonos homines in cleggovia Joannem Bercher, aliosque per Judicium provinciale Cleggovianum, et Imperiale Aulicum Rottvilanum monuisset sub pœna proscriptionis, ut debita Rhenaugiæ debita ipsi redderent, cum tamen per suum secessum omne jus et potestatem in Monasterium amisisset. /f/ detrahere id juribus omnium Decem Cantonum Rhenaugiæ advocatorum, quorum nomine postulant, ut â cæptis quantotiùs desistat. /g/ Decem Cantones advocatos Rhenaugiæ obtrudere nitebantur, quoniam id rebus eorum conducebat, additis nempe Berna, Friburgo atque Solodoro, quod tamen ante motas præsentes turbas inauditum. e. f. g.

Invitis Catholicis Cantonibus.

Vix receperat Abbas Litteras Tigurinas, cùm mox eas Lucernam destinavit, intellecturus quid ad hæc alij cantones hactenùs advocati ad hæc dicerent: Datum est inde rescriptum die Septima octobris, quò testificatur Senatus Lucernensis, nihil sibi notum de rebus in epistola Tigurina contentis, neque dubitare, eam pariter infœys quatuor alijs cantonibus emanatam; neque enim sibi curæ esse, /h/ quacunque ratione con- h.

/e/ dem erwirdigen unserem lieben herren und guten fründ Bonaventuræ vermeinten abbt des Gotthus Rinow.
/f/ damit all ier rechtsami verwürket.
/g/ und deshalb uns in namen anderer unserer Eydgenossen von den zehen orten als schirmherren &c. soist namen obstat unser ernstlich begeren, das ir von solchem unbillichem unbegründten vorhaben gänzlich abstan. &c.
/h/ das wir von solchem den von Zürich schriben gantz nüt gewist, auch inen nüt bevolen habend; dahy so ist ungezwifflet den andren unseren lieben Eydgenossen den vir orten von disen schriben, und handel och nüt gewissen; und bekumeret uns wenig, wie ir mit den buren in Kleggow handlend

veniat Abbas Rusticos Cleggovias; adduntque consultum fore, ut rem in Conventu proximè instituendo Badenæ proponeret. Causam comisit Abbas ad diem decimam tertiam octobris Patri suo Thomæ, qui in confessu publico id duntaxat petivit, ut in exigendis debitis à morosis Cleggovienſibus non impediretur Abbas. Verùm vehementer reſistentibus Figurinis oratoribus, quibus palam contradicere nemo facilè audebat, talis nomine Septem Cantonum emersit recessus: optare se nempe, ut abbas ad tempus à processu Rottvilæ prosequendo desisteret. /i/ At verò quinque Cantones Catholici, quibus particulariter tota Causa proposita, aliud decretum post biduum die Decima quinta formarunt, /k/ quo solemniter contra literas missivas Figurini Senatus suprà relatas protestati sunt; Bonaventuram agnoscunt legitimè electum et confirmatum Abbatem et Dominum Rhenaugiæ; ac denique ut illius advocati et Protectoris liberam facultatem relinquunt, redditus ad Monasterium suum pertinentes per quæcunque Judicia, aut media conducibilia cogendi. Decretum munitum sigillo Praesidis Antonij Adacher. Nihilominùs idem Catholici Cantones amicè Abbatem per Thomam parentem suum monuerunt, ut conformiter recessui publico tantisper, saltemque usque ad proxima Helvetiorum Comitia suspendere decreta Rottvilana velit, quod ille in respectum adhi-

Suspenditur Rottvilæ processus.

/i/ Es were unser will, und möchtend liden, das herr abbt von Rinow mit den rechten zu Rottwil in mittler zit still stunde, und nit witer procedirte.

/k/ wir habend uf Solliches einhellig uns endschlossen, und gedachtes herren abbtens anwälten dise antwurt geben, das wir nit wissentragend, vorbemeltes ellfsir bewilliget zu haben; wir endschliessend uns och darauf witer einhellig, das wir gedachten herren abbt bekennen für einen erwelten und bestetten herren zu Rinow; dur das lassen wir im nach als sin Schirmherren, das er mit sambt sinem Convent alles das sin und sines Convents so zu irem Gotshus gehört, münd ufgenomen, mag in sachen mit gericht, geistlich, und weltlichem, oder ongericht wie im gelieht, und lut siner stiftung, und lut sines ordens und frijheiten, on unser, als sin und sines Convents Schirmherren verhinderung.

catorum suorum fecit; primò quidem ad diem primam Novembris, deinde iteratò interventu ad finem usque anni præsentis, sub spe obtinendi tandem restitutionem in integrum; quâ tamen non secuta, haud amplius detineretur à cœpto Zofingiæ prosequendo. desistit ægrè Samson Procurator Zofingianus à persequendis Cleggeriæ debitoribus, significavitque Abbati Judices Imperiales decretum ex comitijs Augustanis accepisse, quô præcipiebatur die vigesima octava octobris, ut proventus, census et debita nominatim viris Ecclesiasticis asserantur, non verò illis, qui Monasteria invasissent, et spoliare niterentur. (C) Simile statutum eiusdem conventûs Augustani die secunda Novembris misit ad Bonaventuram Henricus Schenkli officialis S. Galli in oppido Wilensi, quod illi novelectus ipsius Princeps Diethelmus Blarer de Wartensee, exul apud cognatum suum Abbatem in Weingarten commendaverat; namque decessor eius post breve regimen Kilianus Germann præcipiti fato in itinere Augustâ propè Brigantium aquis haustus obierat. Statuitur autem hoc Imperiali recessu à plerisque Principibus subscripto sub gravissimis pœnis, ut Monasteria Monachis restituantur, clerici uxorati deponantur, Missæ Sacrificium celebretur &c. quibus recessibus abunde satisfactum supplicationi Abbatis nostræ Bonaventuræ, si effectum sortiri potuissent.

Diploma Caroli V.

Impetravit quoque Abbas in ijsdem Comitijs Augustanis agente Domino Cancellario Episcopi Constantiensis à Carolo V. Imperatore amplissimum Diploma sub sigillo Majestatico datum die decima nona octobris eiusdem anni trigesimi supra Millesimum quingentesimum, quô expresso ipsius Bonaventuræ nomine eidem atque Conventui Rhenaugiensi innovantur ac roborantur jura privilegia et immunitates Prædecessoribus à Regibus, Imperatoribusque concessa, sub gravibus pœnis contra eos, qui in dictis privilegijs ac juribus Monachos perturbare præsumpserint. Accepit Abbas paulò serius per officiales Episcopi Constantiensis diploma, cuius non solum impetratio per ordinariam taxam, sed alia circumquaque negotia ærarium Abbatio denuò exhauserunt; quapropter die quinta decembris ad Hugonem Pyssimum Principem

---

(C) das mann alle gülten rond schulden, sonderlich den geistlichen, soll vervolgen lassen und nit denen, so die Gotthüser des iren spoliren.

Et Episcop

Et Episcopum resignatum supplicatorias destinavit Epistolas, comonefaciens eum sui promissi, quod pridem fecerat, comodandi nimirum necessaria in vino, frumento, atque pecuniis, quâ gratiâ hactenus uti noluit Abbas, quandia nempe aliunde providere sibi potuit: nunc autem quandò pluribus indigeret, undique verò ex Monasterij reddit ibus necessarijs destitueretur subsidijs, praestari sibi aliqua humiliter rogat; contestatus tamen, etsi extremâ penuriâ laboranti firmum ac immutabile propositum animo esse, in pio ac religioso vitæ instituto, cui se semel votis deo factis addixerat, emorì potiùs, quàm fractâ fide fœdari. /m/ Rescripsit patruus affectu m.
Episcopus, cum ijsdem fermè calamitatibus modò conflictari Episcopatum, praeter magnas expensas, quæ fieri necesse erat, atque adeò exhausto ærario argentum superesse nullum, quò succurrere Abbati posset, daturum autem se in mandatis utrique Episcopali Praefecto in Meiserstuhl et Eglisau, ut quoad fieri posset, de frumento et vino quantotius tribuant. Neque interea penitùs oblitus est Abbas subditorum suorum Rhenaugiensium, quos in privatam suam personam non malè affectos noverat, imò multos praeoptantes suum potiùs quàm Figurinorum regimen. Ne igitur se relictos, aut omninò dimissos â Juramento olim praestito crederent, blandas circa finem hujus anni comonitorias ad Praetorem, cunctosque cives submisit, quibus animi dolorem praefert, vicque sibi credibile testatur, quòd plerique in alios mutati fidem juratam abjecerint, nisi ad officium redeant, sibi pessimè consulturos, memorentur suæ â puero conversationis, et promptæ ad benefaciendum voluntatis, quam sæpiùs opere ipso experti fuissent. Cæterum suam gratiam non defuturam ijs, qui constantes in fide manserint, aut pœnitentia ducti sponte ad legitimi Domini obsequia redierint. /n/ Verum n.
sub Figurinorum potestate constituti cives nec respondere quidem poterant, quamvis in partes

/m/ darzu mir Gott. soll helffen, nützt testominder will ich ein frommer handfester Münch ersterben ——.
/n/ domit wir allen künnend mit der tat, und tadlicher hilff unseren günstigen willen erzeigen, so wir gegen üch von unseren jungen tagen an nit gesparet; dan ir unser gemüth, och unser handlung von anfang bis uf die stund mit tuen und lan, worten und werken wol wissent.

Abbas ab Episcopo subsidia quarit;

Rhenaugiæ Cives monet,

divisi, saltem quoad religionem catholicam minime convenirent, plerisque libertati inhiantibus, ac nulli potestati subesse malentibus, prout ipsi Tigurinorum officiales experti sunt.

1531. Anno sequenti trigesimo primo supràquingentesimum et Millesimum die quinta Januarij Ferdinandus huius nominis primus, frater Caroli V. electus est rex Romanorum. In Helvetia verò Badenæ die octava eiusdem mensis celebrata sunt comitia, ubi terminanda fuisset causa Abbatis nostri Bonaventuræ, qui confecerat processum Rottvilæ contra Cleggovienses debitores inchoatum. Præcipuè urgebat Thomas de wellenberg restitutionem Abbatis ex eo capite, quod major pars advocatorum, nempe quinque Cantones, eam decrevissent, Solis contradicentibus Tigurinis, voto autem Glaronensi in suspenso manente; proinde ex veteri Helvetiorum norma rata habenda esse, quæ pluribus placuissent. Verùm cùm hoc ipsum problema maxima esset altercationis causa, et ex alijs Tigurinorum factis nulla spes pro restituendo Abbate affulgeret; is usus facultate sibi reservata Samsone Rottvilæ procuratori contra rusticos cleggovie certamen resumere indulsit. Itaque die vigesima sexta Januarij per Cursorem Judicij Imperialis aulici denunciata fuit proscriptio in dictos debitores, ac nominatim expressi Primores Communitatum in Jestetten et Altenburg, Item Joannes Bercher Ambtmañ Rheinheimensis, cum alijs eiusdem conditionis hominibus. /o/ simul Abbati tradita sunt decreta o.
immissionis in omnia bona tam mobilia quam immobilia proscriptorum. Agebatur autem negotium non verbis tantum aut chartis, sed executores in singulis fermè cleggoviæ vicis pellebant debitores, qui parere detrectabant.

Publicatâ hac proscriptione mox ambo Rhenaugiæ Præfecti Laurentius Zur Eich, et Joannes Albrecht Turegum se contulerunt, senatui proposituri, actum esse de Cleggoviæ proventib

Badenæ frustrà restitutionem urget,

Rottvilæ processum resumit,

Hostis à Tigurinis declaratur, et ex Imperio proscribendus,

/o/ wir Rudolf Graff zu Sulz des h. R. R. Hoffrichter &. darum von Römisch. Kayserlicher Majestet unsers allergnädigsten herren gewalt, so künden wir die obgedachte offen verschriben ächter sambt und sonders, ausser dem friden, in den unfriden, verbieten sy iren freunden, und erlauben sy und ire güter vorbemeltem kleger, iren feünden, und männiglichen &.

proventibus, nisi prompte succurrerent. Tum ingens exorta indignatio, armis protegendos rusticolas, cleggoviam præsidio muniendam. /p/ præcipuus indignationis scopus erat Abbas, quem ipsum quam longissime proscribendum decrevere- p.
runt; eumque in finem ad diversa dicasteria, quâ litteras quâ nuntios direxerunt. Et imprimis quidem scripsêre Waldshutum accusantes Bonaventuram ut fugitivum et furem, qui e Monasterio pretiosa, omniaque documenta abstulerit, atque per fugam sicam omni jure in Monasterium se abdicaverit; quapropter postulant, ne diutius intra muros oppidi eum habitare permittant. re cum Abbate communicata, has litteras waldshutenses ad regimen Einsisheimense, cui immediatè suberant, miserunt, addita totius historiæ vera declaratione. Hæ litteræ illicò æripontium ad Supremum regimen Ensisheimo destinatæ fuerunt, ubi tamen jam alias libellus à Figurino Magistratu contra Abbatem excaratus præcucurrerat, quò postulabatur, ut Abbati processus Zottvilanus interdiceretur, ipseque tanquam hostis Helvetiorum vi fœderis hæreditarij ex terris Austriacis expelleretur. Ad hæc Abbas ad Illustrissimum Comitem de Suez Præsidem Æripontanum non solum, sed etiam ad Pro Præsidem Ensisheimij totumque regimen scripsit, submissè petens, ne fides adhiberetur ijs, de quibus delatus fuerat, se purgaturum testibus, et documentis originalibus, omnibusque accusationibus satisfacturum; se pulsum Rhenaugiâ ob Catholicæ fidei defensionem, quæ unica causa Figurinæ indignationis esset; res Monasterij à se in tutum locum deportatas, ne in manus alienas inciderent. data litteræ die vigesima secunda Februarij. Simul domino Vito Victor Secretario in Ensisheim suum commendavit negotium, plures accludens chartas ad rem facientes, ac præsertim testimonia quinque Catholicorum Cantonum, quibus nihil minus quam hostis reipublicæ, desertor, raptorve, sed potius Patriæ fidelis assertor, legitimus Abbas, verusque dominus Rhenaugiæ, per diploma Cæsareum nuper confirmatus, probabatur. Animum Abbati addidit suo responso Secretarius Victor die vigesima quinta Februarij ex- -arato

sed vano Conatu;

/p/ Wo wir denen, sic scribit ad Fœderatos Abbas, so unter Kayserlichen Zottwilischen gericht gehörend, ainigerlay args durch das zuefügind, so wölend sy die Graffschafft innemmen, sy beschützen.

-arato, monens, ut non obstantibus hisce turbis audacter procedat in processu rottvilano persequendo, regimen utrumque satis informatum esse de Figurinorum genia, eorumque impetus parum curare; propediem expectari æniponto rescriptum.

Defenditur Abbas à regimine Austriaco.

Rescripsit porrò Idem Supremum Ferdinandi Regis regimen ipsi Magistratui Figurino: Abbatis processum coram Judicio Imperiali aulico se inhibere nec posse nec debere, cùm constet, eum non nisi sua, ac sui Monasterij retinuisse, et ulteriùs inquirere, et quidem coram competenti Judice, cùm in Helvetia jam pluries frustrà justitiam imploràrit. addiderant Figurini quasdam minas in suis litteris, si ulteriùs /9/ foveretur Abbas. quibus reponit regimen: Fœdus hæreditarium fortè prorsùs non attinere Abbatem, certè cum non esse eiusmodi hominem, quem detineri in terris velet; proinde ab huigmodi postulatis deinceps parcendum; Cæterùm si ista responsio ipsis non satisfaciat, adesse aliud medium in pactis Fœderis hereditarij præscriptum, quò controversia sine duriori via dirimenda esset; /2/ datum æniponti die Septima Martij. 2.

Copiam huius rescripti, sed et Epistolarum à Magistratu Figurino scriptarum, sæpè dictum Regimen Austriaco æniponianum misit ad omnes Helvetiæ Fœderatos post biduum die nona Martij, additis litteris, quibus perhumaniter rogat, ut Figurinos velint meliora edocere, atque efficere, ut ab huiusmodi postulatis desistant. /3/ Dott- 3.

/9/ Mit dem anhang, wo das nit beschehe, müßten wir witer denken, wie den Sachen zu tuen were, uf das ir by der billikeit, und dem so die erbainung zugäb, bliben möchtend.

/2/ wir kennen och bemelten abbt, aus her kömen und beschicht der handlung, nit für euren veünd erkennen, und das er der ainer were, dem die erbainung nit layden, oder ausschliessen möchte. wo ir aber daran nit begnugt seyn wolten, so erbieten wir uns darum in namen vilgedachter Röm. Kayserlichen Mayestet, inhalt der erbainung, mit üch für zukömen, und laut der selben endlichs austrags zu gewarten; ungezwifflet der abbt werde es seinethalb, wiewol ine die erbainung vileicht nit begriffen möcht, auch nit weigeren.

/3/ So ist demnach im namen Königlicher Kayserlicher Regierungs Räten unser beger an üch, ir wollend die von Zürch dahin wisen, sölichs des abbts erbieten ersetigt, und begnügt zu seyn.

Et Iuvatur à Iudicio Imperiali Ottwilano,

-vilam Figurini pariter die vigesima sexta Februarij mentium ablegaverant, qui ex rationibus supra dictis peteret, ne audiretur amplius Bonaventura. Sed testimonio quinque Foederatorum per Procuratorem ostenso, ipsorum et Figurinorum petitio repulsa, et de novo Abbati omnis assistentia adpromissa, prout significavit Udalrico Ulmer Abbati. quin imò Iudices Imperiales ultrà voluntatem Abbatis progressi sunt, et etiam Subditos Schaffusianos in cleggovia pagis Wilchlingen, Fradingen, et osterfingen, sub pœna imperialis banni monuerunt, ut census et decimas Monasterio debitas non Thenaugiæ administratori Figurino, sed Abbati pendant. Conquestus est hac super re Schaffusiæ consul Joannes de Payer. Cui familiariter respondit Abbas, quem cognatum suum vocat, se inscio id factum, et cum reprehenderet, sibi responsum: id non aliter propter connexionem causæ fieri posse aut debere. Econtra querelas movet Abbas, quod administrator Monasterij omnium Sanctorum prohibitus à Magistratu fuerit, quò minus illi frumentum jam paratum comodaret; petit denique privatum cum ipso Colloquium. /t/ Verum Jacobus de Heidegg Provincialis Cleggoviæ Sulzensis Præfectus, pacem Subditis conciliaturus, utramque partem adijt; et primò quidem Abbatem Waldishuti, quem constantem in suis postulatis reperit: deinde Thenaugiam, ubi instanter ab administratore petijt, ut saltem pro aliquo tempore Abbati proventus quosdam cedere velit; fore, ut à prosequutione litis Ottwilæ desistat. Cum verò fateretur Abbatem ad tradenda documenta Archivi adduci non posse, nihilominùs impetravit, licèt opponere non dubitaverit, absonum videri, Figurinos, qui absque ullis suis impensis tantos reditus de repentè sibi arrogarint, ne tantillum quidem indigenti impertiri velle, cui tamen totum competeret. tandem promisit Laurentius rem ad Dominos suos se relaturum. Secretarius Freij hæc scribens ad Abbatem die 3. Martij laudat Heideggium, qui pro viribus Abbati succurrere, atque Tribunum ad humanitatem flectere adlaboravit. /u/ Equidem cum circa idem tempus administrator cum socijs suis, colonos quosdam coram

t.

Provinciali Cleggoviæ.

u.

/t/ Aber ich wet fast gern mit dir reden.
/u/ Junker Jacob tet gern das best, so es im möglich were; er kan auch dem lenzen treffentlich wol mit worten versezen, und spart im gar nüz.

Judicio Provinciali Cleggoviæ convenisset, Zofingensium Judicium eluturus; Abbas protestationem solemnem opposuit, nihil omninò valituram, quod intrusis officialibus petentibus /w/ decernerentur; quandoquidem ipse Abbas legitimè electus et confirmatus, non solùm à Foederatis advocatis agnitus, sed et à Cæsarea Majestate diplomate nuper consolidatus esset; ac proinde negotia Rhenaugiensia sine ipsius mandato à nemine tractari possent. /x/ accepta hac protestatione Heideggius scribam Provincialem Rhenaugiam destinavit ad Figurinos administratores, Contestatus Judicium Provinciale ultra progredi in causa non posse. Responderunt hi, re Turegum delata scripturos Cleggoviæ Præsidi. Hac dum idem Præses amica epistola Abbati denunciat, simul promittit, quidquid illi scriberent, significaturum. /y/

w. x.

Frustrà urget restitutionem Badenæ.

Neque destitit Abbas Foederatos Protectores suos pro restitutione Monasterij interpellare, sed die decima octava Martij Badenæ congregatis per Thomam de Wellenberg Patrem suum supplicem libellum obtulit, in quo sese purgat, quòd necessitate coactus, et indigentia presposs Judicium imperiale imploraverit contra illos, quos alibi convenire nec poterat, nec decebat; queritur deinde de delationibus Figurinis adversùm se waldishuti, æniponti, et Zofingæ factis, quas in innerentem profusas ait, cum vera unica ac causa præsentis persequutionis alia non sit, quam quòd æterna præferens, temporalia contempserit. /a/ Bona

y.

a Monasterij

/w/ der vermeinten ambtlüt.

/x/ und vorab von ainem Römischen Kayser bestet, deshalb Söllich rechfertigung niemand billicher dan uns, oder denen so bevelch, oder gewalt von uns haben Zusteht; wöllen wir üch hiermit unser schrifft ermand und protestiert haben.

/y/ Sobald mir Solches in schriben Zukombt, wil ich ewer Gnaden von stund an berichten.

/a/ Das ich das Ewig behalten, und das Zitlich verlassen. So ist dan min und miner Convent brüder hochfliessig bitt, anruffen, und begeren ir wöllend als liebhaber rechts und aller billikeit mich in krafft mines Gotthuss fryheiten und brieffen, so wir löblich harbracht, und erworben haben by rechten, und worzu wir recht, fug, und glimf haben, hand haben, schützen und schirmen, und zu minem Gotthus wiederum zu verhelffen.

Monasterij non esse parietibus vacuis, aut loco Rhenaugiæ, sed nominatim cMonachis, qui se divino officio devoverint, fundata; qua propter instantissimè nomine suo horumque confratrum obsecrat, ut pro illorum justitiæ, æquitatisque amore, fundationis què chartas, atque diplomata conservare, eumque cMonasterio restituere velint, cujus dominium ac proprietas ad neminem alium pertinere possit. Verùm prævalentibus Tigurinis nihil efficere potuit, quandoquidem non solùm Abbas noster, aliique Ecclesiastici, verùm etiam ipsi Cantones Catholici mira pati cogantur; ut eadem die scribit ad filium suum Thomas, adesse quidem Episcopi Constantiensis, et Abbatis S. Galli legatos; rectiùs autem facere, qui omninò sileant: unicam spem superesse Deum optimum, qui æquam causam haud diutiùs dissimulare posse videatur; [b] se propediem finitis Comitijs plura relaturum ad filium.

Proscriptiones et Dimissiones Rottvilæ decernuntur.

Hoc in Verum statu Abbas Samsoni Weiss Procuratori Rottvilæ arctiùs coarctare cleggoviæ incolas permisit, qui integras comunitates aggressus sub banno Imperiali injunxit, ut pios mores suos, qui non parebant, vicis expellerent, nec cibum, nec potum, nec habitationem permitterent, litteris publicè affixis in Altenburg, Jestetten, Rechberg, Rheinheim &c. sub nomine Rudolphi Comitis de Sulz, Judicis Imperialis aulici, tum etiam Christophori Comitis de Sellenburg eius vices Gerentis. quin et ipse citatorias attulit, atque emissorias in bona refractariorum, carceres cominatus, et Catenas, nisi tandem Imperialibus decretis paruissent.

Tigurini concordiam ferunt Abbati,

Cùm itaque perspexissent Tigurini, Abbatem Cæsarea protectione munitum nullo terrore à prosequendo processu Rottvilano cohiberi posse, jam meliori via agendum existimârunt. Licet enim adversùs Confœderatos Catholicos arma moturi dicerentur, quibus propediem comeatu interdicturi erant, equosque bello paratos Monasterij nostri sumptibus alebant, Præcones quoque plebem in ultionem injuriarum, ut ferebatur, concitabant; omni tamen industria præcavendum erat, ne possessores Rhenaugiæ redditibus exclegovia destituerentur. Destinarunt igitur Blüwlerum, qui tum una cum Rudolpho Stoll, admi-

[b] Jr kombt noch rechter darvon weder ander vil, so ir die hörtind, wie es inen gat; aberich glob, das Gott nit solichen unwillen ertrag, &c.

Bonaventura

-nistratori Rhenaugiæ assistebat, ad Dominum Joannem Göldlin Prætorem Lucernensem, qui cognatum suum atque amicum Thomam de Wellenberg conveniret, rogaretque, ut auctoritate patria Filium Bonaventuram eò induceret, ut demcò â persequendis cleggoviæ incolis ad tempus aliquod saltem desisteret, oblata eidem ex proventibus Monasterij congrua nec speranda portione. Utrique tam Göldlinus quàm Wellenbergius, quod rogati fuerant, exequuntur: Sed Abbas inter sacrum et saxum hærens, ne quid temerè perageret, libello supplici quinque Cantonibus porrecto die tertia Aprilis consilium expetijt; addens, se malorum, quæ timeantur, utique participem non esse, qui præter Justitiam nihil exigat; si admissò postulato nullum in causa principali remedium sibi foret sperandum, se potiùs ordini juris incepto insistiturum. Interea Magistratui Figurino pro responso datum: Majoris partis advocatorum voluntatem explorandam esse, cui obsequi non renueret Abbas, sub spe efficacis auxilij. /c/ At Catholicis Cantonibus difficile videbatur, consilium in hac parte suggerere, ne aut præjudicium crearetur Abbati, ac universim Religioni Catholicæ, aut ex adverso publicis turbis ansa præberetur, quibus et ipsi involvi possent. c.

Et urgent, ut acceptet cum reddituum portione.

Moram interim rumpit Senatus Figurinus, datisque litteris tam suo quàm Glaronensium nomine, Bonaventuræ, restituto Abbatis titulo, /d/ proventus pro decenti victu non solùm offerunt, sed et rogant, ut acceptare velit. Significato enim animi dolore, quòd Abbas, et quidem Patrix ipsorum familiæ pensionem jam dudum oblatam recusasset, sub onere tradendi documenta necessaria; ægrè se tulisse testantur, quòd colonos in cleggovia cum magnis Monasterij impensis proscribi curasset, proventusque arresto afficisset; petunt, ut pecuniam præsentem acceptet, donec Suppensis decretis Rottvilanis; in proxímo d.

/c/ uf das ansuchen sigend wir mit wüssen und willen der meertheil unser herren schirmherren gehorsam zuhören, was hieff man uns tuen wölle.

/d/ dem Erwirdigen Erfamen herren Bonaventuræ des Gotzhus Einow abbt, unseren günstigen lieben herren un Gutem Früend! üch sigend unser gutwillige dienst mit erbietung gebürender ehr zuvor.

-ximo conventu in Turgovia celebrando meliùs ip-
-si provideatur, ad quem ipsum quoque Abbatem
invitant. /c/ Adduxit, ex nuntio præsenti certiora e.
percepturum, qui hoc ipso in itinere mandatum
eorum administratori Rhenaugiæ traditurus esset.
Abbas eadem die acceptis hisce litteris, cùm illico re-
-spondere non posset, schedulam duntaxat tradidit,
quâ fatebatur, litteras sibi fuisse consignatas, ce-
-terùm per angustiam temporis mentem suam decla-
-rare, aut cursum processûs Rottvilani suspende-
-re non posse; præstolaturum se conventum in Tur-
-govia indicendum, atque missurum, qui audiat,
an sibi conducibilia proponerentur, sine ullo ta-
-men jurium præjudicio. Cùm autem nuntius no-
-mine administratoris Rhenaugiæ Abbatem Schaff-
-husium invitasset ratione tradendæ pecuniæ,
tunc quidem respondit, sibi congressum illum
non displicere, at mutata mente et iter et pe-
-cunias respuit.

Abbas Consensum differt.

Cùm interim executiones in Cleggovia non
cessarent, decrevit Senatus Tigurinus, operâ uti
Heideggii ejusdem comitatûs præfecti, ut Ab-
-batem ad aliquam conventionem permoveret.
Ad hunc igitur ire jusserunt Administratorem
Rhenaugiæ multa bona promissa offerentem.
Ille vicissim colloquio cum Abbate habito, ejus
responsionem per Secretarium provincialem Rhe-
-naugiam direxit, quâ concordiam non abnuit
quidem, sed perspiciendas prius esse ejus conditio-
-nes, edixit; ne suis juribus derogare aliquid
posset. Responsio Abbatis Turegum relata, unde
litteræ scriptæ nomine trium Cantonum Turegi,
Bernæ et Glaronæ ad Heideggium, quibus se-
-curus Comeatus pro Abbate ad Congressum
Zur Sachy celebrandum continebatur. Has sit-
-teras

/c/ So langt in unser, ouch gemelt unser aydgenos-
-sen namen, an üch unser gar fründlich beger, das
ir uns zu fründlichem gefallen den Rottwilischen
process und kosten abstellen, die Büderben Eät
widerum zu huss und heim komen, und den
Gotzhus das für us dem arrest volgen, und
üch so fründlich hierin bewisen, als uns nit
zwifflet ... wir haben dem pfleger geschriben,
üch ain benamptliche summa gelts für zestreken,
mit bitt, solliches im besten, dermeinung es ouch
beschicht, von uns mit gutem willen für dismal,
unts uf witerer uer versehung an zenemen ...
von Zürch und Glarus verordnete Eät und Sand-
-botten jetz uf den tag zu Zürch.

teras una cum alijs nactus fuerat Secretarius Freij, quas clam descriptas prævie submisit Abbati die prima Maij, ne incautè responderet Heideggio, aut quidquam cum irreparabili damno iniret. Pensanda esse quædam dubia eiusdem comeatûs verba; Sursachium Fidei Figurinæ ac propemodum potestatis esse; bedi instantis murmur increbrescere; impetendos Pagos Catholicos, quam primùm Joannes Jacobus Mediceus Dominus in Miis à Memoratis tribus Cantonibus in Grisonia debellatus fuisset, denique excidere Præfectis Figurinis quandoque verba in Abbatem malè affecti animi signa. His rationibus permotus Bonaventura Surzachium pro Loco congressus prorsùs respuit, ac potiùs oppidum Thiengen aut Waldshutum, ubi satis tutus esset, obtulit. verùm cùm hæc vicissim à Figurinis respuerentur, Schaffhusium ab Abbate præeligi capit, dumodò firmum comeatum à Magistratu obtineret; ac ne ulli periculo sese exponeret die undecima Maij Consulem Ziegler virum Nobilem, Amicum et Cognatum suum consuluit; qui respondit, facilè impetrandam publicam securitatem, quamquam eâ opus non esset, cùm de fide Schaffhusianorum dubitari nequeat. die decima octava Maij alia Litteræ patentes pro salvo itu reditúque Abbatis in oppidum Schaffhusij Turego venêre Zhenaugiam, ac deinceps per dominum de Heidegg Abbati consignatæ. Venerunt simul secretæ Litteræ Senatûs Figurini ad Schaffhusianos, quæ cùm denuò secretario suspectæ viderentur, monere non distulit Abbatem die 19. Maij, ne Schaffhusio se committeret, nisi et ab hoc Magistratu public. fide præscita; audiri enim Schaffhusianorum querelas, quod documenta aliaqs pretiosa olim in sequestrum posita abstulisset Abbas, nec hactenùs restituisset, prout tamen, sed falsò, promisisse dicebatur. Rogat Secretarius Abbatem, ut si fortè et ipse congressui adhiberetur, nulla signa specialis amicitiæ aut daret, aut à ipso exspectaret, ne circumstantibus malè suspicandi occasio præberetur.

Convenient Schaffhusij partes,

Petito igitur et impetrato à Senatu Schaffhusij speciali Libero comeatu, ibi Convenêre partes die vigesima secunda Maij, et Arbitri sequentes electi: Stellerius de Tschach Eques in Mensperg Lucernas; Gangolphus

Trullery

Abbas XLIV.

Trullerey, et Christophorus de Grüet Schaffhusiani; Ioannes Iacobus de Heidegg Præfectus in Lüfsenberg, Wolfgangus de Winkelsheim, et Hartmañus Holtzman de Waldshut. statuti sequentes articuli: Primò praeter proventus omnes ex dominio in Buskenried Alpegoviæ, quibus hactenus fruebatur Abbas, ei statim ab administratore Rhenaugiæ centum circiter modij Frumenti, quatuor plaustra vini, et trecenti aurei submittantur cum alijs utensilibus, quæ in domo Abbatiali relicta fuerant. Secundò per annum unum duret concordia, et interim suspendatur processus Rottwilanus. Tertiò documenta Abbati administratori urgentibus negotijs exigenti tribuat, post usum restituenda. Denique conventio ista juribus Abbatis nullum præjudicium creare possit. Voluit tamen Abbas statim ratum dicere contractum, sed quatuordecim dies usque ad nundinas Turgachienses sibi ad deliberandum reservavit. Misit interea ad quinque Cantones Catholicos tranſumpta concordiæ; addens, ex consilio Senatorum Lucernensium, ac præsertim Stelleggij de Eschach se non potuisse respuere congressum illum à Tigurinis amicè oblatum. duplex data responsio, una specialis à senatu Lucernensi, altera à quinque Cantonibus simul, quæ in tantum probabantur inducias, ut neque ipsis advocatis neque Monasterio quidquam inde decedere intelligatur.

Et Pacta ineunt,

Duo Exempla Secretarius Freij in majori charta Rhenaugiam reversus descripsit, quæ forsice fluctuante divisa, [f] pro ritu illorum temporum, partibus traderentur. Destinatus est die quinta Junij ipse Secretarius ad Abbatem, ut secundo sibi itinere mediam Chartam deferret. At domum reversus acerba increpatione ab administratore fuit exceptus. Is enim tunc primùm alterum exemplar attentiùs relegens vehementer irasci cepit, quod in instrumento omissus esset articulus à Dominis suis tanto ardore expetitus, quò cavendum erat, ne Abbas ullos redditus Monasterij, excepto loco Buskenried, Rhenaugiam deportari impediret. Propè fuit, ut concordia revocaretur. Post depexum egregiè Secretarium, cui istam omissionem imputabat, consilio tandem Joannis Hebrecht Præfecti, nova exemplaria per eundem Secretarium describi fecit, quibus articulus ille insereretur. Ne tamen Abbatem hæc mutatio à consensu revocaret, tertium articulum mitiùs explicari jussit, ne nimirum Abbas

f.

[f] Ausgeschnittener Zedel.

Authographa documentorum tradere teneretur, sed tantùm transumpta, et hæc duntaxat casu, quo ambæ partes litigantes ad ea provocarent. quæ Confirmantur. Instrumentum sic correctum administrator sine mora misit Abbati, scripsitque Rudolphum Stoll Comissarium Tigurinum detulisse simile exemplar suo Magistratui, ab eóque approbatum. purgat mictationem factam, cuius culpam rejecit in secretarium, cùm ipse omissi articuli expressam mentionem fecisset coram Arbitris, ipsoque Abbate audiente, qui si difficultatem moveret, arbitrorum Judicio foret standum. Facilem ad hæc se præbuit Abbas, receptis per Dominum Melchiorem de Gachnang pecuniis, vino quoque ac frumento die decima quinta Junij per Rhenum advecto. Ita diu cum paupertate luctatus Abbas aliquamdiu respiravit, cui necdum spes erat, post medij ani circulum Deo Mirabiliter disponente, recuperandi totum, quod amiserat, cum benedictione cælesti, ac pro laboribus exantlatis superabundanti.

Suspenditur Rottwilæ processus. Mox Abbas Procuratori Samsoni Weiss Rottwilæ in mandatis dedit, submissa Cantonum Catholicorum approbatione, ut interim suspenderet ulteriorem processum. qui die Sexta Junij rescripsit, se pariturum; novas tamen litteras executoriales jam ex Judicio aulico emanatas consignari fecit, quas Abbas reservare, et Apparitorem Imperialem, qui eas deferre solebat, prohibere posset, ne promulgaret. Rogat pro communicanda concordiæ notitia, quam non respicit, dummodò nihil in ea de proscriptis in Leggovia statuatur, donec expensas omnes solverint. /g/ g.

Facta est igitur Procuratori Conventionis copia, quam non displicere Judicibus rescripsit Procurator die quarta Julij, maximè quòd nihil pro proscriptis contineat, cum quibus ne quid Abbas durante tempore induciarum tractare velit, commonet, quod si Tigurini quidquam moturi sint, id pariter sine præjudicio hujus Concordiæ à Judicibus Imperialibus pertractandum fore. /h/ h.

1531. P. Jacobus Weingartæ. Die vigesima quarta Junij, cùm spem restitutionis in Monasterium jam dilatam cerneret Abbas Bonaventura, dilecto filio suo Religioso Jacobo de Bayeren, in Monasterio Weingartensi hactenùs comoranti, ne hospitantibus diutiùs onus et gravamen inferret, facultatem litteris patentibus impertitus est, Beneficium acceptandi Ecclesiasticum cum vel sine Cura, usque ad eius revocationem. At Humanissimi Weingartenses

/g/ wend Sy aus der acht, so ligends, wie Sy daraus kömen.

/h/

non dimisêre Iacobum, ac præcipuè Abbas Ger-
-vicus de Blarer, vir ille Eximius, et in utraque
aula tam Caroli, quàm Ferdinandj acceptissimg.
unde Iacobus noster postea ad Abbatem suum scrip-
-sit, Weingarta omnia esse quieta, Regionem totam
Catholicam, et ad arma paratam, si fors protestan-
-tes turbas molirentur; Diversa de Helvetiis spar-
-gi, certiora edoceri cupere Abbatem Weingarten-
-sem. Et revera cuncta bellum prospiciebant in
Helvetia. qua de re Thomas de Wellenberg die
quarta Julij animum fecit filio; cum enim solius
religionis causa in dies præstolarentur Catholici
arma â protestantibus inferenda, in solo deo spem
figendam esse, qui justam causam non deseret,
nec eos, qui spretis temporalibus animas
servare cupiunt, derelinquet. /i/ i.

Rhenaugiæ seditio Civium

Neque Rhenaugiæ hoc tempore resinter cives
quieta, qui gustata religionis libertate omne ju-
-gum excutere nisi, omnemque in partem recalcitran-
-tes, tam Præfectis Figurinis, quàm mutato fidei
auctori Dietherico de Hasenstein se inmorigeros
et inobedientes præbuêre. Specimen affert Joan-
-nes Georgius Freij secretarius in literis ad Ab-
-batem datis in facto quodam, quod contigit in festo
S. Bartholomæi Apostoli die vigesima quarta Au-
-gusti. Cùm enim Hasensteinius in templo S. Nicolaj
verba ad populum facturus esset, cives Conventum
in domo comunj celebrarunt. Itaque medio Ser-
-mone finito sensim intrant, vacuos scamnos occu-
-paturi; quos Præco vehementer arguere, eos, qui
reliquis exemplo præire deberent, negligentiores
esse, verbum dei contemptui habere, denique hoc
tempus non esse Conventibus policitis aptum.
Prætor Joannes Suhiman, cùm postremus fermè
ad januam Ecclesiæ staret, se continere non valens,
alta voce reposuit, conventum debito tempore ha-
-bitum fuisse, atque sæpiùs similiter habendum;
conclamant alij, se non fuisse publicè arguendos,
Præconem utique dominum Rhenaugiæ non esse,
qui hujusmodi præcipere aut prohibere posset.
Regessit ille, neque ipsos esse Loci dominos.

/i/ Wir erwarten alle stund, die weil wir unsrin
iren globen nit begeben wollen, eines kriegs,
da wir uns mit guter hilff weltend weren,
und zu hilff nemen die Göttlich gerechti-
-keit, die wir als christen der kirchen, so die leid
antrifft, habend, och in dem irdischen diser zit nach
bishar rechtlos müssend sin, das wir bishar umb
Gott gelitten, der geb jetzt ein anders.

Bonaventura

Tumultu ingravescente, plerique concionem deserunt, et debito fine coronant. Postridiè Prætor iterum conventu Civium habito Præconem citat, ob factum hesternum vehementer objurgat, atque ab officio removet, ulteriùs pro Pastore haud quaquam agnoscendum. Hic Frauenfeldam ad Præfidem eiusdem religionis Glaronitam recurrit, à quo decretum ad cives impetrat, quò jubentur quiescere, donec visitatores à Cantonibus deputandi advenerint.

utcunque sopitur

Advenêre die vigesima Septembris Senatores ex Turego, Berna, Solodoro, et Glarona missi, unacum præside Provinciali Turgoviæ Philippo Bruñer, et Supremo Præfecto, quem super omnia Monasteria in potestatem reducta constituerat. Hi convocatos cives objurgant, factum reprobant, negant ipsorum juris esse, Pastorem constituere aut abrogare, sed eam potestatem soli Domino ac Possessori Monasterij Competere. Tum ijdem visitatores rationes dati et accepti ab administratore Laurentio Zur Eich excipiunt, qui specialiter postea duobus Tigurinis Senatoribus et visitatoribus memoriale obtulit, in quo graviter contra Rhenaugienses conqueritur, quòd regimini Monasterij sese immiscere, illudque sui Juris facere præsumant, Sylvarum, agrorum, aquarum dispositionem sibi arrogent, jurisque dicendi potestatem involent. /K/ quæ quidem Possessoribus Monasterij valdè pernitiosa fore, multis rationibus probat, timendumque, ne incolæ cleggoviæ eodem jure usi, decimas confusque Rhenaugiæ sint negaturi. Hæc quidem sæpè Laudato Secretario Freij clam descripta debemus, demonstrantque, quæ confusio mutata religione, et absentibus archivi monumentis tunc prævaluerit, quæ in posteros propagata,

/K/ Das die zu Einow etlich lüt sich mit einander vermessen, wie sie das gedaucht closter wellend regiren, und verwalten ... das ermeltem closter im kurzem zu grossem merklichem nachtheil und abbruch, und verderben möchte komen; si möchtend gern ire klauen darin schlingen, also das im holz, im veld, ingebotten und verbotten, auch auf dem wasser, und in summa in allem dem, damit ein closter umgaut, selbs gern herren und gewaltig sin.

K

Sera

Sera vestigia reliquisse videbimus.

Catholici Federati Comeatu privantur,

Gliscebat interim scintilla belli intra utriusque religionis Foederatos, quae tandem mense octobri in apertum erupit incendium. Privare-zant Zwinglij dogmatibus addicti jam à mense Maij Catholicos obtentu quarundam injuriarū verbalium, quas tamen non minores sii in se rejectas fuisse querebantur. Intercessēre discrimini oratores ex Glarona, Friburgo, Solodoro, et Abbatiscella submissi, qui alio pacto pacem conciliari non posse estimabant, quam̀ compensatis et condonatis utrinque injurijs. At protestantes exigebant insuper, ut liberum utriusque religionis Exercitiū in ipsis quoque Catholicorum terris admitteretur, aut saltem permissum esset, impunè de Controversijs Fidei articulis loqui, atque libros praesertim veteris ac novi testamenti, quos magna copia paratos habuisse dicebantur, legere. quam conditionem periculi plenam cum̀ respuerent Catholici, coacti sunt ad medium fermè annum penuriam praesertim in frumento, vino et sale sustinere. Tandem cum̀ spes nulla remedij superesset, die nona octobris Provinciam liberam ingrediuntur Catholici, et die sequenti cum mille ac ducentis armatis Dynastiam Altstirch Equitum ordinis Teutonici occupant, cuius commendator Nobilis de Mullinen Bernates ad suos aufugerat. ibi in Ecclesia prorsus spoliata, erecta Castrensi ara celebrationem Missae peregerunt.

Arma assumunt,

Eadem die Tigurini pariter armati veniunt Capellam, ituri obviam hosti in liberam provinciam irrumpenti. cum̀ verò majorem partem exercitus Catholici convenisse Tigurum comperissent, sumo mane diei undecimae per nuntium monuerunt suos, propiorem esse hostem, quam̀ crediderant. subitò urbe effunduntur Tigurini magno apparatu Bellico praesertim tormentis instructi. Castra Capellensia munientur, pro situ suo aliàs satis tuta. progrediuntur Catholici, audita Tugij missa, versus meridiem hostem quaesituri, vixque more solito bellum denuntiaverant, cum explosis tormentis excipiuntur, atque diu ab aditu arcentur. Propè fuit, ut à consilio aggrediendi hostem desisterent, cum manus armatorum duce Joane Jauch uranensi, quondam Sarganti Praefide, Longius progressi exploratum, qua parte castra

Tigurinos praelio vincunt.

munita adoriri possent, per sylvam locum commodum nacti, forti animo dant initium prælio cùm Sol jam ad occasum ad horam fermè quartã vergeret. mox reliqui magno clamore insequuntur, Tigurinos ex omni parte coarctant, et primò quidem acriùs resistentes pellunt, mox penitùs fundunt. Fit fuga prolixa Tigurinorum domum citato cursu remeantium, quos Catholici cum aliquamdiu persequuti fuissent, tùm nocte jam nocte victores in castra hostium revertuntur. Scribitur, pugnantium Tigurinorum fuisse undecim millia, Catholicorum millia octo, cæsos in acie ex /C/ Tigurinis sexcentos supra mille, Catholicorum triginta desideratos. Signa quatuor occupata, tormenta octodecim. Gratias omnes de Genu Deo egerunt, recitatis quinq; orationibus dominicis, et salutationibus Angelicis, qua precatione præmissa pro more etiam palæstram ingressi fuerant. Primum impetum in hostem cum Joanne Jauch fecisse thoman de wellenberg, quidam haud obscurè insinuant /C/ a.

Interim dum ingens trepidatio Turegi exoritur, victores in campo jacentes spoliant, vulneratos curant, moribundos ad exhomologesin hortantur, non frustraneo apud quosdam labore. Hos inter Zwinglium offendunt in terra pronè jacentem, quem verso corpore cum ad sacramenta percipienda excitant, abnuentem nonnemo ex centurionibus superveniens ferro in gutture transfigit. Agnitus postea, certisq; indicijs exploratus, tertia post victoriam die publico militum Judicio in quatuor partes dissectus crematur. Succubuêre præterea Gerold Eggius ultimus ex Eremo Monachus, ac Zwingly fautor præcipuus, nec non Wolfgangus Joner Capellæ quondam Abbas, aliique circiter quindecim ejusmodi Ministri: ex Senatu verò interiori novem, et nowendecim ex ampliori.

At Tigurini undique exercitu coacto ac restaurato, junctis Schaffusianis, Sangallensibus, Toggijs, Turgovijs, aliisque, iteratò aciem contra Catholicos in Tigurinum ditione

---

/C/ Tot circiter à se vivos testatur Joannes Göldlin Prætor Lucernensis, ac militum ductor, in descriptione Msc. hujus belli.
/C/ Stettler part. II. pag. 48.

Instruunt

instruunt. Manipulus Catholicorum in provin-
-cia libera accessionem militum circiter mille,
Duce Joanne Baptista de Insulis Genuensi, cive
Lucernensi, acceperat, quos Summus Pontifex et
Imperator submiserant. Ii quoque Tugium se
contulêre, quò ex valesia Mille armati jam ad-
-venerant: At Bernates accepto cladis nuntio, ac
Murensi Monasterio expilato, junctis copijs ex
Basilea, Solodoro, Mülhusio, et Bïcela Tigueri-
-nis adproperavêre, Catholicos unitis viribus
aggressuri. Exercitus triginta Millium in-
pristino loco juxta Capellense Monasterium con-
-stitisse fertur. Catholici mille ferè viginti pla-
-nitiem quandam occupabant juxta Barensem
pagum; quin tamen per aliquot dies manus con-
-serere præsumerent. Tandem consilio habito
octo millia ex Tigurinis, Schaffusianis et Ter-
-goicis, à Tergo Catholicos includuri montes cir-
-cumeunt, depopulatis quibusdam Tugiorum vicis, prædæ opipara Einsidlensi inhiantes. Mo-
-ti suorum damno Tugienses Ducibus se sistunt,
si permitterentur, vel soli prædas repetituri. ad-
-juncti tamen illis sunt quinquaginta fortissimi
ex singulis Cantonibus, unacum Italorum Cohor-
-te, qui simul omnes Millenarium numerum non
excedebant. Hi itaque Duce Joanne Hug Lucer-
-nate, accepta tessera Maria Mater Dei die
vigesima tertia octobris per invia, per facies et
rupes, semitis Tugiensibus notis, hostem explorât,
noctis silentio progrediuntur, et ne falleretur
in discernendo hoste præ socio, camisias albas re-
-liquis vestibus imponunt. Erat secunda post
meridiem hora, cùm in Monte Tugio Castro- (forsi vulgò Gubel,
-rum custodes ad ignem adrigilantes offendunt, re-
-liquos magnam partem sopore sepultos cernunt.
Sed Tugij more impatientes, et irarum pleni, ob-
-vios quosque invadunt, trucidant, et socios, ut
victoriæ participes essent, magno clamore sub-
-sequi jubent. Primus hostium ordo facilè pulsus,
Sed alter ad factum sagitæ à priore distans
per integræ horæ spacium irruentes sustinuit.
Tandem effusâ fuga quaquaversum sine or-
-dine dilabuntur, multique mortem, quam
effugere cupiebant, per præcipitia ruentes sibi
accelerant. Hoc in prælio unus supra triginta
ex Catholicis occubuit. ex Protestantibus supra
octingentos cecidisse monumenta tradunt, inter
quos Nobilis Marcus Zusinger de Zusikon Caper-
-sviticanus, quondam Thenaugiæ Præfectus, sed
Basileam profugus. Plures hostium capti cum
undecim tormentis, et quinque Signis; inter

Ita Monte Tugienses
Scultetus Gubel
Secundi fundunt.

primores erat Franciscus Ziegler Joannis Consulis Schaffhusiani filius, qui trecentos et quinquaginta armatos ex sua patria adduxerat; ex vulnere Lucernae decubuit, ex quo etiam mortuus, cuius filia ursula Jacobo Feer ibidem senatori nupta, filius verò Joannes Jacobus postea Schaffhusij Consul. Ex eodem Cantone in hoc praelio interiê- -re tres et sexaginta. Sequenti die ex catibu- -lo extractus Philippus Bruner Glaronensis Praeses Turgovia, qui subditos ad praesens bel- -lum excitârat, deinceps Praefectura privatus. Is paulò ante cum alijs Rhenaugiae visitator fuit.

Turego imminent.

Eodem tempore Figurini montem Hezelium occupaverant. Hos ut deturbaret, manus Catholicorũ missa; cuius conspectu perterrefacti illi deglomerant, Turegum novo timore implent, adesse Hannibalem an- -te portas. Catholici usque ad pedem montis subse- -quuntur, et primò quidem villam Horgen, deinde reliquum agrum depopulantur. Subitò in castra ad Capellam mittitur, qui Figurinos ad defenden- -dam propriam urbem revocaret. Bernates in oppi- -dum Bremgarten revertuntur. Schaffhusiani, Doggij, Turgovij domum remeant. Adsunt interea Media- -tores Legati Christianissimi Regis, Ducis Sabaudiae, et Marggravij Badenae, nec non ex Glarona, Fri- -burgo, et Abbatis Cella. verum cum postulata Catholicorum duriora viderentur Magistratui Figurino, subditi extra urbem vastationem me- -tuentes, quendam hominem rusticum sed industri- -um ex Horgensi Monte cum tribus socijs ad Catho- -licos destinant, qui paratos testaretur ad amplect- -endas conditiones à Catholicis propositas. In- -dicitur Dies ac Locus pacis Sanciendae. Nec mora advenient etiam oratores à Senatu Figurino missi cum plena potestate sine arbitris subscri- -bendi pactis. Res ad votum Catholicorum con- -fecta die decima sexta Novembris, in pratoquo- -dam territorij Tugiensis; firmatur recitata quin- -quies solita precatione, manus dantur, et more Germanorum in pristinam amicitiam bibitur. In- -gens gloria Catholicorum pagis apud exteros ex- -inde orta, et obliterata ignominia, quam lapso biennio contraxerant.

Pax Sancitur.

Pacta pacis.

Transumptum vidimatum huius pacis ex cancellaria Turgovienſi Abbati nostro Bona- -ventura communicatum; Cuius Articulo primo Fides vera, indubitata, et Christiana in quinque Cantonum territorijs sarta tecta servetur. Includuntur deinde hac pace omnes alterutrè parti adhaerentes, exceptis Bernatibus, Provin- -cia Liberâ, Bremgartenſibus, Mellingenſibus,

Zapelswilanis, Doggenburgijs et Gasterensibus. Secundò articulo admittitur Dominium rectrique parti ab antiquo habitum, ita tamen, ut qui fidem + deseruerint, redire liberè possint, ijsque restituantur Parochi Catholici, licèt forte pars major retineat alterius fidei Præconem. Tertiò Tigurini se abdicant Dominijs eorum Locorum, quorum ante nullo potiebantur jure. /m/ Quartò Iubentur tradere Litteras cassandas, quibus municipium concesserant Constantiensibus, Strasburgensibus, et Landgravio Hassiæ: Item pacta cum Bernatibus pro Defensione novæ fidei in Turgovia; denique instrumentum pacis de anno 1529. prorsùs irritum declaratur. Quintò Cantonibus Catholicis restituantur expensæ belli tunc solutæ; Ecclesias spoliatas victi ad arbitrium victorum teneantur ornare. Sextò quicunque oppressi utriusque status tam Ecclesiastici quam Sæculares audiantur, eorumque causæ juxta formam juris præscripti dijudicentur. Septimò, quibus jura ante præsens Bellum occupata, alienata, aut destructa; restituantur et reparentur. /n/ Octavò captivi mutuò comittentur, reliqui à Tigurinis soluto citro redimantur. n.

+ Catholicam

à Bernatibus quoque subscripta.

Bernates hac pace offensi exercitum reduxerunt patriam defensuri, forti tamen præsidio in Bremgarten et Mellingen relicto. At verò Catholici liberam provinciam ingressis præsidiarijs aufugêre, urbesque cum Zaperswila sese arbitrio victorum permiserunt. Mulcta imposita, ut mœnia diruerent, quæ tamen remissa fuit, cùm promisissent, se redituros in gremium Ecclesiæ. Zaperswilæ ejecti fuerant viri Catholici Caspar Göldlin, Prætor Biurover, et quæstor Lussi: hi restituti, proscriptis adversarijs, aut etiam vitâ mulctatis. Bernatibus interim ad Castrum Lenzburg Consistentibus gregarij milites seu metu seu lædio affecti nullis imperijs parebant, plerique domum dilapsi signa destituta reliquerant. quapropter manus dare coacti, agentibus laudatis Mediatoribus similes pacis articulos die vigesima quarta Novembris Bremgartæ subscripserunt. Erumpente bello Tigurini cum Ber-

/m/ Sollen und wollen wir von Zürch uns hinfür keiner herrschafft, so uns nützit angat, und da wir kein regierung habend, gar nützit annemen noch beladen.

/n/ Dem das sin vor diesem Krieg und Endbörung endwert, oder nidergeworfen, widerum ersetzt, und vergolten werde.

-natibus totum Rheni tractum, atque adeò Rhe-
-naugiam præsidijs firmaverant, veriti, ne sub-
-sidia ex Imperio Catholicis advenirent. Zott-
-vilani quadringentos Sclopetarios miserant, quos
ne vim inferrent, monuerant ipsi Fœderati Catho-
-lici, ut interim, dum necessitas aliùd exigeret,
Waldishuti consisterent, grati scilicèt hospites
Abbatis nostri Bonaventuræ. Pace firmata
Primores subsidij Zottvilani Badenæ per ali-
-quot dies honorificè excepti, ac postea legatio-
-ne pro gratijs honorati. Festo S. Catharinæ
prima Missa denuò lecta fuit in Tengen Pa-
-rochiali oppidi Kyserstuhl, ubi à die Epipha-
-niæ Sacra exulaverant. Idem factum in festo
Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ
vice restituto Abbate S. Galli Diethelmo Bla-
-rer de wartensee. Schaffhusiani in gratiam
victorum recepti datis mille coronatis. Solod-
-ro pecunia remissa, ut Prædicantes pellerentur,
quod tamen difficultate non caruit. Piam pe-
-regrinationem ad Tavmaturgam Einsidlensem
Catholici Fœderati in gratiarum actionem tan-
-ti Beneficij Divinitùs concessi peregerunt.
Sixtus Pontifex tantam victoriam illis prolixè
est gratulatus: Idemque fecit Cæsar Carolus V.
misso oratore Balthasaro de Zamschwag, dum
Fugij pace restituta essent congregati pro spolijs
inter se dividendis, alijsque negotijs peragendis; ubi
simul eos officiosè monuit, operam darent, ut Mo-
-nasteria Monachis et Abbatibus exulantibus,
atque Ecclesiæ cultui Divino et Catholico resti-
-tuerentur; quod quidem Rhenaugiæ victis obsta-
-culis propediem factum.

Rhenaugiæ perturbatio.

Ibi enim magna confusione animisque pertur-
-batione ex eventu belli affectos fuisse, qui Tigu-
-rinarum partium erant, scripsit ad Abbatem
Secretarius Joannes Georgius Fryj. quapropter
administrator Laurentius Zur Eich Consilij inops
à Magistratu mandatum expetijt, quid facto
opus esset, si Abbas redire tentaverit, aut lega-
-ti Catholicorum advenerint? Respondit Senatus,
Abbatem admitti non debere, sed verbis opportu-
-nis avertendum à proposito, donec de rebus inter
Fœderatos melius conventum esset. Legatos non
venturos, nisi priùs alio Convertu inter partes
habito. At verò Bonaventura rebus Monaste-
-rij consulturus, litteras graves, humanas tamen
die vigesima secunda Novembris dedit Rhenaugi-
-am ad Prætorem, et quatuor de eius consilio,
postulans, ne quid ex Monasterio aliorsum trans-

Abbas cives et officiales monet,

-ferre

ferre paterentur, cum ipsi ante duos et dimidium annum prohibuissent, ne plura in tectum collocare posset. Simul alias scripsit ad Præfectum Joannem Albrecht, et secretarium Frey, monens eos, ut cives Ehenaugiæ ad officium reducere satagerent. Non muetum in hoc negotio laborasse Præfectum rescripsit secretarius, licet videatur, reditum Abbatis optare, solitus ad omnem auram mutari. /o/ Ceterum se credere, plerosque cives regimen Abbatis non abnuere, neque tamen perinde in religionem catholicam propensos esse, ab hasensteinio iugiter obfirmatos, ne, ut ajebat, pro modico lucro religionem venalem habeant. Reliquis tenatiores esse Prætorem Huchimañ, et ex familijs Simler et Schweitzer Hasensteinij propinqui. o.

Figurinis scribit,

Exploravit quoque animos Figurinorum Abbas scriptis literis, quibus restitutionem Monasterij postulat, à quo invitus discesserat. At Figurini captantes verbum ex ipsius confessione judicatum Abbatem responderunt, qui Monasterium deseruerit, atq; adeò omni jure ad illud sese abdicaverit. Id sine mora Abbas Parenti suo Thomæ de Wellenberg tunc Badenæ cum Fœderatis versanti nuntiari curavit, ut Clipeum paratum haberet, si fors Figurini his telis uterentur, quæ tamen à Catholicis Protectoribus excutienda credit, in quos post Deum totam spem suam constituerit, cum hactenus ob id unum tanta mala perpessus fuerit, quod juramentum præstitum noluerit violare. /p/ Gratulatus fuerat Abbas ex animo Catholicis Cantonibus ad festum S. Andreæ Jugij congregatis ob insignes victorias, pacemque Patriæ restitutam. Rogavit simul, ut sui meminisse dignentur, qui solius Fidei Causâ exul hactenus cum conventu penuriam pati coactus fuerit; providere velint, atque disponere, ut juxta fundatorum mentem, et votorum exigentiam Deo inservire, et pro conservanda pace, omniumque incolumitate fundere preces possit; denique ipsi facultatem tribuant aliquem Ehenaugiæ constituendi, qui invigilet, ne quid de rebus Monasterij depereat. Datum Waldishuti die trigesima Novembris. Descripserunt illicò Protectores Catholici Litteris huma- p.

à Catholicis Fœderatis restitutionem petit,

/o/ Er hat bisher allweg sin mantel nach dem wind können henken.

/p/ dan ich in Gott und sy vertruwe, dwil ich doch nun lid, das ich minen aid nit brechen will.

qui condicunt, -nissimis, /q/ in quibus ajunt: cum præsenti in Conventu ob innumera impedimenta istud negotium pertractari nequeat, singulis oratoribus comissum fuisse, ut ad Magistratus suos reffe-rant, ad proximum conventum post paucos dies nimirum decima quinta decembris Badenæ celé-brandum, cum plena potestate redituris, et ne Figurini remoram objicere possint, id ipsum eorum legato injunctum; hortantur quoque Abbatem, ut ipsemet comparere velit; denique Administratori Rhenaugiæ gravissimum man-datum fuisse submissum, ne quid de rebus mo-nasterij alienare, aut transferre præsumat, usq; adulteriorem eorum dispositionem. Literas fi-niunt testificatione promptissimæ voluntatis quâ Abbati efficaciter consultum vellent. /2/ Subscripti quinque Cantonum legati, cum si-gillo Reipublicæ Tigurensis. Mandatum illud ad administratorem directum, ab eoque acceptum, sed occultatum, et ad Magistratum Turicensem pro obtinenda informatione communicatum fuisse, significavit secretarius Abbati die octava de-cembris. quamcunque tamen instructionem re-ceperit, constat Schatium Turicensem tandem reliquorum Fœderatorum voluntati plenè de-tulisse. g.

et reipsa restituunt. Contulit enim se Abbas Bonaventura Waldishuto Badenam præfixo tempore, ubi die decima octava decembris in pleno oratorum consessu decreta ipsius ac conventus restitu-tio in pristinam possessionem et omnia jura; quin et Mandatum, et administrator ratio-nem suæ villicationis præstet in præsentia Deputatorum quatuor Cantonum, qui nomi-ne reliquorum quoque advocatorum præsens decretum proxime exequutioni mandari cu-rent. Deductus est igitur Abbas Bonaven-tura, cum fido Achate suo Melchiore de Gachnang, Badenâ Rhenaugiam à sequentibus Fœderatorum legatis: nimirum Turegiensi Magistro Rudolpho Stoll, aliàs Rhenaugiæ negotijs intera adhibito, Lucernensi Nobili Nicolao de Meggen primario Signifero ac Beliduce, pacis præsentis Concilia-tore, et Abbatis nostri cognato; Uranensi

z.

+ Meggen

Amando

/1/ quarum titulus: Erwirdiger, Gaistlicher Lieber herr! Eür gnaden Schreiben haben wir &c.

/2/ dan üch nach allem unserem vermögen behulfen und beraten zu sinde, damit Eür gnad wide-rum zu den ihren möchte komen, werend wir zu allen ziten gut willig bereit.

Abbas XLIV.

Amando de Niderhofen Archigramatheo, et Fridensi Udalrico uf der Mur Præfecto in Uznach. Hi die S. Thomæ vigesima prima Decembris /s/ nomine Septem Cantonum et Monasterij advocatorum, Abbatem atque Conventum in Dominium, omniaque jura Thenaugiæ solemniter ac realiter immiserunt, quod ad acta retulit ipse administrator, Senator, atque Tribunus Figurinus Laurentius Dur Eich, qui die actura præfatis rationem reddidit omnium receptorum, expensorumque à die octava Junij, anni 1529. usque ad diem vigesimam primam Decembris, et recessum quidem in frumento et vino non contemnendum Abbati consignavit, in parata autem pecunia fermè Nihil, quam in hemptis præsertim bellicis expenderat. Determinatum tamen ei salarium pro labore est, quod Abbas gratanter solvendum in se recepit, quin et honorarium paulò post Tigurum transmisit, filiumque eius aliquandiu apud se aluit. Similiter et Cantonum deputatis realis gratitudo contestata non solum præsentibus, sed et alijs, qui officia sua hactenus opportunè impenderant. inter quos Jacobus Stoker Tugio Barrensis olim Præfecto Turgoviæ. Secretarium Joannem Georgium Frey patria Campidonensem, nunquam satis laudandum, pro fideli servitio remuneratus est Abbas, cui Præfecturam Thenaugiæ concessit, abrogato versatili Joanne Albrecht ex oppido Stein oriundo, expirante servitij eius constituto tempore; Præ reliquis servator Monasterij vocandus Thomas de Wellenberg Pater Abbatis, qui Exemplo, cohortatione, verbis, scriptis et armis, nec non facultatibus, Filium in Catholica fide firmavit, juvit, defendit, ac pro restitutione innumera itinera, labores et discrimina subijt. Hic extremos exilij sui annos Thenaugiæ consumpsit, meritò Pater totius Monasterij est habitus.

Administrator rationem reddit.

5.

/s/ Als dan heutigen tag Thomæ Apostoli die Edlen, frommen, festen und wisen Meister Rudolph Stoll von Zürch, Junker Niclaus von Mülen Banerherr von Lucern; Amandg von Niderhofen Landschriber zu Uri; und Ulin uf der Mur von Schwitz Vogt zu Uznacht, us befelch und im namen miner gnädigen herren der VII. orten, mit sambt dem Erwirdigen und Geistlichen herren, herren Bonaventura von Gottes gnaden Apte des Gotshus Einow eingeritten und ankomen, ist benant gnädiger herr, ouch sin Convent, widerum in all ihr verwaltung, Herlikeit und gerechtikeit ihres Gotshus eingesetzt worden.

Bonaventura

Ao 32. Moniales vallis S. Catharinæ restitutæ.

Ad initium sequentis anni trigesimi secundi restitutæ quoque sunt ope Catholicorum Cantonum sanctimoniales ordinis S. Dominici in valle S. Catharinæ proppè Diessenhovium, verè Heroinæ religionis celebrata, inter quas eminebat Margaretha filia laudati Thomæ atque soror Abbatis nostri Bonaventura. Hanc fata fermè nostris æqualia erant; Nam spretis sæpè multis blandimentis ac terroribus, ne fidem frangerent sponso Cœlesti nuncupatam, potiùs exilium in oppido Engen præelegerunt, pane arcto ex ditione Stockacensi interim sustentatæ, atque à Thoma de Wellenberg non minùs quam nostrates egregiè defensæ. Invitatus fuit noster Abbas ad earum solemnem reditum et installationem, quibus die quinta Januarij litteris gratulatus est, [t] excusans absentiam suam ob urgentia negotia.

Processus Cottwilanus terminatus.

Supererat processus Cottwilanus terminandus, cùm Cleggovienses incolæ nondum à proscriptione absoluti fuissent. Contulerunt se illi Turegum ad Laurentium Zur Eich, Tribunum et quondam Rhenaugiæ administratorem, petentes, ut promissis staret, quibus caverat omnimodam damni immunitatem. Hic perdemissè rogavit Abbatem, ut dignaretur Cleggovianis indemnitatem concedere, quam olim nomine Monasterij illis promisisset. Respondit Abbas, se rusticis omnia prompto animo indulgere: verùm proscriptionem, quâ Judicio Imperiali Cottwilano tenerentur, ad se non attinere. Susceptit proscriptorum causam in se senatus Figurinus, die decima octava Julij eandem indulgentiam ab Abbate postulans. Verùm cùm Abbas priorem in sensum respondisset, addens, rusticos propter inobedientiam mandatis Imperialibus exhibitam mulctari à Judicio Cæsareo, potiusque Monasterio quam rusticis à Protectoribus faven-dum, insistentibus nihilominùs Figurinis, tandem Abbas in eorum respectum Comendatitias pro proscriptis Cottwilam dedit, rogans, ut attenta illorum paupertate dignaretur Fiscus Imperialis mulctæ debitæ modum facere.

Renovatur Ecclesia Monasterij,

Quam porrò desolatam et squallore confectam Abbas Bonaventura domum reversus invenerit Basilicam cum conventu, ipsemet descripsit in supplicatione sicuti Pontifici proponenda. [u]

[t] Ich thue ich hiemit eures Glückseligen einkommens ganz freündlich Gott loben, und Glück wünschen.

[u]

/u/ Non solùm enim reperit spoliatam alta- u.
-ribus, picturis, statuis, tapetibus, et sacra supp-
-pellectili, verùm etiam ruinosa ædificia, jura
Monasterij violata. restitutis ergò pretiosiori-
-bus, quæ in tutum deportaverat, ac conquisitis
quæ dispersa fuerant, magnis impensis eccle-
-siam Monasterij ornare cæpit, chorum refecit,
altaria octo nova collocavit, organum recens
fieri curavit, paramentisq; necessarijs sacrari-
-um instruxit. quod ad religionem inter cives
attinet, plerique novis dogmatibus semel ad-
-scitis adhæsêre, quos consultum non erat, subi-
-tò ad pristina sacra cogere. qui tamen redire
volebant, ij gaudenter ad Basilicam Monasterij
admissi, ostenso speciali decreto Fœderatorum
Catholicorum Badenæ emanato sub sigillo Præ- quis sine cultu manentibus,
-sidis Conradi Bachman Tugiensis. Itaque
Diethericus de Hasenstein perrexit, sicut per
biennium hactenus consueverat, in utraque eccle-
-sia Parochiali tam S. Nicolai, quam Sanctorũ
Felicis et Regulæ, quæ amba prorsùs nudatæ
ornamentis Catholicis erant, ad populum verba
facere, ita tamen, ut in posteriori Ecclesia Mo-
-nasterio proxima et insulæ nostræ inclusa non
præsumeret contra ritus Catholicos declama-
-re, quod sæpè fecit in altera ac superiori den-
-te satis mordaci, cives palpans et in reniten-
-tia contra Abbatem obfirmans. /w/ qua de w.
causa ronacum suis ab Abbate ad Fœderatos de-
-latus, maximè cum futuram Basilicæ Monaste-
-rialis dedicationem ex Cathedra denuntiare
nollet, cum simul invitarentur ad sacramen-
-tum confirmationis percipiendum, qui eo in-
-digerent. Facta est porrò solemnis ista dedi- Ista dedicatur.
-catio post festum S. Mathæi Apostoli, per
Suffraganeum Episcopi constantiensis Joañis
huius nominis quinti Comitis de Lupfen; nam

/u/ dazumal hat er in Gotthus funden ingebäu, kilchen, altär, bildnussen, ziert, und kleinoten, hailtum, geistlich und weltlichen fryhaiten, gerechti, laiten, und allem anderen, zerstört, verwüst, verderbt, und hinweg getragen.

/w/ Es ist zu Einow ain gemeine offentliche sag, er predige in der oberen pfarr anders, dan in dem Closter; sine underthanen sagen auch unverholen, si hetten ainen guten pfarrherren, wan er stetz in der oberen pfarrkirchen predige, aber wran er in dem Closter predige, so sage er nur, was ain herr und Convent zu Einow gern hörend.

Bonaventura

Hugo de Landenberg die Septima Januarij praesentis anni plenus dierum pyßoimè obierat, cum reflorescentem in Helvetia fidem Catholicam vidisset.

Cultus divinus restituitur,

Cæterum pro officijs divinis celebrandis Abbas Bonaventura Sacellanos quosdam conduxit; inter quos primus denuò fuit Dominus Henricus Weber, olim, dum vicarius esset ad S. Felicem et Regulam, pulsus; memorantur quoque Udalricq, Christianus, Joañes Thenenberger, et Christophorq Mell, qui Cathedram simul et Chorum frequentare tenebantur. Dominus Joannes Jacobus de Payeren statim ex Monasterio Weingartensi Thenaugiam revocatus, strenuam operam Abbati præstitit. Dominus Joannes de Jestetten, dum interim Decanus Murbaci constitutus esset, relictus est ibi, sequenti anno die vigesima Septima Augusti pia morte defunctus. eius tamen Loco ex eodem Monasterio Thenaugiam redijt Dominus Burchardus de Rischach, cuius Scutum cum nomine et anno 1540. in quadam fenestra visitur. Suscepit deindeps successivè ad sacrum ordinem

Suscepits Religiosis.

Bonaventura Abbas sequentes Religiosos ex Nobilibus Familijs: Joannem Henricum Schenk de Castell; Michaelem Herster Tugiensem; Nicolaum Rüpplin ex Frauenfeld. Joannem Schwarber ex Geiserstuhl; Albinum Segesser et Christophorum Feer ambos Lucernenses; quorum ille Patrem habuit Bernardum Consiliarium et Praefectum Episcopi in Geiserstuhl, et Fratrem Melchiorem Canonicum Cathedralem constantiæ; Georgium Mar seu Merz; ac denique Joannem Bernardum Escher de Luchs Figurinum, cuius Pater Nicolaus ob fidem servatam secessit Selingam, ab uxore Ursula Dominium in Biningen consequutus, cuius posteritas sub eo nomine deinceps floruit. /x/

1532. Feuda collata.

Eodem anno trigesimo secundo mox post restitutionem suam diversa Nobilibus impertitus est Monasterij Feuda. Sic die decimâ octava Januarij concessit Prædium in Darff Balthasaro Gachnang de Goldenberg; et alteri Balthasaro Klingenfues Bonum in Osterfingen. Alt insignem Præfecturam in Riedlingen, Buchberg et Ellikon consequutus est Magistratus Schaffhusianus, quam habuerat Agnes Schwendin uxor Joannis Trüllerey consulis quondam eigdem urbis. Conventum, ut quoties Abbas vel vasallus, qui nomine oppidi homagium præstitisset,

/x/ Bucelin. Germ. part. II. Iselin Lexicon &c.

stitisset, decederet, feudum renovaretur. Primo hoc nomine die decima octava Junij feudum obtinuit Stelius Joannes Ziegler, filius Consulis, et ipse postmodum reipublicæ vicarius. Duas is filias Lucernæ in Matrimonium Nobilibus viris collocavit. Præfectura in Fructlikon, Früdlisken, et Kleinandelfingen in plures partes divisa, cuig nomine homagium hoc anno præstitêre Abbati Diethelmus Löst Turegi Consul; Joannes Holzhalb eiusdem urbis Senator, et Joannes de Schellenberg nomine uxoris claræ de Landegg. Præfecturam non minus insignem in valle Hacensi feudalem eodem tempore suscepit Udalricus de Fulach, cui, eiusque posteris, præsertim Petro ingens negotium cum Republica Turicina intercessit ratione tum Religionis Catholicæ conservandæ, tum Jurisdictionis exercendæ, cum Turicini nomine vicini dominij in Andelfingen et jus reformandi, et limitandi Exigerent; vasallis econtra ex donatione Monasterio ab facta ab Alberto Cæsare hujus nominis primo, Dynastiam omnino liberam probantibus. Memoratus Udalricus de Fulach simul homagium præstitit nomine Monasterij S. Agnetis ob decimas in Wiswil. Plura alia, quæ in speciale volumen contexuit Bonaventura, omittimus. Prætereundum tamen non est, eodem anno à Bonaventura coemptas fuisse duas decimarum partes ex villa Balterswil à Dorothea de Landenberg nata Trullerey, cum consensu possessoris beneficij in Einsfelden Wolfganzi Mundbrod.

Mandatum Abbatis

At Henaugiæ Abbas vitia invalescentia primitus extirpanda ratus, circa idem tempus Mandatum promulgari fecit, quô Compotationes, jurandi, blasphemandi, et imprecandi consuetudo, nec non aleæ ludus atque Chartarum prohibebatur. cum id non proficeret, die vigesima quarta Augusti anni insequentis trigesimi tertij mandatum renovavit, imposita inevitabili mulcta trium librarum non solum transgressoribus, sed et Patribus familias, qui vetitos ludus permitterent. Promiscuæ itidem saltationes, cum prohibitæ essent, nihilominus alterius Religionis Cives Majorem libertatem assueti in ipso festo S. Mathæi Apostoli choreas ducere non sunt veriti, quos pœnis impositis per Præfectum Frey coercuit Abbas. Eluscebant inter cives eiusmodi motus, qui tandem in apertam fermè seditionem Erumperunt: obedientia pro libitu præstabatur Abbatis Imperijs; Prætor Joannes Luchimann

1533.

Henaugiæ Cives spernunt,

cum suis peculiarem sibi arrogabat Auctoritatem; negabatur, Abbatem posse primores ab officijs removere; denique dictus Praetor litterâs publicas non jam Abbatis, sed suo tantùm nomine inscribere pergebat, quemadmodum sub Figurinorum administratione facere coeperat. quibus compertis Abbas audaciam repressurg, imprimis severè praecepit, ut chartas comunitatis faterentur sua Auctoritate conscriptas; proinde suum nomen fronti apponerent, quod si facere renuerent, à Judicijs omnibus priorjuè cessarent. Confugit ad haec Praetor ad Praesidem Figurinum provinciae Turgoviae Joañem Dilbach qui litteris civilibus quidem sed gravibus die tertia Aprilis anno 1534. hortatg est, ut desisteret à mandato consuetudini receptae, ut aiebat, contrario. Ignorabat enim, id nullo non tempore ante religionis mutationem in usu fuisse. Paucis igitur se à Praesside expedivit Abbas, sed ad Foederatos Protectores Mense Junio Badenae congregatos ipse se contulit, Praetorem cum Complicibus citari fecit, et Controversiâ ex documentis propositis maturiùs discussa die nona Junij decretum obtinuit, quò constituitur primò, ut omnia privilegia et urbaria Monasterij in singulis suis articulis inviolabiliter observentur; nec Henaugienses ullam potestatem usurpent, nisi quae ab Abbate ex gratia fuerit concessa. /a/ Secundò Abbatem universis Henaugiae incolis, et ipsis quoque Senatoribus omnia justa et aequa praecipere posse, illosque obedire teneri. /b/ Tertiò à Praetore Judicium nomine Abbatis peragendum esse, qui in singulis chartis publicis nomine Abbatis expresso fateatur, se concessa ab eo potestate sententiam tulisse. quartò posse Praetorem, Senatores, vigiles, Judices, et Lictores ab Abbate amoveri, atqs officijs privari, quotiescunque existimaverit, eos suo muneri non satisfacere. Instrumentum nomine non solùm Catholicorum quinque Cantonum, sed etiam Turegiensis, et Glaronensis expeditum, ac Praesidis provincialis Argoviae Benedicti Schüchz Bernatis sigillo munitum.

1534.

Sed decreto Foederatorum parere coguntur.

a.

b.

/a/ rond das ein gemeind zu Dinau in kein weg nit darwider reden, noch ze tuen fueg, noch macht habe, si erlangend dan etwas usgnaden von einem herren von Dinow.

/b/ alle zimliche sachen by den ayden.

Abbas XLIV.

Præscripsit deinde Abbas certam normã, quâ in judicijs suis procedere debeant, quibusdam casibus reservatis, atque etiam appellatione ad Judicium Suum Aulicum. Fundos quoque publicos, quos propria Authoritate usurpaverant, ademit: ac Nihilominùs cùm Supplices peterent, præcariò sub annua præstatione, quamdiu sibi ac Successoribus suis visum fuerit, concessit, certis sub conditionibus elocandos. Plura mandata edidit, et à Præcone ex Cathedra promulgari jussit, severis panis in transgressores statutis.

Liberatur Abbas à rationibus reddendis.

Cæterum Abbas Bonaventura favore Protectorum usus, ab ijs instanter petijt, ut dignarentur eum à rationibus reddendis liberum pronuntiare. cùm enim administrato de Figurino Monasterij res temporales procurante, à certis Cantonum deputatis ratio accepti expensique ab eo exacta fuisset, timebatur ille mos cum non modicis Monasterij expensis, etiam restituto Abbate continuandi. Nihilominùs Abbas in Supplicatione data non tam æris, quam honoris dispendium cavebatur, quòd instar Secularium mercenariorum computi summam exponere cogeretur. /c/ cùm oratores Federatorum postulatum Abbatis ad referendum pro more suppliserent, Lucernenses scripsêre Lucernatibus, se minimè Abbati æqua petenti contrarios futuros. Itaque in conventu Badenæ habito hoc ipso anno die veneris ante Dominicam quinquagesimæ Abbatem liberum posthac à rationibus reddendis pronuntiarunt, reservata nihilominùs potestate inquirendi in œconomiam, si de mala administratione delatus fue- c.

/c/ das ich hinfür der rechnung überhebt werde, nit darum, das mir mine herren von den orten, so sy zu mir kömend, ain beschwerd ligend, oder das mir der Kost Köübel bedur, als das ich kunft ain enzerung ab der rechnung habe; sonder alein darum, damit ich, als der, so für und für by minem orden, und geliübden, Luot mines Gotthuss stifftung bliben, nit zu denen gezelt werde, die in anderen Clöstren iren orden von inen geworffen, und ain anders angenomen.

-zit. /d/ decretum signatum per Aegidium Tschudi notum Historiographum, et prima vice Præsidem Argoviæ; qui inter proximè elapsas belli turbas, cum Provinciam Sargantinam moderaretur, subditos cohibuit, ne in arma prorumperent. quod similiter factum à Catholicis Glaronensibus, licèt major numerus antiquæ sacra mutasset. d.

1535. Mausoleum S. Fintani restaurat.

Perrexit interim Bonaventura impigrè in restauranda et exornanda Basilica Monasterij, atque anno sequenti trigesimo quinto Mausoleum Sancti Confratris nostri Fintanj, quod Cives Henaugiæ in vastatione Ecclesiæ solo æquaverant, supra Sepulchrum in Loco pristino restituit. Fecit illud opere quadrato ex solido Lapide instar parvæ domus, Longitudine et Latitudine septem et medio pedum, sex verò in Latitudine; tectum cinxit corona similiter Lapidea, in qua prominebant clavi pro cereis succendendis. ex Anteriori parte insculpta erant insignia à dextris quidem Monasterij, in medio S. Fintani, à sinistris Gentis Wellenbergicæ. Supra tectum posterioris partis eminebat statua virilis staturæ ejusdem Sancti habitu Monachi, dextra tenentis librum, sinistra Baculum peregrinalem, cujus humeris insidebat nivei candoris columba. Ara denique ante ipsum Mausoleum posita erat, pro Sacrificijs incruentis in memoriam Sancti confessoris Deo Litandis. Perstitit hoc opus usque ad annum 1705. quandò cum veteri Ecclesia novo Locum fecit.

Nobiles Familiæ Schaffhusianæ.

Henaugiam illa tempestate quædā Nobiles Familiæ Schaffhusio migraverant, quæ patriam potiùs, quam fidem perdere maluerunt.

/d/ und als wir user herren un oberen andwurt endschlossen, und an dem meer erfunden, das derselben unser herren und oberen will und meinung sye, diwil der genant Abbt und Convent zu Einow bishar sich geschikklich, erbarlich getragen, und auch erlich, redlich und wol hus gehalten, das man sy der rechnung erlassen, und hinfür durch die verordneten Rät der rechnungen unangefordert, und ungenöt blibe, si auch zu geben nicht schuldig noch pflichtig sye; so komē dan unsern herren und oberen glaublich für, das sy nit erlich und wol hus halten ——.

Inter eas Fulachiorum erat, quæ pariter in veteri Ecclesia insigne monumentum consequuta. Altera dicta Brümsi, et tertia Dümlang, cuius caput Henricus jam anno trigesimo secundo domum Equestrem in clivo emit à Sebastiano de Mandach, atque feudalem à Bonaventura accepit. hoc verò anno Prædium in Griessen in feudum obtinuit Christophorus de Greüth patricii itidem Schaffhusiani, nomine Joannis lib Doctoris, Canonici Cathedralis Ecclesiæ constantiensis, et Decani Basileensis. Thenaugiam quoq3 concesserat familia Rinck de wildenberg comparata domo Equestri Fron Scheg dicta. Magistratus porrò eiusdem Schaffhusianæ urbis, cum perspiceret plures præsertim ex Nobilitate Dominicis Festisque Diebus Thenaugiam in proximum Cœtum Catholicum comeare, sorcipso anno mandatum edidit, quo ciusmodi excursus vetantur, aut pro audiendis sacris, aut pro susc-
-cipiendis Sacramentis. /e/ non potuit autem præcavere, quò minus quædam aliæ familiæ, vèt de Payer, et de Waldkirch quam dictissimè fidem Catholicam in corde retinerent, atque occultè ritibus pristinis universalis Ecclesiæ insisterent. e.

1836. obitus Thomæ de wellenberg.

Anno proximo trigesimo sexto die vigesima septima aprilis Thenaugiæ pïissimè obïit Invictissimus Fidei Catholicæ propugnator Thomas de wellenberg, Pater non solùm Abbatis nostri Bonaventuræ, sed et totius Monasterïj, quod in fide conservare, atque etiam in temporalibg restituì imensis laboribus curavit, quæ impendit pro totius quoque Helvetiæ catholicæ bono, ac præcipuè pro Monasterijs S. galli, et vallis S. Catharinæ. Monumentum promeritis consequutus est in Ecclesia veteri infrà Sepulchrum Abbatis Laurentij de Tischach. /f/ f.

/e/ ob gleich bey der Religions abenderung sich auch verschidene burger, und Sonderlich vom adl, und zwar meistens nach Theinau hinweg begeben, so hat sich doch gezeigt, das vil zu-
-ruck gebliebene heimlich Catholisch; dahero in disem Jahr austrucklich befolen worden der Mess oder tauf ausserthalb lands nicht zu gehen. Leo in Lexico verbo Schaffhus. pag. 185.

/f/ cuiushæc erat inscriptio: als man zalt 1536. Jar am dünstag des 26ten und zwentzigsten Aprilis starb der Edl vest Thoman Wellenberg, welches seel Gott gnädig und barmhertzig seyg. amen.

Bonaventura

Eodem anno Abbas curam animarum Rhenaugiæ demandavit Patri Berchtoldo Gerst ordinis S. Benedicti professo in Monasterio Burensi, vulgò Blaubeuren, et exulante pro fide catholica tum in Monasterio S. Joannis in valle Turæ. Concionatorem fuisse præstantem demonstrant eius sermones uno in volumine conscripti. Diem extremum Rhenaugiæ clausit, atque ex peculio, nam mercede conductus fuerat, pro more anniversarium fundavit. Anno sequenti in Episcopatu Constantiensi Joanni V. de Cupfen Succes-
1537. sit alter Joannes de Weza pridem Archiepiscopus Lundensis, qui Monasteria insignia Belgiæ Aringæ, vacasse, præter alia multa in potestatem redegit. Abbas verò noster Bonaventura Horrea, cellasque vinarias, quarum usus hodiéque pervetustis, ad introitum amplissimæ
1538. vineæ Monasterio proximæ condidit. Anno
1539. trigesimo nono feudum in Osterfingen contulit Wilhelmo de Cauffen, quod habuerat Ruggerus IIIus de Turn, et Gangolphus Trüllerey; Dorothea verò eiusdem familiæ Trullerey uxor Beringeri de Landenberg et Greifensee eodem titulo obtinuit Præfecturam in Benken, cuius nomine homagium præstitit memoratus Gan-
golphus. At anno sequente hoc ipsum nobile
1540. feudum devenit ad Magistratum Turicensem qui suo nomine stetit Senatorem Bernardum de cham, in historia huius ævi non incelebrem.

Eodem anno à fundamentis ædificavit Bonaventura Turrim Ecclesiæ Parochialis in Jestetten, ubi tunc vicarius erat Michael Barth primò ad unum, deinde ad plures annos conductus, interpositis aliis similiter per breve
Parochi. tempus curatis. Idem observatum est in omnibus reliquis hoc tempore Parochijs, quorum Curam principalem gerebat Abbas Bonaventura, ne scilicet sequiora edocerentur Parochiani, ubi occurrunt nonnunquam religiosi viri ex Monasterijs propter fidem Catholicam ejecti. Rheinheimij abdicato Alexandro Kicheler, Substitutus fuerat Constantius Scherer Rhenaugiensis, et post eum nonnulli religiosi. Rhenau-
1541. giæ tandem anno sequenti ad plures abijt Diethericus Hasenstein mutatæ religionis auctor; post cuius obitum vacuam Parochiam aliquandiu reliquit Abbas; contulit eam tamen ad paucos annos interveniente Senatu Figurino Georgio Saeman, certis sub conditionibus, ut pro numero Parochianorum ex decreto

pacis

pacis contentus esset competentia. Arbitrabatur Abbas Præconem in Martelen sufficere quoque pro Rhenaugiensibus, eiusdem Religionis asocelis, cum una eademque Parochia utriusque loci semper fuisset: in respectum tamen Magistratus Figurini, et huic ad aliquot annos certos proventus cessit, receptis reversalibus, id sine ullo debito fieri. Promoto in Schleitheim Georgio Salman, conductus est Rhenaugiæ ad Bienium Jacobus Frembt, quem constantiensis jure civico privaverant, restitutum tamen ad Comendationem Abbatis.

Feuda. Rhenaugiæ cum obiisset vir Nobilis Caspar Zink de Wildenberg alias Schaffhusianus,
1542. possessor Domus Equestris Fronsheg, vasallus denuo nomine hæredum effectus est Joannes Ulricus Ziegler, de quo supra. Postmodum vero nomine proprio homagium Abbati præstitit eiusdem Familiæ Zink, hæres et forte Caspari filius dictus Dietagen. Anno quadragesimo
1543. tertio Prædium in Dattwil feudale suscepit Joannes Scharpf, nomine Sanctimonialium in Riesenhoven, quarum aulæ Præfectus erat. Eodem anno castrum Lauffen cataractis Majoribus Rheni imminens, cum appertinente dynastia Fulachij vasalli nostri vendiderunt Senatui
1544. Figurino. Anno sequenti eis quædam dirempta fuit inter Jestettæ Condominos Bonaventuram Abbatem, Joannem Ludovicum de Sulz, et Conradum de Jestetten. Inter alios arbitros occurrit Alexander Peyer Senator et Tribunus plebis Schaffhusiæ. Comes porrò Joannes Ludovicus filius unicus erat Rudolphi Præsidis Austriaci, qui anno 1535. obierat. Is vero numerosa prole donatus, cuius aliquam Abbas noster ex sacro fonte levaverat. Consilio cum Joachimo Comite de Zollern habito, se opposuit Ulrico Wirtenbergiæ Duci, quod fundationes in Monasterio Alberspacensi contra antecessorum intentionem invaderet, atque pessumdaret. Eodem anno Rhenaugiæ ad plures abiit Nobilis Matrona Fortunata de Landenberg et Greifensee, sepulta in templo juxta Mangolphum eiusdem familiæ virum.

1545. Concilium Tridentinum. Anno quadragesimo quinto ad finem vergente initium datum est celebri concilio œcumenico Tridentino, jam pridem pluries indicto. Eum in finem prævie habitus est congressus Einsidlæ à Catholicis Helvetiæ Fœderatis tam sæcularibus quam Ecclesiasticis, cui interfuit

quoque Abbas noster Bonaventura Iqniori Loco honoratus, nihilque partium suarum ad tam utile opus decesse passus. Renovatum in recessu ibidem confecto fuit decretum, quo praecipitur, ut Dynastis ac Monasteriis census, Decimae, aliaque praestanda juxta Literam urbariorum pendantur. Verum Dynastae Comitatûs Turgoviae Litem inexpectatam moverunt Abbati nostro, cum communes expensas pro rata etiam Rhenaugiae solvendas imponere molirentur. Id negavit Abbas provocans ad Judicium advocatorium. Convenêre partes in Comitijs Foederatorum pro more hoc eodem anno ad festum S. Joannis Baptistae Badenae celebratis. ubi antequam res ad confessum delata esset, Bonaventura jura suae Monasterij adeò perspicuè demonstravit, ut dynastae illi ultrò a prosequenda Lite desisterent, datis insuper publicis Litteris, quibus fatentur, Rhenaugiam à Turgoviae Comitatu distinctam, atque à collectationibus seu quibuscunque oneribus semper liberam et immunem fuisse. Decretum non minùs aequum ac Monasterio favens Sequenti anno edidit Senatus Tigurinus, quo betatur, ne subditi in Martelen, Benken, Truttikon, Früelicon, Wilgespuck, et Örlingen deinceps fundos censuales sine consensu Abbatis in minores partes dividere praesumant.

Rhenaugiae Immunitas à Turgovia.

1546.

Inter haec Abbas Bonaventura Summo Pontifici Paulo III. humiliter Supplicari fecit, per dominum Nicolaum de Meggen, cognatum suum, Supremum rei Militaris Lucernae praefectum, ut Privilegia et Immunitates olim à Pontificibus, Regibus et Imperatoribus concessa, Authoritate Sua confirmare et rata habere dignaretur. Specialiter autem pro usu Pontificalium preces obtulit, non fastu quodam aut arrogantia ductus, sed ex debito officij sui munere, ne nimium jura ac privilegia à Majoribus accepta negligeret /g/ licet enim inter reliqua Pontificium inducta, hoc specificum inter chartas non amplius reperiatur, adhuc esse tamen, ac per temporum injurias amissum, probari ex usu perpetuo, atque ex antiquis-

Supplicatio ad Summum Pontificem.

Meg-

g.

simis

/g/ Sonder das er den alten nachfolge und pflantze, und das jene, so von Sinen älteren und forderen über menschlich gedächtnuss löblich brucht ist worden, auch für Sin nachkomen handhalten, und behalten arbeite.

-simis Pontificalibus ornamentis, Mitris, et Ba-
-culis pastoralibus, quæ adhucdum extarent. /k/ k.
Facultates porrò benedicendi et Consecrandi varia
admodùm esse necessarias, non tantùm Monaste-
-rio propria, et Ecclesijs subjectis, sed etiam qui-
-buscunque Fidelibus in vicinia, qui turbatis
istis temporibus aut res sacras benedici, aut pro-
-fanatas reconciliari postulant. Denique publi-
-cum ritus Ecclesiastici decorem id exigere, ut tam
subditi, quàm alieni roborentur in fide Catho-
-lica, si nondum amiserint, aut reducantur ad
Ecclesiæ unitatem, si jam separati fuerint, quod
quidem publicum Ecclesiæ bonum sibi præpro-
-to longè amplius cordi esse. /i/ quod memorat i.
Bonaventura de antiquissimis Pontificalibus
insignijs, equidem hodie adhuc demonstrant re-
-liquiæ ab Abbatibus Henrico de Mandach, Jo-
-anne Henrico de Griessen, et Laurentio de Ri-
-schach: verùm hoc tempore longè antiquiora
adfuisse ex hoc loco comprobatur, cum illi Ab-
-bates vix quinquaginta annos cum præcesse-
-rint, nec proinde in æstimatione hominum co-
-rum ornamenta relicta secundùm ritum anti-
-quissimum facta fuisse videri poterant.
quandoquidem nec hi proprio motu eiusmodi
facultates usurpaverint, dubitandum non est,
adfuisse concessiones Pontificias, quæ inter tot
turbines Monasterij eò Credibiliùs perierint,
quò antiquiores erant.

à547. Paulus III. Anno igitur quadragesimo Septimo, su-
-prà Millesimum et quingentesimum, Sanctus
Pontifex Paulus III. motus præcipuè invicta
animi fortitudine Abbatis, ac totius Conventŭ
pro fide orthodoxa, non solùm pristina privilegia
roboravit, sed et insignia noba concessit, signa-
-to brevi Apostolico die vigesima Maij sub anulo
piscatoris: in cuius exordio narrat: esse Mo-
-nasterium de Rinow inter alia illorum partí-
-cum Monasteria admodùm insigne, ubi jam tan-
-to tempore, quòd eius initij hominum memo-
-ria non habeatur, Mitra, anulo, ac baculo
pastorali Abbates uti consueverint; situm
esse in medio fluminis Rheni, et sub Pontí-

-ficatu

/k/ Man hab inflen und fast alt stäb gemacht,
und viert nach alten siten.
/i/ dan was ich könte und wiste zu handlen,
und thuend, das zu wolfart, und zu üffnung
der alten christenlichen religion mochte dienen,
wär ich allzeit sonders geneigt, und von
herzen begirig.

-ficatu felicis recordationis Leonis Papæ IIII. et Claræ memoriæ Ludovico Rege regnante, jam supra septingentos annos restauratum; tam à Lutheranis, quam diversis militibus expilatum, ac privilegijs et inductis spoliatu; extare adhuc mitras et Baculos antiquissimos, veterum more compositos et ornatos, et exinde verisimè argui Abbates prædictos eis usos fuisse. quapropter Abbatem Pontifex, ob probatam suæ devotionis et Fidei constantiam, ac Monasterium prædictum specialis prærogativæ gratia prosequi volens; ipsi, eiusque successoribus, ut Mitra alijsque insignijs Pontificalibus, etiam Gemmis ornatis, uti ac illa gestare; nec non calices, patenas &c. à quibuscunque locis allatas benedicere; et tam in ipso Monasterio, quam illi unitis et subjectis Ecclesijs, ac quibuscunque alijs locis Ecclesiasticis, in quibus eum in Pontificalibus celebrare contigerit, Benedictionem solemnem elargiri, concessis indulgentijs, quas Episcopi de jure vel consuetudine concedere possunt; Novitijs quoque et subditis quatuor minores ordines et Sacramentum Confirmationis Chrismate per Episcopum Benedicto conferre; demum Ecclesias, cœmeteria et Capellas, sanguinis vel seminis effusione polluctas, reconciliare liberè et licitè valeat, speciali de gratia indulsit. Merebatur utique Specialem hanc gratiam non soliùm Bonaventura, sed etiam necessaria ei reddebatur, propter invalescentem accursum ad Basilicam pulchrè restauratam, tum ex Nobilitate Schafhusiana tum ex cleggovia; imò et Rhenaugienses paulatim Manufacti, mortuo primario alterius Religionis Præcone, suave Ecclesiæ jugum in dies magis patiebantur.

Confirmat usum Pontificalium,

Concedit Singularia Privilegia.

1548. Episcopo Constantiensi Joanni de Weza in Comitijs Augustæ repente extincto, suffectus est Christophorus Metzler ab Ildelberg anno quadragesimo octavo, quò Civitas constantiensis ab Exercitu Caroli V. obsessa, in potestatem Domûs Austriacæ et Ecclesiæ Catholicæ redacta est. Possidebat illa tempestate Præfecturam in Martelen vir Nobilis Bernates Benedictus Mayg uxorio nomine Annæ am staad: veriùm eam feudali nexu Rhenaugiæ junctam esse negabat; quapropter Abbati magna contentione fuit vindicanda. quæ rebatur ille prior apud Rhenatum

Præfectura Martelæ vindicatur.

tum Tigurinum, quòd Abbas mandata varia in obermartelen promulgari jussisset, duarum muletarum partes exegisset, atque appellationes ad ipsum factas recepisset. Contra verò Abbas ex perantiquo libro feudali demonstravit se dominum illius loci esse, ad Nobilem de Mayg autem solam Præfecturam, et quidem feudo destrictam spectare. /K/ litteras quasdam hic exhibuit, datas ab urgula Comitissa de Sulz nata de Habspurg, quibus facultatem præstitisse dicebatur oppignorandi dictam Præfecturam. /K
Respondit Abbas, diversas quondam turbas et oppressiones Monasterij accidisse /. Suppressõ Comitum de Sulz nomine. / quarum causa Monasterium Foederatos Helvetiæ imploraverit, eosque advocatos elegerit. /C/ lata est itaque sententia à Magistratu Tigurino die decima quarta Novembris anno præsenti, quâ declaratur Præfectura in obermartelen feudum à Monasterio Rhenaugiensi dependens, nisi intra spatium sex hebdomadarum contrarium docuerit Actor. Nihil probante Actore, Abbas confirmationem sententiæ exegit, fecitque Maygium citari ad diem vigesimam Februarij sequentis anni, quò le excusante, quòd sine consensu dominorum de Sulz, quorum intererat, sibi non liceat respondere, dilatio concessa; donec tandem comparuit Paulus Thoman Præfectus Provincialis Cleggoviæ, qui nomine Comitissæ viduæ Elisabethæ de Zwebrüggen, eiusque filiorum /. Nam Comes Joannes Ludovicus de Sulz ante Biennium obierat. / postulavit, ut causa ad pares curiæ remitteretur. contra Abbas urgebat confirmationem sententiæ, cum nihil in contrarium hactenus productum fuerit. opponente Præfecto defectum mandati, quo minus probationem subjret, remissæ partes ad pacificationem; ferùs comparendum illis denuò ad diem trigesimam primam octobris. Comparuit Abbas, sed aberat Thoman: tandem venit Jacobus Fay, qui nomine Comitis Wilhelmi eiusq; Matris quasdam chartas produxit haud Majoris

1549.

/K/ Er /. der Abbt. / sie gerichtsherr, Jenker Mayg nur vogtherr.
/C/ Das Gotteshus hab vor alten Zyten etwas schadens erlitten, und krieg gehebt, die unnoth zu ersetzen, da er niemantz gemelt wolte haben, dadurch die herren Eydgenossen zu schirmherren des Gotteshus angenommen.

momenti, quàm prior illa erat de suppositione suspecta, paruméque probans, quod petebatur. At verò Abbas ostensis diplomatibus, Martelen iam à septingentis annis, cum reliquis, subjectam fuisse, atque ex urbarijs, libro feudorum, aliísque instrumentis iudicialibus perpetuum et continuum iurisdictionis exercitium demonstravit; unde Magistratus Figurinus eadem die sententiam pridem latam ratam habuit, maximè ea de causa, quod ex libro feudali liquidò constaret, ante et post tempus productarum ab adversario chartarũ dictam Præfecturam feudi nomine fuisse collatam, atque iurisdictionem nemine contradicente exercitam, teneri proinde nobilem de Mayg Abbati quam primum homagium consuetum præstare; quod et fideliter fecit feria secunda post Luciæ iurejurando depositio suo et uxoris suæ nomine. /m/ m.

Feuda alia. Inter hæc plura eiusmodi feuda renovavit Abbas Bonaventura, Prædiumque in Benken contulit Ioanni Casparo de Mandach in oberstaad, similéque prædium in Berwangen Ruggero im thurn, post cuius obitum nomine filiorum homagium præstitit Ioannes Iacobus Ziegler, filius Francisci olim in proelio montis Tugiensis capti, ac postea consulis, cuius filia barbara nupsit Iacobo de offeringen anna verò Onuphrio de waldkirch, qui et ipse postea consul feudales census obtinuit ex proelio in griesheim et in Ertzingen. Eodémque præsenti anno mortuo Henrico Hegnet homagium fecit nomine filiorum Christophorus Hegner Archigrammateus in oppido Vinterthur. Ioannes verò de wellenberg Germanus frater Abbatis feudum obtinuit Henaugiæ, quò se contulit cum tota familia sua Religionis causa Turegò Exul, factus hoc ipso anno Monasterij Præfectus, cui plurimùm servitijs suis profuit. Habitabit in domo extra Insulam officialibus assignata, ubi nunc hortus Abbatis, quoque sibi domum præclaram solidamque ædificaret anno 1562. quæ etiamnum perstat. Nec tamen minùs alter frater Ioannes Petrus de Wellenberg,

---

/m/ Hans Mayg Herr Zu Rutt von Bern Empfangt die vogtey Zu obermartelen in Sin und siner Frowen aña am staad namen hat ain ufgehebt ayd gesworen von sölchem lehen gehorsam Zu sin.

licèt Turegi persistens officia sua impendit, præsertim hoc anno ratione præfecturæ cameralis in Bülach.

cobus Peyer fficiarius ldi cellæ.

Dominus Iacobus de Peyeren Schaffhusianus Conventualis noster interim operam suam strenuè navavit tum in œconomicis tum et spiritualibus, post P. Berchtoldum animarum curam administrans. Hoc verò anno magnis precibus expetitus fuit tum â cognato suo Ioanne Müsperli Abbate S. Georgij in Stein, tum Iavidis Successore, tum â Magistratu oppidi Ratoldi cellæ, ubi Abbas ille exul comorabatur. Monasterium in Stein Tigurini occupaverant: sed Ioannes Ferdinandi Regis et ab Hispontani Reginimis Auctoritate saltem proventus ex parte Sueviæ existentes obtinuit. Præposituram quoque in Clingencell, procul dubio Auctoritate Catholicorum Cantonum, sub potestate retinuit, ad quam postmodum devenit pater noster Iacobus. Porrò Ratoldi cellæ hoc tempore comorabatur adhuc capitulum Cathedrale Constantiense, quò ex überlinga migraverat, reversurum post Bienium Constantiam. ægrè tandem consensit Bonaventura in dimissionem P. Iacobi, licèt gratiùs, inquit, in nostro Monasterio retinuissemus, sed propter importunas preces et causas, et ut Divinus ubique augeatur cultus, benignè in hac parte eorum votis aquievimus.

1550. Anno quinquagesimo Erlingæ nomine Abbatis solemne Judicium Celerarium habitum fuit; ibidemque taberna ad duodecim annos elocata. eodem anno haud exiguo pretio Bonaventura decimas in Arlingen comparavit â quibusdam Rhenaugiæ Civibus; quorum tamen plures moribus novæ religionis adhærentes sequenti anno negotium facessivêre Abbati. Conaserat is Cuidam Canio facultatem Carnes venales exponendi, subcautela tamen, ne id fieret ex antiquissimo Ecclesiæ ritu tempore quadragesimalis Jejunij. verum prædicti Cives bovem pinguem, â Canio emptum, eidem eripiunt, mactant, carnesque inter se dividunt. Abbas hæc cum despectu suæ potestatis fieri videns, nequid inconsultò faceret, per secretarium provincialem Reipublicæ Lucernensis consilium exAegidio Tschudio perquiri fecit, qui tunc secundam in argovia præfecturam gerebat, et oraculum publicum, ingensque columna

1551. Cives Rhenaugiæ inobedientes

Romanæ Ecclesiæ fuisse fertur. /n/ Ille se dig- n.
-num responsum dedit Abbati Epistola scripta die vigesima septima februarij, tuti⁹ hi-
-mirum fore, si prudenti œconomia negotium differretur ad usque conventum Fœdera-
-torum proximè Badenæ celebrandum, ne gravius mulctati Rhenaugienses, querelâ inter-
-positâ, si indulgentiores experirentur Fœderatos, eò magis exasperati deinceps minùs
parerent mandatis. Sanum consilium sequu-
-tus Abbas, mox ipso agente Tschudio promptos invenit Fœderatorum legatos, qui et pu-
-niendos ab Abbate contemptores, et delicti-
-endos, si hanc ob causam querelas moverent, censuere; cùm omnis potestas ad sanguinem
usque Rhenaugiæ penes Abbatem sit, Cives⁹ ut proprij hominis parere teneantur. Da-
-tum Badenæ die Martis post Dominicam
1562. Lætare, id est 10. Martij 1562. /o/ o.

Anno quinquagesimo secundo Abbas Bona-
-ventura particulares quasdam decimas compa-
-ravit à Monialibus vallis S. Catharinæ in Mar-
-telen, Benken, et Wilgenspuch: nec non piscinam
cum prato Destette ab Illustrissimis Comitibus
Fratribus de Sulz, Wilhelmo, Rudolpho, et Alvi-
-co, Imperialibus Aulicis Judicibus Rottwilæ
Dominis in Vaduz, Schellenberg, et Blumeneg.
Nova Conven- -tio ratione Pradicantium. Ad finem anni cum expiraret conventio ratio-
-ne Parochiæ Rhenaugiensis nuper facta, scripsit Abbas ad Magistratum Figurinum, ut
dignaretur eum ab onere sustendandi tot Pasto-
-res liberare, deputatosque Rhenaugiam ad di-
-em tertiam sequentis anni destinare, qui suf-
-ficienter instructi conventionem aliam inci-
-erent. Respondit humanissimè Senatus die vi-
-gesima octava Decembris, ratam habens diem
pro conventu indictam, ad quam adventuri
sint Comissarij, qui operam darent, ut pro
conservanda pace, et hactenus vigente amici-
-tia, negotium Pastorum in Benken, et Martelen,
1563. et Rheinau novis pactis conficerent. Abro-
-gatus est hac concordia alter Pastor Rhenau-
-giæ propter diminutum numerum eius religi-
-onis parochianorum, atque stabilita utri-
-usque Pastoris in Benken, et Martelen sus- stentatio,

/n/ Hottinger to. III. pag. 930. ad an. 1571.
/o/ Dan alle Herrlichkeit, Leibeigenschafft, und gerechtigkeit bis an das bluet getach-
-ten herren Abbts eigentum ist.

stentatio, qui posterior simul Rhenaugiæ adhæ-
rentes curaret. constitutus est protutrisque
Joannes Fischer in locum Jacobi Frembt. Catho-
licorum porrò curam in se suscepit post P. Ja-
cobum de Peyeren P. Nicolaus Lüppolin.

Controversia Advocatia per Cantones.

Hac tempestate graves controversiæ agi-
tabantur inter septem veteres Helvetiæ Can-
tones ex una, tresque civitates, Bernam scil-
cet, Friburgum et Solodorum ex altera parte.
quædam sopitæ fuerant, ita tamen,
ut septem cantones tribus illis quandam pecu-
niæ summam numerare tenerentur. Verum con-
tracti à Comitatûs Turgoviæ regimine civita-
tes exclusas volebant; cum enim ab anno 1460.
Turgovia septem duntaxat Cantonibus pa-
ruisset, tres urbes judicium duntaxat provin-
ciale anno 1499. obtinuerant, hactenus ab
oppido constantiensi possessum: alia nihilomi-
nus jura præsertim inter turbas ob Religio-
nem exortas usurpaverant; unde comitem
advocatiam super Monasteria Turgoviæ postu-
labant; appellationes quoque non minus sus-
cipere volebant, quæ fieri solent ad syndica-
tum à sententijs per Præsidem provincialem
pronuntiatis, qui adeoque Juramentum tri-
bus quoque civitatibus præstaret. Nega-
bant hæc omnia Reliqui Cantones, et ut con-
tra opposita se munirent, inter alia scrip-
sere ad Abbatem nostrum Bonaventuram an-
no quinquagesimo quarto, petentes, ut docu-
menta suppeditaret, quibus demonstraretur,
Advocatos Rhenaugiæ solos esse, ac semper fu-
isse septem Cantones. Non pepercit Abbas
nec laboribus, nec sumptibus, imò plurimis
sua opera contribuit, ut pax tandem inter
contendentes restitueretur, licèt interveniente
eius morte consolidatam non viderit. /p/.

1554.

Demonstratur retinere tantùm ad septem.

Interim Mense Novembri ad Sedera-
tos Badenæ congregatos destinavit Joannem
de Wellenberg Præfectum fratrem suum, ad-
dito scripto mandato, quô docebatur, contro-
versiam de advocatia Monasteriorum in Tur-
govia Rhenaugiam prorsus non attinere, nec
illius eligibilis stringi, cum dominium con-
stituat omninò distinctum, et ne ne Conter-
minum quidem, atque proprio Judicio superi-
ori ac inferiori præditum. Potiri quoque

/p/ p.

/p/ In Comitijs Badenæ 1557. propositum: darzu
seiner gnaden vorfar nit wenig gehollfen, vnd
des ain grossen Kosten gehept.

Bonaventura

Monasterium Authographis privilegijs per-
petuo usu receptis, quorum tenore Abbas cum
consilio conventus liberè advocatum eligere
valeat, quemcunque existimaverit Monaste-
rio magis proficuum. unde cum septem Can-
tones duntaxat Protectores electi fuerint,
neminem alium dictam potestatem usurpa-
re posse, maximè cum ipse Abbas nullos ali-
os advocatos excepter, praeter altefatos Can-
tones, quorum tutelam et Protectionem
hactenus satis expertus fuerat, petitque,
ut porrò pergere, atque in suis privilegijs
tueri dignentur. /9/ g.

/9/ Alsdan span enston will zwischen den herren der trey statten Bern, Friburg und Solotturn ains, und unseren herren der siben orten der Eydgnos-schafft anderthails, von wegen das vorgenant trey statt sambt jetzt gedachten siben orten, schirm-herren der Gottshüseren in turgow sin wellen, vermainen wir Bonaventura Abbt des Gotts-hus Dinow, das dise anfechtung uns, und unser Gottshus Dinow nit belangen solle, us ursachen: Erstlich das solich Gottshus nit in das turgow dienet, ouch desselbigen rätt und satzungen nit unterworffen ist, sunderbar rätt hoch und nider gericht hat. Zum anderen das us krafft Bäpst-licher, kayserlicher und küniglicher Fryhait ain Abbt für sich selbs, oder mit rath sines Convents macht und gewalt hat, inen und irem Gottshus zu vögt und schirmer zu nemen, welchen sy wellend. deshalber unser herren die siben ort zu schirmer angenomen sind, und vermög solicher Fryhait niemand anderer gewald haben mag, vogt oder schir-mer alda zu sin, dan sy die siben ort als erwelt schirmer. us solichen grund wir unserem vogt, zeiger diser geschrifft, abgefertiget haben, solches vorbenempten unseren herren den siben orten der Eydgnossen, oder an anderen enden, da es sich gebirt, erschinen, und mit flis fründlich zu bitten, uns sambt den convent und Gottshus by vorgesaiten fryhaiten beliben zu lassen, und sy die siben ort, als unser schirmherren uns daby handhaben; welicher und keiner anderer schirmheren wir begeren, sind-mal sy uns bishar in guttem schirm gehalten haben, und unsers verhoffens das hinfür auch thun werden. und des zu waren urkund, so haben wir dise geschrifft mit unserem keret insigel verwart, und mit unser aygnen hand underschriben, die geben uf dunstag nach S. othmars tag, von Christi unsers lieben herren gepurt gezelt funfzehen hundert funfzig und vir Jar.

Addidit Abbas copiosa Documenta, quibus non solùm privilegia adducta demonstrantur, verùm etiam clarè ostenditur, Ehenaugiam ad solos semper Cantones in negotijs pertractandis confugisse; nihilque negotij reliquis Civitatibus fuisse, nisi cum se absente, rebus turbatis, rationes administrationis exactæ fuerunt, quas tamen ipse laudatis Civitatibus, etiam antequam à dicto onere exemptus fuerat, nunquam præstitisset. His Documentis rationibusque à Wellenbergio Præfecto propositis, Septem Cantonum oratores in ijsdem Comitijs Badenæ recessum publicis actis hunc in modum intulerunt, fuisse nimirum ab Abbate Ehenaugiensi luculenter probatum, quòd juxta Monasterij privilegia ipsi competat facultas liberè eligendi advocatum, ipsumque de facto nullum alium cupere aut eligere. Præter Septem Cantones, patere quoque ex chartis allatis solos laudatos Cantones in possessione advocatiæ eiusdem hactenus permansisse. /2/

2.

1555 Judicatur per Arbitros,

Sequenti anno Controversiæ inter Fœderatos discutiendæ, atque definiendæ comissæ fuerunt huic arbitris, nimirum Henrico de Fleckenstein Proconsuli Lucernæ, Jacobo Asper Senatori Turicensi, Udalrico Nip ex Senatu Friburgico, et Conrado Graff Consuli Solodorano; qui in præsentia deputatorum omnium Cantonum /. Inter quos Ægidius Tschudi quoque fuit, tunc Vicarij Reipublicæ Glaronensis. / amicam compositionem adornarunt, à partibus solemniter acceptatam die decima Septima Septembris. In hac primus articulus statuit, ut tres Civitates à prætensa Monasteriorum advocatia desistant; Econtra septem Cantones illis restituant pecunias vi Conventionis Hofingensis solutas: at Nihilominus sæpè dictis Civitatibus Sartum tectum conservetur jus in judicium Provinciale Turgoviæ, appellationes ad ipsum pertinentes suscipiant, et Præses ijs quoque rationem in dictis casibus reddat, sub juramento tamen

Advocatiam d 7. Cantones pertinere,

/2/ das seine Fryhaiten klaiter und clar. Lauten, das ein herr zu Ehnow zu Schirmherren nemen mög, wer im gefällig, darum er Keinen andren, dan unserer herren der 7. orten begere, und haben welle. Es ligen ouch alle urthailen und Erkandnussen, so ain herr zu Ehnow zu handlen gehabt, allein von unser herren der Siben orten Eidsbotten ausgangen, wie man das alles an Sinen fryhaiten, brieff und Siglen heiter sehen werde.

Et Rhenaugiæ Dominium â Turgovia prorsùs Separation.

tantùm Septem Cantonibus præstando. Cùm verò Rhenaugia neque ad Turgoviam pertineat, neque bello subacta sit, excipitur ab omni prorsùs harum civitatum potestate, ut neque in Criminalibus seu quibuscunque rebus aliàs ad judicium provinciale spectantibus ab illis dependeat, sed Septem solis Cantonibus jus integrum maneat, quod per liberam — electionem in advocatos Monasterij acquisierunt, |S| quâ quidem pacificatione Rhenaugiæ Dominium evidenter declaratur â Turgovia distinctum; Nemim

s.

Rhenaugiam non fuisse anno 1460. cum Turgovia bello subactam, sed propter invasionem Comitum de Sulz, Septem Cantones fuisse advocatos imploratos, Bonaventura ostendit supra anno 1548.

obitg Bonaventuræ Abbatis.

Verùm huius Controversiæ terminum non attigit Abbas noster Bonaventura, morte præventus, quam pijssimè obijt eodem anno quingentesimo quinto die octima Januarij, anno ætatis sexagesimoprimo, Regiminis verò vigesimo sexto fermè Completo, præmium perenne suæ Laboris â Deo optimo percepturus, pro cuius cultu atque servitio tam strenuè laboravit, tam multa mala perpessus, tam plurima bona est operatus. conservavit equidem sua Constantia Monasterium in orthodoxa fide, et cultu Monastico, â tot jam seculis per pios Fundatores instituto. et qui post diuturnium duorum annorum ac dimidij exilium in locum pœnè vacuum fuerat restitutus, jam decedens omnia plena reliquit, Benedictionem divinam manifestè expertus, cùm aliàs ab omni avaritia alienq tam domesticis quam alienis abundè satisfacere studuerit. |t| census ac proventus annuos exemptionibus suis magnopere adauxit. ædificia restauravit non solùm, sed etiam

Benedictio Divina.

t.

plura

|S| unseren Gnädigen und Günstigen herren den oben bemelten Siben orten an aller ihrer recht-same und Herrlikait, die sie vorher an dem gotthus und statt Rinow gehebt, und noch haben sollen und mögen, hiemit nit zit geschwecht, abgebrochen, geminderet, noch benomen sin. |t| das er sich gegen sinem convent, Dienen und armen, frömbd und haimischen also gehalten, das er one alle klag gross lob erlangt.

plura ex fundamento collocavit; Basilicam Monasterij penitùs denudatam altaribus, statuis, picturis, vasis sacris, ornatibq vestibusq̃ pontificalibus instruxit; cuius pedum pastorale inter alia Supereſt, insignibus tam Monasterij, quam Abbatis ornatum; nec non ostensolium pro Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ex solido argento quindecim librarum pondere, forma antiqua, gemmisq̃ pretiosa, et duplici ipsius scuto gentilitio paterno scilicet et materno. Describuntur plures eiusmodi gemmæ, quarum aliquæ ipsius effigiem referebant, nec non nihilò majores et antiqui aurei et argentei. æraricum nihilominus numerosum horrea, cellasq̃ vinarias oppletas reliquit.

Mausoleum Magnificum. Sepultus fuit Bonaventura in Choro S. Fintani, cuius monumentum adeò exornaverat, et ipse pro meritis insigne Mausoleum ibi consequutus ex solido Lapide altitudine undecim et medio, latitudine trium et medio pedum ad instar arcæ, pro superiori parte in rotunditatem formatum, prominentibus ex utroque latere signis Monasterij mixtim atque ipsius Abbatis. In Medio depictum Iudicium extremum cum sequenti inscriptione: Ab Incarnatione christi anno Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto octavo Die Januarij obdormivit in Domino venerabilis in Christo Pater ac Dominus Bonaventura Wellenberg, Abbas huius Cœnobij, qui viginti sex annos bene præfuit, ac prudenter gubernavit, ex hoc in Loco sonitum tubæ expectat. Cuius anima in pace requiescat. amen. destructa veteri Ecclesia anno 1710. Reverendissimus Abbas Geroldus II. de Lauben transtulit eius corpus in novam Basilicam ad chorum S. Blasij, ubi præter Lapidem sepulchralem sequens Epitaphium in pariete, retentis prioribus ex inscriptione verbis legitur:

Restauratum.

Ab Incarnatione Christi
Anno MDLV. die 31. Januarij
obdormivit in Domino
Rñs et Amplis in christo Pater ac Dñs
Bonaventura â Wellenberg Figuring,

Bonaventura Abbas XLIV.

Abbas huius Cœnobij,
qui 26. annos bene præfuit,
ac prudenter gubernavit
et hoc in loco sonitum
tubæ expectat.
Cuius anima in pace requiescat. amen.
Cui fortissimo Fidei Defensori
Postliminio destructa veteri
Et adornata nova Basilica,
Ex Choro S. Fintani Elevato,
Et in novo S. Blasij recondito,
Hum hoc æternæ gratitudinis monumentum
Geroldus XI. huius nominis Abbas
Restauravit, et Erexit.

Anno 1710.

Joannes Henricus Schenk de Castell Abbas XLV.

1555. Electio. Celebrata est electio Abbatis die vigesima nona Februarij eiusdem anni quinquagesimi quinti supra Millesimum et quingentesimum, datusque Bonaventura ex gremio successor, nobilitate, meritisque haud impar Joannes Henricus Schenk de Castell, quem statim confirmavit, inauguravitque Christophorus Mezler de Andelberg Episcopus constantiensis Solutis ex more solvendis. Sortita est cognomen Familia ex castro quodam propè Constantiam in Turgovia sito, quod jam anno 1127. ex eadem prosapia natus Udalrico II. ex Monacho S. Blasij Episcopus Constantiensis metu Comitis Brigantini destruxerat, à successore mox restitutum. Praeter alios viros insignes eius gentis floruit circa annum 1270. Henricus Abbas Murensis. Burchardus Schenk de Castell anno 1464. praeter alia feudi nomine à Monasterio S. Galli villam Hagenvil obtinuit, arcemque Mamertshoven titulo pignoris. Habebant ijdem Nobiles jam prius feudum quoddam Rhenaugiense in Osterfingen. Marchus Burchardi filius genuit Udalricum, qui ad initium saeculi XVI. Supremus eiusdem Monasterij officialis factus, dynastiam Oberbyren emit, in qua ab eodem progenitus Abbas noster Joannes Henricus, eiusque frater Joannes Jacobus Patris in suprema Praefectura S. Galli successor. Posteri ad aulam Episcopalem Eustadiensem translati, ubi tres Episcopi eiusdem prosapiae successivè praefuerunt, Marquardus, Lucherius, et Franciscus. Joannes Wiltibaldus S. R. I. Comitium dignitatem domui huic intulit, cuius Patruus ordinem Capucinorum ingressus sub nomine Patris Joannis Chrisostomi sanctimoniae famâ clarus decessit anno 1634. auctor cultûs Salvatoris nostri Infantis Specie ex Salisburgi nomine noti. Praecedentiano trigesimo tertio Joannes officialis Campidonensis eiusdem ordinis candidatus, cum Rhenaugiam peteret cognatis valedicturus nocte Andelfingae hostis putatus occiditur, atque Rhenaugiae honorificè sepelitur. Ibidem nuper anno 1764. die 25. aprilis sepulturam consequutus Josephus Ferdi-

familia.

-nandus in Feurthalen mortuus, omnibus tamen morientium Sacramentis more Catholico provisus. Eius Pater Filius Wilibaldi dynastiam Oberbyren Monasterio S. Galli anno 1727. pretio accepto restituit. Florent in Suevia Josephi Fratres Illustrissimi Comites et Domini in Oberdisshingen, Schelklingen et Guttenstein.

Feuda. Abbas noster Ioannes Henricus statim ab Electione sua more solito feuda nobilia contulit, in Specialem librum adscripta. Inter alios Ioannes Bernardus de Ramo postea Consul, nomine Magistratûs Figurini pro praefectura in Benken homagium /a/ praestitit. Idemque fecit Itelius Ioannes Ziegler nomine senatûs Schaffusiani pro tribus villis Lüdlingen, Buchberg, et Ellikon. Benedictus Mayg pro praefectura Martellensi. Onophrion de Waldkirch pro praediis in Ersingen et Griessen. Joannes Petrus de Fulach pro advocacia Glacensi, cuius jura strenuè quidem, sed modico cum fructu defendit. Josephus Oppicher officialis Monasterij vallis S. Catharinae pro praedio in Dettwil. Ioannes Georgius de Mandach, et alter eiusdem familiae Henricus de Oberstad; Item Ioannes Fridericus Koller, et Wolvenus de Mandach in Stadgarth propè Oeningen, pro quatuor Domibus equestribus Rhenaugiae fidem juraruent Abbati. Denique advocatiam in Fruttiken, Fruttikon, et Klein andelfingen cum Emisset Georgius Abbas Creutzlingensis, suo ac conventûs nomine stitit officialem suum Georgium Henner. alia, quae jam memorata aut minoris ponderis sunt, praeterimus.

Conventio cum Comitibus de Sultz. Ratisbonae similium feudorum quaedam Controversiae exortae fuerant sub regimine Abbatis Bonaventurae cum comitibus de Sulz, eorumque Supremo eleggoviae officiali Iacobo de Fulach, quae hoc anno per amicam conventionem sopitae sunt. Recurrit enim Abbas noster Ioannes Henricus ad Protectores Septem Cantones, quorum operam in concilianda pace nec Comites respuerunt. Destinarunt itaque Foederati Arbitros Waldshutium Ibanem

/a/ Hat geschworen und gehuldiget.

Ascher archigrammateum Tigurinum, et Joannem Aug Proconsulem Lucernæ; ubi comparuit quoque Abbas noster, necnon Illustrissima Domina Elisabetha vidua nata comitissa de Zweibrüggen, Bütsch, et Lichtenberg, nomine suo et filiorum Wilhelmi et Alvici Comitum de Sulz; lites porrò in hunc modum compositæ: ut Molendinum dangstettense in Rheno natatile situm inter Eckingen et Rheinheim, quod jure feudali caducum Abbas volebat, cederetur comitibus, refuso pro abdicatione juris nonnullo pretio; Feudum altenburgi conferret Conradus de Jestetten Henrico Reding civi Rhenaugiensi, cui collationi se opposuerat Pilachius; denique Fons quidam in Jestetten ita instrueretur, ut utrique arci [b] tam Monasterij, quam Comitum deserviret. Erat tunc Alvicus Comes in aula Caroli V. unde redux ex Hispania duxit uxorem Barbaram de Helfenstein; Wilhelmus jam pridem thoro sibi junxerat Mariam Cleophe filiam Ernesti Badenæ Margravij: Tertij demum Fratris Ludolphi in literis istis nulla fit mentio, quod elapso biennio vivere desijsset.

Com. de Binoponte, Bitsch en Lichtenberg.

b.

Divisio Comunitatum.

Eodem anno facta est plena Septem comunitatum Monasterio proximarum divisio, nempe Rhenaugiæ, Martelæ, Bensen, Islich Andelfingen, Örlingen, Wildenspuch, et Ellikon. Hæ à tempore Fundationis, aut factem restaurationis, à Wolfeno año 858. factæ, tam quoad sacra quam profana Monasterio omnimodis unitæ erant, ut quodammodo unum corpus sub Abbatis Dominio efficerent; omnes quoque comunem dignationis, pascuarium, Parochiæ, ac juris forensis usum habebant. Sed longo temporis tractu, multis præsertim advocatorum aliorumque persequutionibus unitas illa convulsa dissolucta, et magna ex parte Monasterio subtracta fuit. Jam olim comites de Lenzburg invaserant has Monasterij terras, quarum hæredes

---

[b] und Islich wasser zu des herren von Sulz obangezeigten burgstall, desgleich dem alten burgstall, so das Gotshus Rinow auch der enden hat, beiden glich dienen soll.

Ioannes Henricus

Comites de Kiburg, plerasque excepta Thenaugia sub Dominio altiori detinue-
-runt. Iurisdictio minor plerumque in-
feudum Nobilibus collata; Pastores spe-
-ciales extorti; Sylvarum distinctio jam
pridem facta: pascua tamen hucusque
ferè communia servabantur, non sine con-
-tentionibus, quandò una communitas in
alterius agros aut sylvas nimium pro-
-gredi, aut gregum copia abundare vide-
-batur. unde jam anno 1552. Abbas
Bonaventura praeceperat, ut greges in
propriis dimtaxat fundis pascerentur
poenis in transgressores statutis; nec
tamen ultra triennium statutum
istud valeret.

Recruduit itaque praesenti anno sub
Successore contentio, qui ut pax tandem
solida stabiliretur, adhibendum sibi au-
-xilium Magistratus Tigurini, utpote
Supremi in districtu Kiburgico Domini,
existimavit, ne in causa propria Iudex
esse videretur, cùm jura Monasterij in
omnia illarum communitatum Catisten-
-dia nunquam fuerint abdicata. Tres
igitur à Senatu Tigurino deputati sunt,
nimirùm Ielius Ioannes Tumisen, Bea-
-tus Bachofen, et Rudolphus Schweizer,
qui unacum Abbate causam discuterent.
|c| Abbas tota illa terrâ cum dictis Sena- c.
-toribus circumequitando Lustrata, Primo-
-res communitatum Thenaugiam convoca-
-vit, qui rem in deputatorum arbitrium
liberè posuerunt. Decisum tandem abillis
atque ab Abbate est, ut jam perpetuis fu-
-turis temporibus quaelibet communitas
separatim in suis tantùm bonis, agris et
Sylvis jus pascuorum exerceret juxta dis-
-positionem Abbatis Bonaventurae, ita
dimtaxat, ut libera potestas servaretur
Monasterio pascendi oves suas in toto illo
terrarum tractu; |d| neque aliis quibus- d.

Servatis Iuribus Monasterij

|c| mit hilf gedachten unsers gnädigen herren Apts zu Einow.
|d| Es soll auch dem Gotshus Einow vorbehalten und unabgeschlagen seyn, mit deßelben Schäf zu jeder Zeit, wie von alter har, uf die obgenan-ten Liben gemeinden, wie es ainem herren Apt gefällig, und gelegen seyn wird, zu weit & faren. und kurz ietzt, soll diser bericht und vertrag ußerthalb den angezognen artikeln, dem Gotshus Einow an sinen urbar, brieffen, fryhaiten, Herlichaiten und gerechtikeiten unnachtailig und unschädlich seyn.

cunque juribus quidquam derogatum per hanc constitutionem intelligatur. Signatum instrumentum die undecima octobris. Cæterum licèt per Feudatarios in istis locis jus dici consueverit, causæ tamen concernentes bona, census et jura Monasterij, necnon appellationes et controversiæ Majores, ùt hæc erat inter ipsas comunitates versans, Zhenaugiam deferebantur, ibidemque jugiter decisæ fuerunt.

1556. Emptio Prædij Alsheim.

Anno quinquagesimo sexto Abbas Joannes Henricus peculiale prædium Alsheim dictum, ab Hospitali S. Spiritus Schaffhusij emit. Erat antiquitùs vicus integer, cujus Decimæ jam à fundatione spectabant ad Monasterium nostrum. Sæculo Decimoquarto Nobiles de Tengen Domini illius loci erant, qui sæculo proximo ad dictum hospitale pervenit. Ne querelæ, quas motùri posteà erant Schaffhusiani, justæ viderentur, adhibitæ sunt in hac emptione omnes solemnitates, omniumque consensus, quorum intererat. Prævia longus tractatus habitus, et comissio à Magistratu demandata Consuli, atque sex alijs Senatoribus, necnon hospitalis administratoribus et Procuratoribus. Nomine Abbatis et Conventûs specialiter rogati aderant Joannes Escher Archigramateus Tigurinæ Reipublicæ, inter advocatos primæ, et Georgius Wolfhart ejusdem urbis orator. Jurisdictio reservata, concessæ tamen mulctæ in violatores frugum, lignorumque. Religionis exercitium in sacello adjacente vetitum, permissum tamen Liberum in domo privata, quod postea tractatibus consolidatum. Sigillatria Instrumento appensa: primum Reipublicæ Schaffhusianæ, secundum Alexandri Payer Proconsulis et Administratoris Hospitalis, tertium denique ipsig. Xenodochij.

1557. Charta Concernens Immunitatem à Turgovia.

Anno proximo de advocatiæ juribus Libertatibusque Monasterij solicitus Abbas rogavit Septem Cantones Protectores per officialem Joannem de Wellenberg Badenam submissum, ut authenticum transumptum pacificationis inter ipsos et tres civitates elapso biennio factum concedere dignarentur, quo roboratur omnimoda diversitas, atque immunitas Monasterij à Comitatu Turgoviæ, quod non eodem modo ac tempore, sed per Librum electionem Sub Tutela Cam-

Ioannes Henricus
Septem antiquiorum Cantonum pervenit.
Annuerunt justa postulanti Oratores
die vigesima octava Julij, quorum unus de-
nuò erat Aegidius Tschudius. Facta copia
ex ipso authographo per Secretarium Pro-
vincialem descripta, atque munita sigillo
Apro Praefidis Argoviae, praemisso orato-
rum decreto, in quo id eleculenter testantur,
se | videnturque respexisse ad merita Bo- e.
naventurae Abbatis, in negotio illo quon-
dam conquisita.

1558. Jus Patronatûs in Berg vindi-catum.

Cùm anno quinquagesimo octavo Bal-
thasar Fehr Pastor in villa Berg, quae radi-
cibus montis Iurassi adjacet, mortuus esset,
Abbas Ioannes Henricus occasionem oppor-
tunam nactus, collationem illius Parochiae
recuperandi, destinavit Dominum Albinum
Segesser vicarium seu locumtenentem, et
Capitularem Rhenaugiae cum Praefecto Joan-
ne de Wellenberg ad Senatum Figurinum
in cujus comitatu Liburgico Parochia illa
sita est. Repetierunt hi jus Patronatûs, con-
testati, Abbatem legibus Territorij pari-
turum, neque alium Pastorem eligendum,
quam qui ritibus Figurinis se conforma-
ret. Adesse certa Documenta, quibus jus
illud probaretur, licet per annorum prae-
cedentium tumultus turbatum fuisset.
Respondit Senatus, rem exactius exami-
nandam esse, atque pro aequitate deciden-
dam. Petitae fieri chartae ab ultimo
Praecone, qui ab anno 1524. loco illi in-
servierat, relictae, auditusque testis,
Joachimus Göedlin adhuc vivens, qui quon-
dam Parochiam illam obtinuerat. ex qui-
bus compertum quidem, Praecones alterig
religionis non fuisse per praesentationem
Monasterij constitutos, plures etiam an-
tea per provisionem Pontificiam impositos; verum refragante Abbate de Mandach,
praeterquam quòd eadem provisiones aper-
tè contineant, collationem alias spectare
ad Monasterium Rhenaugiense. Misit ita-
que Magistratus Figurinus Rhenaugiam
proconsulem Joannem Haab, cum archi-

---

gramateo

|e| Haben wir uns solliches begerens gegen
Sinen gnaden nit weigeren können; und
deßhalb ihme disen Schin uß dem rechten
original und vertrags-brieff werden lassen,
des in Sinem anfang also lutet &c.

-gramateo Ioanne Æscher, qui Abbatem
à postulatione dehortaretur; si nihil
efficeret, tractatum componeret, à Magistra-
-tu approbandum. Negotio Thenaugiæ ut-
-cunque composito, dies vigesima quinta Maij
Turegum indicta, ubi Abbas Ioannes Henricq
personaliter comparuit. data Comissio Sena-
-toribus Ioanni Haab, Bernardo de chaam,
Ioanni Henrico Sprosz, et Ioanni Æscher,
archigramateo, ac tandem concluſum,
ut jus patronatus Monasterio restituca-
-tur, ac perpetuis futuris temporibus
salvum maneat; Pastor tamen Figurinæ Re-
-ligionis, ibidem examinatus et approbatus
constituatur, cui pro corpore beneficij, ut
vocant, tam largi proventus stabiliter assig-
-nati, ut vix alius pinguiores percipiat, mi-
-rumque sit, quosdam successores illis non fu-
-isse contentos. Decimæ Monasterio cessæ,
atque actio reservata Abbati in hæredes
ultimi præconis, quòd ædificia reparare
et conservare neglexerint. Instrumenta duo
de hac conventione conscripta, atque sin-
-gulis partibus tradita, munita sigillis Ma-
-gistratus Figurini, Abbatis et Conventus
Thenaugiensis. Primus Pastor constitutus
Ioannes Fischer, qui post Iacobum Frembt
Parochiam Thenaugiæ simul ac in Marte-
-len, imò et Benken pacificè administravit,
quem in eodem Ministerio hoc anno excepit
Ioanes Hueg.

Religiosi nostri.

Eodem anno ad Professionem Mo-
-nasticam Abbas suscepit Ioannem Theobal-
-dum werli de greifenberg, et Sigismundum
Rupplin, ambos nobiles ex Frauenfeld, nec
non Christophorum wettenwiler ex Liechten-
-steg doggium. Renuntiabant ante profes-
-sionem, pro deploranda illorum temporum
vicissitudine, juri omni in Monasterium,
si quandò contingeret, ut ad alia castra Re-
-ligionis transirent, quamvis id de Religiosis
nostris hactenus inauditum. Fuêre autem
tunc duodecim circiter Monachi in Monaste-
-rio, quorum disciplina in divinis officijs pera-
-gendis, et fide catholica conservanda con-
-sistebat. obierat inter hæc Dominus Jacobus
Bayer in Clingenzell, præpositura ad Mona-
-sterium S. Georgij in stein pertinente, invicti
Fidei athleta; Dominus verò Melchior de
Gachnang strenuissimus propugnator Religio-
-nis, ac Rerium Monasterij ad hunc usqs annum

pervenit

pervenit, octogenario major, cum Custodis officium ultra quadraginta annos tenuisset. obiit quoque, si licet parvis addere magna Augustissimus Imperator Carolus V. nunquam satis laudandus, quamvis invidorum dentes effugere non potuerit; Successorem in Imperio nactus Fratrem Ferdinandum I. in quem pondus Regiminis jam prævie transtulerat. Neque moratus Abbas noster in

1559. Diploma Ferdinandi I.

Comitijs Augustæ celebratis Sequenti anno pro Confirmatione privilegiorum Monasterij supplex fuit, impetravitque Diploma Cæsareum in eundem modum conceptum, quo fuerat illud à Carolo Ferdinandi fratre concessum. Signatum est die decima quinta Aprilis, subscriptus manu propria Ferdinandus, cum sigillo Monastico. Præsentes + Majestatico
ibi erant legati quoque Helvetiorum, quorum alter erat sæpè laudatus Ægidius Tschudius, qui pariter immunitatum confirmationem pro toto corpore Helvetico die vigesima tertia eiusdem Mensis obtinuerunt. cuius diplomatis copia Abbati nostro facta. Memoratur altefactus Cæsar in gratiam Helvetiorum fuisse propensissimum.

Decretum de hominibus Cigijs.

Comitia ordinaria Foederatorum Badenæ tum adiit dictus Tschudius Glaronæ officialis seu Landamanus; cuius opera Abbas noster contra homines Cigios provinciæ Argoviæ impetravit Decretum signatum die Decima Sexta Junij Sigillo Caspari ab Hyberg Suitensis, qui tunc Præfecturam Badenæ adiit. Statuitur hoc decreto, ut memorati homines teneantur annua onera cum consuetis mortuarijs, à quibus Præses Decessor Apto eos liberare nitebatur. Non minùs faventem Monasterio sententiam promuntiavit Senatus Schaffhusianus in causa concernente Prædium Murstat, agentibus comissarijs Proconsule Dicastæ Jacobo de Wildenberg, ac Senatore Tribuno Italio Joane Ziegler. Inter hæc Ab-

Ædificia Abbatis

bas Torcular ædificavit in vinea Insulæ proxima Korb dicta, cuius scutum cervi cornua referens nostro ævo adhuc visebatur, licèt ad alia mœnia jam mutatum fuerit ædificium. Ingenti autem sumptu Molendinum construxit in superiori Insulæ nostræ parte, ubi in porta Rhenum versus legitur annus præsens insculptus. Erat priùs Molendinum in medio Rheno

Situm

Situm longiùs infra insulam non sine navi-
gantium incomodo, ubi modò via nomen molen-
dinarium conservat.

Eius obitus. At verò Abbas Ioannes Henricus Schenk de Castell longiore vita dignissimus, praema-
tura morte abreptus est die vigesima secunda
Novembris anno quinquagesimo nono istius se-
culi, regiminis verò quinto nondum expleto,
cui multa quoque cum debitis alterius
religionis negotia intercessisse scribuntur. [f] f.
Praeter sumptus in Emptionibus et aedificijs
factos, reliquit haud pauca in aerario, et
multò plura in horreis, cellisque vinarijs,
necnon in debitis elocatis, aut nondum re-
ceptis, annuis censibus magnopere amplifi-
catis. Referuntur inter cimelia aurei nummi
ex Ethnicorum aetate provecti, nec non Sal-
vatoris species aetate infantis, auro gemmisque
fulgens, cuius devotio nobilis eius Familiae
quodammodò videtur fuisse peculiaris. Cor-
pus Abbatis tumulatum fuit in Choro S.
Fintani à Latere sinistro, haud procul ab
eius Praedecessore; ubi praeter lapidem se-
pulchralem in pariete Epitaphium exta-
bat, cum familiae armis, et sequenti inscrip-
tione:

In hoc Monumento dormit
Reverendus in Christo Pater ac Dominus
Ioannes Henricus Schenk,
Abbas huius Coenobij,
Donec audiens vocem domini Iuscitantis
Resurgat.
1559.

Nobilitate, pia Generosa Indole, adversus
Zwinglianorum injurias obarmatus;
Cui pro Religione multa certamina sub-
eunda erant, jure merito civili coronas
in aeternitate donando.

In nova Basilica extra chorum majorem
hic Abbas Meritissimus nunc jacere credi-
tur sub Lapide sepulchrali, cuius tamen
incisi olim characteres proterentium pe-
dibus omninò deleti sunt.

---

[f] Bucel. in Chron. Const. in Monasterio Rhenovensi moritur Ioannes Henricus Schenk de Castell, qui Bonaventurae de Wellenberg successerat, vir insigni Generis Nobilitate, pia Generosa indole, adversus Zwinglianorum injurias obarmatus; cui pro Religione multa certamina subeunda erant, jure merito civili corona in aeternitate donando.

Michael Herster

Abbas XLVI.

1559. Electio.

Post quatuor hebdomadas à morte Praedecessoris die decima nona decembris concorditer à Capitularibus Abbas electus fuit Michael Herster Tuginas Monachus Rhenaugiae professus, ex Patricia Helvetiae familia. Mox ab Episcopo Christophoro confirmatus solitis de more annatis, ac sequenti anno solemniter inauguratus. Negotium imprimis ei facessivêre alterius religionis subditi, maximè in Comitatu Kiburgico, quò cum fide antiquae pristinum quoque obsequium deposuisse videbantur, sese ejusque jam antecessoribus Abbatibus refractarios praestiterant. At Michael Abbas haud moratus ipse se Turegum contulit, atque à Magistratu demonstratis Monasterij Juribus die vigesima octava Julij quaedam concordiae pacta impetravit. Inter illa praecipuum erat, ut dicti subditi more antiquo homagium Abbati praestare tenerentur, eique obedire, sine detrimento tamen Religionis nuper assumptae ac Supremae Tigurinorum Jurisdictionis. Deinde venatio ibidem rusticis prohibita, immunitas muticae à Telonio solvendo respectu Ecclesiae ad dies vitae Abbatis stipulata; denique Conventiones ratione Parochiarum in Rheinau, Martelen et Benken, sub Praedecessoribus initae, pariter extensae fuerunt ad tempus regiminis Michaelis Abbatis. omnes tres illas comunitates hoc tempore administravit Joannes Hug.

1560 Subditos domat

1561. Piscatio in Rheno.

Anno sequenti cùm contentiones exortae essent inter Piscatores Monasterij in Rheno, et alios in Turae fluvio; Abbas Michael authoritate Senatûs Tigurini utriusque fluminis limites designari, ac magnis Capidibus firmari curavit die quarta Junij. At nihilominùs obtinuit, ut Piscatores nostri escas piscium, piscsiculos nempe exiguos, in ipso Tauro conquirere possent, nequidquam refragantibus ejus fluvij piscatoribus. Ipso anno die undecima Septembris pijssimè mortem oppetijt Christophorus Metzler ab andelberg patriâ Feld Kirchensis Constantiae Episcopus, zelo, sapientia, et in pauperes Liberalitate comendatissimus; cui à Pio IV. Summo Pontifice suffectus ex Sorore Nepos

Marcus

Marcus Liticius ab Hochen Ems Presbyter Cardinalis. Indixerat allegatus Pontifex tertiam atque ultimam concilij Tridentini Convocationem, Helvetiosque ad complendum tam pium opus invitaverat, misso nuntio cum potestate legati de latere Antonio Volpio Episcopo Novocomensi.

1562. Conventus pro concilio Tridentino.

Agentibus itaque Foederatis Catholicis convocati fuere ad congressum Capellvilae, die 25. Januarij sequentis anni habendum a S. Galli, et Einsidlæ Abbatibus et Principibus, Ecclesiastici Præsules Helvetiæ, qui hoc ordine referuntur comparuisse:

Diethelmus S. Galli.
Joachimus Einsidlæ.
Petrus Wettingæ.
Michael Kenaugiæ.
Joañes Christophorus ex Muris.
Jacobus S. Urbani.
Henricus Vischingæ.
Jodocus Engelbergæ, Abbates.
Lienhardus Prior Isingæ.
Jacobus Episcopi Cellæ.
Nicolaus Lucernæ.
Henricus Turicensis, Præpositi.
Henricus Creutzlingæ;
Joañes Jacobus Fabricæ, decanj;
Et Onuphrius Beronensis Custos,
nomine superiorum Fratrum.

Die vigesima sexta Januarij post missarium solemnia congregatis omnibus in domo Civitatis publica, prælectæ litteræ Nuntij Apostolici, atque quinque Cantonum Catholicorum, quibus petebatur, ut eligeretur ex ijs aliquis, nomine reliquorum ad concilium destinandus. Annuentibus cunctis, tres tamen ex territorio Lucernensi jussu Magistratus ab expensis solvendis se prohiberi dixerunt; quâ protestatione non attenta unanimiter electus est Joachimus Eichorn patriâ Vilensis, Princeps et Abbas Einsidlensis, Vir pietate et doctrina Eximia, qui Comitem legationis, quem mallet, sibi adoptaret. Petivit ille Parochum Capellvilanum tunc præsentem, ac Notarij munere fungentem, hujus Instrumenti Authorem. Decreti pro comitatu octo equi; Procuratorium nomine omnium prælectum, et approbatum, rogatique Abbates S. Galli et Kenaugiæ, ut unacum Præposito Lucernensi sigilla sua apponerent, quamvis detrectante postmodum Præposito

solis illis Abbatibus is honor relictus. Electi deinde tres, qui taxas ordinarent, nempe Michael noster Abbas Henaugiensis, Christophorus Murensis, et Praepositus Episcopi Cellae. Praescripta singulis solvenda attenta proventuum quantitate, nequidem exclusis Lucernae Praesulibus, Monialium Coenobijs ac Domibus comendatis ordinum Equestrium, quae tamen, utpote absentium, pro consensu reservata.

Orator ad Concilium. Soluto Conventu, Joachimus Abbas una-cum Parocho Eaperswilae, Lucernam adijt die trigesima Januarij, Foederatis ibi congregatis electionem cum reliquis actis relaturus. Gratiae solemniter actae, cunctis, quae steterant, approbatis. Magistratus tamen Lucernensis taxam Ecclesiarum suarum infrà dimidium reduxit, non sine aliorum indignatione. Profectus est igitur Reverendissimus Joachimus die quarta Martij cum Domino Dietherico in der Halden Equite et Landamanno Suitensi, alijsque tum ex clero tum ex Nobilitate Comitibus, et denuò uraniae cum Nuntio Apostolico Colloquutus. offendit ibi jam paratum, atque ante suam electionem, jam destinatum [a] dominum Melchiorem Lussi Equitem pariter et Landamannum Subsylvanum oratorem ad praedictum concilium nomine Saecularis Reipublicae Helveticorum, nec quinque duntaxat, sed novem Cantonum Catholicorum, nempe Lucernae, Uraniae, Suitij, Subsylvanide, Tugij, Friburgi, Solodorae, Glaronae et Abbatis Cellae, quorum postremi duo Cantones pro parte Catholica consensere, pluribusque negotij habuêre cum Protestantibus, ut sigillis communibus uti liceret. Tridentum appulsi sunt die decima Sexta Martij, ubi solemniter excepti a quinquaginta circiter Episcopis obviam progressis cum oratore Regis Lusitaniae, alijsque. Haec postera die Joachimus significavit Abbati S. Galli, qui copias nostro Abbati statim transmisit, exigens simul alteram taxam, quae sine mora per expressum bajulum missa est.

At Foederati Catholici, laeto nuntio

a.

---

[a] Ex Authographis nostris constat plura falsa circa haec referri ab Hottingero Hist. Eccles. tom. III. pag. 867. &c.

à legatis Tridento accepto, monuerunt Principem S. Galli, ut novum Conventum Prælatorum Superiorum indiceret, qui celebratus est die vigesima octava Aprilis in praesentia deputatorum à Cantonibus Rudolpho de Mettewil Senatore Lucernensi, et Georgio Zeding Prolandamanno Suitensi. Ibi interfuerit Abbas noster Michael, non memoratur in monumentis nostris, cum circa idem tempus gravi morbo caeperit laborare. Ibi taxa singularum Ecclesiarum aucta admodum fuit, reddita posteriora à Principe S. Galli Abbati nostro, et nova liberaliter submissa; non enim omnes adeò prompti fuisse referuntur. die vigesima Septima Junij Joachimus Princeps Einsidlensis Canones de Communione sub utraque Specie laicis concedenda transmisit, qui in Concilio discutiendi forent, una cum pluribus rationibus, quas oratores Caesarei adjunxerant. Alter istorum oratorum Caesareorum in praecedenti convocatione concilij erat Fridericus Nauſea Episcopus viennensis, qui eam Controversiam fusè pertractaverat, ut cum pluribus alijs ad concilium pertinentibus videre est in Authographa eius monumentorum Collectione in Bibliotheca Schaffhusij asservata. Cum obijsset Tridenti Nauſea, eius Secretarius Hervagius in servitia concessit Christophori Mezleri Episcopi Constantiensis; is simul praeclarum id monumentum Constantiam detulit, quod postea ad Sectam de Zatowitz Zawoziz Medicum Schaffhusianum, ac tandem ad praedictam Bibliothecam pervenit.

Acta quaedam Concilij.

Scripsit postea Joachimus se Autumno superveniente ex rationibus occultis discessurum Tridento. Sed cum citius eum aegritudo corripuisset, facultate à Praesidentibus Concilij obtenta, quorum unus Altemisius erat Cardinalis et Episcopus Constantiensis, jam Mense Augusto ad S. Geroldum, Vetiae Praepositurae Einsidlie subjectam, Secessit. Exinde statim Florinum Parochum Gossauiensem ex Comitatu suo ad S. Gallum destinavit, qui discessum excusaret, additò promissò, redditurum ad concilium, quamprimum convaluisset. Communicata fuere ista die vigesima Secunda eiusdem Mensis Abbati nostro, tunc jam in eo statu constituto, ut expeditum comitiis reddere haud valeret. Submissa tamen

Michael

Mense octobri tertia taxe, quae pro regressu Joachimi ad concilium expetita fuerat. Ceterum controversia de praecedentia in sessionibus concilij cum non attigit, sed solum Lussium oratorem laicum, qui Comissioni sibi traditae fortiùs inhaerens, ut Venetos immediatè insequeretur, nec Duci Florentino nec Bavariae cedere statuit. Res indecisa permansit, oratoribus alternatim sessiones adeuntibus, et casum, ne interessent, fingentibus.

Abbate aegroto Labuntur res Monasterij.

Inter haec gravissimum ruinae periculum imminebat Rhenaugiae, Abbate Michaële per infirmitatem ad regendum Monasterium penitùs inhabili. quapropter Foederati Protectores, quorum hinc cura in conservandis et amplificandis Monasterijs maximè enituit, ex ordinarijs Badensibus Comitijs ad initium Mensis Julij Comissarios destinarunt Rhenaugiam, ubi administrator in temporalibus Constitutus est Joannes de Wellenberg Monasterij Praefectus. Prior Dominus Bernardus Escher Spiritualia curabat; Theobaldus Werlin praerat Ecclesiae Custos; animarum curam quoad Catholicos Rhenaugienses et Altenburgenses exercebant Presbyteri Seculares. Horum duo pessima libertate usi, in vitia primùm prolapsi, scandalo subditis esse coeperunt. Deinde Religione et sacro statu posthabito, planè ad aliena castra transierunt, sacris profanatis, et libris etiam anniversariorum discissis, dissectis, ac distractis, ut loquuntur monumenta, ex quorum anniversariorum penuria magna nostrae historiae remora injecta. Fama, ut fieri assolet, volando crescens ad aures Protectorum delata, ipsos quoque Religiosos suspicione involvit, quasi complices delictorum. 1562. Vocarunt itaque Badenam Memoratos Priorem atque Custodem, quos gravissimis verbis excepere, quadam malè informati obijcientes, ac tandem administratorem totius Monasterij alterius ordinis P. Joannem Jacobum Schweizer Wettinganum imponere nisi. Nostris id viribus totis recusantibus, et suam innocentiam per testes probaturos contestantibus, minas illi graviores intenderunt, vincula et carceres jactantes. [6]

Administrator obtruditur.

6.

[6] So sy nit glich iren willen darzu geben, well man sy in die wisse muren, und in gefängnis inschliessen.

Nostri secedunt.

Territi tanto rigore Monachi, quibus non propria duntaxat, sed et totius Monasterij salus cordi erat, clam Badenâ se subducunt, et consilio vix laudando Thenaugiae convasatis Archivi monumentis, nec non praetiosioribus Ecclesiae thesauris unacum Christophoro Wettenwiler seu Müller capitulari se in oppidum Regovia Zatoldi Cellam conferunt, ubi tunc degebat Martinus Abbas S. Georgij in Stein, cuius consilijs uterentur, tantò longiùs remoti à deferenda fide, ordine aut etiam Monasterio, quantò magis solliciti pro conservandis praecipuis rebus ac juribus erant, atque ex loco permixto ad alium plenè Catholicum abierunt. /c/ ut autem eò certiùs de eorum intentione constaret, illi ante discessum Scripto relicto contestati sunt, hac sua de causa id à se fieri, quòd videant Monasterium suis juribus ac privilegijs spoliari. Gravissimè meritò tulerunt hunc Saltum Foederati, veriti, ne Religiosi ad aliena auxilia prospicerent, atque privilegijs, secùs, quàm mallent, uterentur. Itaque ad Comitia, quae mense Januario ann. insequentis sexagesimi tertij Badenae indixerant, adesse jubent Wellenbergium, certiora perquisituri.

1563. Advocantur.

Comparuit ille, atque relatis, quae petebantur, simul onere administrandi temporalia ut liberaretur, vehementer oravit. Confirmatus nihilominùs in administratione fuit, datumque mandatum Scribae Provinciali Turgoviae, ibidemque Landamanno recenter constituto Ludovico Werli de Greiffenberg Patri Joannis Theobaldi, ut ad Zatoldi cellam profecti, Monachos, qui eò secesserant, de fuga increpitos, revocent ad Monasterium quò ne redire verentur, securos reddant, de nullis poenis, quas timuerant, infligendis; minas fuisse quorundam ac terrores, non serias omnium comminationes. Exequuti quidem mandatum deputati sunt, usque eò et paterna Authoritate Werling;

/c/ Als dan die Convent herren herr hans bernhart Escher, hans Diepolt Werli, und Christophel Müller von dem Gotteshus Pinau abtretten, etwas Barschafft, Silbergeschir, freyheits brieff, urbar, Schulden, und Zenten-Zödel, desgleichen us der Kirchen etwas hailigtum und Kelch mitgenomen, und us dem Gotteshus endflechnet.

Sed in cassum; nam Monachi non propriæ quintaxat, cuti se timuisse dictitabant, sed quam maximè immunitati Monasterij cuius privilegia violata, capitulum contemptum, administratio extraneis comissa, quæ Abbati solum, et in eius defectum conventui competeret. Horum relatione acceptâ, in ordinarijs comitijs Mense Junio Badenæ celebratis, Fœderati à proposito revocandi Monachos non destiterunt; et ne putarent, amicorum suasionibus quintaxat rem agi, rogarunt Bernardum de Ramo Consulem Figurinum, virum experientissimum, et in sedandis inter utriusq; religionis partes controversijs, præsertim Glaronæ celebrem, ut reditum suaderet exortibus demonstranda, quæ egerant Protectores, non infringendis privilegijs sed conservando Monasterio collimasse.

Lis inter Equestres et Cives componitur.

Aderat in ijsdem comitijs Joannes de Wellenberg Præfectus Thenaugiæ nomine Nobilium familiarium, quæ domos Equestres Monasterio feudales in oppido tenebant, querelas propositurus. Erant porrò illæ de Mandach, Rinck de wildenberg, de Roll, et de wellenberg; cuius ultimæ personam ipse Præfectus gerebat tam nomine suo, quam Uxoris Dorotheæ Limler, quam Thenaugiæ duxerat, post mortem primæ Conjugis, quæ Turegi ei anno 1530. filium peperat Joannem dictum, et Nomine Bonaventuræ Abbatis et Germani fratris tunc exulantis è fonte levatum. ab his Familijs Cives tributa exegerant pro reparando Theni ponte, cum à Familia de Payer mutuos accepissēt quadringentos aureos, seu quingentos florenos monetæ usualis. Renuebant Equites, inter alia opponentes servitia personalia, quæ Abbati præstare tenerentur, /d/ cumque quoties jusserit, duobus equis paratis iter facientem comitari. Causa à Fœderatis discutienda quatuor Legatis demandata: Cum

d.

Dato

/d/ dieweil Sy sonst ainen herren von Rinow von solicher Ritterhüser wegen verpflicht und verbunden sien, wan Sy von ihr gnaden gemand werden, ir jeder mit ainem Knecht und zwen pferten ihren gnaden, wo es ihnen gefellig, zu dienen, und sich brucken zu lassen.

Dato Bernardo de Cham Consule Figurino, Jodoco Pfiffer Prætore Lucernensi, Antonio de Niderhoffen uranensi, et Caspare ab yberg Suitensi officialibus seu Landamannis. Hi litem amice composuerunt, maximè, quod cives oppidi intolerandas expensas in conservando ponte quererentur, quas refundere Telonei proventus haud valerent, ipsis præterea necessarijs subsidijs lignarijs destitutis. itaque partes sequentes articulos liberè acceptarunt, vrtenbergio tanquam Monasterij administratore consensum quoque præbente. Primò Pons Rheni vnacum Telonio Monasterio restituatur, ita ut illum conservare teneatur, huius autem proventus de cætero recipiat. Secundò Cives Rhenaugiæ pro se suisque domibus à præstando Telonio liberi sunto. Tertiò in reficiendo tamen ponte ijdem operas proprias, ut hactenus impendant. Quartò Litterns Pontem et Telonium concernentes, quas in scrinio civitatis servaverant, reddant Monasterio. Quintò ex Abbatis ærario pro diluendo Civium debito tribuantur viginti et centum floreni, ex conventus vero sexaginta. Vellenbergius præstet quinquaginta; deliqui Nobiles simul centum; residuam debiti summam centum et septuaginta florenorum Cives solvant ex taxa more soleto imponenda. charta publica huius transactionis data die quinta Julij appensis quatuor Arbitrorum suprà nominatorum sigillis. Ita postliminiò sponte rediere Jura Telonii ad Monasterium, unde manaverant.

Pons cum Telonio Monasterio restitutus.

Eodem anno alia controversia sopita, quæ vertebatur inter Wilhelmum Comitem de Sulz, et Condominos minoris Jurisdictionis in Jestetten. Hæc Conventio facta est in oppido Leiferstuhl, conformis antiquissimis decisionibus, ubi causæ qualescunque dubiæ permittuntur minori Juris dicundi potestati examinandæ, actione demum remittendæ ad Majorem, si liquidò constaret, ad eigmodi forum pertinere. /e/

Conventio cum Comite de Sulz.

e.

/e/ was aber für sachen fürfühlen, die noch zweifenlich, also das mān nit wüßen möcht, welcher obrikeit die zu straffen zugehören, dieselben zu Jestetten vor dem minderen gericht gerechtfertiget, und wo die selben für Malefiz, oder ander unzweifelte chaften befunden, alsdan one einichen geferlichen verzug für das Landgericht im Cleggow gewisen werden.

Michael

Cum termino huius anni pariter concluſum
fuit Concilium œcumænicum Tridentinum die
quarta Decembris; cuius Documenta ſolemni
Subſcriptione acceptarunt oratores Helvetiæ,
die ſexta eiusdem Menſis Ioachimus Abbas
Eremitarum, et Melchior Luſsius Subſylvang,
in ſeparatis tamen tabulis, ne ordo rurſus lî-
tem moveret. /f/ Evidenti utique argumento, f.
interfuiſſe coronidi concilij memoratos legatos.

Reversis Rhenaugiam Religiosis,

Inter hæc Bernardus de Cramo Conſul
Tigurinus adeò gnaviter Spartam ſuam Catol-
di è Cella peregit, ut bonos viros Religioſos noſtros
domum ac in Monaſterium cum omnibus, quæ
sepoſuerant, reduceret. Reverſus tunc Rhe-
naugiam quoque est liber precatorius Abba-
tis de Mandach, quem à Iacobo de Payer re-
lictum hactenus Abbas Martinus tenuerat.
Administrabat adhuc dum temporalia Præ-
fectus Ioannes de Wellenberg cum nonnulla
Capitularium Religioſorum indignatione.

1564. Hic igitur ad initium anni Sexageſimi quar-
ti Badenam ad Comitia Helvetiorum se con-
tulit, et primò quidem Confirmationem nu-
per factæ tranſactionis Pontis ac
Telonii obtinuit charta data die decima
octava Ianuarij nomine Sex Cantonum Pro-
tectorum, omiſsâ ſcilicèt Glarona, quæ ob
turbas domeſticas in comunibus dietis ple-
rumque hoc tempore deſideratur. Deinde
Relatis precibus flagitavit, ut adminiſtra-
tione Edituum Monaſterij levare digna-
rentur invitum. Petitioni annuerunt Fœde-
rati, rationibusque ab eo exceptis, Lauda-
runt ſedulam ab eo impenſam operam, atq;
ab omni debito deinceps abſolverunt. /g/ g.

Administrator denuò obtruditur

Ne tamen Monaſterium neceſsaria provi-
ſione deſtitueretur, deſtinarunt denuo Rhe-
naugiam Comiſsarios, qui ſuprà nomina-
tum P. Ioannem Iacobum Schweizer in
Monaſterij administrationem introducerent.
Huic tamen ordinationi reſtitit, ac conſen-
ſum denegavit Conſul Tigurinus, qui à pro-
miſsis ſuis nolebat recedere, quibus ſpopon-
derat Religioſis è Catoldi cella reductis,
privilegia Monaſterij fore conſervanda. /gg/

/f/ Palavicinus to. III. pag. 856. In alijs tabulis ſcripta
fuit acceptio Ioachimi Abbatis valdenſis tanquam
oratoris ab univerſo Helvetiorum clero miſsi...
in ultima relata est comprobatio Melchioris Luſsi
oratoris pagorum Helvetiorum Catholicorum.
/g/ und hat er inen der gemelten 6. orten Eatsbotten
von all sin innemen und usgeben gute Ehrliche
rechnung geben, dermaſsen, das Sy des gantz
wol benegt und zu Friden. gg.

|99| Mirari supra modum Religiosi nostri hoc novo Foederatorum Mandato, protestari, id Juribus Capituli, atque promissis factis adversari, proinde non ferendum, deputatis demonstrarunt, nisi in respectum Protectorum ad aliquot tempus sub certis conditionibus atque restrictionibus, quibus intacta immunitas servaretur. Ad hæc Comissarij se ulteriori instructione destitutos dixerunt, relaturos tamen querelas ad Magistratus suos, à quibus responsum accepturi comparerent, in proximis Comitijs post Festum Paschæ celebrandis. 99.

Comparuêre Invicti pugiles Religiosi nostri Bernardus, Theobaldus, atque Christophorus; ubi diurniorem audientiam nacti fusiùs per fundationes, Diplomata, bullas, et invicta documenta demonstrârunt, per impositionem extraneæ Administratoris vim inferri Juribus ac privilegijs Monasterij ab Advocatis liberè electis, quæ dicta privilegia sanctè servanda spoponderint. valuêre tantum apud oratores certa et Authographa documenta, perpetuis usibus recepta, ut se sufficienter instructos, aut mandatis prædictos à suis Magistratibus negarent: proinde abtores ad ordinaria Comitia redituros dimittarent, ubi totum negotium plenè foret conficiendum. Itaque mense Junij pro consueto Syndicatu Congregati Badenæ oratores, ac requisita potestate à principalibus suis instructi Chartam Edidêre in membranæ forma maxima memoratu dignissimam, quâ post dira discrimina, et Expensas ultrà decies Millium florenorum, pax tandem et tranquilitas Monasterio cum fama pristina est restituta. Præses in hoc negotio fuit sæpè laudatus Bernardus de Cham, seu de Zamo Turegi Consul. ~~inter Legatos quoque memoratus Melchior Lussi laudatus subsylvanus.~~

Plena Libertate Monasterio per Foederatos restituta.

Data est porrò Charta nomine Sex Cantonum Monasterij Protectorum; in qua imprimis refertur, eosdem Cantones olim liberè fuisse Electos Monasterij Advocatos, ut cuncta jura, immunitates et privilegia

Capitulares, assumunt

|99| doch haben die gesanten unser lieben Eidg. von Zürch hierin nit wollen bewilligen. Inter recess. pag. mihi 229.

abÿs intacta conserventur, ac protegantur.
/h/ Inter hæc unum ex præcipuis esse, liberam electionem Abbatum, Advocatorum, Administratorum, et officialium; quod quidem hucusque perpetuo usu conservatum, donec nuperrimè ob falsas delationes, quæ ad aures Sex Cantonum pervenerint, extraneus Administrator fuerit impositus, quem quidem ex respectu tolleraverint Monachi, salvis tamen Monasterij Juribus. /i/ Nunc verò cum ex documentis Authographis, Bulla Honorij Papæ, Ludovici Regis, Ottonis Magni Imperatoris, aliÿsque, satis perspexerint, Jus liberæ Electionis Abbatiæ Monachis competere, cum immunitate ab omnibus præstationibus, præter quasdam preces, et singulis annis Caballum cum Scuto et Lancea; totum negotium ad suos respectivè dominos ac Magistratus fuisse relatum; de quorum Expresso Mandato decernunt, Monachos in usu imperturbato Suorum privilegiorum esse relinquendos, quæ præsenti Charta ex certa scientia, atque potestate præhabita Corroborant, atqs confirmant, permittentes, ut abrogato administratore impósito, alium ex Gremio, quem maluerint, liberè eligere /k/ k.

i.

k.

/h/us freyen willen zu schutz und schirm herren über das Gottshus Einsidlen erkist und erwelt, sy by irer freyheiten, gerechtigkeiten und alten Harkomen, zu schützen, und zu schirmen. /i/ dan erst kurtz verschiner zit sind unser herren von 6. orten us unwarhafften furgeben, di ihnen zu orentrait, bewegt worden, das sy ihnen ain statthalter, mit namen Johansen Schwiger Conventualen des Gottshus wettingen /. der doch nit ires orden sie. / gesetzt; haben sy das müssen gehen lassen, wiewol das gänzlich wider ihres Gottshus freyheiten gehandlet sye.
/k/ und so sich jeder bott darüber siner herren und oberen befelch endschlossen, so confirmierten und bestetten wir an statt und von wegen unser aller herren und oberen ihnen solche ihre freyheiten hiemit wüssentlich in kraft und macht dises briefs; habend ihnen den genanten Convent herren daby auch vergont, und zugelassen, das sy agens under ihnen ainen statthalter mögen erwellen.

possint. In posterum quoque decedente Abbate, ac quibuscunque eius successoribus, substituere per liberam electionem alium valeant, nemine ullum impedimentum ingerente. Data Badenæ die vigesima tertia Junij, sub Sigillo Jacobi Ulliger Regiensis Praefidis Argoviæ.

Igitur ex gremio administrator. Igitur hospes ingratus Pater Joannes Schweizer wettingam remeare coactus, et in eius locum Administrator Electus est Joañes Bernardus Ascher præcipuus ex propugnatoribus juriũm Monasterij; cuius economiam ipsi Fœderati postea laudibus extollerunt, testati, eum pium, et Industrium Curatorem rebus Monasterij prospexisse, cuius administratio produci mereatur. /C/ Cæteri quoque eius Comites honoribus aucti, et Joannes quidem Theobaldus Prior Electus, Christophorus verò Custos constitutus. Sub horum nomine extat charta ad initium sequentis anni data, quâ ad petitionem Joannis Vischer Prædicantis in villa berg promittitur eius uxori ac liberis unius anni post mortem eius Parochiæ usus fructus, si â Magistratu Figurino permitteretur interea per vicarium provisio. Idem vir Pacificus opera Præfecti nostri Joannis de wellenberg ab eodem senatu decretum obtinuerat, quô Jubetur comunitas dictæ villæ berg ligna combustibilia Pastori pro usu annuo subministrare. Meritum is sibi conquisierat ex opera, quam impendit, in ædificanda domo Parochiali, quæ ex solido Lapide amplitudine sua arcem hodiéque repræsentat. Ei in hunc finem ad aliquot annos decimæ permissæ fuerant: verum nimio ponderi pressus easdem decimas destituit, ac Wellenbergio opus perficiendum reliquit. Multa alia ædificia magnis impensis sub Michaele Abbate seu structa seu reparata sunt, præsertim in pontibus reficiendis, et in aqua Ductu perficiendo ad Molendinum nuper à Joanne Henrico

1565.

Ædificia Abbatis,

/C/ So dan wir hinnebend auch gefunden, das vorbenempter herr Statthalter Ascher in seiner ambtsverwaltung der Statthalterey nüzit anders in des Gotzhus sachen gehandlet, dan wie einem frõmen ehren- und bidermañ gezimbt und gebürt, von deßwegen ihm billich ruhm und ehr nachzureden ist. Ita litteræ posteriores.

Michael

Abbate constructum. Extat adhuc agger ille identidem reparandus, qui medium Rhenum arcet, ne in citeriorem alveum licentiùs declinet, aut navigationem reddat difficiliorem. Regiæ tamen cimelia à Prædecessoribus relicta sub hoc Abbate distracta fuerunt: Sed ærarium vacuum, imo ære alieno gravatum.

Eiusp obitus.

Fecit enim finem huius Miseræ vitæ Abbas Michael Herster die Septima Januarij ano Sexagesimo quinto supra Millesimum et quingentesimum; cuius plura præclarè gesta nobis describenda fuissēt, nisi lethalis morbus medium regiminis cursum Intercepisset, quò per binos annos atque dimidium sui non amplius compos labbraviit, cum æquale temporis spacium non illaudabiliter in regimine transegisset. Corpus Sepulturæ traditum in veteri Choro SS. P.N. Benedicti ex parte Septendrionali apud gradum Altaris eiusdem S. Patris. Parieti proximo appositum Epitaphium excisum in Lapide, altitudine sex et dimidio, latitudine trium pedum, in quo insignia, scilicet tres sagittæ, et sequens inscriptio Insculpta fuit:

Hic Iacet Sepultus
Reverendg in Christo Pater ac Dominus,
D. Michael Herster,
Abbas Huius Cœnobij,
Resurrecturg in novissimo die,
In quo unusquisque recipiet
Secundum opera sua.
Anno Domini
1565.

Cœsto Rhenaugiæ affines

Abbas XLVI.

Reverendissimus Abbas Geroldus II. eius Cadaver transtulit in Novam Basilicam, atque sub monumento Abbatis Theobaldi retondi curavit, cuius Capidis inscriptio nunc pariter prorsùs deleta: eam tamen manus sedula nobis conservavit, quæ testatur, fuisse omninò conformem priori, addito solùm die emortuali Septimo Januarij, ac sequentibus verbis: E veteri Choro S. Benedicti huc trāslatus 1510. Requiescat in pace. amen. ex quibus conjicere licet, Prædecessoris illius Joannis Henrici Schenk de Castell, qui juxta eum jacet, non absimilem fuisse inscriptionem.

Ioannes Theobaldus Werle
de Greifenberg
Abbas XLVII.

1665.

Electio.

Diutiùs expectarunt Capitulares nostri Rhenaugienses, donec Michaëli Abbati sufficerent Successorem. Celebrata tamen est Electio nemine extraneorum interveniente die Lunæ post Dominicam mediam quadragesimæ, in qua Cantatur ab Ecclesia Lætare, eratque ipsum festum SS.P. Nostri Benedicti dies vigesima prima Martij. Vota pleraque pacificè collimarunt in Joannem Theobaldum Werle de Greifenberg, natum Ludovico Frauenfeldæ Landamanno,

Confirmatio.

tunc Prioris munere fungentem. Confirmatio Episcopalis ab Eminentissimo Cardinale Altemps statim sequuta, præstitis ordinariè præstandis per Georgium Tschudium Laudatissimum Curiæ Zingæ Abbatem.

Benedictio.

Benedictio Abbatialis adornata Rhenaugiæ ad Dominicam in Albis, quæ erat Dies Decima Septima Aprilis, eamque solemniter impertijt Jacobus Episcopus Alcalonitanus Suffraganeus Constantiensis, in præsentia singulorum ex singulis septem Cantonibus Oratorum, quos utpote Monasterij Protectores Theobaldus invitaverat.

Charta Protectorum.

Die Altera memorati oratores Litteras publicas expediverunt, quibus Electionem virtute Antiquissimorum privilegiorum, et Chartæ nuper ab ipsis Fœderatis emanatæ, factam laudant /a/ et sibi placere fatentur; /b/ spondentes, se mala à Monasterio propulsuros, atque in bonis promovendis fore promptos; quod vicissim ab Abbate exigunt; /c/ addito Monito, ita invigilandi,

---

/a/ demnach die herren von dem Convent des Gotthus Rheinow, us Krafft ihrer habenden fryhaiten, auch vermög ainer abschids von unseren herren und oberen ihnen geben, den Erwürdigen, und Gaistlichen herren, herren Hans Diepolt werlin, zu fürkommung allerley geferlikeiten und schadens, mit ordentlicher wahl, inhalt ihrer Regel und S. Benedict ordens, zu ihren herren Prælaten und vorsteher gesetzt und eligirt.

/b/ welches dan wir uns anstatt unser herren und oberen auch gefallen lassen.

/c/ ihren nutz fürderen, schaden warnen und wenden, als sy auch thäten.

Monasterio, ut erga omnes vicinos tam intra quàm extra Helvetiam, se Morigerè, pacificumque præstet. Comendarunt deinde distinctis litteris Abbati Dominum Bernardum Aescher, quem hactenùs administrata Rhenaugia satis Laudarunt: cupientes ut deinceps in negotijs occurrentibus ipsius potissimùm votatur opera, eique commoda hactenùs percepta deinceps quoque obvenire permittat. Obijt sepe dictus Fremordus circa annum 1579.

Hierat Superiori anno Ferdinandus I. Cæsar. ut igitur Imperialem quoque privilegiorum confirmationem impetraret neo-Electus Abbas Theobaldus, in Comitijs Augustæ celebratis anno Sexagesimo Sexto Supplex— 1566. Diploma Maximiliani II. fuit Maximiliano II. qui Patri successerat, ut ad exemplum Prædecessorum Dignaretur sua quoque auchtoritate Monasterij Jura atque immunitates corroborare. Fecit id Clementissimè Cæsar Diplomate dato die vigesima nona Augusti, cum propriæ manûs subscriptione, eodem tenore, quo Altefati in digno Antecessores diplomata concesserant. Simile diploma ibidem impetraverant Fœderati Helvetiæ, remuneratis insuper eorum Legatis. /cc/ Eodem anno Turcæ ingenti co- cc.
-pia impressionem in Hungariam fecerant; quapropter etiam clerus ad contribuendū in Imperio coactus. Abbas noster ad instantiam Parochorum in Clegovia imploravit Fœderatos Protectores Monasterij, qui sua officia interposuerunt anno Sexagesimo septimo; quò invitatus idem Abbas 1567. die undecima Augusti Zaperswilæ una-cum alijs comparuit, ubi Joachimus Princeps Eichsidlensis rationem suæ legationis ad concilium Tridentinum exposuit, dilationem huius rei purgans, quòd plures Prælati per Helvetiam interea obijssent. Ex mandato eiusdem concilij Synodum Constantiæ totius Diœcesis congregavit Marcus Sittieus Cardinalis ad diem primam Septembris, ubi Theobaldus personam sustinuit non suū duntaxat Monasterij, sed etiam aliorum, id est Muri-ensis, Wettingani, S. Urbani, et quarundam Abbatissarum.

1568 Eodem tempore Abbas Nobiles Religiosi susceptj. quosdam Juvenes ad sacrum ordinem suscepit,

/cc/ Stettler ad hunc annum.

quorum primus ac præcipuus erat Geroldus Zurlauben de thiern. et Geſtellenburg, à Magiſtratu Tugienſi jam pridem comendatus, natus Patre Michaele, qui turmæ Militum præerat in ſervitio Caroli IX. Regis Chriſtianiſſimi. Et hic vir hic eſt, qui poſtmodum Diſciplinam Monaſticam incredibili pietate de Zelo Chenaugiæ reſtituit. Alter ad Monaſterium admiſſus fuit Antonius ab Hertenſtein, filius Leodegarij Senatoris Lucernenſis, et Apoloniæ de Hudwil; Nepos Jacobi de Hertenſtein Conſulis Lucernæ; Fratres habuit Balthaſarum Canonicum Eccleſiæ Cathedralis Conſtantienſis, Jacobum Equitem S. Joannis, et Eraſmum itidem præfatæ urbis Senatorem. Tertius denique Brandolphus de Fleckenſtein non minoris Nobilitatis ex eadem Republica, cujus Pater fuit Joannes Brandolfus, Mater verò Jacobea Segeſſer de Brauneggg. Is poſtea à Sigismundo Cupplin, quem Theobaldus Priorem Conventûs locô ſui Conſtituerat, in eodem officio ſucceſſit.

1569. Ædificia. At præcipuam Abbas Theobaldus induſtriam ſuam collocavit in novis ſtruendis ædificijs, in qua re præ reliquis felicior fuit, et magnificus. Anno ſexageſimo nono prima ejus ſtructura memoratur domus Parochialis in Rheinheim, quam ad ripam Rheni Durlachium verſùs à fundamentis ex ſolido Lapide erexit, atque contra impetus Fluminis, à quibus ſæpè circumdatur, munivit; muro, horreumque perfecit, ac poſtmodum aliud horreum cum domo propè Eccleſiam fieri curavit, ubi uſque hodie ejus inſignia nomenque viſuntur.

1570. Nec minori ſolicitate et ampleſtudine anno proximo fundavit domum Parochialem in

1571. Bühl, cui horreum è regione adjecit, cellamque vinariam, quæ anno ſeptuageſimo primo ſignata eſt. Eodem tempore totam Monaſterij Baſilicam ex integro reſtauravit, relictis ſolis propemodum quatuor ex veteri parietibus. Altare majus poſuit novum, cum ambulacro fornicibus diſtincto inter Chorum et navem Eccleſiæ, quam picturis ſanctorum Apoſtolorum diſtinxit, appoſitis ex veteri ævo hæreticis, qui ſingulos fidei articulos oppugnaverant. Dirutæ veteri turri tres membres tecto impoſuit: At fronti Eccleſiæ

1572. turrim maximam præfixit totam ex Lapidibus quadratis, opere, qui à moderno guſtu non abhorret; ſummitas tecta Cupro, cujus vertici imminet Crux et ingens Angeli

statua tubâ canentis tota auro obducto fulgens. Supra maiorem portam prostant Monasterij et Abbatis insignia, quæ tenentur à S. Benedicto, Sanctóque Fintano. Versus Latini malò deleti, vulgares verò pro ævi eius more inter alia significant operi præfuisse Nobilem virum Joannem de Weltenberg Monasterij Præfectum, atque insignem planè Architectum. /d/ Eius opera sequenti anno septuagesimo tertio 1573. Pons, qui ad insulam nostram deducit, ex ligneo factus est lapideus, fornicibus altis rapido flumini immersis; cuius portam olim ab Abbate de Mandach constructam, altero tanto productiorem fieri jussit Abbas, cuius scutum ibi prostat. Inscriptiones melioris notæ ex utroque latere lapidi insculptæ sunt; et ex uno quidem sequentia leguntur: Auctoritate et jussu Rev̄mi P. ac D. Joannis Theobaldi Abbatis Rhenoviensis in summa inopia et Caritate rei frumentariæ Pons Rheni publicatus in Meliorem statum felici auspicio, mirabili celeritate renovantes, et in usum Cœnobij oppidique Rhenoviani dedic. Ormo Viro Joan. Weltenbergio Cœnobij Præfecto opus procurante anno 1573. d.

In altero Pontis latere hi versus insculpti sunt:

Publicus fueram, Theobaldo marmore fravit
omnibus ut prœ me tutius esset iter;
Hæc rapidi tutus superabis flumina Rheni:
ad superos tibi dux, Pons, via Christus erit.

Supplicatio annua. Memoratam annonæ penuriam, aliasque graves causas eodem anno Auctore Theobaldo Abbate, nec non Parochis in Jestetten et Lottstetten Georgio Albino Barth, et Matthæo Knopflin, instituta est solemnis processio à Dictorum Locorum Commu-

/d/ Ein feste burg der evig Gott
Lob, Ehr und danck, dem geben sott,
Drum das zu mehren in der welt,
bin ich an dises Münster gstelt.
Den herren und Jar wans beschehen,
wirfts im wapen und werk ersehen;
Fünfzehen hundert zwey und sibenzig Jar,
min flissigs bawens anfang wur,
dar zu hans Weltenberg frum, Edl, fest,
wz barher, thät allzeit das best;
Hiemit befil ich dich dem namen,
der selig macht, sprecht mit mir amen.

-nitatibus annuatim Renaugiam —
instituenda; quæ prima vice in octava —
Sacratissimi Corporis Christi habita est. de-
-inde in festo S. Georgij Martyris; acceden-
-te verò his comunicate Basterfivilana,
translata in feriam quartam Paschæ, quæ
illo tempore festivis diebus adnumerabatur;
Nunc ab anno 1770. instituitur feria tertia
eiusdem solemnitatis, quandò pretium fru-
1574. -menti ultrà modum invaluit. Anno sequen-
-ti Abbas Mandatum Renaugiæ edidit,
quo vetatur, ne quis subditorum extraneo
Principi militare præsumat, sine expressa
facultate ab Abbate impetrata.

1575. Anno septuagesimo quinto Joannes Horo-
-lanus Protonotarius Apostolicus, Ecclesia-
-stes ac Plebanus Lucernensis opus quoddam
dedicavit Abbati nostro Theobaldo, quod in-
-scripsit: Encomia B. V. Mariæ, ex SS.
Patribus excerpta, in cuius epistola dedica-
-toria plurimùm collaudat præfatum Abba-
-tem. ab eo acceperat prætiosum Manuscrip-
-tum Authographum ab Alcuino quondam
-ubibus Caroli Magni conscriptum, quod præ-
-dictus Horolanus præsenti anno edi curavit,
utpote ritum Catholicum contra protestantes
demonstrans, /e/ idque dedicavit Henrico III. e.
Galliarum Regi, qui anno superiori, delecto Po-
-loniæ regno, fratri Carolo IX. maturè præ-
-mortuo successerat. Eundem libellum praeca-
-torium memoratus Auctor in vernaculam
conversum postea adscripsit Alberto Bava- / A° 1577.
Religionis Status Renaugiæ. -riæ Duci. Renaugiæ res Catholica augmen-
-tum receperat; cum enim circa annum 1530.
plerique Cives non sine turbis prætensam
fidei reformationem suscepissent, ritibus Ca-
-tholicis prorsus eliminatis, Jam sub hac tem-
-pus quod ad majorem sui partem ad pristina
sacra redierant, et numerabantur nonagin-
-ta circiter familiæ Catholicæ, ibi vix vigin-
-ti adoptatos novos mores retinebant. Po-
-terant nostri Abbates in loco eorum potesta-
-ti planè subjecto æquè jure reformandi uti,
et facus festientes ad avitos Religionis ritus
compellere: / habuerunt tamen hucusque
Mansuetudinem Christi imitari, ut bonæ
persuasione veritatis impulsæ sponte ad

/e/ Exhibetur inter alia Karolus arte effigiem
Crucis genicularis, quò confutantur, qui eum
ab eiusmodi cultu abhorruisse defendunt.

ovile redirent. Duæ Parochiæ Zhenaugiæ ab antiquo distinctæ erant. Una S. Nicolai, ad quam pertinebant ij, qui a illo colle, in quo sita est Ecclesia, superiorem Civitatem incolebant, unacum Martellensibus et Ellikensibus, aliisque extraneis: altera SS. Felicis et Regulæ, ad quam censebantur omnes, qui in media et infima civitate habitabant, unacum altenburgensibus. Cum jam Maior pars ad fidem pristinam reversa esset, hæc Ecclesiam Monasterij statim restitutam frequentare consuevit; Nam Sanctorum Felicis et Regulæ diutius inculta mansit; Econtra protestantes sine discrimine adibant Ecclesiam S. Nicolai, non attento domorum situ, sive in superiori an inferiori civitate constitutæ essent. habitabant Præcones alterius Religionis ab anno 1553. in Martelen, simulque Zhenaugiæ diebus dominicis Conciones celebrare solebant. Hoc tempore Joannes Henricus Locher Ministerium subibat, qui tamen jam ab aliquot annis Zhenaugia abstinuit, quod Ecclesia S. Nicolai obvetustatem Ruinam minitaretur; unde omnes eiusdem fidei Zhenaugienses his annis in Martelen baptizati, etiã Matrimonijs, ut ajebant, Confirmati fuerunt. Extabat ibi jam antiquitus Sacellum S. Antonino Dedicatum, quod hoc tempore restauratum est. Abbas Theobaldus licèt jam ante biennium, ut ex nota scuto eius subjecta apparet, aliquem apparatum ad novum ædificium Zhenaugiæ ponendum fecisset, tamen opus perficere distulit, quod Reliquos Zhenaugienses conformes Catholicis fieri Speraret, Catholicamque Ecclesiam pro Catholicis incolis animo concepisset.

Parochj. Parochialia Zhenaugiæ hisce temporibus promiscuè administrabantur, subinde à Religiosis nostris, plerumque tamen à Sæcularibus Præsbyteris in hunc finem conductis. Inter quos Joannes Krueg anno

1576. Septuagesimo sexto scripsit Directorium Zhenaugiense, continens Ritus Ecclesiasticos etiam in Choro adhiberi solitos. Nam ad Chorum adigebantur Sacellani, erantque in Conventu Comensalus, quorum plures singulis jugiter alebat Abbas, præsertim ut Scholæ Ministerio fungerentur, organumque in Ecclesia pulsarent; occurunt duodecim

Circiter

Abbas XLVII.

circiter eorum nomina, quorum plerosque inceps ad Parochias extraneas promoti.
Eodem anno obiit Maximilianus II. Cæsar, Successorem in Imperio nactus Rudolphum eius nominis pariter secundum.

1577. Ecclesia S. Nicolaj.

Anno Septuagesimo septimo Magistratus turicensis Turegiensis à Renaugiensibus eorum Religionis assertis fatigatus die vigesima nona Junij Litteras perhumanas ad Theobaldum Abbatem dedit, quibus rogans monebat, ut tandem manus Ecclesiæ S. Nicolai ædificandæ admoveret, maximè quod Senes et infirmi Ecclesiam in Martelen longiùs dissitam sine gravi incomodo adire non possent. Respondit Abbas, Parochianos extra Renaugiam in Martelen et Ellikon teneri ad conferendas operas, suos Renaugiæ à se ipso adigendos, quod si igitur illi ligna, lapides, aliaque necessaria ad locum debitum contulerint, fore, ut proximo vere opus inchoetur. Sibi placere tale promissum statim testatus est Senatus, seqq mandatum directurum ad Kyburgi Præsidem, ut supradictos cogat ad postulata facienda. Aeternum quoque decretum Laudatus Magistratus edidit, quò constituit, ligna, cetera ex omnibus Septem communitatum sylvis ad ædificia Monasterij struenda concedenda esse, cum partitio olim facta ipsas communitates, non verò Monasterium afficiat, cuius fuere jura reservata.

Feuda.

Cæterum Abbas Theobaldus mox in ingressu Regiminis feuda consueta Civitatibus, Monasteriis, ac Nobilibus familijs contulerat, quæ, ne tædio lectorem afficiant, consultò prætermimus. Omittendus tamen non est Laudatus Petrus de Fulach, à quo Præfectura in valle Flacensi hoc anno devenit ad Nobilem Familiam de Peyer Schaffusianam, cuius sex fratres Germani Davidem stiterunt, qui reliquorum nomine homagium præstaret. Præfecturam quoque in Martelen vendiderat Jacobus Mayg de Rud. Bernardus Christophoro de Waldkirch, in cuius familia hactenus perstitit. Erant tunc Renaugiæ præter Equestres quatuor familias etiam aliæ nobiles maximè Religionis causa in toto degentes, ut Bonaventura de Keller, cuius uxor Magdalena Engelin ab Engelfe; Martha, et Agnes de Waldkirch in Teuti; Maria Zink de Wildenberg; Laurentius Stüdli ex patritia Schaff-

Theobaldus

_hufiana familia; Wolfgangus Theodorus Tschudius Glaronensis; Georgius Joachimus de Freyburg; Christophorus de Greuth, cuius prima uxor anna Ifflering de Graneg, altera Catharina Mundprad de Spiegelberg; Nobiles denique Constantienses familiæ de vogt, et de Croatia. /f/ Cum his claudimus Sæculum Thenaugiense octavum, ob vicissitudines memoratu dignissimum; ingressuri proximè Sæculum vere aureum ob restauratam disciplinam Monasticam; hactenus enim Abbates nostri vel fidei conservandæ, vel reparandis ruinis satis se fecisse existimabant. f.

/f/ videtur de his Bucelin. ad calcem chron. Constantz.

Sæculum Thenaugiæ IX.

1578. Ecclesia Sancti Nicolai constructa.

Anno primo Sæculi noni â prima Monasterij Thenaugiensis fundatione, â Christi verò Salvatoris Nativitate Millesimo quingentesimo Septuagesimo octavo, Abbas noster Joannes Theobaldus Werlin de Greiffenberg, Ecclesiam Parochialem S. Nicolai in Monte, id est loco eminentiori medij oppidi Thenaugiensis, imò totius circumquaque regionis, â fundamentis ex Lapide solidò construxit, cum paulò ante turris veteris Ecclesiæ, jam diu ruinosæ, concidisset, adeóque ulteriorem moram non admitteret, conferentibus operas Parochianis tam extraneis, quam indigenis Civibus Thenaugiæ utriusq; religionis. Eodem anno cùm Catholici Fœderati restaurassent Monasterium Paradysi quod Schaffhusiani per quinquaginta circiter annos tenuerant, /a/ Comissarij deputati fuêre Joannes de Wellenberg Præfectus noster, et Henricus Bodmer Scriba Provincialis Argoviæ, qui Monasterium ordini S. Francisci traderent, Monialibusq; ex vilinga petitis, inter quas Anna Gubjer a. L Bodmer ab

/a/ ex Diario Mſc. R. P. Isoldi Schisler ord. Min. Provincialis, ubi tota restitutio describitur.

Abbas XLVII.

ab offteringen Waldishutana, prima denuò Abbatissæ manere functa. Suppellectilem quandam sacrarium reliquiarium cum ostensorio pro S. Eucharistia argento Rhenaugiâ receperunt sanctimoniales, quæ ad nostra usque tempora non modico virtutum splendore fulgent, numerantque non paucas ex prima nobilitate virgines.

1579. Fines jurisdictionis altæ.

Anno septuagesimo nono Controversia inter Magistratum Figurinum et Monasterium Rhenaugiæ Amica compositione extincta est. Cum enim Rhenaugia Jurisdictionem altam unacum minori in Comitatum Kyburgicum ab antiquo longius protenderet: Econtra senatus Figurinus vi dominij in prædictum Comitatum, eam intra fines Rhenaugiæ cuperet concludi, hoc anno senatores Comissarij destinati sunt, qui ichacum Abbate Theobaldo, atque Geroldo de Zurlauben, necnon Præfecto de Wellenberg, fines controversos inspexerunt, atque in pacta convenerunt, à Magistratu Figurino die decima Sexta Februarij publica auchtoritate zobórata.

|b| Termini itaque territoriales positi sunt supra Zipam Rheno imminentem ultra Ebcum supplicij ad Rhenaugiam spectantem, deinde per latitudinem Campi, sylvasque subjectas, usque ad alterum Rheni flexum; ita ut districtus intra limites versus oppidum positus subsit Monasterij alto Dominio, seu jurisdictioni, |c| ulteriora verò ad Comitatum Kyburgi censeantur. Denique stabilitur Monasterio Jus dicendi antiquo more non tantum in solo, sed et in Rheno. |d| Appensa singulis protractque contrahentium parte in-

b.

c.

d.

|b| und haben uns herumbe güttlichen verglichen, mit namen, die hoch obrigkeit obermelter Grafschafft Kyburg, und des Gotthuses Rinow, mit gesetzten Marksteinen zu underscheiden, und dermassen zu sönderen, das männiklicher, jetzt und hernach wüsse, wo dieselben ihren anfang und usgang hetten, und einjeder sich darnach halten könte, und uns folgens also vereint und betragen.

|c| dergestalt, was innerhalb solich Marksteinen gegen der statt Rhinaw zu ist, das soll in des Gotthuses Rhinower hohe gerichtherrlichkeit dienen und gehören.

|d| zu wasser und zu Land.

strumentis tria sigilla, unum Reipublicæ Turegiensis, Alterum Abbatis Theobaldi Tertium denique Conventûs nostri. Nec diu defuit occasio exercendi Jus, quod vocant Criminale, appensis in patibulo duobus Maleficis, Præsente solito more Præside Turgoviæ, et expensas ex fisco conferente.

Conventio cum Comitibus de sultz.

Similis Conventio eodem anno facta est ratione Comitatûs Cleggoviæ. obierat Fridericus, frater wilhelmi jam pridem defuncti anno 1572. Einsisheimij, ubi nomine Austriaco Alsatiæ præerat delictis ex barbara de Helfenstein quatuor filijs, Christophoro Canonico Colonienſi, Ludolpho, Carolo, et Ludovico; Theobaldus Abbas querelas varias movit contra officiales Cleggoviæ, quòd jura Monasterij licentiùs invaderent. Post multa agitata congressus habitus in Thiengen per Illustrissimos Comites Henricum de Fürstenberg, et Jucardum de Helfenstein Tutores. Supradictorum pupillorum. Ex parte Monasterij adfuit Gerolaus de Zurlauben Capitularis, cum utroque Præfecto Patre et Filio, quibus idem nomen Joannis de Wellenberg, nec non Conrado Hess Senatore Glaronensi, et Liliano Lerer Turegiensi oratore. Conventum die octava Martij in sequentia pacta: vt præcognitio Dubiorum delictorum in Jestetten Silva minori Jurisdictione persisteret, hæcque in quibusdam prædijs ibidem sitis sola Monasterio competeret; liceret quoque advenas suscipere, auctiones tamen in ipso vico Jestettensi fierent; in reliquis quoque pagis decimarum auctiones præsente præfecto rurali proclamarentur; Coloni vbivis jusjurandum Monasterio præstent, non verò homines ligij, ex quorum mortuarijs tertia pars cedat Domino territoriali; Receptores redituum Monasterij item jurent Abbati fidem cum præfatis tamen Sultzensium officialium. Ratio proventuum Ecclesiarum Monasterio incorporatarum ab administratoribus reddatur Monasterio in præsentia deputati Sultzensis, et triduo antea significetur; Collectas ad bellum turcicum solvant Parochi Cleggoviæ, cum id ab Universo Imperio receptum, in præsentia quoque Legatorum ex Helvetia. Denique Judicia agnita, quæ Erzingæ Mense Majo et tempore autumni

celebrari solebant, necnon in alijs quoque pagis Judicia feudalia. adjectum postremò monitum, ut controversiæ quæcunque enascituræ non via facti, sed amicè mutua relatione terminentur. Hæc pacta die vigesima tertia eiusdem Mensis Martij tam à Comitibus, quàm ab Abbate et Conventu confirmata.

1580. Anno octogesimo fundatum est Collegium Societatis Jesu in Civitate Lucernensi, ad quod opus Abbas noster Theobaldus quingentos florenos liberaliter contribuit. Extant literæ publicæ eiusdem urbis senatus, quibus gratias agit, fatetur, id gratis factum, et se obstringit ad restituendam pecuniam, si quandò prædictum collegium foret supprimendum. † circa idem tempus Abbas quosdam ad professionem Monasticam Thenaugiæ admisit, nempe Michaelem Engelin ab Engelfe Constantiensem, qui postea factus est prior, ultimus ante reformationem Disciplinæ Regularis; Georgium Sebastianum Harzer de Saalestein itidem constantiensem, qui non parva eruditione enituit, primumque librum Parochialem, cum eam curam in se suscepisset, conscripsit; Bernardum Herder Zofingensem, cujus effigies cum nobili scuto adhuc extat; denique Casparem Ablin Glaronensem, qui Custodis deinde munere functus est.

Religiosi suscepti.

Glaronensem

Cives protestantes coërcet Abbas.

Inter hæc Cives Thenaugiæ alterius Religionis se inobedientes et inobedientes Mandatis Domini et Abbatis exhibebant, imò et scandalo afficiebant Catholicos, quorum nonnullos pretio dato diebus festivis ad laborandum conducere non verebantur, ac nihilominùs quædam bona subinde ab Abbatibus precario oppidanis concessa, quæ extra superiorem portam sita sunt, sibi denegari quærebantur; hæque ac similia audebant obtentu pacis Religiosæ, per quam in provincijs Federatorum comunibus utraque Religio indiscriminatim admittebatur. At aliam plane rationem Thenaugiæ esse ex monumentis constat, Quæ taliter Federatorum tutelæ subjecta est, ut nihil tamen comune cum alijs provintijs subjectis habeat. ut tamen Abbas in hac re Protectorium fulciretur authoritate, prolixum memoriale ijs Badenæ Congregatis obtulit die decima septima Junij

1581. anno 1581. Instanter petens, ut ad parendum

† Hisce diebus a. 1773. cum inexorabile fatum urgentibus Borbonicis ac Lusitanio Regibus, decreto Summi Pontificis Clementis XIV. universam Societatem extinxisset, nihilominùs à repetenda pecunia abstinendum censuit Reverendissimus Abbas Januarius, quòd alias Magistratus Lucernensis promereatur expensis pro victu membrorum prædictæ Societatis, atq; Scholis lumpta majori instruendis.

cogantur subditi; /e/ cum ad Abbatem territorij e.
dominum utraq; Jurisdictio sine controversia
pertinerat; Patrem illam religiosam nihil attine-
re Thenaugiam, sed Turgoviam duntaxat, ali-
asque communes provincias, /f/ quarum in di- f.
strictu ex certis monumentis non continea-
tur Thenaugia, cuius proprius ac distinctus
esset Locus Suplicij; idem agnitum à Federa-
tis omnibus, qui non alio ex fundamento tres
civitates olim à criminalibus etiam causis
Thenaugiæ contingentibus excluserant, sibi
fas esse Præconem alterius religionis Thenau-
giâ penitus excludere; et cum eo sentientes
Thenaugienses, quorum duntaxat septem ac
decem familiæ supererant, ad conformandum
se reliquis compellere, prout in dictionibus pa-
ci publicæ non comprehensis consuevit; à qua
tamen potestate exercenda hactenus quodam
ex respectu abstinuit. Signatum memoriale
tam Conventûs, quam Abbatis sigillo.

Authoritate Foederatorum.

Pronum est credere, hæc ab Abbate hac-
gesta non eodem animo ab omnium Septem
Cantonum oratoribus fuisse suscepta. qua-
propter Figurinis cum parte Glaronensium
respondere nolentibus, quinque Cantones
Catholici publicam desuper Chartam expedi-
verunt, in cuius intributu narrant, quadtenus
protestantes cives Thenaugiæ obtentu publi-
cæ pacis diversis in rebus Abbati obedire de-
trectarent. /g/ deinde satis se edoctos exmo- g.
numentis testantur, Monasterium olim per li-
beram Electionem se subtutelam Septem Can-
tonum contulisse, utique reservatis privi-
legijs ac immunitatibus; conceptis verbis
exemptam Thenaugiam in conventione cum
tribus civitatibus, Berna, Fryburgo et So-
lodoro facta; à Comitatibus tam Turgoviæ

/e/ da doch uns, und unsers Gotteshus, als dis
orths ordentlicher grundherren, und denen ohne
mittel hoche und nidere obrikeit da selbst zu-
gehören, auch zugehörig seyen.
/f/ Der Lands frid soll uns des ends in Kainer-
ley weg binden, sonder allein das Turgow,
und gemeine vogteyen, und wir dan vermög
unserer habenden freyhaiten nit in Tiergow
gesessen, auch aigen stock und galgen haben.
/g/ chartam ex integro hic subjicimus.
Unseren Gnädigen und Günstigen willen
und gruetz zu voran. Erwürdiger Gaist-

Eicher

quàm Badenæ prorsus separatum, et ne finibus quidem junctum, nec ullo modo legibus, pactis aut statutis subjectam. unde demum concludunt, Monasterium cum oppido Rhenaugiæ ad pacem publicam seu religionis non adstringi,

---

-licher, Insonders lieber, andächtiger herr! wir werden bericht, das etlich üer burger und undertanen in der statt und Flecken Zinow f. so sich des Evangelischen oder nüen glauben berümen, und halsstarrig verhalten wellen, sich gegen üer gnaden in allerley sachen widersetzen, und nit gehorsam seyn wellen, mit dem beheff, sie sitzen, oder seyen im Lands friden, und wellen sich deßelben behelffen, und darüber unsers raths, und wie sich üer gnad haruon verhalten solle, begert. und dieweil wir uns in ihr gnaden und des Gotthus Zinow fryhaiten, auch wie daßelbig frigwilleglich unter den schirm der vier orten begeben; auch in dem vertrag, so die siben orth mit denen dryen stetten Bern, Fryburg Solothurn ufgericht, das Gotthus und Flecken Zinow haiter ufgeschlossen; unser Landgrafschafft Turgow, auch unser Grafschafft Baden nit anstössig, noch in keine weg mit schuldigen pflichten verbunden; so kennen wir anstatt unser herren und oberen, und für unser personen nit befünden, das das Gotthus, statt und Flecken Zinow den usgerichten Landsfriden verbunden, noch unterwürffig sige. das haben üer gnaden zu begerter antwurt nit sollen verhalten, und sind dero mit gnad und guten willen wohl geneigt. Datum und mit des gestrengen, ehrenvesten, und wisen, unsers insunders getrüen, lieben Landsvogts zu Baden in ærgow Fridli Hæfi, Ritter, des raths zu glarus eigenem insigell, im namen unser aller verschlossen den 19. Junij A. 1581. der fünf Catholischen orthen Lucern, uri, schwitz, underwalden, und Zug, user Eydgnofschafft Rathsgsanten, uf den tag der Yarrechtung zu Baden im Ergow versambt.

proinde tolleratiam utriusque Fidei ibi locum non habere. Data charta nomine quinque Cantonum Lucernæ, Uraniæ Helvetij, Subsylvaniæ et Tugij, cum sigillo Præsidis ejus vicæ Fridolini Hæsi Glaronensis die Decima nona Junij. cui Conformiter transgressores mandatorum ab Abbate partim pecunia mulctati, partim carceri mancipati. Fundos extra superiorem portam ajebat Theobaldus, jam sub Abbate Bonaventura Monasterio adscriptos, eos tamen post aliquot annos denuò precario civitati concessit. Cæterùm inter alia mandatum promulgavit, quò quibuscunque sine Religionis discrimine præcipiebatur, ut ad sonitum æris Campani hora Decimaquarta meridiana de Genu Deum exorarent pro avertendis tunc malis Grassantibus, peste, fame, ac bello, quò tunc Turcæ Christiano populo imminebant.

Alia conventio cum Comitibus de Sulz.

Eodem anno cum novæ difficultates latione jurisdictionis exercendæ in Comitatu Cleggoviæ se proderent, novo recessu die Decimatertia Novembris Statutum per administratores Comitatûs dominum Comitem de Helfenstein, Baronem de Mörspurg et Befort Præfectum provincialem Austriacum in Virtenavia et Baronem de Bifing, ut Monasterij Præfectus Juralis seu alius colonus interesset, ad audiendum, ne quid in detrimentum Monasterij statueretur, atque res concernentes fundos censuales ad eiusdem Judicium Maij mensis avocari possent. Instrumentum sigillis firmatum. cui simile aliud extat postea datum, quò panale Instrumentum vulgò Frieden in Defetten utrique foro tam alto quàm Basso deservire posse conceditur, cuilquoque hoc devo plures appellationes à Rustici Judicio

1582. delata. Anno Sequenti die vigesima Sexta Junij Illustrissimus Comes Rudolphus de Sulz Abbatem nostrum Theobaldum humanissimè invitavit ad nuptias suas in Thiengen celebrandas cum Sponsa sua Domina Barbara de Stauffen, rogavitque decenti cum comitatu comparere velit. quo eodem anno Thenaugiæ hospes fuit Felicianus Episcopus Calensis, Sedis Apostolicæ ad superiorem Germaniam et Hel-

vetios

Abbas XLVII.

Liber precatorius Caroli Calvi editus,

vetios Nuntius. Is cum in Bibliotheca nostra inter alia manuscripta intuitus esset librum precatorium Caroli Calvi quondã Imperatoris aureis litteris exaratum, in cuius eburnea theca misteria Annuntiationis et visitationis B. V. Mariæ, nec non Nativitatis Domini opere anaglipheo repræsentabantur; à Theobaldo Abbate eundem Codicem expetijt, vt typis mandari posset, relicto Chyrographo suæ manu scripto die 10. octobris, quo illum se redditurum spondebat. verùm cum eundem secum in Bavariam tulisset, editionem ejs Ingolstadij adornasset, dedicandam Alberto Wilhelmi Ducis Filio, is memorato Duci adeò placuit, vt gratiosissimis litteris per expressum ad Abbatem destinatis expeteretur inter alios antiquissimos Bibliothecæ suæ codices collocandos, cum perpetua donatoris memoria. Motivum Dux Serenissimus subjecit, quòd regis usibus inservisset Bavarico sanguine prognati, ad Judithan Matrem Guelphi Fundatoris nostri filiam respiciens, licèt eam Felicianus in dedicatione Nobilissimi Suevorum Comitis Welphonis filiam apellet; utriusque enim Gentis dici poterat, Guelphis sua latifundia vtrinque extendentibus, qui tamen postea Duces Bavariæ maximè inclaruerunt. Datæ Ducis litteræ die decima sexta Martij anno 1583. quibus alias ipse Nuntius Apostolicus adjunxit, variis rationibus suadens, ne petitio Principis pro Religione Catholica adeò benè merita repelleretur.

1583.

Annuit tandem, sed ægrè Abbas Theobaldus testatus, præcipuo ac perpetuo ornamento Cœnobium privari; Comendat Duci Fratres suos religiosos Ingolstadium ad studia severiora mittendos, quos haetenus magnis impensis Friburgi Brisgoviæ aluisset. Extant prolixæ Guilielmi Ducis Gratiarum actoriæ, quibus præter impressorum exempla, pollicetur, Duos Fratres per biennium ex suo ærario Ingolstadij foraturos; nec minores gratias egit Felicianus die vigesima Junij, mox in Italiam reversurus. Prodijt Libellus eodem anno octogesimo tertio cum dedicatione nominis Nuntij præfixa, ubi tamen Henaugia Solum

Duci Bavariæ donatus.

Theobaldus

involucris quibusdam designatur. ad Cal-
-cem adjicitur Catalogus Sacrarum ac prae-
-tiosarum rerum anno 1528. ex Monasterio
Tigurino, quod Frauenmünster appellant, di-
-reptarum, inter quas liber praesens, locum non
postremum habet. Wichelmus quoque
promissis stetit, cMissis Rhenaugiam quin-
-decim impressis. [h] Nostri autem Fratres Re-
-ligiosi Sebastianus de Salenstein, et Bernar-
-dus Herderer ad finem anni Ingolstadium
apulsi, egregiam Sacrae Theologiae operam na-
-varunt; unde sequenti anno Abbati signifi-
-carunt, versionem quoque Germanicam in for-
-ma duplici ex prelo prodiisse, cuius totidem
exempla submittunt. Autographum porrò
haud amplius cMonachij, sed Vindobonae in
Bibliotheca Caesarea asservatur, [i] quor-
-sum elapso saeculo metu belli Suecici trans-
-latum fuerat. opus istud ex Libro precato-
-rio Caroli cMagni per Alcuinum composito,
usibus eius Nepotis Caroli Calvi descriptum
fuerat, per duos fratres Germanos Presbyte-
-ros Bertingerum et Luthardum, eius artis ex-
-pertissimos, quorum quaedam opera asserva-
-ri feruntur in Bibliotheca S. Emerami Ratis-
-bonae. Discrepant autem ambo Libri precato-
-rij in sequentibus: Imprimis unus nomen Ca-
-roli cMagni, alter Calvi praefert; ubi ille
Hildegardem conjugem nominat, hic Ermen-
-trudin substituit; ille Effigiem Caroli Magni
cum prolixa barba exprimit, ut crucifixo ma-
-gini adgeniculatur, hic Juvenem Regem im-
-berbem depingit; denique nonnullae oratio-
-nes ad Missam pro defunctis, et ad comu-
-nionem alio ordine sunt dispositae, quibus
cMirificè dogmata fidei Catholicae confir-
-mantur.

Hoc tempore insignes quasdam Emptio-
-nes fecit Abbas Theobaldus: Inter quas prae-
-cipua erat Dynastia Lomis dicta, in Comita-
-tu Turgoico, cui anno octogesimo quarto
praefecit Joannem cMayer olim Rhenaugiae
Praetorem. quaedam ibi ab eodem Abbate
structa fuisse, probat insigne Monasterij
Salmo portae imminens. Pertinebant ad eam
alia quaedam praedia, inter quae memoratur

[h] Meminit hujus Libelli Mabillonig anal. to. III. pag. 34. facti in nostro Monasterio inscius.
[i] Patres Congr. S. Maur. in novo opere dipl. to. II.

Sancta

Sancta Margarethæ dictum. Hæc dynastia cum omnibus pertinentibus â successore ad manus bonas Monasterium Fischingense per venditionem translata. In comitatu quoque Toggenburgico empta fuêre pascua Trichua dicæ Mosslinger Alp dicta, ab Udalrico Abbate denuò alienata. expendit quoque Theobaldus numerosam pecuniam pro insigni prædio in Mörstetten â Capitaneo Jegli empto, item pro superiori Molendino in Mattelén, quod quinquies millibus florenis stetit, modò cum duplo â Monasterio decisum.

1585. Rhenaugiæ negotium Abbati facessivit vir Nobilis sed inquietus Christophorus de Greuth, qui cum ratione onerum comicialium cum civibus controversiam habuisset, â sententia Abbatis ad Fœderatos appellavit. At verò Abbas cum consilio Præsidis Turgoviæ non dubitavit temerarium mulcta bekè merita afficere, quòd Juramentum præstitum violasset, quò inter alia spopondérat, se nullum extra Rhenaugiam Judicium quæsiturum, Juxta Monasterij de non avocando privilegia. Recurrit nihilominùs ille ad Fœderatos Badenæ congregatos, nihilque effecit, cum Abbas litteris prolixè datis jus Jeum egregiè tutatus esset, ac potiùs Fœderatorum in conservandis privilegijs assistentiam, utpote Advocatorum, sibi debitè demonstrasset.

Et plura ædificia construit.

Laborem ædificandi iterum resumpsit Theobaldus Abbas, in quo mirificè excelluit, et eodem anno octogesimo quinto magnam cellam vinariam cum domo superposita præalto fornice construxit, coempta area, duabusque domibus destructis, quarum habitatoribus alias assignavit. conspiciuntur adhuc majora ejus insignia cum prædicto anno in fronte hujus ædificij ab ingressis primum atrium Monasterij extra illam, ubi hortus Abbatialis. Intra insulam ad latus Septendrionale anno proximo 1586. Magnificum palatium construxit, [k] documentis conservandis, atque litibus decidendis destinatum, quod cancellariam vocant. Supererat duntaxat turris rotunda, proviendis civibus destinata, media in Rhenum protensa, reliquum spacium nova-

K.

[k] die Canzley sambt der Rondelen, wie ein fürstlich Pfalz.

Basilica occupante. In oppido quoque Rhenaugiensi novum Xenodochium pro aegrotis pauperibus construxit. Verùm hos inter labores egregius Architecta, et Abbatis minister Senior Ioannes de Wellenberg, frater olim Abbatis nostri Bonaventuræ, ob fidem Catholicam sponte Turego exul, diem supremum obijt, postquam Prefecturam Monasterij diu cum maxima laude administrasset. Filio cognomini cessisset. Reliquit numerosam prolem, novem filias enim habuit, et septem filios, inter quos præter Ioannem Præfectum, erat Bonaventura, qui postea factus est Prætor Rhenaugiæ. Totius familiæ monumentum erat in magna Ecclesiæ turri, cuius ille Architectus quoque extiterat, ac superstant reliquiæ imago mortis adpicta ad parietem cadentis cum Latruncul's, in cuius tractu superiori parte præstat. tuctum Wellenbergicum, et Amstadicum.

1587. At Theobaldus Abbas à construendis ædificijs non destitit. Erzinga ecclesiam Parochialem ex fundamentis erexit, in cujus turri præalta insculptus cernitur annus octogesimus septimus huius sæculi. In Insula autem nostra Rhenaugiensi ædificare hoc anno cœpit tertiam Ecclesiam in apice hortj Conventualis, ubi Rhenus hactenus divisus denuò se Iungit. Proflant eius insignia in fronte et in culmine turris; Dedicata est S. Mariæ Magdalenæ, et à successore perfecta. Hodie ibi ex Conchis tum naticalibus tum petrificatis, alijsque diversis Lapidibus opus, quod Eremitorium inter antiqua rudera imitatur, hospites mirantur.

1588. Annus proximus octogesimus octavus signatur in scuto, quod præfixum est horreo extra insulam versus Rhenum. Hoc Abbas ibi posuit ad æqualitatem alterius à Bonaventura ædificati, spacio intermedio relicto, quod hodie Equorum stabulo expletum est. Alia minoris ponderis ædificia prætermittimus, veluti pro condendis decimis horrea in Erzingen, Martelen, tuttlisen reparationes domorum Parochialium in Istetten, Balterswil, Erzingen, imò et in Conventu, et domo Abbatiali, ut fermè innumera sint, quæ Theobaldus tempore Regiminis sui aut struxit, aut restaurauit.

Abbas XLVII.

Eodem anno imploratus Magistratus Figurinus contra subditos in eorum territorio statuit, ut decimas in posterum accuratiùs penderent, et quidem usque ad octimam mensuram. /c/ Cumque iste non proficerent, misit postea ipsum Reipublicæ Consulem cum tribus alijs Deputatis, qui eiusmodi mandata de decimis et censibus renovarunt, urbarijs roboratis. Ab Theobaldo insperati hospites fuêre legati Foederatorum Geroldus Escher, et Froger, ille Turicensis, hic Uranensis Reipublicæ vicarius, qui ad Monasteria, quorum advocati erant, rationes œconomicas exigerent. opposuit Abbas, Monasterium jam olim decreto Foederatorum ab hoc onere relevatum fuisse, ac interposita nihilominùs protestatione, ne crederent, rei domesticæ minùs benè â se prospectum fuisse, summariè ostendit, debita, quæ diluerat; dynastias, prædia, aliaque coemerat; denique ædificia magnifica, quæ construxerat, quibus abundè satisfecit legatis, spondentibus, non solùm id cum Laude se relaturos Magistratibus, sed etiam ipsius exceptiones, addita commendatione, ut ex decreto hactenus moribus recepto, deinceps à præstando computo absolveretur. Præstitêrl promissa legati, et â reliquis quoque Monasterijs oppositam protestationem /m/ in ordinarijs Comitijs conclusa Badenæ retulerunt; adierant enim Monasteria Mense Martio. Res ab Oratoribus ad singulos Cantones delata, quorum jussu sequenti anno in similibus Comitijs conclusum, ut â rationibus exigendis abstineretur, maximè, quòd pleraque Monasteria de magnis expensis conquesta sint, quæ occasione talium visitationum fieri consueverant, ut adeò rei œconomicæ potiùs obesse quam prodesse videantur; adjuncta tamen cautela, ut si fortè aliquod Monasterium in temporalibus magnoperè deficere videretur, reservata sit Dominis Protectoribus potestas, statum œconomicum disquirendi /n/

ià 89.

/c/ bis auf die zehente maas.

/m/ Recessus ad an. 1588. die herren gesanten, welche in den Clöstern die rechnungen einnemen sollen, werden mit protestation zurück geschickt.

/n/ Recessus de ann 1589. Nachdem unser Land-

Schreiber

visitatio Apostolica.

Sheobaldus

Non magis expectatus fuit alter Hospes Abbati Reverendissimus Octavius Saravicinus Episcopus Alexandrinus Apostolicus ad Helvetios Nuntius, qui anno octogesimo nono visitationem Monasterij quoad disciplinam regularem facturus advenerat, postquam nempe ultra septuaginta annos nulla eiusmodi visitatio Chenaugiae instituta fuisset. Exceptus est vir Summus ea, quâ decuit, observantia, eique exposito Disciplinae statu non usquequaque ad rigorem effformatus. Decessit ille Lucernam, unde die vigesima tertia Junij Decessum prolixum quidem, sed non admodum rigorosum remisit, sequentibus titulis comprehensum. Primus agit de pertinentibus ad Ecclesiam, ubi nitorem sacrorum vasorum et Altarium ex decentissimo more Italico praescribit. prohibet deinde superstitiosum, ut putabat, cultum sepulchri Fundatorum, quod in medio Ecclesiae altius eminebat, et tumbellâ subinde tegebatur: fuere tamen etiam postea Candelae ibi saepius accensae, et officia pro mortuis non solùm annuatim, sed et hebdomatim, Chorum monumentum cingente, persoluta. Secundo articulo de pertinentibus ad Abbatem, eundem hortatur, ut religiosos exemplo in omni virtutum Genere praeire fatagat, Chorum et Missae sacrificium frequentet, ac denique Parochis Ecclesiarum incorporatarum ex decreto Concilij Tridentini investituram concedat. Tertio titulo de pertinentibus ad Monasterium et Monachos, comendatur summoperè, post divina officia, studium Litterarum,

---

- Schreiber im Turgew im namen der Gotzhüseren ihrer Rechnung halb erschinen, und angehalten, das man sy gnädiglich erlassen, und erledigen wolte, in ansehung, und betrachtung, das in einnemung deselben ein merklicher grosser unkosten ufgange, und die Gotzhüser hiemit in schulden kommen und gerathen; darauf wir nun sy die Gotzhüser ihrer järlichen Rechnung endlassen, es wäre dan Sach, das in einem oder anderen Gotzhus liederlich hausgehalten werde, das vonnöthen seyn wurde ein einsehen zu thun, soll alles zu unseren herren und oberen gefallen stan.

Magister Eruditus conducatur; Monachi in Studijs publicis degentes sese Magisterijs aptos efficiant. Peculium omne cum proprietate aboleatur; Neque Abbas certas pecunias pro vestibus alijsque Necessitatibus Monachis tribuat, sed sint omnia omnibus communia. Jejunia non solùm Ecclesiastica, sed et Regulària observentur; Confessiones hebdomadatim à Sacerdotibus, aut sibi mutuò aut capuccinis Badena submittendis fiant. Lectio spiritualis saltem ad initium Mensæ semper adhibeatur; Chorus frequentetur diligentiùs; Clausura custodiatur, nec exeant Monachi nisi bini et cum licentia superiorum. Annulos nullos, nisi ex privilegio, gestent. denique à lectione librorum hæreticorum abstineant.

Disciplina ævi.

Et hæc quidem visitationis recessus continebat, quem gratanter receperunt Monachi, quorum promptitudinem animi Laudavit Reverendissimus Abbas Martinus alijs litteris die Decima tertia Septembris datis. Verùm ad perfectam Disciplinæ reformationem non valuerunt ista; licèt enim annulos suos ad Sacrariùm Monachos detulisse inveniatur, incedebant tamen adhuc postea more nobilium Canonicorum pallidi, sine tonsura Monastica, seculis intentes, cum collaribus manicisque crispatis. Neque peculia statim abrogata fuêre, ex quibus Monachi sibi ipsis de Necessarijs providerent, quamvis subordinatione quadam ad Abbatem noviter instituta. Domini erant, nec Patres aut Fratres vocabantur. Cæterùm quamvis pauci, Chorum tamen, adjuvantibus Sacellanis Laboriosè frequentabant, officio pleriumque duplici, quotidianis fermè defunctorum obsequijs, processionibus præsertim ad S. Fintanum frequentibus, quæ omnia fusiùs exhibentur in Directorio Chori à quodam Sacellano Joanne Lezog anno 1576. conscripto. quod ad Litteras attinet, non modicum profectum fecêre Monachi nostri in publicis academijs eruditi; ex quibus prodiêre viri Docti, ut Geroldus de Zurcauben, Bernardus Herderer, et Sebastianus Starzer de Salenstein; qui plurimos libros melioris notæ impressos Bibliothecæ nostræ intulit; Heraldicum opus supra Mille ac ducenta Scuta depicta continens composuit; de re Numaria in-

-ter primos erudite scripsit, atque collectio-
-nem non spernendam reliquit, cum aliis ci-
-meliorum atque antiquitatum Generibus.
Caeterum non longè distamus à tempore quo
Disciplina Monastica simul una defloruit.

Eodem anno Eminentissimus Cardina-
-lis Marcus Sittichus de Altems Episcopa-
-tum Constantiensem alteri Cardinali Au-
-striaco Andreae Episcopo Brixinensi resig-
-navit, Ferdinandi Archiducis filio Burgo-
-viae Marchioni. Ait in Cleggovia cum
Illustrissimi Comites de Sulz tertiam par-
-tem Basseae Iurisdictionis in Oestetten à No-
-bilibus eius nominis comparassent, no-
-vae controversiae enatae sunt. unde Ab-
-bas Coactus, cum caetera non proficerent,
hoc ipso anno solemnem protestationem
per Notarium Caesareum interposuit, /o/ o.
profertim contra pretensam à Comitibus
in Rheno piscationem, quam extendere
conabantur, postquam Abbas gratuitò concesse-
-rat, ut cum hamo duntaxat exerceri posset,
dum Comes Rudolphus Oestette morabatur. qua
de re extant plura mandata contra quoscun-
-que piscatores à Theobaldo edita. Indem Con-
-ventio ad annum 1590. indicta, et Sequentes
arbitri Electi. Ioannes Keller Senator et Su-
-premus rei Militaris Praefectus Turegiensis,
Iodocus Haldermayer Senator et quaestor
Lucernensis, Beatus de Zurlauben Landa
-mannus Tugiensis nostri P. Geroldi Patruus,
et Fridericus Haas Eques et Senator Glaro-
-nae. Ex parte Monasterij interfuere ipse Abbas
Theobaldus, Geroldus de Zurlauben Capitu-
-laris nomine Conventus, Ioannes Conradus
Mayer Consul Schaffhusianus, Caspar Rink
de Wildenberg Iudex Criminalium eiusdem
oppidi, Ioannes de Wellenberg Iunior prae-
-fectus Monasterij, et Achilles Lerer ora-
-tor Turegiensis. Ex adversa parte praesens
erat ipse Illustrissimus Comes Rudolphus
de Sulz, Ioannes Ludovicus de Heidegg Pre-
-fectus Provincialis Cleggoviae, Michaël
Mayeren officialis, et Gottfridus Dublin
Praefectus praesidij in arce Hufsenberg.
Congressus saepius variis in locis habiti,
in Lauffz, Oestetten et Rheinau; tandem
die octava Martij praedicti anni in Sequen-
-tes articulos conventum.

Piscatio aliaque cum Com. de Sulz Composita.

1590.

/o/ uf der neüen Pfaetz in der grossen Stuben.

Imprimis Concessa Comitibus piscatio in Rheno, sed cum hamo dentaxat à torrente Vollenbach, usque ad influxum tauri, ita tamen, ut piscatoris nomen Abbati palam fiat. Deinde proprietas hominum, jusque militare inter ipsos Jestettae dirimentium; à petendis decimis in Wilchlingen Comites prorsus abstineant; Reditio mulctarum Altenburgi aliquis nomine Comitum praesentetur; Similiter et dum Ecclesiarum vocationes subducuntur, ita tamen, ut proventuum administratio sit penes Monasterium. Apposita huic instrumento sigilla Abbatis, Conventûs, Comitis et quatuor arbitrorum supra nominatorum, Amicitia vel indegrata exoravit Comes Abbatem nostrum die septima octobris, ut filium recens natum ex sacro fonte levare velit; imò pro debitis à Comite Contractis Lucernae, Basileae, et Waldishuti, Abbas cum Conventu fidem interposuit, quae res in plerimum Monasterij gravamen postea excrevit.

Circa idem tempus cum Cantone Glaronensi pactum initum, quò mutui incolae immunes à detractu declarantur. Idem factum cum civitate Vitoduranâ, ac denique cum oppido Frauenfeld, cui addita immunitas à telonio pro suis cuiusque usibus. Postremò cum Schaffhusianis Concordia quaedam inita vocatione Iurisdictionis feudalis in Diedlingen et Buchperg, quam hoc tempore nomine Magistratûs recepit Conradus im Turn; alter verò Joannes im Turn anno nonagesimo primo vocatione feudi in Berwangen homagium praestitit; itemque Bonaventura de Roller vocatione domûs Equestris Cognominis; et Micha-
1591. el de Mandach alteram Equestrem domum
Feuda. Praefecto nostro vendiderat; alij Mandachij ex Öhningen et Ermadingen feudales Decimas in Riederschlatt eodem anno receperunt.

1592. Anno sequenti Doctor quidam Medicinae Christophorus Hueber de Diessenhoven ob felonidam contra Abbatem comissam, mulctatus bis centum florenis; quapropter feudum suum in Wilgenspruch detracta mulcta vendidit. Cum Joannes de Waldkirch de Schollenberg, officialis Monasterij S. Blasij Schaffhusij Molendinum in Diedlingen bis mille quingentis florenis sine consensu Abbatis nostri emisset, detracti

pariter sunt in pœnam ducenti floreni.

Eodem anno cum Joannes Henricus Locher ex Parochia Castellensi simul et Rhenaugiensi vocatus fuisset ad primariam Turicensem, Abbas substituere voluit Zachariam Schörlin, comendatum sibi à præfecto suo in Comis: at Magistratu præsentante Caspar. Maurer seu der Mur, cessit Abbas sub cautela tamen, ne hic acto juri collaturæ præjudicium ferret; neve teneretur post hac ex propositis à senatu Turicino quendam eligere, cum Rhenaugia quæ propriè titulum Parochialem gereret extra territorium Turicinum sita sit; denique ne jus spolij Monasterio competens impediretur. Respondit tunc humanissimè Magistratus, gratijsque actis spopondit, Nihil juribus Monasterij derogandum. promovit deinde Abbas Zachariam ad beneficium multò pinguius in Berg, futurum aliquandò ingratum.

1593. Feudum in Fructisheyt anno nonagesimo tertio receperunt Nobiles Turegienses Wilhelmus et Joannes Rudolphus Escher nomine Barbaræ de Mandach viduæ relictæ Joannis Petri Reüschi. Sequenti anno Alexander Keller quæstor Schaffusianus homagium præstitit nomine Monasterij S. Agnetis pro

1594. decimis in Wipvil. Cæterùm hoc tempore plures causæ feudales ex territorio Liburgico, Algovia, oppido Eglisau, alijsque locis ad Abbatem Rhenaugiam remissæ fuerunt, Judicia feudalia celebrata, quidam etiam alij graviter mulctati.

Exigitur Symbola pro Seminario. Eodem anno advenit Rhenaugiam Nuntius Apostolicus Comes de Portia, et ab Abbate multis verbis postulavit, ut ad construendum Seminarium pro Diœcesi constantiensi Symbolam contribueret, quod Episcopus jam pridem frustrà tentaverat. verùm Theobaldus ab Andrea Abbate Petri domûs amicè prænonitus, qui adventum non solùm Nuntij, sed etiam Mergelij, quem Creaturam pistorij vocat, prædixerat, interminis solum generalibus Collaturum se aliquid adpromisit, si nempe res ad effectum perduceretur, si et alia Monasteria concurrerint si Fœderati advocati non obsistant, si denique propria Monasterij necessitas alijs succurrere non prohibeat. Subscribitur Copiæ huius Chyrographi tam Abbas Theo-

Baldus

Abbas XLVII.

Baldus, qui & Geroldus Zurlauben Senior.

1598. Anno nonagesimo quinto cum Rudolphus Comes de Fels inferiorem arcem Iestetta vendidisset, nobili viro, Rhenaugiae, inquieto incolae, Christophoro de Grueth; hic varia gravamina tum communitati tum Monasterio intulit, quibus diutius detine-

1596. re lectorem nolumus. anno sequenti mortuo Joanne Gaspare Rink de Wildenberg, interventu Joannis Conradi Mayer Consulis Schaffusiani, nobile feudum Rhenaugiae Fluch, Fronschnegg dictum, collatum fuit Francisco Ziegler, Praefecto in Neukirch, et Joanni Conrado Peyer vitrico nomine pupillorum demortui Wolfgangi Dietherici de Wildenberg alias Rink dicti. Eodem ano Schaffusij obijt Gasparus de Zurlauben frater Germanus nostri Patris Geroldi mox futuri Abbatis, Rhenaugiae in veteri Basilica sepultus. obijt quoque sequenti

1597. anno Rhenaugiae Melchior Werli de Greifense, Frauenfeldae Landamanus, Germanus frater Abbatis Theobaldi, in eadem Ecclesia monumentum consecutus, pio legato pro remedio animae relicto; cuius uxor Elisabetha erat soror Joannis Praefecti nostri de Wellenberg Junioris.

1598. obitus Abbatis. Tot mortes Abbatem Theobaldum monuerunt extremae luctae, quam pijssimè subijt die vigesima prima Augusti anno nonagesimo octavo, prout his verbis describit P. Bernardus Herderer tunc Parochi munere functus: Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Joannes Theobaldus ex familia Werlinorum in Frauenfeld, postquam triginta tribus annis felicissimè et sumâ industria hoc Monasterium gubernasset cum quinque ferè Mensibus, vigesima prima Augusti horam circiter undecimam animam suam, sine dubio, ad sedes Beatissimas Sanctorum transmisit, omnium corda maerore et dolore plenissima post se relinquens. Parentavit ei quoque P. Sebastianus Harzer de Salenstein his sequentibus Carminibus:

Siste parùm gressus, ausculta quaeso viator,
quid te fare velim, carmina pauca lege.
Ille Ego, qui quondam ter denis cum tribus annis
Praefuit eram vigilans aedibus hisce sacris;
Me curis fessum rapuit mors: cedere jussi
Exiguo hoc moriens mortua membra loco.

Theobaldus

Stemate Werlinus, Theobaldus nomine dictus,
Templum hoc, Pons, Turris sunt monumenta mea.
Invida me quamvis non vult mors vivere terris,
Non tamen ista sinunt me monumenta mori.
Mortuus haec volui te noscere Chare viator,
Funde preces prome; pergito; vive; vale.

Suo in Christo Patri Charissimo Moerens et Lachrimans C. M. S. F. Georgius Sebastianus Harzer Conventualis huius Loci. quibus in Epistola ad Dominum Joannem Wagner Praefectum Provincialem haec subdit:

Carmen numerale ad annum domini 1598.
quo obiit praedictus Dominus Abbas.

DesInIt In terrIs TheobaLDVs VIVere PraesVLe
CLarIVs VI CeLsa VIVeret arCe poLI.

Sepultum fuit Corpus Theobaldi Abbatis in medio navis veteris Ecclesiae, quam ipse restauraverat, infrà monumentum Fundatorum. Gerolcus II. erecta nova Basilica deposuit ante cratis ferreas chori una cum Lapide Sepulchrali, cui ex metallo infusa est Effigies Abbatis Theobaldi in habitu Pontificali, Mitra super caput, pluviali frigiato tectus, ex baculo pastorali pendet sudarium, chirotecae in manibus Gemmis ornatae, annuli in sinistrae manus digito indice et annulari, in dextro unicum annulum gestat in consueto digito. Insignia pedes tegunt, nimirum Gryphus cum duplici penna struthionis. Facies subrotunda, nec in senectam admodum declinans. barba rasa, sed capilli crispati infrà mitram prominentes. In circuitu Lapidis eodem opere fusorio immissa sequens Inscriptio.

Anno Dñi MDXCVIII. die XXI. Aug. obiit Reverendiss. in XPO P. ac D. Joannes Theobaldus Werlin Fauenfeldensis Abbas huius Loci, qui totius penè Monasterij Restaurator extitit, et eidem annis XXXIII. praefuit. Cujus anima Deo vivat. Amen.

Abbas XLVII.

Oeconomica. Præcipua Laus Theobaldi in œconomicis et ædificijs constructis consistit, quorū pleraq; suis annis retulimus. Multis quoque decimis particularibus, censibusque annuis Locupletavit proventibus Monasterij, nec non pratis, agris, vineisque coemptis, quarum una hodieque homen Nobilis viri Henrici de Mahdach retinet. præterea piscinas plures vel purgando magnis sumptibus reparavit, vel de novo effodit, ut in Örlingen, Altenburg, in Prædio Arzensi, ante pontem inferiorem, et in vinea proxima, quam Lyrb vocamus. Laudatur quoque de eximia Hospitalitate, et ut egentes Munificentiâ, cum et Monasterijs incendio consumptis larga manu succurrerit. Sacram Supellectilem in Ecclesia auxit, tecio argenteis, Pontificalibus ornamentis, casulis, quibus Margaritas intexuit, dalmatis, que integris pro officio summo indumentis ex albo et rubro Damascena, quorum posteriora eius sectum adhuc referunt.

Catholicam Religionem Provinciæ propugnavit, stabilivit et amplificavit, reductis ad fidem pristinam plerisque Civibus. Disciplinam tamen Regularem, quamvis Conatus aliquos pro meliora-tione adhibuerit, ut antiquo statu reliquit, paucosque ad Monasterium fuscepit Religiosos tempore Diuturni sui Regiminis; quorum quatuor tantum ipso decedente aderant, nimirum Michaël Engelin, ab Engelse Prior; Geroldus de Surcauben Custos Et Senior; Bernardus Herderer Parochus; et Georgius Sebastianus Harzer de Salenstein. Vix biduo decesserat Theobaldus Abbas, cum prænominati Capitulares die vigesima tertia Augusti pacta quædam jnierunt à Sebastiano Harzer proposita. in his Cavent quidem Clausuræ Monasticæ, et officijs Divinis rite peragendis; quem in finem novus conducendus Sacellanus, Breviarium quoque impressum, abrogato scripto, Choro inducendum. Magister Scholæ meliori Salario remunerandus; Bibliotheca libris novis augenda; medicus propriùs conducendus. Annuam tamen pensio-

Pacta Capitularia.

-nem cum augmento à futuro Abbate
Exigunt, cum separata administratio-
-ne proventuum Conventûs. ab ædifi-
-ciis sumptuosis deinceps Abbas absti-
-neat, sed potiùs pro novo fabricando
Conventu invigilet. Parochum Henau-
-giæ constituat Sæcularem; quod offi-
-cium istud Capitulari nimis molestum
sit. denique feria sexta ante Domini-
-cam Judica singulis annis Capitulum
solemnius celebretur, ubi præter alia
Conventuales rationem debitorum suo-
-rum exponant, et licentiam disponen-
-di cum rebus suis ab Abbate, pro secu-
-ritate conscientiarum, obtineant.
Verum futurus Abbas his omnibus
difficultatibus propediem finem fecit,
introductâ penitùs nova, eâque seve-
-ra regulari disciplinâ.

.1811
482.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Geroldus I. Zur-Lauben
De Thurn et Gestellenburg
Abbas XLVIII.

1598. Genealogia Zurlaubiana.

In gratam memoriam utriusque Geroldi tam I. quàm II. qui Monasterium Ehenaugiense præ cæteris illustrarunt, atque in spiritualibus non minùs quàm temporalibus egregiè amplificarunt, juvat notabiliora quædam, et quæ ad Institutum nostrum conducere possunt, ex inclita Gentis Zurlaubianæ Genealogia præmittere, quam nuper mihi Illustrissimus simul ac eruditissimus Dominus Marescallus Beatus Fidelis de Zurlauben L. B. de Thurn et Gestellenburg, pluribus operibus editis Clarus, Socius honoris Academiarum Parisiensis Inscriptionum, et Romanæ Arcadicæ, communicare dignatus est. Exstitit igitur jam Sæculo Duodecimo in Valleſia ad Sedanum quidã vir Nobilis Berillo Pater Wilhelmi, qui sequenti sæculo filium habuit Geroldum Tritavum Antonij Nobilis de Turre, et Domini Castellionis seu Gestellenburg; qui cùm tam ab Episcopo Sedunensi, quàm à valleſiæ populis cum alijs Nobilibus persecutionem passus fuisset, eius filius Balthasar ad initium Sæculi decimi quinti, relicta valleſia, ut lateret, assumpsit nomen Laub aſt, ab alijs dictus Zur Lauben, atqꝫ uraniam se contulit. Eius frater Conradꝫ in Necrologio Seedorfensi mentionatus, fertur cum Leopoldo Duce Austriæ propè Sempachum anno 1386. occubuisse. Balthasaris ex Joanne filio nepos Antonius primò Turegum, deinde Tugium migravit, ibique familiam stabilivit mortuus anno 1516. Conradus I. Antonij filius, Avus est Geroldi Abbatis nostri primi, et Tritavus secundi. Is in Servitijs Galliæ quatuor anno 1525. Papiæ vulneratus, in bello pro fide Catholica anno 1532. in patria Clarissimus, obijt anno 1565. duos relinquens filios Michaelem et Beatum. Michael, qui Caroli IX. Capitaneꝫ Eschellæ anno 1570. occubuit, Pater fuit Geroldi nostri, et Casparis, quem Schaffhusij

Geroldus I.

anno 1396. mortuum, et Zhenaugiæ Sepultum diximus. Beatus Illacus extitit Gerzoldi Abbatis nostri Secundi, qui proinde à Geroldo primo quinque gradibus distat, quorum Communis stipes est Conradus I. Genuit porrò Beatus Tugij Landamannus Conradum II, qui à Ludovico XIII. cuius Prætorij Capitaneus fuerat, ob præclarè Gesta Lilium scuto inferendum obtinuit, et ibidem Landamannus obijt anno 1629. relicto filio Beato II. eiusdem Prætorij Capitaneo et Tugij Landamanno, qui ob Iustitiam in provintia quæ Entlibuch dicitur, domitos Ius Civitatis Lucernæ consequutus, ob alia quoque præclarè gesta dictus est Pater patriæ et Columna Fidei, mortuus anno 1663. Hic tres reliquit filios: Beatum Iacobum, Henricum et Conradum; quorum primus Pater fuit Geroldi nostri Abbatis Secundi, Capitaneus provintiæ liberæ, et eiusdem Cancellarius hæreditarius, nec non in Patria Landamannus; cuius posteros alibi daturi sumus.

Regredimur ad Geroldum nostrum primum, qui reformata disciplina regulari, post ingentia superata obstacula in Monasterium nostrum Zhenaugiense aurea reduxit tempora. Eius electio accelerata fuit tertia post mortem Abbatis Theobaldi die, non sine bono omine præsente Illustrissimo Domino Ioanne Comite Dʳiriani Episcopo veglienſi Nuntio Apostolico, qui ob negotia quædam per eosdem dies in Turgovia detinebatur et cum P. Priore Carthusiæ Ittingensis Zhenaugiam advenerat. Scrutatores fuêre Reverendissimi Abbates Michaël Casterius S. Georgij in Sylva Hercinia et Ioannes Iodocus Murensis Monasterij lumen Clarissimum. Electus est itaque Geroldus tum Custos et Senior ætatis anno quinquagesimo primo, die vigesima quarta Augusti anni nonagesimi octavi post Millesimum ac quingentesimum. Instrumentum Electionis ad curiam Constantiensem pro confirmatione Episcopali transmissum; quæ cum diutius dilata fuisset, supplices Litteras suo ac Conventûs nomine die 8. Sep-

1598. Electio Gerzoldi I.

+ Tarroni

tembris

tembris dedit ad Episcopum et Eminentissimum Cardinalem Andream Austriacum, qui peridem tempus Gubernator Belgicis provincijs præerat, Alberto Archiduce in Hispanias producenda in uxorem Clara Isabella profecto. Gravatè ferebat curia Episcopalis, quòd ad electionem adhibitus fuisset Nuntius Apostolicus, præterito Episcopo, aut eius vicario; unde irritam facere electionem, aut factam moram injicere tentabat.

Renovata Helvetiorum Protectio.

Ne simile negotium ab advocatis Helvetiæ Foederatis pateretur Neoelectus Abbas, ad eorundem oratores opportunè Badenæ congregatos die decima quinta Septembris destinavit P. Georgium Sebastianum Harzer de Salenstein una cum Præfecto Monasterij Joanne Wagner, qui ex secretario successerat Joanni de Wellenberg Juniori, hocipso anno defuncto. Significarunt hi electionem ritè peractam, ac Monasterium unacum Electo pristinæ protectioni comendarunt, simul exorantes, ne gravatè ferrent, quod ad Benedictionem Abbatialem non invitarentur, quam ad parcendum sumptibus animo proposuisset Geroldus suscipere Constantiæ apud Reverendissimum Abbatem Petri Domus Andream Cognatum suum patriâ Tugiensem. consensum gratiosè impertierunt Protectores literis publicis, in quibus cum honore deputatos Monasterij compellant, [a] concedantque, ut ijs absentibus Abbas constantiæ consecrationem suscipere possit, addita ratione, quòd Legati Cantonum nonnisi cum magnis impensis in eiusmodi occasionibus Monasterijs adesse possint. Tributa est tamen singulis oratoribus decens honorarium, quod deinde etiam Præses argoviæ, qui sigillum apposuerat, et scriba provincialis ob expeditionem chartæ exegerunt; sub præfecto tamen Christophoro Keller id negaverat Abbas, cuius filius postea in Monasterium susceptus.

a.

---

[a] des hoch- und erwürdigen unsers lieben herren Ruren Gerolts, und herren Michaëls Priors des Gotthus Dinow gesante, die erwürdigen, wohlgelerten, Ehrenvesten, und fürnemen herr Georg Sebastian Harzer Conventualen, und Johan Wagner Vogt wohlermeltes Gotthus Dinow.

488.

Geroldus I.

Confirmatio Episcopalis.

Tandem Constantiâ Zhenaugiam advenê-
re duo Comissarij Episcopales, qui in quali-
tates Electionis, Electi et electentium inqui-
rerent. Cum nihil praeter absentiam Epis-
copi opponere possent, graves conditiones
electo proposuerunt, inter quas nomine An-
natarum exposcebant quingentos flore-
nos. Cum Abbas demonstrasset, antecesso-
res suos non nisi medietatem huius taxae
contulisse; replicarunt illi integrum
ipsis non esse, quidquam de postulatis con-
donare: tandem trecentos florenos ac-
ceptarunt, reservatione adjecta, ut resi-
duum ex Cardinalis arbitrio penderet.
Ita tandem non sine magnis difficulta-
tibus impetrata confirmatio, et sequuta
postmodum Benedictio Abbatialis per Re-
verendissimum suffraganeum, assistente
Abbate Creutzlingano, praeter Domesticu
Petri domûs cum quo arctam amicitiam
contraxit Geroldus noster, pro bono dis-
ciplinae admodum profuturam.

1599.
Eis ab Episcopo
mota.

Ratione annatarum scripsit Abbas
nomine suo atque Conventûs anno se-
quenti ad Eminentissimum Cardinalem
die Sexta Martij, humillimè supplicans,
ut in terminis antiquis persistere digna-
retur, nec jam ultra trecentos florenos so-
licitos Monasterium cogere velit. hanc sup-
plicationem Doctor Michael Hager Syndicus
et advocatus Zhenaugiensis per salarium
annuum constitutus transmisit in Belgiu.
Sed cum nihil impetratum esset, adhibuit
Abbas etiam Protectorum Helvetiae inter-
ventum, qui non minus graviter, quam sub-
missè Abbatis justam petitionem literis
communi nomine datis comendaverunt. Sed
frustrà fuêre omnia. Inter haec etiam alia
Monasteria ordinis nostri similibus modis
à Curia Episcopali vexabantur, ac prae-
cipuè praesentia Episcopi aut eius Commissa-
rij in Electionibus Abbatum tanquam neces-
saria adstruebatur. quapropter sibi ac Mo-
nasterijs consulturi sequentes Abbates con-
venêre, videlicet Georgius vinearum, Mar-
tinus S. Blasij. qui hac de causa saepius Ze-
nauge fuit. / Andreas Petri domûs, Ge-
roldus in Zgnow, Christophorus in Ochsen-
hausen, Johannes Jodocus in Muris, et Mich-
aël in Zwifalten. Hidie octava Maijano

nonagesimo nono solemnem protestationem obtulerunt Joanni Jacobo Mürgelio Episcopo Sebastensi vicario Generali plr Notarium publicum Carolum Mayer; in qua demonstrat, Præsentiam Episcopi in Electionibus Abbatum nec de Jure, nec de consuetudine obtrudi posse Monasteriis, nisi ob causas particulares ipsi eligentes eam postulaverint. Geroldus noster in hoc instrumento suum gravamen specialiter exprimit, quòd quamvis electio ipsius canonicè ac ritè peracta fuisset, nolam nihilominus de super à Curia postmodum quæstionem, negatamque diu confirmationem, nisi propositis duris conditionibus, quòd prætendebatur, Electionem, ad quam Reverendissimus ordinarius, seu eius in spiritualibus vicarius et Locum tenens aliquis non vocatus esset, aut comparuisset, illegitimam esse. Lis hæc longiùs protracta, donec tandem per conventionem sopita, prout suo Loco videbimus.

Visitatio Episcopalis.

Ne quid interea de Juribus suis negligere videretur Episcopus Cardinalis, eodem anno visitari jussit Monasterium nostrum Rhenaugiense per Suffraganeum Mürgelium et officialem Jacobum Tapslerum J. U. D. Post hominum memoriam nulla Episcopalis visitatio Rhenaugiæ habita fuerat, unde decennio elapso visitaverat Nuntius Apostolicus. Recessum reliquêre visitatores die decima quarta Julij suis sigillis munitum, in quo post ingressum agunt de divinis officijs, de choro, de sacrificio Missæ; ubi notant, in Religionis mutatione librum anniversariorum fuisse amissum, unde consultum fore, ut recepta observantia per summum pontificem, aut Episcopum confirmetur, Clausuram melius custodiri præcipiunt, ad quam tamen admittunt sacellanos seculares, Magistrum Scholæ, organedum, Confessarium, Parochum &. Paupertatem Religiosam comendant, monentque, ut habitu Religioso deinceps utantur; denique plures Novitios admittendos, ut successivè tum pro Monasterij dignitate, tum pro cultûs divini augmento ad minùs octo sacerdotes, quatuor Lebitæ et Professi seu Novitij aliqui haberi possint. Ex his saluberrimis monitis Geroldus Abbas statim ad effectum aliqua perduxit, quantum nempe circumstantiæ admittebant.

Geroldus I.

Lis ob Ecclesiam S. Nicolai.

Interim pro re Catholica solicitus, Ecclesiæ S. Nicolai olim Parochialis, quam Prædecessor impellentibus Protestantibus nuper ægrè construxerat, Sacristiam chorum, et tres fornices addidit pro altaribus Collocandis, ut et Catholici Cives Rhenaugiæ, qui tunc majorem numerum explebant, atque cum alijs ad ædificium operas præstitterant, suum quoque rei divinæ exercitium obire posset. Displicuit ea res protestantibus, ex quorum delatione Magistratus Figurinus excitatus Præsidi in Liburg Leonardo Holzhalb in mandatis dedit, ut Abbatem à proposito averteret conaretur. Præses Negotijs præpeditus litteris datis die sexta Augusti mandatum exequutus est, addens, nisi desisteret, venturos ex senatu deputandos. Respondit Abbas, Ecclesiam pretijssimicm ex Catholicorum fundationibus reparatam fuisse; æquum proinde, ne eidem usu carerent: cæterum expectandos ultrò deputandos. venère hi Rhenaugiam die octava octobris, nempe Joannes Keller Consul, et Joannes Ziegler vicarius reipublicæ, qui multis suasionibus Abbatem atque Conventum inclinarunt, ut ædificium S. Nicolai imperfectum ad breve aliquod tempus relinqueret, reservatis Nihilominùs per expressum Monasterij Jusibus atque Regalijs. quievit per nonnullos annos negotium, donec majori impetu recrudesceret.

1600. Anno sæculari sexcentesimo supra Millesimum Eminentissimus Cardinalis Austriacus Andreas Episcopus constantiensis Romæ, quò se pro celebrando ex more Jubilæo contulerat, diem supremum obijt; cui suffectus Ecclesiæ Cathedralis decanus; vir pietate, zelo, et animi demissione præstantissimus, Joannes Georgius de Hallwil, natus Theodorico Patre, et Matre Eva de Bernhausen. Abbas verò noster Geroldus, ut juxta visitationis recessum clausuræ prospiceret, totum Conventûs hortum aliàs Rheno clausum, atque adeò mediam Insulam muro cinxit, fundamentis in ipso Rheni fundo positis, cuius in extrema parte apicem Constituit Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ, à Theobaldo quidem structa, sed

Alia ædificia.

à Geroldo

Abbas XLVIII.

à Geroldo picturis ac tribus altaribus exornata. Dedicata fuit hæc eadem Ecclesia hoc ipso sæculari anno die nona Septembris à Reverendissimo Suffraganeo Constantiensi, quando simul alias Ecclesias olim profanatas reconciliavit, nempe SS. Felicis et Regulæ in insulæ nostræ puppi, et S. Jacobi Meltenburgi, quas post diuturnam desolationem tandem restauraverat Geroldus. die Sequenti, quæ erat Dominica, Abbatiali Benedictione Rhenaugiæ inauguratus fuit Reverendissimus Dominus Michael Abbas Engelbergensis, quem in hunc finem instanter commendaverant tres Inclyti Cantones Lucernensis, Suitensis et Subsilvanus. Eodem anno arcum Capideum cum porta externa in ponte inferiori reparavit Geroldus, producto muro ex parte imperij, ubi eius fructum magno capiti cum anno prædicto insculpti Cernitur. Patibulum quoque ipsius jussu renovatum fuisse, demonstrat insculptus sequens annus; quò Rhenaugiæ R. D. Thomas Stierlin vilensis, Benefactor, Parochus in Oestlen Monasterio pro anniversario quasdam vineas legavit, mortuus post biennium Rhenaugiæ, quò se receperat.

Religiosi Suscepti.

Ut autem et numerum Religiosorum sensim augeret Geroldus anno superiori ad professionem admiserat die secunda octobris Joannem Theobaldum Locher ex nobili familia Frauenfeldensi; currenti verò anno die tertia aprilis Joannem Conradum à Mandach in Stuttgart natum propè æningen Parentibus nobilitate Claris Conrado et Euphemia de Menlishoven, postea Rhenaugiæ mortuis. Suscepit quoque ad sacrum ordinem Eberhardum à Bernhausen natum anno 1584. in castro Wagge juxta Campidonam Matre Maria Magdalena de Stein, Cognatum Reverendissimi Episcopi Constantiensis qui professionem Monasticam edidit in festo 1601. Purificationis B. V. Mariæ anno secundo, supra sexcentesimum, præcipuus deinde futurus reformatæ disciplinæ cultor. Cupiebat Geroldus et alios Novitios suscipere, qui defectum nobilitatis morum integritate supplerent, cum difficilè admodum videretur ad numerum congruum pertingere si præter idoneitatem etiam Gentis nobilitas requireretur; at impedimentum passus à 1602.

Capitularibus, duos eiusmodi jam ab ipso admissos, rejicere est conatus. eodem anno accessus notabilis factus est ad antiquas reliquias S. Januarij Episcopi et Martyris de quo extat testimonium Conradi Gelerdorben Presbyteri Hechingani, quod nimirum Wilhelmus Wernerus Comes de Zimberen has sacras exuvias ex Monasterio Alberspacensi anno 1546. deportaverit, ne à protestantibus profanarentur: fuisse porrò jam ano 1096. ab Alvico de Sulz et Eutmanno de Hausen Fundatoribus dicti Monasterij ibidem quondam repositas.

Congregationis Helveto-Benedictinæ primordia.

Hic ipse annus sexcentesimus secundus felix sanctusque ille fuit, quò prima fundamenta strictioris observantiæ, ac reformatæ disciplinæ regularis, per Monasteria Helvetiæ jacta sunt, non laxatis votorum funiculis, sed salubberrimis introductis legibus, quibus Monachi Benedicti ad sacræ regulæ custodiam, et antiquorum Monachorum exemplas firmiùs adstringerentur. Vix Geroldus Abbas noster perceperat, quosdam Helvetiæ Abbates, sacri Concilij Tridentini monita sequutos, in fœdus pro restauranda disciplina coire cepisse, cum ille nihil cunctatus exarsit animo, tam salubre institutum pro viribus promovendi. Primi memorato anno in Einsidlensi Monasterio convenêre Bernardus S. Galli; Augustinus Eremitarum; Jodocus Murensis; et Benedictus Fischingensis Abbates: ubi feria quarta Pentecostes, quæ incidit in diem trigesimam Maij. Reverendissimus Dominus Joannes Fabianus Episcopus Veglensis Nuntius Apostolicus, vehementi oratione eos ad erigendam inter Monasteria ordinis S. Benedicti per Helvetiam congregationem adhortatus est. quapropter à præsentibus Abbatibus sponte in tale consilium pronis alius Conventus indictus est ad diem duodecimam Julij in oppido et aula Wilensi celebrandus. ubi Princeps S. Galli certos articulos proposuit, quibus maturè expensis redirent die quarta Novembris in arcem Iffecon. Interea prælaudatus Dominus Nuntius negotium significavit summo Pontifici Clementi VIII. qui Clementissimum rescrip-

-tum

tum ad Abbates dedit, quibus propias addidit Sylvius Antonius Cardinalis Cynthius, utrasque verò Nuntius Apostolicus ad hunc Conventum submisit, ubi reverenter lecta, ijsq; submissè responsum nomine non solùm quatuor superà dictorum Abbatum, sed etiam Michaëlis Fabariensis, qui se reliquis tunc sociaverat. pro fundamento aliquo reformandæ disciplinæ faciendo quidam articuli in eodem loco statuti sunt: videlicet Missale novum Pij V. assumendum; refectionem in tabulis longis et singulis scutellis faciendam; per totam mensam jugiter lectionem esse adhibendam; proprietatem extirpandam; litteras communi sigillo obsignandas; eliminanda colloquia; clausuram strictiùs observandam; commune vestiarium erigendum; mensamque Abbatum modelandam.

Inter hæc jam agebatur de Benaugia Congregationi endeconti adnumeranda. Cùm enim Illustrissimus Dominus Nuntius per R. P. Alexandrum Capuccinum Abbatem nostrum Geroldum eius rei Comonefecisset, promptum omninò reperit Abbatis animum: verum reliqui Capitulares nonnihil abhorrere visi sunt. Erant tunc duo solùmodò Superstites. Nam fratres licèt professi carebant capitulari suffragio, et Dominus Bernardus Herderer eo ipso tempore die duodecima Septembris obierat; cuius effigies in habitu sæcularis Canonici superest. Præcipuus, cui reformatio disciplinæ displicebat, erat Sebastianus Harzer de Salenstein, qui in suam quoque opinionem inclinaverat Priorem Michaëlem Engelin ab Engelfe. quapropter litteris die vigesima nona octobris Communi Abbatis et Conventûs nomine datis, gratia acta Nuntio Apostolico; additum tamen, plura obstare impedimenta, quæ donec removerentur, sanctum propositum vix posse executioni mandari, quamvis promptum spponderent animum. At Geroldus moræ impatiens, vix interlapso mense se Petershusium contulit, ut cum Abbate Andrea consilia conferret; cuius suasu recta ad S. Gallum iter flexit, petiturus à Principe, ut insuper habitis difficultatibus in Congregationem et reformationis consortium admitteretur. Cùm Principem domi non offendisset, negotium Priori, ut ibi vocatur, seu Decano etiam

adnumerari
it Geroldus
Abbas.

atque etiam commendavit. Huius Itineris
solium Geroldus Sebastianum assumpserat,
ut suaviter fluctuantem ad meliora sentien-
di induceret. At contra accidit, ut licèt
Sebastianus apertè Abbati obsistere non au-
deret, occultè tamen tum Petershusij, tum
in S. Gallo obmurmuraret, quòd Abbas sine
consensu Capituli rem adeò arduam aggre-
deretur, effectu ex eius mente Caritiorum.
Haec nimirum Gloria reparatae disciplinae
soli Abbati Geroldo debebatur. Etenim
hic à Bernardo Abbate S. Galli monitus,
eundem mense Decembri in Ittingen Ci-
Carthusia convenit, à quo in proposito
roboratus, jussus est in proximo Ab-
batum Conventu primo vere celebrando
se sistere, habiturum rei promotorem ip-
sum Bernardum Principem.

Sed offendit obstacula.

Jam seriò rem agi cernens Harzerus
non solùm Priorem contra Abbatem obsir-
mavit, sed etiam officiales Monasterij, qua-
rum haec nihil intererant, excitavit. Erat
hi Joannes Wagner Praefectus, vir aprimè
doctus, patriâ weteravicensis ad fidem
Catholicam conversus, et Conradus Vogler
Engensis secretarius, quos ideò ab officijs
Abbas removere decrevit. At Salensteini-
us recursum extra ordinem ad Protectores
Monasterij instituit, delato Abbate, quòd
novum ritum Monasterio contra Capitu-
Caricum voluntatem inferre conetur, atqs
officiales deponere, quorum tamen admis-
sio itidem ad Capitulum spectet. Tigu-
rini se sapientissimè his negotijs immiscere
renuerunt; At apud Catholicos res vehe-
1630 mentiùs agitata. non enim omisit Abbas
hominis fraudes, pessimamqs voluntatem
detegere, qua deliberimb reformationis
operi obsistere non verebatur. Praecipuè
apud Illustrissimum Dominum Nuntium
Venientem detulit, illiusque vitam ac
mores ab homine religioso propè abhorren-
tes descripsit. Tum apud Magistratus
Lucernensem et Tugiensem per amicos suos
egit, ut causam delinquerent altefato
Domino Nuntio disquirendam et deciden-
dam, efficerentqué, ut Sebastianus de Sa-
lenstein coram eius Tribunali sisteretur,
relicta pacificè Reformatoribus Rhenaugia,
quos è S. Gallo, et Petri domo sibi comodati

postulasset, Hæc animadvertens Sebastianus all aliud forum se vertit, Conticitq; ad Reverendissimum Episcopum Constantiensem tunc æningæ comorantem, falsis criminationibus tum proprium Abbatem, tum alterum Petri domûs accusans, atque etiam contra nuntium Apostolicum eius animum concitare ausus. Promisit Episcopus, se propediem venturum Ehenaugiam atque in rerum statum inquisiturum; nihil tamen de adventu suo cuiquam hominum propalaret.

Inter hæc à Magistratu Lucernensi Ehenaugiam destinatur dominus Feer Senator, Geroldi cognatus, cuius partes ibi egregiè promoverat, Jacobus de Sonenberg ipsius sororius; Tugio autem deputati Vicarius Freij, et Conradus de Zurlauben Archigramatæus, Harzerum, nisi sponte cederet, vi Lucernam pertracturi. At ille haud invitum se simulans, ultrò cum illis Ehenaugia abscessit. quo in itinere submissam clam ab officialibus epistolam obtinuit, quâ significabatur, Episcopum intrasse Ehenaugiam, vix atq; is illam relegisset. Caterum Pijssimus Præsul Joannes Georgius de Halwil, solitus paucissimo comitatu iter agere, salutato cognato suo Fratre Eberhardo de Bernhausen, plenissimam informationem accepit, atq; eò minus Reformationi concepte deinceps obstitit, quò se indignius judicavit, Sebastianum Monachum inquietum defendere. Andreas Abbas Petri domûs contra dicteria ab Harzero objecta se apud Reverendissimum Episcopum purgavit Litteris datis die decima septima Martij anno sexcentesimo tertio, quo mense Sebastianus Lucernam abductus est. ibi Nuntio præsentatus imposita sibi constanter negavit: Reformationem tamen Monasterij impugnare non ausus, alijs ex capitibus querelas contra Abbatem movit; præsertim, quod jura capituli infregisset, amotis ex servitio officialibus, quibus alios minus idoneos substituisset; addens aliqua de temporalium administratione, et quod nuper duos equos amicis suis dono dedisset. Substituerat porrò Gerboldus Wagnero Joannem Werli, ex Mörspurg oppi-

do

vicit.

Rolandomanus Senator Lucernensis

do oriundum, Præfectum Episcopi in Augia Divite, ad cuius servitium anno sequenti in æningen reversus est.

Et Congregationi adsciscitur.

Remotô igitur Rhenaugia Sebastiano, cum ad Monasterium S. Galli die nona Aprilis conventus indictus esset, præsentibus reliquis Abbatibus, advenit etiam Rhenaugiensis Cœnobij Prælatus. |b| Is cum æquè instanter ac devotè, ut Collegio inseri mereretur, rogasset, eique omnia statuta fuissent intimata, et prædicta, ille autem promptum se ac paratum ad eorum Custodiam declarasset, relatus fuit in Cœtûs illius album. quoniam verò præfatus Dominus Geroldus Abbas graves quasdam proposuerat difficultates, quibus urgeretur, et quo minus ad reformandum suum Cœnobium posset valere, impederetur, eas ad Reverendissimum Dominum Nuntium tam per litteras, quam per Dominum Murensem Abbatem viva voce deferendas censuerunt. Statutum porrò in eadem congregatione, ut â carnibus per adventum, item feriis secunda et quarta per totum annum abstineretur; prohibitum, ne Fratres Patrinos in levandis è sacro fonte parvulis agant; præceptum, ut singuli vestiti, scapulârè saltem ac cingulo dormiant. At mox soluto conventu Jodocus Abbas Murensis Illustrissimum Nuntium Lucernæ adijt, litteras Abbatum obtulit, atque causam Rhenaugiensem instantiùs comendavit. quibus perceptis Nuntius die Septima Maij eidem Abbati in Mandatis dedit, ut cum Principe S. Gallensi quamprimum Rhenaugiam se conferat, Visitationem instituat, omnia necessaria pro restauranda disciplina Regulari ordinet, atque in vitam et mores Sebastiani Harzer inquirat. adjunxit Nuntius Dominum Clinvardum Cisat, Notarij munere functurum, filium Archigrammatæi Lucernensis, hortatusque est Abbatem S. Galli, ut petitioni Gerboldi nostri satisfaceret, submissis pro introducendo ordine quibusdam ex suis Religiosis.

|b| ex actis Congregationis Helveto Benedictinæ, conscriptis primò per Dominicum Tschudium secretarium, de postea Abbatem Murensem.

Abbas XLVIII.

visitatio regularis.

Prima ista visitatio fuit, quæ ex congregatione per dictos Reverendissimos Abbates die vigesima quarta Maij instituta est; in qua comendati recessus superiorū conventuum, præsertim ne annulos, aut propria sigilla Monachi habeant, et ne litteras sine permissu scribant. Abbati injunctum, vt ædificia Monasterij pro conservanda disciplina restauret, aut de novo ædificet, ac denique Seculares etiam domesticos ad pietatem magis informet. Hunc recessum ex oppido Wilensi die vigesima sexta Maij pro confirmatione Nuntio Apostolico transmiserunt, una cum instrumento inquisitionis in vitam Sebastiani Harzer, cuius contenta adeò secretè servabantur, vt suspicionem injicerent Geroldo, non fuisse ab officialibus depositis omnia fideliter indicata. quapropter egit per amicos, præsertim Conradum Zurlaubium, et Andream Abbatem Petri Domūs, ad quem in Zatolli cellam se contulit, vt ab Illustrissimo domino Nuntio nova inquisitio indiceretur; Foederati verò Protectores officialium mutationi non obsisterent, quod in præjudicium Monasterij jurium cederet, impediretque reformationem conceptam, cuius profectus nullus sperandus, quamdiu adhærentes recentibus in Monasterio alerentur. cessit negotium ex voto apud Nuntium, qui litteris patentibus datis vltimo Maij citari fecit prædictos officiales Joannem Wagner, et Conradum Vogler, vt intra triduum à Mandato percepto coram Abbate S. Galli comparerent, veritatem ad quæsita dicturi sub pœna interdicti ab Ecclesia. aliud Mandatum ad ipsum Geroldum direxit, quò jubebat, vt in ipso loco Rheinaugiæ audiret testes, de Holzeri moribus perquirendos, Instrumentumque clausum et sigillo suo munitum transmitteret, quò processum ipse Nuntius in propria persona instituere posset. quem in finem cognationem suum Julium de Turre ad Muros et ad S. Gallum destinavit certiora relaturum. Interea Conradus de Zurlauben die prima Junij Geroldo significavit, etiam Foederatos non indignanter ferre amotionem officialium

-cialium infidorum, substitutis alijs idoneis licèt id cum consensu conventûs debuisse fieri videatur. videretur.

S. Sebastianus reformationi cedit.

Tot inquisitionibus in angustias redactus Sebastianus Harzer de Falenstein varia effugia circumspexit, amicorum quoque subsidia adhibuit, quorum aliquos lucernæ habuit, et imprimis tribunum militum Nobilem de Pfiffer, per quem nuntio Apostolico concordiam eo pacto inundam proponi curavit, ut Abbas quidem à prosequutione processûs contra ipsum desisteret, ipse verò Harzer ad unum annum ad aliud Monasterium translatus, locum reformationi instituendæ cederet. qua de causa Abbas Murensis Geroldo nostro scripsit die decima Septima Junij, adeò prosperum eventum iminere, ut Harzerus forsan Rhenaugiam haud amplius sit visurus. Mox tamen secundis litteris eiusdem Mensis die vigesima quinta decisionem causæ ab Illustrissimo Nuntio factam significavit, quâ jubetur Falensteinius in Italiam ad Monasterium reformatum S. Pauli Paduæ se conferre, ubi per duos aut tres annos ad arbitrium Nuntij Apostolici ad Helvetios, pro ratione suæ conversationis et emendationis tractarotur, Disciplinam et Spiritum Benedictinum edocendus. quia verò idem Harzer jam sponte se submiserat, veniam in genua procumbens humiliter precatus, licentiam obtinuit, ut ad quindecim dies pro Componendis rebus suis Rhenaugiam ire posset. vult interim Nuntius, ut Harzerus Rhenaugiæ benignè habeatur. Cæterum Abbas reformationem sine mora incipiat, clausuram introducat, cætera magno animo aggrediatur. Eandem sententiam significavit Sonnenbergius addens, Harzero pro viatico tribuendos esse centum et quinquaginta coronatos? De officialium autem mutatione ab eo legitimè ex diplomatibus probatum fuisse, illam sine consensu capituli fieri non debuisse, applicato scilicet jure eligendi advocatos etiam ad officiales. Nihilominùs Comissum Murensi Abbati, ut novum Præfectum Werlinum, pro conservanda

Auctoritate

Authoritate Abbatis recipi curet, quem Harzerus pro suo voto jam admisisset. Scripsit ea propter ipse Nuntius vigesima octava Junij Abbati loco, rogans, ut Thenaugiam se conferat, cunctorum animos componiturg. similes quoque litteras Julius Turrianus, et ipse Sebastianus Harzer ad Murensem dederunt, quae extant in actis congregationis. Edijt itaque Thenaugiam Valensteinius die quarta Julij, non praestolatus equos, quos Geroldus submiserat, sed navi Zurzachium vectus. Significavit hunc reditum Zurlaubio Geroldus, rogans, ut suo nomine Magistratui Tugiensi pro navata opera gratias referret.

Quae obstacula Nuntium apostolicum removentur.

Sed jam de introducenda reformatione solicitus, cum subsidiarij ex S. Gallo et Petri domo venire recusarent, nisi non solum Harzerus ipsa discessisset, sed etiam Michael ab Engelfe Prioratu et loco cederet, aut omnino ordini introducendo se submitteret, praeterea Harzerus ultra tempus praestitutum Thenaugiae moraretur, ac diversa postulata reformationi adversantia ingereret; Geroldus Abbas ipse itineri se dedit, ac die decima nona Julij Lucernae Reverendissimo Domino Nuntio duo Memorialia obtulit, quorum unum disciplinam, alterum Valensteinium concernebat. In ijs pro ingenti cura à Nuntio Apostolico adhibita gratijs humiliter actis, opem et auxilium ulterius imploravit, se ad omnia necessaria et proficua praestanda, obedientiamque tam Nuntio, quam visitatoribus exhibendam paratum contestatus. In cujus rei evidens testimonium, hactenus praescripta ordinataque ita executus sit, ut de facto clausura, exclusis omnibus extraneis introducta, omnique in fieri, quae ad reformationem eam inducere possent. Subsidiarios postulatos hactenus ob dissidia Thenaugiae mota nondum advenisse; quibus sopitis, ut illos per visitatores introduci jubere dignaretur, etiam atque etiam rogat, cum alias Dominus Nuntius mentem suam declaraverit, ad robur rei dandum, reformationem cum aliqua solemnitate inchoandam esse. Libentissime omnibus annuit Nuntius Apostolicus litteris gravibus datis ad S. Galli et Murensem Abbates, in quibus laudat Abbatis Geroldi Zelum &c. Nos igitur, in-

quiens

-quiens huiusmodi supplicationibus inclinati, voluntes, ut tenemur, piam mentem sanctumque zelum ipsius Domini Abbatis, quantum cum Deo possumus, coadjuvare, præcipimus, ut intra decem dies Lucernæ Sebastianus compareat. Italiam petiturus; chartæ, voluli, privilegia Conventûs Abbatis curæ tradantur, qui proventus decimas et census hactenùs separatos ipsemet administret. denique ipsa duo memoralia visitatoribus tradidit. Nuntius, ut secundùm ea, quantùm expedire videbitur, proceedant, omniaque ordinent pro introducenda actualiter disciplina; injungentes vobis, uti pergit, in virtute S. obedientiæ, quatenùs præsentibus nostris acceptis, Monasterium præfatum adeatis, visitetis, reformationem præfatam instituatis, ordinationes et constitutiones decernatis, et alia necessaria et opportuna faciatis, quæ ad Monasticam disciplinam introducendam, Deique ampliùs servandam, vobis in Domino visa fuerint expedire.

Solemniter introducitur reformatio disciplinæ.

Huic Mandato obsequentes dicti Reverendissimi Domini Abbates Bernardus S. Galli, et Jodocus Murensis, assumptis quinque subsidiariis, quorum tres è S. Galli, et duo è Petri domo fuerunt, Rhenaugiam adproperarunt die octava Augusti visitationem instituerunt, novumque ordinem Dei deinceps observandum præscripserunt. Prolixæ sunt constitutiones, quæ veluti fundamenta restauratæ disciplinæ nostræ sanctè asservantur. Præscribitur quoque forma habitûs Monastici, collaria rugata, tibialia et femoralia cerulea abrogantur, annuli et sigilla prohibentur; præcipitur, ut tam Abbas quam Prior ad omnes cellas et cistas claves habeant, et tam ipsi disciplinam servent, quam à subditis servari faciant. Sebastianus Harzer de Falenstein interim submississimis litteris à Reverendissimo Domino Nuntio petijt, ut aliquam illi gratiam misericorditer faceret; unde delectatus Dominus Nuntius monuit Dominos visitatores eorum, quæ ordinata fuerat locutus cum Murensi et Rhenaugiensi, et his articulis.

Comprehen-

comprehendebãtur: ut. Salensteinij conclave Phenaugiæ cum eius rebus interea quidem clausum permaneret, Abbas tamen claves, inventario utrinque servato, ad id haberet, ut si aliquando redierit, ei Bibliotheca, antiquitates, et reliqua Suppellectilia restituerentur; Deinde ut Harzeri Mater jnclinante jam ætate ex proventibus conventûs aleretur, quibus ipse incrementum non modicum dedisse gloriabatur; denique ut Novitij, licèt absente Salensteinio, susciperi, et ad professionem Monasticam admitti possent. His dispositis sæpè dictus Sebastianus mox à visitatoribus in Italiam per Lucernam amandatus. Michaël ab Engelse Prioratu sponte cessit, atque novæ reformationi se submisit; de quo ad Illustrissimum Dominum Nuntium sequentia scripsêre visitatores: Ad P. Priorem Michaelem Engelin, quod attinet, is omnibus statutis et ordinationibus acquiescere omninò paratum se dicit, rogans humillimè Celsitudinem vestram, ut inobedientiam, in qua /. quia à P. Harzer, ùt ipse fatetur, expressè deceptus atque seductus rem minùs intellexerit. /ante delapsus est, clementer ei ignoscat, ac oblivioni tradat, à nobis quoque enixè petijt, ut apud Celsitudinem vestram hanc ob causam proinfo intercedamus, quod in bona forma faciung.

Non fuit autem designatio Prioris tunc promulgata, licèt visitatores simul eadem die alium pro illo officio designaverint, nam expectabatur confirmatio à Nuntio Apostolico impertienda; quem in finem totus recessus cum singulis ordinationibus illicò Lucernam transmissus fuit; Accidit porrò mira Numinis dispositione, ut sæpè dictus Michaël Engelin ab Engelse die hanc solemnitatem insequente nona Augusti apoplexiâ tactus extingueretur, seipsum aliòque multis curis eximens, cui propitium fuisse Deum non dubitamus, pro bona voluntate, quâ se præsentâ reformationi omninodè subjecit. Mox die 11. Augusti recessu per Illustrissimum Nuntium confirmato, officia Conventûs in hunc modum ordinata sunt: R. P. Balthasar Schlori è Monasterio S. Galli Prior constitutus; R. P. Joachimus

subsidiarij
S. Galle,
Petri domo.

-mus Würth ex eodem Monasterio Novitio-
-rum Magister; Frater David Schaller iti-
-dem S. Gallensis Musicæ choralis ad pul-
-pitum Præfectus. Ex Petri domo R. P.
Gebhardus Zelter Custos Ecclesiæ à visita-
toribus fuit denominatus; ac denique
R. P. Sebastianus Megler ex laudato
Monasterio egregius Concionator Ecclesiastes
in templo constitutus, cum alia Parochialia
munia sacerdotes seculares juxta decretum
Capitulare obirent. Ex Renaugia profes-
-sis tres tantum Fratres aderant, nimirum
Joannes Theobaldus Locher; Joannes Conra-
-dus à Mandach, et Eberhardus à Bernhau-
-sen. Parvus quidem Grex, sed cui Monaste-
-rium nostrum plurimum debeat, cum per
eum adeò præclara reformationis fundamen-
-ta fuerint jacta, ut post triginta circiter
annos primus congregationis Secretarius Do-
-minicus Schudius Monachus ac postea Ab-
-bas Murensis, relatis quibusdam hactenus
enarratis, sequentia subjungere non dubi-
-taverit: /c/ Hæc de primordijs admodum C.
quidem duris et difficilibus reformationis
in Monasterio Rhenoviensi institutæ; quod
progressu deinde temporis non tantum nu-
-mero Monachorum, sed et regulari disci-
-plina et sapientiæ doctrina notabiliter
excrevit, hodieque /. id est anno 1638. /
inter congregationis Membra non minimo
splendore fulget, et fructu abundat, ut
jure merito quis dicat: Hæc Mutatio
Congregationes. Dexteræ Excelsi!

Post introductam Rhenaugiæ feliciter
disciplinæ reformationem brevi intervallo
temporis indictus fuit Abbatum Conventg
in Monasterio Tabarensi die vigesima Au-
-gusti celebrandus; quo quidem comparue-
-re S. Galli et Fischingæ Abbates; reliqui
vero in itinere jam constituti ob tumultus
quosdam bellicos, domum redière. Turicola
numero octingenti in Rhetia Civitatem Cu-
-riensem, haud procul Tabaria distantem
infestis armis invaserant, quos tamen Hel-
-vetiæ oratores reduxerunt ad pacem. Ni-
-hil igitur Tabariæ agi potuit, quo Abba-
-tes congredi jusserat Illustrissimus Domi-
-nus

/c/ In actis Mss. congregationis Helveto-
-Benedictinæ.

Abbas XLVIII.

-nus Kuntius, cùm de consilio proximiorum trium Cantonum Monasterium Engelbergense Congregationi associari cupiret, Mortuo Abbate Michaële nuper Rhenaugia Benedicto, rebusque cæteris admodum dubijs. Indictus itaque à Patribus novus Conventus ad diem tertiam Septembris; ubi licèt Abbates ex Muris et Rhenaugia legitimè impediti non comparuissent, nihilominùs negotium illud strenuè tractari capit.

Inter hæc Sebastianus noster Harzer de Salenstein in Monasterio Reformato S. Justinæ Paduæ benè exceptus, ac liberaliter habitus est, moribus suis ac eruditione captatis animis Patrum illorum, ac præcipuè Reverendissimi Abbatis Dominici, qui ad Geroldum nostrum die vigesima prima Novembris ita scribit: Georgium Sebastianum Harzerum Monachum vestrum Cubens Excepi, sed distuli litteras dare, ut virimores contemplatus, fusiùs de eo scriberem: Comperi prudentem illum Religionis Zelo fervere, et cum quadragenario Major sit, nihil humile vel asperum detrectare, quod vitæ hujus tirocinio debeatur. Ast verò

Religiosi suscepti.

Abbas noster Geroldus, ut sufficienti numero Religiosorum pro disciplina servanda in Monasterio nostro prospiceret, statim animum adjecit ad Novitios plures suscipiendos. Inter quos primus vix visitatione illa solemni finita habitum Monasticum induit Wolfgangus Adolphus Stehelin de Stoßburg, natus ex nobili prosapia in oppido Haßlach vallis Kinzingiacæ, qui in virum posteà excrevit choro et foro perutilem. Ad initium sequentis anni quarti

1604.

supra sexcentesimum duos admisit Novitios, quorum primus Mauritius Lefer patriâ Wilensis ex honestissimis quidem parentibus natus, sed qui inter nostrates primus denuò compareat profana nobilitate carens. Perdifficile accidit Abbati nostro tot nobiles conquirere, quibus indigebat, quique strictiori observantiæ colla submittèrent. Necessarij quoque erant Presbyteri, quorum nullus tunc Rhenaugiæ professus. Talis erat Mauritius, qui jam in clericatu morum integritate sese probaverat. Nec infelici eventu; nam post biennium constitutus Prior, mu-

-nus

-nus illud arduum per octo et viginti annos
ita sustinuit, ut disciplina sortissimas ra-
-dices egerit, nullusque extraneus Prior de-
-hinc in Monasterio nostro fuerit coptatus.
Alter cum Mauritio Professus fuerit Joan-
-nes Jacobus Keller Helveto Badensis, filig
Christophori Proprafecti Provincialis, et
Mariæ Breitenstein, qui et ipse suam Refor-
-mationi impendit operam. His adjunxit
postea Geroldus Udalricum Koch Wilensem,
virum Dei ac pietatis eximiæ, qui Solo-
-dori Archipresbyter magna cum laude Pa-
-rochiæ oppidi præfuit, sed amore solitudi-
-nis ad portum Religiosæ vitæ convolans
cum gaudio fuit à Geroldo susceptus, mox
futurusillius in dignitate Abbatiali et
virtutum exercitio successor. Socius Udal-
-rici in sacro tirocinio fuit Fintanus Solin
Tugiensis, qui primus in professione Mo-
-nastica nomen in Baptismo adeptum mu-
-tasse videtur, et per triginta deinceps annos
Cœnos Sacram supellectilem ac divinorum
officiorum cultum scripto codice in ordinem
redegit. Natus erat Fintanus Matre Veronica Schell filia Ja
Prolandemani, e
Joane Kolin Can
Reipublicæ Tugi
qui Chronicon ge
nicè scripsit Tug
Senatum in Bi
Uecazurlaubian
Kolin à Ferdina
Cæsare Nobilit
donata celebre
Landemanos, e
rissimos præfec
Zonensi, Roma
et Capellensi Bu
duces produxit.

Congregatio Rhenaugiæ celebrata.

Eodem anno sexcentesimo quarto die
duodecima Maij non sine magno Geroldi
Abbatis solatio celebratus fuit Rhenau-
-giæ primus sex Prælatorum novæ congre-
-gationis conventus, quibus ibi additus
fuit septimus neo constitutus Monasterij
Engelbergensis Abbas Benedictus. Prior
noster P. Balthasar Schlori Præsulibus dif-
-ficultatem proposuit, quæ aliquem captæ
Reformationi ponebat obicem. Tot nimirùm
decantabantur officia mortuorum, in Supple-
-mentum Anniversariorum, quorum Catalogus
ante quadraginta annos deperditus erat,
ut frequentissimè duæ decantarentur Mis-
-sæ, præter multa alia devotionalia, quibus
persolvendis fermè nullum superesset tem-
-pus, aliàs ex novo ordine distributum;
adeóque utramque observantiam simul
conciliari vix posse. Censuêre Patres, pos-
-se tutò omitti, quæ sine obligatione in-
-ducta essent, alia verò Authoritate Pon-
-tij Apostolici comutanda esse; pro qua
impetranda Supplicationem quidem scrip-
-sit Laudatus Prior; verum effectu tunc
caruit, nisi quod processio fermè quoti-

diana

Abbas XLVIII.

diana ad monumentum S. Fintani, cum nonnullis alijs omissa. Anniversario solemni, quod pro fundatoribus jugiter celebrabatur, hunc alterum additum pro omnibus Abbatibus, ac denique etiam tertium pro cunctis Confratribus defunctis nostri Monasterij.

Abbas Cives ad Catholicam are satagit.

At Geroldus Abbas non solum zelo pro reformanda disciplina in Monasterio flagrabat, sed etiam pro reducendis ad Fidem Catholicam Civibus Rhenaugiæ; quorum tamen duodecim tantum familiæ, et in his quinquaginta animæ Protestantium dogmatibus addictæ supererant, adeoque Catholicorum numerum vix pro decima parte excedebant. Itaque in ordinarijs civium comitijs hoc anno ad festum trium Regum celebratis, eosdem per Werlinum Præfectum moneri fecit, ut Exemplum Monasterij sequuti ad Severiora Ecclesiæ Catholicæ instituta redirent, qui parentum potius quam proprio facto à fide pristina descivissent, quod si qui nonnullis dubijs retineri se putent, offert se suumque Conventum ad ea fusius diluenda. ad deliberandum relinquit Spatium totius anni, quo elapso, emigrandum illis cum suis rebus qui secus sentirent, cum Rhenaugiæ utriusque Religionis Cives tolerari non debeant. Monito isto perculsi Protestantes rem Tiregum, mixtis quibusdam falsis deferunt. quapropter à Senatu die quinta Aprilis Rhenaugiam submissi Consul ipse Brem, et quæstor Kambli, quos adivit Abbas in præsentia Duorum de conventu. Legati graviter tulisse Magistratum proloquuntur, quod eorum in fide consortes Rhenaugia excesse jubeantur; id obviare publicæ pacis conventioni cui Rhenaugia partem Turgoviæ constituat, cuius Præsidi cives homagium præstent, postulant igitur, ut res eo in statu relinquatur, quo jam à septuaginta annis sub prædecessoribus Abbatibus fuerat. Respondit Abbas: subditis Tigurinis, qui pridem ad Parochiam Rhenaugiensem pertinebant, liberum Religionis cultum non denegari; cæterum Cives Rhenaugiæ Monasterij subditos esse, et à Turgovia prorsus separatos, cuius Præsidi, ratione advoca-

Resistunt Tigurini.

-tiæ

-tia /d/ duntaxat, et defendendæ patriæ — d.
juramentum præstent, prout omni ex voto
-vocatis præstari solebat. Pacem inter eos,
nisi in religione concordes forent, conser-
-vari non posse, cum perpetuæ contentio-
-nes et jurgia Cancellariam fatigent. Co-
-gat igitur, ut potiùs Monasterij jura tue-
-ri dignarentur, quibus ad Exemplum vi-
-cinorum usus fuisset. eo ipso enim tempo-
-re Tigurini ac Schaffhusiani novis man-
-datis vetuerant, ne quis ex eorum subdi-
-tis Ecclesias in Vahr, Thenaugiæ, aut alior-
-sum adiret; unde Familia Waldkirch ad
nos migrare coacta. Urgentibus Abbatem
Turegi Legatis, tandem spopondit se scripto
Senatui relaturum, postquam cæteros quo-
-que Cantones Monasterij advocatos con-
-sulsisset.

Misit itaque Geroldus Præfectum
suum Werlinum die Duodecima Julij Bade-
-nam ad Fœderatos cum Litteris admodum
prolixis, quibus jura Monasterij demonstra-
-bat, additis quoque chartis idoneis præser-
-tim ipsorum Fœderatorum, ex quibus con-
-stabat, Septem cantones reservatis privile-
-gijs liberè in protectores electos; Thenaugi-
-am à legibus Turgoviæ prorsus solutam,
nec paci religiosæ sublatam, habereque
proprium territorium à Tigurino, quo
ex helvetiorum parte cingitur, speciali
Conventione discretum. Retulêre Oratores
Assistunt Catholici. negotium ad suos quique Magistratus,
à quibus instructi quique Catholicorum
Lucernæ die nona Augusti decretum ad
Joannem Helmlin Præsidem Turgoviæ Lu-
-cernatem destinarunt, quo jubebant, ut
Thenaugiam se conferat, civibusque gra-
-vi hortatione denuntiet, eos ex publica
pacis obtentu nullo modo ab obedientia
Abbatis Eximi, cui in religionis quoque
ordinationibus parere tenerentur; quod
si fecerint, eorum protectionem exper-
-turos /f/ secus cum patrimonijs suis
alia in loca migrandum illis esse, ubi — f.

/d/ von schirm wegen, das das vatterland an-
-gegriffen solte werden.
/e/ Nachdem wir bericht, welchermaßen
noch etlich neügläubige innwoner Du Di-
-now Bishar sich gewidriget, ihrem natür-
-lichen

Eorum

corum religio impune exercetur. Subscripti Schultetus, Landamanni, et Senatores quinque Cantonum Catholicorum, cum Sigillo Reipublicæ Lucernensis. Morem gessit huic Imperio Præses Turgoviæ cum debita solemnitate, quando ordinarium homagium die 2. Septembris à Thenaugiensibus fuscepit prælecto publicè per Scribam Provincialem superiori mandato, addita adhortatione efficaci. Tum illico Foederatis Badenæ congregatis exequutionem mandati significavit, qui inde Geroldo Abbati hu- manifestè invitissimè

Eichen ordentlichen oberherren dem herren Prælaten des Gotteshus daselbst in dessen religion sich gleichförmig zu machen, und die gehorsamen, mit dem vermeinen und einwenden das sy im landsfriden begriffen seyen, und aber wir das widerspihl auch aus den uns fürgelegten freyheiten, schrifften, und gewarsame des gotteshuses, so vil befünden, das ain herr Prælat daselbs ihr der Theinauer rechter natürlicher oberherr, und da sy sich des orths der religion halber des landsfridens bey dem wenigsten zu behelffen, noch sinen gebotten und verbotten zu widrigen haben, obwohle ihr gnaden entschlossen den fründlichen weg gegen ihnen zu gebrauchen, sy durch unser mittel und güttliche ermahnung der schuldigen gehorsame zu wisen, wie sy dan solches an uns täglich langen. da so ist an dich unser bevelch, das du dich zu förderlicher gelegenheit dahin verfügest, und gedachte neügläubige Rynower mit ernstlichem güttlichem vermanen, und zuthsamen erinneren zu ihrer schuldigen gebühr vermögest, und weisest; mit dem anhang, das die, so sich dessen / wi sy dan schuldig. / begeben, allzeit ain gnädige, güthige obrikeit haben, den widerspänigen aber ihr freyer zug gelassen werde, mit hab und gütt abzeziehen, und anderstwo zu husen ihr gelegenheit zu suchen. was dir dan darüber begegnet, dessen wellen wir von dir berichts erwarten, und sind dir zu gnaden und gunsten allzeit geneigt.

videantur etiam superiùs allata ad annum 1582.

~~milliemè~~ manifestinè scripserunt sub Sigillo Henrici Pfiffer Præsidis Argoviæ, monentes, ut ipse terminum novum præfigeret omnemque suam operam spondentes, ad debelles s. sic enim ibi vocantur. / eius subditos compescendos.

At Senatus Figurinus rumore huius promulgationis percepto, rogavit Abbatem etiam atque etiam, ut executionem ulteriorem suspenderet; falsò enim Turegum fuerat delatum, terminum migrationis à Præside fuisse ad imminens tempus restrictum. unde Abbas respondit, Præsidem Turgoviæ non jussu suo, sed quinque Cantonum Thenaugiensibus Protestantibus aut loci aut religionis mutationem injunxisse, cuius tamen terminus non accelerandus quidem, cum illum Fœderati arbitrio Abbatis reliquerint, novo despere rescripto missso. Cæterum præsens negotium jam diu et sub prædecessore suo agitatum, ubi tandem cives inquieti ab ipsis Turicensibus ad parendum remissi fuerint. Producturum se eius rei testem Pictorem Thenaugiensem Joannem Zapold, qui dum prædem ob negatum Protestantibus quibusdam Bottorum usum querelas Turegi proposuisset, à Consule moderno Kamlin et Bolingero Præcone Præcipuo quæsitus jussus est, quod Thenaugia Congè aliis legibus utatur, quam Turgovia. Erat Zapold iste modo bonus Catholicus, Pater Henrici designati Parochi in Baltersweil.

quædam familiæ Catholicis accessêre.

Huius exemplum secuti hoc ipso tempore quatuor alij cives cum integris suis familijs se ad catholica sacra contulerunt. Inter quos Laurentius Zuëtiman cum octo liberis, cuius filius Joannes Casparus postea factus sacerdos Secularis. Itemque Joannes Müller cum uxore et duobus filijs, quorum alter Jacobus Prætor Thenaugiæ familiam eius nominis secundum propagavit. Supererant igitur alterius religionis octo familiæ, quorum capita Geroldus Abbas mense octobri coram se citari fecit, præterquæque iterum quinque Cantonum decreto paterè cohortatus est, ut tandem tot monitis morem gerent. Comparuêre Joannes Schweitzer, Joannes

et

et Caspar Keller fratres, Laurentius Keller, Joannes Steiger, et Henricus Widmer. Dilatio octo dierum petentibus concessa, quibus durantibus Henricus Widmer cum domo sua catholicis ritibus accessit. Deliqui tunc persteterunt immobiles; imò primus illorum Joannes Schweitzer ultrò Thenaugia discessit, Senatumque Tigurinum suis querelis amplius irritavit, cum Abbas potiùs salutem et pacem, quam exilium suorum subditorum quæreret.

Itaque die vigesima Novembris destinatus est Thenaugiam Quæstor Escher cum Archigrammateo Reipublicæ: qui tam Abbati quam Conventui præsenti edocere conati sunt, Thenaugiæ admittendam esse pacem publicam, adeóque utriusque Religionis tolerantiam, non minùs quam in Turgovia, cùm hujus Præsidij nomine septem Cantonum cives homagium præstent. Monasterium olim per Helvetios in moderna libertatem assertum fuisse; imò omnibus privilegijs excidisse, cum ignacum Turgovia occupatum à Fœderatis fuisset. Denique ad antiqua jura comitatus Kiburgici tutelam Thenaugiæ pertinere, hominumque memoriam haud procul excedere, cum insignia Tigurina Monasterij portas ornarent. Monent igitur, ictâ præsuris novi-ter illatis abstineant, et eorum fidei participes in possessione octogenaria, quâ libero Religionis exercitio potiti sunt, relinquant. Respondit Abbas nomine suo et Conventûs præsentis, constare ex Literis Fœderatorum, quas exhibuit, pacem Religiosam nullo modo concernere Thenaugiam, Monasterium alta Jurisdictione ac distincto territorio præditum esse, proinde meritò exigere à subditis obedientiam, etiam quoad Religionis officia. homagium præstari tutelæ et protectionis ergò, illudque planè diversum esse ab eo, quo adligantur Turgovij. assertum olim Monasterium per Helvetios in Libertatem à persequutionibus advocatorum intrusorum Comitum de Kyburg, quod quidem grata mente memorandum; verùm illam Libertatem non novam fuisse, sed ab ovo Monasterio debitam. quod tamen nullo modo

conciliari

conciliare posset cum eo, quod subditur, Monasterium privilegijs excidisse, quæ tamen salva reservata sunt, cùm implorati fuêre Helvetij, et libere in advocatos electi. Eadem privilegia sæpiùs posthac ab Imperatoribus confirmata, non secùs ac ipsorum Fœderatorum, ùt à Ferdinando I. et Maximiliano II. imò ipsos Fœderatos Tutelares multis chartis eadem privilegia singillatim suo calculo roborasse; præterquam quòd à fama et instituto Helvetiorum quàm longissimè abfuerit, ut communitatibus in fidem receptis privilegia demerent. Kyburgi Dominos unquam Monasterij advocatos fuisse, aut ullum jus in Thenaugiam exercuisse, à vero prorsus abhorrere; denique contendum, non quod factum, sed quod de jure fieri debeat. unde cum nulla novæ pressuræ contra Thenaugiæ Protestantes mota sint, Senatum Tigurinum saltem ijs acquiescere debere, quæ à Majori parte Advocatorum decreta fuerunt.

Suspenditur Exequutio emigrandi.

Cùm igitur Abbas à proposito se dimoveri non pateretur, asserens, sibi contra quinque Cantonum placida agere non licere, tandem deputati de mandato Magistratûs apertè denunciant, vim vi repellendam esse, /f/ suosque in fide adhærentes omnibus modis protegendos, addita monitione, ut saltem se contineat Abbas, quousque negotium cum cæteris Fœderatis ulteriùs collatum fuisset. Advertit Abbas, armorum minas intentari; unde ipse non sine causa perterritus, ne Monasterium gravi periculo exponeret, aut Fœderatos ipsos inter se collideret, nonnihil cedendum est tactus, spe in Deum collocata, fore, ut quem admodum plerique Thenaugienses hactenùs monitis et exemplis ad pristinam fidem Catholicam redijssent, ita et reliquos ad horum sectanda vestigia sponte cum tempore permovendos esse. Securos igitur reddidit Tigurini Magistratus Legatos, in hujus respectum, nihil se motuum contra cives inflexibiles, bicetterminus eis præstitutus ad novi anni adventum expiraret, dummodò Fœderati Catholici non urgerent exequutionem, quorum — arbitrio

/f/ auch gewalt mit gewalt vertriben werden.

totam causam comitteret.

Gravissimas hinc senatus Tigurinus et admodum prolixas litteras ad singulos Cantones destinavit, quibus conquerit ur quòd se præterito referipserint ad Præsidem Turgoviæ, et ad Abbatem Rhenaugiensem. deinde ad ipsam controversiam progressi, fatentur quidem Rhenaugiam extra Turgoviam sitam esse, Abbatique competere tum altam tum bassam Iurisdictionem: nihilominus ad 7. Cantones supremium Dominium spectare, cùm ante seculum ab eorum abbatibus una cum aliis provinciis bello subacta fuerit Rhenaugia; Cives in politicis quidem subjectos esse Abbati, non autem in causa religionis, quæ sicut in aliis communibus provinciis esset arbitraria. Transumpto hanc Literarum Abbati, communicato Mense Decembri Geroldus, ne per silentium Iuribus Monasterij præjudicium se videretur, misit Lucernam ad Conventum Foederatorum cum Conradum vogler, quem regresso ad servitia Episcopi Werdino, ex secretario interim constituerat cancellariæ directorem, seu ut vocat cancellarium. Novus enim Episcopus Electus tunc fuerat Jacobus Fugger ex Præposito Cathedrali, post piissimam ac properam mortem Joachis Georgij de Hallwil. Memoriale simul obtulit Foederatis, in quo reservata Magistratui Tigurino debita observantia, objecta diluit, demonstratque, ea, quæ asseruntur minoris roboris esse. Rhenaugiam unacum Turgovia aliisque provinciis anno 1460. cessisse Helvetiis, planè alienum à monumentis nostris esse; occasionem, quia Rhenaugia ad partes Helvetiæ, non fuisse bellum cum Ducibus Austriæ, à quorum jure jam tunc liberum ad dimissum fuerat Monasterium; sed ingentes Comitum de Sulz persequutiones, qui advocatiam Rhenaugiæ omnibus viribus invadere conabantur, qui tamen implorato Foederatorum auxilio jam anno 1455. adeoque quinque ante occupationem Turgoviæ annis, eorum armis repressi sunt; Studio teste licèt verbis parùm honorificis, [g] adeoque vindicatis Schaffhusio simul et Rhenaugia, illud g.

[g] in chronico ad an. 1455. to. II. pag. 582. videantur, quæ supra ad an. 1548. ex abbate Bonaventura adduximus, nec non anno 1557.

quidem in fœdus, hæc autem in tutelam jam eo tempore concessit. Porrò liberè à Monasterio electos et imploratos fuisse septem Cantones in advocatos /. præterquam quod ipsi Figurini in Charta de anno 1624. agnoverint./ planè non negarie à Tschudio, quih ipsemet fatetri videatur. Si Enim Tschudius Author est relationis ad Helvetios factæ in causa trium civitatum, constat eam hoc sensu contineri, quod septem Cantones et hon alij fuerint liberè à Monasterio in advocatos electi, hocque ex fundamento Auctore Tschudio illam tandem controversiam post diutinam discussionem, decisam fuisse, unde in alijs provincijs, ubi præter Fœderatos nullus alius est dominus, pacem publicam quidem locum habere, secus verò Rhenaugiæ cuius non obstante tutela Helvetiorum Abbas est dominus. Scripsere ex hoc conventu Fœderati Catholici die 7. Decembris ad Abbatem Geroldum, auxilia sua pro possibili de novo spondentes; esse autem responsum ipsius cum additis Chartis ad magistratus singulos referendum, quò opposita Figurinorum diluantur. Cæterùm cùm Abbas jus reformandi cum emigrationis mandato non amplius urgeret, transierunt etiam Fœderati Catholici, sicque negotium istud planè arduum dirutò conquievit.

1606. Concordia cum Episcopo.

Anno quinto supra sexcentesimum Conventio facta est cum Reverendissimo Domino Joanne Jacobo Episcopo Constantiensi tum ratione Congregationis, quam non æquis admodum oculis intuerie videbatur curia Episcopalis, tum etiam ratione præsentiæ Episcopi in Electionibus Abbatum, quam prætensam fuisse superiùs vidimus, in Confirmatione Geroldi. Accesserunt huic Negotio, præter Abbates ibi relatos, etiam sequentium Monasteriorum Præfecti, nimirum in Wiblingen, Bregentz, Ysne, S. Georgij in vilingen, et in Engelberg. Concordia igitur signata die vigesima sexta Januarij, qua Reverendissimus Episcopus testatur se Congregationibus, in quæ coaluerant quædam Monasteria, contrarium minimè facturum, salvis tamen Juribus Episcopalibus. Elections porrò Abbatum absente Episcopo aut ejus Commissario

in

in sequentibus casibus celebrari posse: si periculum in mora subsit; si scrutatores ex ipsis eligentibus constituantur, remotis extrancis, exceptis Notario et testibus; si casu in tali Monasterio præsens fuerit alius Abbas, qui Electioni præsit; si denique insinuata Electione ad diem præstitutum non compareat Episcopus, aut eius delegatus.

Eodem anno die vigesima Aprilis celebrata fuit congregatio Fischingæ ab Abbatibus Helvetiæ absente tamen Geroldo nostro, qui ob adversam valetudinem se excusavit. Ibi Matthias Neo Electus Abbas eidem Monasterij Fischingensis in album cæterorum relatus. Convenere iterum Patres, et inter illos etiam Geroldus noster in Monasterio Einsidlensi die quarta octobris, firmatá-que Jejunia Regularia in feriam quartam et sextam per totum annum, excepto tempore Paschali, et in feriam quartam Secundam à festo exaltationis S. Crucis per totam hyemem, denique et per totum adventum nulla excepta die. vetitum quoq3, ne religiosi fenestras pictas armis suis fieri curent, qui mos plerorumq3 religiosorum nostrorum superioris sæculi memoriam conservavit. An porrò Nocturnæ preces media nocte, vel sumo mane dicendæ sint, nondum convenere Patres; hoc enim magis, nec sine causa, videbatur continere sacræ Regulæ textus.

1606. ui tamen isitationem tentat.

Anno sequenti postridie dominicæ Misericordiæ, quæ in nonam Aprilis incidebat, advenere Henaugiam hospites insperati ab Episcopo submissi, qui in Monasterio visitationem instituerent, Doctores Joannes Brendi, et Christophorus Hager. cum id muneris multò convenientius ex concilij Tridentini decretis pertineret ad Abbates Regulares jam stabilitæ congregationis, negotium recusavit. Abbas noster Geroldus, aliasque hospites liberaliter habitos dimisit; qua de re litteris postea graviter conquestus est Episcopus. Abbates verò nostri cætum indixerunt capersuibus feria secunda post dominicam exaudi celebrandum, ad quem litteras dedit laudibus exuberantes Illustrissimus Dominus Mentius Turrianus scriptas die sexta Maij

inter alia, tam felicem, inquiens, ætatem non tantum gaviſa Roma eſt, exteræ nationes ſunt miratæ, verùm et cælum ipſum cum maxima lætitia ſpectavit, diabolus invidit et ingemuit: revixiſſe dicebant Benedictum, refloruiſſe Helvetiam, aurea illa ſæcula redüxſe, quæ tot viros ſanctiſsimos protuliſſent; quæ cum homines dicerent, vosipſos celebrabant, qui congregationem hanc primi induxiſtis, in vos laudes huiusmodi conferebant. Hæc Nuntius, qui deinde hortatur, ut pro conſervatione tanti operis viſitatorem inter ſe eligere ſatagant. Verùm vix ave inter ſe dicto Fœſules ob rumorem Bellicum in quisque ſua redire coacti ſunt. Rumor iſte ex gallia in Helvetiam illatus, cum Dux Bullionius Regis gratiâ excidens Sedanum occupaſſet, quem perſequens Henricus IV. ſex Millia Helvetiorum excivit, qui ducibus Caſparo Gallatin Glaronenſi, et Nicolao de Proroman Friburgenſi die vigeſima quarta Martij tota fere ex Helvetia collecti exceſſerunt. verùm Bullionio veniam petente, gratiamque Regis recuperante, addito ſeduno die ultimo Aprilis, mox in patriam redière Helvetij. Hunc tumultum Bellicum o vorum Bellion/. Den Eyer Krieg./ dixère veteres, quòd diebus Paſchalibus inchoatus, ipſoque fere finitus fuerit, computo nempe ex diverſis Calendarijs veteri et novo hauſto, qui tunc tanto intervallo diſtabant. Valedixit deinde prima Julij Geroldo noſtro Laudato Nuntius Apoſtolicus epiſtola humaniſſima, cuius hoc Exordium: Tamus alèò addicti Perſonæ ac Monaſterio veſtro, ut amori erga vos injuriam facere, et neceſſitudini noſtræ jura violare videremur, ſi vobis injüs ex Helvetia, in qua per decennium et ultra, ùt ſcitis, et non ſine aliquo fructu ordinis veſtri, laboravimus, Deo ſint Laudes, abieràmus. Valedicens ita celebrat Dominicus Tſchudius ſecretarius Congregationis: /k/ Dubium non eſt, cum ſæpè memoratus Illuſtriſſimus Dominus Nuntius, ſi diutiùs in Hel- k.

/k/ In actis Congregationis. -vetia

vetia legationis munere fungi potuisset, non tantum Fabariensis Monasterij statum, uti cæperat, sed universam congregationem sua sollicitudine, cura, prudentia, decõ, atqs auctoritate maximè felicem atque florentem effecturus fuisset, quam et absens postmodum summo charitatis affectu atqs favore prosequebatur, adeò ut anno 1622. quo vita decessit, in extremis positus domesticis suis serió injunxerit, quatenus defuncti animam Monachis congregationis Benedictinæ per Helvetiam studiosissimè comendarent: Cuius viri memoriã in Benedictione est, tot ac tam præclara eius in SS. P. N. Benedicti ordinem extant merita et Beneficia. Hæc Tschudius, quæ specialiter Rhenaugiæ applicanda veniunt cuius reformandæ auctor et adjutor fuit.

Visitatio Regularis tertia.

Eodem anno die prima et secunda Augusti Reverendissimi Domini Abbates Bernardus S. Galli, et Jodocus Murensis tertiam visitationem Rhenaugiæ instituerunt; Nam annõ abhinc tertio, quo Rhenaugia congregationi associata, bis visitaverant. Renovarunt itaque recessus ibi constitutos; deinde hortum majorem Conventus intra clausuram deputandum esse declararunt, ita ut, si supplicationes publicæ ad sacellum S. M. Magdalenæ haberentur, prout per annum aliquoties fieri solebat, Pater Prior ipse curet portam Majorem aperiri, iteumqs claudi. Abbatem Præterea monuerunt, cum senio et frequentibus morbis prægravetur, ut aliquem ex Religiosis Cellerarium constituat, qui rei domesticæ curam gereret. Ab hoc igitur tempore P. Joanni + Locher seniori Conventus, haud pridem tamen Præfecturatu initiato, ea cura injuncta fuit. Cæterum addunt visitatores, quia ardua sunt, et non parvi momenti Monasterij ipsius negotia, expedire judicamus, constituere iterum Præfectum aliquem seu advocatum Secularem idoneum, fidelem et rerum expertem, prout olim fuisse meminimus. quare Geroldus Præfecturam Wagnero senio concredidit, à qua ob comertia cum Harzero excideret, à fidelitate deinceps non minùs quam industria, qua per triginta annos e Monasterio inservivit, maximè comendando, porrò Georgius Sebastianus Harzer de Salenstein

+ Theobaldo

Geroldus I.

postquam per biennium fermè Paduæ in Monasterio S. Justinæ cõmoratus fuisset, Mediolanum se ad Monasterium S. Simpliciani contulerat, unde etiam suæ conversationis testimonium accepit. præsenti anno in Germaniam et Murbacum redierat; unde primò per litteras à Doctore Hochenzeitener Cancellario Murbacensi et cognato suo allatas, deinde ipse die quarta Julij Thenaugiam adveniens, suppellectilia sua repetijt, convenitque cum Abbate, ut pro ejus victu et vestitu annuos ducentos florenos solveret. Nam et in Italiam pecunia proipso transmissa. quibus tamen non contentus Salchsteinius paulò post solicitavit pro beneficio Frauenfeldæ obtinendo: et ut dispensationem facilius impetraret, consultum cuiusdam Theologi exhibuit, qui judicavit, causam sufficientem dispensandi adesse, quòd olim obligationem professionis religiosæ Juvenis sexdecim annorum vix intellexerit, aut saltem non ad alium vivendi modum se intenderit obligare, quam quem illo tempore ab alijs observari viderat; At frustranei hi fuêre ipsius conatus.

Ædificia à Geroldo I. constructa,

Adornaverat Geroldus Abbas ædem Capitularem proximam Sacristiæ ad inferius peristilium versùs Ecclesiam, picturis totius vitæ S. P. S. Benedicti, quæ adhuc extant; cujus altare hoc eodem anno per Reverendissimum Suffraganeum constantiensem consecratum est, sinaculum ossuario duobusque aris ante fores Basilicæ Monasterij ad latus turris tunc novæ, quod impensis Philippi Jacobi de Waldkirch adjectum fuerat. Ipse Rmus D. ordinarius Jacobus Fugger Thenaugiam invisit die 6. octobris: et 11. Novembris Comes de Pappenheim, qui licèt Lutheranus, sacris tamen interesse voluit. Ad cellam vinariam majorem extra insulam ex parte posteriori Geroldus Abbas adjecit alium tractum superimpositotorcular pro commoditate novi vini demittendi, prout demonstrant insignia ejus Gerechubiana Capiti incisa. In Prælio Arensi ædificia solida atque conspicua à Prædecessore Theobaldo Abbate

cœpta

Abbas XLVIII.

cœpta ipse perfecit, teste duplici lecto fori-
-cibus impositō; cubicula scriniario opere
decoravit, atque fenestris totius pœnè fami-
-liæ suæ arma intulit. cum autem visitato-
-res alia quoque Monasterij ædificia in melio-
-rem formam redigi jussissent, capit Geroldg
domum modernam Abbatialem cum peristi-
-lio interiori, quō itur ad Ecclesiam construe-
-re, sed morte superveniente perficere non
potuit. designatum simul fuerat novum
Conventūs ædificium: verum illud postea
in ampliorem formam excrevit. Pro sacro
ornatu quædam quoque paramenta pre-
-tiosa et vasa argentea fieri curavit Gerol-
-dus; ac denique annuos census adauxit.

Inter has tandem curas gravi ac di-
-uturno morbo cum vexaretur, cura omnis
Medicorum adhibita, ut tam pretiosa Ab-
-batis vita servaretur, ac præcipuè suam
operam impendit Mōcl. Clarus Doctor Schaff-
-husianus, quem ex statuto capitulari pri-
-mum Medicum ordinarium constituerat
Geroldus; cui pro extraordinario labore
postea decretum est honorarium. verum
Geroldus de æterna potiùs quam tempora-
-ria vita solicitus, se omnibus modis devo-
-tissimè ad transitum præparavit, quem
felicissimè subiit die vigesima tertia Fe-
-bruarij anno septimo supra Millesimum
et sexcentesimum, cum annis octo et sex
mensibus Monasterio nostro Rhenaugien-
-si maxima cum laude, præsertim ob in-
-troductam severiorem disciplinam regu-
-larem præfuisset. Adjunt testimonia
à præsentibus morti eius scripta, /1/ ex

1607. Augusti pijssimi obitus.

/1/ Testis oculatus, omni exceptione Major, P. Mauritius Prior hæc sua manu scripta reli-
-quit: Memoratu dignum, quod circa mortem
et agoniam Rmi Abbatis Geroldi contigit
anno 1607. Moriturus Rmus Abbas Geroldg
pridie S. Apostoli Mathiæ horam tertiam
semper exposticabat dicens, quando audietur
tertia? Sed, quod benè notandum, horâ quasi
nonâ stantibus ad lectum dicit, et subridè re-
-petit /. quod et ego F. Mauritius Relator au-
-divi. / abigite, quæso! terribiles istos viros ad
lecti pedes stantes. Post aliquot temporis inter-
-vallum dixit: videtisne istam candidam Mulie-
-rem? ita exhilaratus ab ea, ut non dubitem ego
Deiparam fuisse, et dæmones abegisse. audita
jam tertia pomeridiana, orans psalmum cæli
enarrant &c. in præsentia conventūs animam
Deo reddidit anno et die quō supra, in Domo Palatij Rhenovianj.

I.

quibus

Geroldus I.

quibus liquet, horæ mortis præscium et ape-
-tentissimum, post aliquam luctam, patroci-
-nio Virginis Deiparæ, cui devotissimus erat,
à Deo confortatum magnóque solatio affectu,
Psalmum. Davidicum Cœli enarrant gloriam
Dei, canere cœpisse, et inter canendum ani-
-mam ad Sydera regna, ut speramus, trans-
-misisse. Contigit Mors eius in amplo edi-
-ficio, quod Palatium dicebant, [k] Cancel-
-lariæ et Archivi usibus destinatum, quod
ipse et Successores eius, destructa veteri do-
-mo Abbatiali, occupabant, quousque no-
-va perfecta esset.

Corpus eius Sepultum fuit in choro
SS. P. N. Benedicti ad latus versus Sum̃i
altare, cui Successor monumentum super-
-induxit sculptum et pictum duodecim
pedes altum, sexdecim verò latum, exhi-
-bens depositionem Christi de Cruce, cui se-
-quens inscriptio inter insignia Durlaubia-
-na subjuncta erat.

Admodum R. in Christo Geroldo à Lauben
Zuginо Helvetiæ, Monasterij B. Mariæ
Virginis in Rheinau Abbati dignissimo,
Saluberrimæ Reformationis Or. S. Ben.
Introductori vigilantissimo, anno
Professionis XLV. Presbyt. XXXVII.
Prælaturæ IX. æt. LXI. Christi verò
Incarnati MDVII. die Mensis Fe-
-bruarij XXIII. in æternam [s]it pie
credendum est. [q]uietem à Sum̃o vitæ
Auctore clementer evocato, Præsens
hic domino Patri et Pastori amantissi-
-mo, sub hoc Lapide condito, venerabilis
Conventus Rhenovensis pergrati animi
cum significatione. P. P. c.

Transtulit ossa huius in officio, nomine,
stemate, quin et virtute antecessoris Ge-
-roldus II. in novam Basilicam, itidem in-
chorum S. Benedicti propè aram, sed ad
latus alterum, ubi et ipse, et frater eius
Placidus Abbas Murensis eius Monasterij
Primus Princeps postea reconditi sunt.
Lapidi insculptum pedum Pastorale ad-
dito nomine: Geroldus I. de Zurlauben
Abbas obiit 23. Februarij 1607. Pro Epi-
-taphio retenta ad parietem superior in-
-scriptio, exceptis initio et fine, quæ

sic habent

[k] Die Pfaltz.

Abbas XLVIII.

Sic habent:

Reverendissimo et Aplissimo domino Geroldo I. Zurlauben ex l. B. de Thurn et Gestelenburg, Tugiano &c.

Ad finem sequentia adduntur:

Postliminiò destructa veteri, et adornata nova Basilica ex choro S. Benedicti elevato, et in novo eiusdem recondito, pium hoc æternæ gratitudinis monumentum, Geroldus XI. eiusdem stematis Abbas restauravit, et erexit anno 1730.

His Laudibus Geroldo Meritissimè datis nihil addo, quàm unô verbô, Rhenaugiam Geroldo omnia debere, dum disciplinam Monasticam tot saculis exulem, invicto contra resistentes animo, reduxit, atque promovit tàm exemplo suo, quàm suorum, quos partim ex alijs Monasterijs ad tempus adsciverat, partim ipse ad professionem admiserat, qui ingenti constantia opus inchoatum prosequuti sunt. Porrò ardentissimus Religionis Catholicæ Zelus, præter ea, quæ suprà retulimus, elucet quoque ex libro, quem contra incredulos exaravit. /M/ MC.

/C/ opus hoc Mss. inscriptsit: Fürwerfung wider die ungläubige.

Udalricus Koch
Abbas XL.

1607. Religiosi. Mortuo Abbate Geroldo I. Sequantes erant Zhenaugiæ professi:
R. P. Mauritius Keser, wilensis, Prior.
P. Sebastianus Harzer de Balenstein, Constantiensis.
P. Theobaldus Locher, ex Frauenfeld, cellerarius.
P. Joannes Conradus de Mandach, ex Æningen.
P. Udalricus Koch, Wilensis, Magister Novitiorum.
F. Eberhardus de Bernhausen, Algojus.
F. Wolfgangus Adolphus Stächelin de Stockburg, ex Haslach.
F. Jacobus Keller, Badensis.
F. Fintanus Kolin, Tugiensis.
Aderant et duo Novitij Petrus Wölflin, et Joannes Beatus Frey. Ex Petri Domo adhuc substituerant duo subsidiarij R. P. Gebhardus Zeller, qui Custodis; et R. P. Sebastianus Megler, qui Ecclesiastis munia supplebant. Reverendi Patres S. Gallenses Balthasar Schlori, et Joachimus Wurth, qui successivè Prioris officium functi erant, jam recesserant, cum fratre David Schaller, cuius tamen vices in chori et Cantûs directione supplevit ex eodem Monasterio R. P. Placidus Keller. advenêre quoque subsidiarij ex Monasterio Murensi R. P. Gregorius Scheüblin Keiserstuhlensis, qui per duos, et ex Augia divite R. P. Conradus Probst, qui per septem annos manfit, organi, chorique onera sustinens, comendatus, cum nuper Zhenaugiam inviseret, à Reverendissimo domino Jacobo de Fugger Episcopo Constantiensi, causa restaurationis eiusdem Monasterij Augiensis.

Electio Udalrici. Pauci nihilominùs aderant in præsenti Electione Capitulares, nam præter Sebastianum Harzer, qui degebat Murbaci, tres fratres Eberhardus, Wolfgangus et Jacobus dicingæ in studijs morabantur. dies Electioni à reliquis præstituta secunda Martij, feria sexta post diem cinerum, et octava mortis Geroldi Abbatis, ad quam invitati Episcopus Constantiensis, et visitatores Congregationis

gationis. Nomine illius præsidebant doctores Consistoriales Brendin, et Christophorus Hager, quorum tamen ultimus Notarij munus gubbat. visitatores ipsi aderant Reverendissimi Abbates Bernardus sancti Galli, et Jodocus Murensis. Ipsa hora electionis supervenit Sebastianus de Salenstein, cui præviè insinuata fuerat; cumque animadverteret tres fratres professos absentes esse, econtra tres ex præsentibus, utpote ignobiles, existimaret capitularibus non decendos, protestationem interposuit, petens, ut actus Electionis suspendatur. offensi Præsides protestantem graviter objurgarunt, et, ut ipse scribit, carcerem minati sunt, inquietum et extra obedientiam vagantem religiosum nuncupantes. Cumque ille protestationem suam in acta referri postularet, hi discedere jubent: quâ jussione se injustè contemptum æstimans, protestationem ingeminando Monasterio excessit. At verò Præsides factum posteà excusarunt, absentes, deliberandi animo interim expulsum fuisse; nam paulò post revocatum, cum recedere nollet, declararunt voce activa et passiva excidisse. Itaque à reliquis Abbas salutatus fuit R. P. Udalricus Koch, ætate matura quadragenta quatuor annorum, atque à P. Sebastiano Megler concionatore ex Ambone proclamatus. denuntiata quoque electio extra Monasterium in oppido commoranti Salensteinio, adjecta citatione ad Curiam Constantiensem, nisi à protestatione desisteret, excommunicatione feriendus.

At is Lucernam ad S. Suntiaturam sine mora se contulit, processum contra Electionem moturus: ubi per consanguineos suos id factum effecit, ut nomine quinque cantonum à Magistratu Lucernensi scriberetur ad Episcopum, adjecta supplicatione, ut sententia excommunicationis contra Harderum, unacum confirmatione Electionis differretur, tum ob vitia, quibus hic laborare dicebatur, tum quòd ipsis cantonibus advocatis non fuisset prævie significata.

Acceptis his litteris mox Episcopus Constantiam mandatum ad Curiam direxit, prohibens, ne confirmatio Abbatis expediretur,

neve

Confirmatio Episcopalis,

neve Excommunicatio in Harzerum, quæ jam lata erat, saltem denuntiaretur. verùm post fata hæc inhibitio constantiam venit, cùm eadem die, nempe vigesima Martij Confirmatio jam fuisset Rhenaugiam missa, excommunicatio autem, deproperata citatione die octava Martij jam lata, et decima octava eiusdem Menfis Rhenaugiæ per dominum Michaëlem Krenzlin, Sacellanum et vicarium Parochiæ, denuntiata, cum mandato, ut ab omnibus posthac vitaretur. Itaqs Episcopus rei seriem significavit Cantonibus, rogans, ne Molestiam Monasterio aut Neo-electo ad instantiam inquieti Religiosi inferant; qui petulanter electionem impedire conatus fuisset, adeóque jure per commissarios exclusum, maximè cùm Reformationi disciplinæ Monasticæ hactenùs pertinaciter refragatus fuisset. quibus quidem interim Federatis satisfactum fuisse constat. At verò Episcopus cùm pro submissa confirmatione titulo anatarum sexcentos florenos exigeret, præter ducentos, quos ex Abbatis Geroldi Confirmatione residuos postulabat, Udalricus Abbas feria secunda Paschæ, id est die decima sexta Aprilis, constantiam destinavit P. Priorem Mauritium cum Wagnero Præfecto. quibus nihil efficientibus, scriptam Supplicationem pro remissione submisit, ac tandem die vigesima Junij obtinuit, ut pro hac vice quadringentis florenis contentus esset Episcopus, additis tamen alijs centum pro dicta confirmatione Geroldi, præter honoraria vicario Generali, Sigillifero, alijsqp dari consueta.

Et privilegiorum ab Helvetijs.

Verum jam ante Festa Paschalia memoratum P. Priorem cum Præfecto ad Foederatos Septem Cantones Monasterij Protectores destinaverat Neo-Electus Abbas, qui obtenta privilegiorum confirmatione, electionem significarent, efficerentqve, ne indignanter ferrent, si Benedictionem Abbatialem sine deputatorum præsentia perciperet, quos pro honore debito excipere haud posset, ædificio veteri Abbatiali destructo, et novo nondum perfecto. Adiere Legati nostri primis Senatum Turicensem, qui inter advocatos principalem Eum tenet, à quo

die

Abbas II.

die trigesima Martij chartam munificè impertitam obtinuerunt, quâ Udalrici Electione probata, confirmant vi juris advocatici, omnia jura et privilegia Monasterij, eáque se defensuros de protecturos spondent; /a/ Benedictionem quoque Abbatialem sine eorum comissarijs fieri posse concedunt. Exemplum primarij huius Magistratûs sequuti sunt reliqui, chartis expeditis, quæ nonnisi verbis differunt. At imminentibus ferijs Paschalibus Glaronam attingere haud potuêre nostri; quapropter domum reversi, submisere supplices litteras excusatorias, similem confirmationis chartam efflagitantes: res difficultate non caruit; agente tamen domino Fridolino Lupsio similis charta die vigesima secunda Aprilis concessa, maximè cum singulis in locis, quæ debebantur, promptè soluta fuissent.

a.

Electio ab Episcopo Defensa.

Inter hæc Harzer de Salenstein Lucernæ ab utroque foro exclusus, causam suam apud Episcopum prosequi statuit, ut saltem à proscriptione absolveretur. Id verò egit per cognatum suum doctorem Hochreitlener Cancellarium Murbacensem, qui prolixo memoriali Episcopo oblato Harzerum comendavit, justitiámque popposcit. queritur in eo, quòd sine previa causæ cognitione, contra jus et fas à comissarijs Episcopalibus ab Electione exclusus fuisset, quòd tres Fratres, licèt in majoribus ordinibus constituti, nequidem ad hunc actum vocati; Salenstreinium ob recusatam disciplinæ reformationem juribus capitularibus non excidisse, quam ob corporis infirmitatem subire non posset, maximè cùm doctores classici juti Navarrus, probent, neminem teneri ad strictiorem observantiam, quam fuerit ea, quæ tempore ingressûs in Monasterium tenebatur. denique instanter precatur, ut sublata proscriptione Harzero subsidia necessaria tam ad victum propriùm, quàm

ad

/a/ von der weltlichen Landsobrigkeit Schirm- und Kastenvogtey wegen, mit dem geneigten guten willen, vorgemelt Gotteshus Einow, wie auch den obgemelten newen herren Prælaten, und ein gemein erwirdig convent bey ihren freyheiten und gerechtigkeiten zu schutzen, schirmen, und zehandhaben.

ad processum prosequendum ex Monasterij proventibus assignentur. ad objecta ista breviter respondit Episcopus: Electionem factam fuisse canonicam, et stilo aliarum in dioecesi usitato conformem; Harzerum revocatum sponte sua renuntiasse juri; confirmationē Electionis meritò expeditam, cùm nemo, qui contradiceret, comparuisset. Ratione porrò expensarum, et sustentationis subministrandæ, se nihil Abbatibus praescribere consuevisse, donec lites contestatæ fuerint. Monet denique Cancellarium, ut à protegendo homine inquieto desistat. Scripserat interim Harzerus dilingam quoque ad Fratres absentes; ex quibus obtentu nobilitatis jugiter in Monasterio nostro cuctæ nonnihil in partes suas pellexit Fratrum Wolfgangum; qui tamen cum socijs Renaugiam vocatus Udalricum Abbatem agnovit, sēque illi sponte submisit. undique igitur repulsam passus Harzerus, cùm nulla spes superesset, vel executiendæ proscriptionis, nisi cederet Neo-Electo Abbati, Mense Junio Renaugiam venit, Udalrici Electionem ratam habuit, absolutionem expetijt, et impetravit. cùm verò renovari cuperet conditionem ducentorum florenorum annuatim pro sua sustentatione solvendorum; respondit Abbas ex mente Reverendissimi Nuntij Apostolici, nihil amplius illi deberi, quandiu extra Monasterium degeret, nisi ex misericordia aliquid tribueretur, atque ita interim Murbacum demùm dimisit.

Benedictio Abbatialis.

Jam solemniter inauguratus fuerat Udalricus Renaugiæ Dominica secunda post Pascha, die penultima Aprilis à Reverendissimo Mergelio Constantiensi Suffraganeo, Assistentibus Reverendissimis Abbatibus Murensi et Fischingensi. die altera memoratus Suffraganeus Jesellæ reconciliavit Sacellum Beatæ Virginis, filiæ quondam S. Nothburgæ Conletatus Cleggoviensis Patronæ. Solodorensibus adeò placuit Electio Udalrici, nuper civitatis illius Parochi, ut mox pro exemplo submitterent Reliquias SS. Ursi et eius Sociorum, in quarum authenticis Præpositus et Cancellarius Udalricum vocant: Reverendissimum

Dominu

Abbas IL.

Dominum Abbatem Henaugiamum vigilantissimum, de ipsis, eorumque Ecclesiâ, et tota Civitate Solodorensi optimè meritum. quam quidem viri æstimationem deinde sæpiùs contestatus est illius urbis Magistratus. susceptus est in congregationem Benedictinam Udalricus Abbas die nona Maij. in aula oppidi Wilensis patriæ suæ, ubi Reverendissimi Patres convenerant, et inter alia statuerunt, ut matutina preces media nocte hora duodecima in choro persolverentur; quod quidem Henaugiæ statim introductum, et hactenùs observatum fuit. visitationem quoque Regularem die duodecimo Julij in Monasterio nostro instituerunt Reverendissimi Abbates S. Galli, et Murensis Cœnobij, de quarum die singulare memorandum.

Feuda. Contulit deinde Abbas Udalricus Praedecessorum more vasallis feuda speciali libro conscripta. et imprimis quidem Magistratui Turicensi Præfecturam in Benken, quæ tamen reniat reversales consueto Reipublicæ sigillo munire, post aliquam renitentiam id permisit Abbas fieri per vasallum substitutum Joannem Hamlithune temporis quæstorem. alia ordinaria feuda elargitus est Civitati Schaffhusianæ, Monasteriis Creutzlingano, et Vallis S. Catharinæ, cujus nomine fidem præstitit Monialium officialis Joannes Thomas Locher. denique Nobilibus im Thurn, Mandach, Payer, wald Kirch-, aliisque. domum Equestrem Fronschegg dictam contulit Wolfgango Theodorico Tschudi oglazonensi, quam inhabitavit, et à cognatis suis Rihsiis de wildenberg obtinuerat. Reliquæ domus Equestres Henaugiæ collatæ sunt Bonaventuræ de wellenberg Prætori, nomine filiorum fratris sui Joannis olim Præfecti; Joanni Georgio de Friburg, qui et ipse Henaugiam ex Constantia et vilinga digressus fuerat, nomine viduæ et filiorum Bonaventuræ de Roller; denique Joanni wagnero Præfecto nomine uxorio Mariæ de wildenberg dictæ Tinkin.

eco Bergensis Infolens. Negotium primò regiminis anno facessivit Abbati Zacharias Schörlin Praedicans in villa Bergensi Montis Jurassi, qui illius Parochiæ opiparis proventibus non contentus,

propria

propria auctoritate census quosdam ac de-
cimas, quæ Monasterio debebantur, à Turico-
lis exegit, ac recepit, obtentu expensarum,
quas inutiliter in mutanda domo Parochiali
expendebat. Conventio quidem aliqua Supe-
riori anno facta fuerat per arbitros tres
Præfectos in Kyburg, Cauffen et Rheinau,
Wolfinum, Bürglinum, et Wagnerum, sed à
Præcone inquieto minimè servata; qui au-
sus temeraria adeò processerat, ut insignia
Abbatis et Monasterij, lapidi prætoribus
domûs Parochialis insculpta, excindi fece-
rit, Litteris famosis ad Abbatem directis.
His motus Udalricus insolentem hominem ad
Senatum Tigurinum detulit, petens, ut ab offi-
cio amoveretur. destinatus est Rheinaugiam
vicarius Reipublicæ Keller cum Hirzelio, qui
die vigesima Septima Septembris Abbati et
Capitulo primò aliam querelam proposuit,
quod nempe ex Cathedra in Ecclesia Mona-
sterij interdum audirentur scomata contra
Tigurinorum Religionem. deinde dementia-
vit Zachariam Præconem Bergensem ob in-
urias Monasterio illatas fuisse per ali-
quot dies carceri manipatum, restitutis ad
fores domûs Parochialis insignijs Monaste-
rij; quibus pro hac vice satisfactum esse
crederent, deponendum Præconem, non se-
quuta emendatione. Telum illud prius jam
prævisum erat Abbati; unde R. P. Sebastia-
num Wegler, qui indiscreto Zelo abreptus
interdum aliqua pro concione edixerat, quæ
loci circumstantijs non conveniebant, matu-
rè domum petrè, unde erat, remiserat, sup-
pressa vera dimissionis causa, cum alias
vir admodum Religiosus esset, honorario
et testimonio instructus, quòd eius opera
in Monasterio jam pluribus subjectis provi-
so haud amplius esset necessaria. Eius de-
fectum ex Cathedra sæpius ipse Abbas mag-
no fervore supplevit, prolixitate tamen
sua nonnihil auditoribus molestus. ad-
venit etiam paulò post ex S. Gallo R. P.
Bernardus Hartmann, qui pariter per
aliquot annos Ecclesiastis munus obivit.
Respondit igitur Legato Abbas, indiscretæ
illum concionatorem, qui præter volun-
tatem ipsius et conventûs quædam edixe-

- rat

-rat, non solùm officio, sed etiam loco fuisse motum; ac proinde parùm ipsum expectare in persona Præconis, qui non solùm verbis, sed etiã scriptis et factis humos Benefactores suos infectatus fuerat. verùm senatus hominem amovere detrectante, ipse se removit, paulò post ex conscientia malè factorum intempesta nocte aufugiens, ac post fata judicio publico exilio damnatus. Et Rudolphus Udalricus Schweicker vir pacis amans, qui in præsentia D. Theobaldi Locher Cancellarij et Joannis Wagner Præfecti inauguratus fuit.

In Martelen tunc Pastor erat Joannes Henricus Locher, filius Pastoris cognominis, qui Casparum Maurer in eadem Parochia præcesserat. Is parochiæ simul paucas ovesculas dem Religionis Renaugiæ in Ecclesia S. Nicolai, ubi pariter Curicolæ ex Elliken convenire consueverant. videbatur autem planè absurdum cives Renaugiæ Catholicos ab ea Ecclesia Parochiali arcere, cum opposita Religionis tres duntaxat familias, et in his non plures quam decem animæ superessent. destinavit igitur Abbas ad comitia ordinaria Badensia Præfectum suum Wagnerum, qui, quod prædecessor suus olim postulaverat, instantius urgeret; rebusque ab oratoribus ad Magistratus proprios referendis 1608. dilata est. At sequenti anno octavo supra sexcentesimum et millesimum cum legati Foederatorum iterum Badæ convenissent, adfuit denuò præfectus noster Comitatus R. P. Priorem Mauritium, percepturus, quid advocati in re adeò, ut videbatur, liquida conclusissent. Fiêre tamen pro Religionis discordia etiam vota contraria; nam quinque Catholici Cantones decreverunt, admittendum esse indicta Ecclesia S. Nicolai Catholicæ Religionis Exercitium, cum Abbate tota Civitas Renaugiæ jure alto, non minùs, quam basso subsit. 16| id è diverso negarunt Tigurini, quod Catholicis Ecclesiæ Monasterij pro officijs consuetis obeundis sufficere posset; addiderunt tamen, eam rem non adeò difficilem fore, dummodò Religionis eorum asseclæ permit-

Ecclesia S. Nicolai repetita.

6.

-terentur

16| Dieweil herren Prælaten die statt mit hochen und nideren gerichten zugehöre.

terentur libertate quieta et quæsita frui. /c/ Despiciebant ad decretum emigrationis, quod olim tulerat Geroldus Abbas, sed hactenus suspensum erat. Rogarunt itaque Religiosi Legati Tigurinos, ut ad proximum conventum in valle Thennana celebrandum, plenam et ultimatam responsionem afferrent.

A civibus quoq; Thenaugiæ.

Accesserunt ad illum Conventum etiam missi à comunitate Thenaugiensi Prætor et ejus socius Jacobus Schwarz, cum et Fintano Erb, qui oratoribus libellum supplicem obtulerunt, speciem facti cum multis rationibus continentem. Fuisse nimirum à multis seculis Ecclesiam S. Nicolai Thenaugiensium Parochialem, quæ cum concidisset eorum quoque impensis ædificatam, ad cujus conservationem annuos census contribuant. Totam comunitatem fidem Catholicam profiteri, exceptis tribus civibus quibus tamen ipsis non præclusam cuperent Ecclesiam, quæ distincto choro et interpositis Cratibus ita instructa esset, ut non secus ac in alijs Comunibus Ecclesijs utriusque Religionis officia peragi possint. Cæterum Supremum Abbatis Dominium in oppidum ab ipsis Tigurinis agnitum fuisse; nec licere civibus à Prælati Judicio ulterius appellare juxta antiquissimum urbarium, ad quod observandum jurejurando tenerentur. Jus vitæ seu Militare comuniter spectare ad Monasterium non solum Thenaugiæ, sed etiam in proximis pagis ultra Thenum Mettenburgi et Oetlettæ; in quos tamen nullum Jus Præfidi Turgoviæ, cujus proinde legibus aut pacis publicæ non tenerentur. Falli eos, qui existiment, armis subactam Thenaugiam, cum constet longè alia occasione electos in advocatos et Protectores Helvetios fuisse.

Respragantibus Tigurinis.

Ad hæc Legati Tigurini breviter respondent, hoc negotium non esse Theologicè discutiendum, nec alio mandato se fuisse instructos. quò responso nonnihil offensi Catholici, commissarios quosdam ex præsentibus designarunt, qui Thenaugiam adirent, atque postulata Abbatis et Civium, si

nihil

/c/ Jedoch werden so vil beschwerden nit sin, das man solle beyde Religiones darin üben, man solle aber daselbin die von ihrer Religion zu Thinow auch ruhig lassen.

nihil gravius obstaret, in opus redigerent. Vix hi Mandatum exequuti fuerant, cum Ecce subsequuntur alij à Senatu Turegiensi missi, nempe Vicarius reipublicæ Keller et quæstor Joannes Escher, qui nomine Magistratûs declararunt: Licèt quinque Cantones Missam ad S. Nicolaum fieri permisissent, se tamen nullo pacto concessuros, ut quidquam præter Evangelium ibi legeretur; Maximè cum et Martellensibus et Benkensibus ab antiquo jus in illam Ecclesiam competeret; qui si manus in acta ria et Imagines injicerent, non fore conscientia refragante, Tigurinos coercendos. Etsi pactis publicæ pacis non subsit Rhenaugia, eam tamen cometatu Kiburgico, atque adeò ditione Tigurina concludi. Rogant igitur, ut quemadmodum eius in Abbatia Prædecessor ipsis commissariis instantibus se quieturum spopondisset, ita et Modernus Abbas eius exemplo quiesceret. Respondit Udalricus se nihil facturum, nisi ex voluntate advocatorium, prælectoque recessu ex valle Rhenana allato, promisit se consulturum prius reliquos Fœderatos, quam operi manum daret. Mox Udalricus, quæ Rhenaugiæ contigerant, Lucernam nunciari curavit, et à Sacris in Ecclesiam S. Nicolai introducendis interim in respectum Senatûs Tigurini abstinuit.

Eodem anno die septima Maij Reverendissimi Patres Congregationis nostræ Conventum celebrarunt Laperseviliæ; ubi cùm P. Sebastianus Harzer de Salenstein querelas quasdam contra Abbatem Udalricum movisset, et repulsam passus esset, per cancellarium Murbacensem Rhenaugiam accedentem supplex petiit, ut de necessarijs ipsi Abbas providere dignaretur. Missus est igitur Mense Augusto P. Prior Mauritius Murbacum, ut cum Principe de annuo victu solvendo transigeret, ubi simul monuit, ut expensas moderari curaret, præsertim in libris emendis, pro quibus non pauca debita apud Librarios contraxerat.

Visitatio. Die quarta Septembris habita est Rhenaugiæ visitatio à Præsulibus suprà laudatis, qui Abbatem monuerunt, ut Regem juxta Regulam S. P. Benedicti temperaret, tam in conservanda disciplina regulari, quàm in nimia prolixitate concionum cohibenda. Ad finem huius anni Reverendissimus Nuntius Apostolicus Ladislaus de Aquino Episcopus

venefranus

Udalricus

Venerandus Congregationem à visitatione Episcopali per specialem chartam exemit, gaudio exultans de immenso fructu spirituali, qui ex sedulis visitationibus atque conventibus toti mundo illucescebat, nec immeritò timens, ne ex diversis visitationibus perturbatio potius, quàm ædificatio oriretur. Successerat porrò Callistus Laicus in Legatione Pontificia Fabritio Veralio Episcopo S. Severi, postea cardinali, qui ad breve tempus Joannem Turrianum exceperat.

1609. Anno nono huius sæculi die sexta Maij celebrarunt Conventum Reverendissimi Abbates congregationis nostræ in Monasterio Murensi, de quo tamen nihil speciale, quod Renaugiam attingat memorandum, ulli et de visitatione postmodum habita. Ad multò celebriorem conventum seu Synodum constantiam edixit Reverendissimus Joannes Jacobus de Fugger Episcopus, cui vocatus interfuit Abbas noster Udalricus cum Fratre Eberhardo de Bernhausen, jam tum Philosophiæ Magistro. Id sedit autem proximus post Prælocum Abbatem Murensem, quamvis ante eum more antiquo vocatus sedisset; Seniori enim, et qui hactenus à primordio congregationis visituverat Monasterium nostrum, sponte cessit humilis Udalricus cuius Religiosæ virtutis singularia edidit specimina. Cùm quædam de visitationibus Episcopalibus decernenda proponerentur, Abbates quidam, inter quos et noster, seorsim convenerunt, protestationem interposituri, quod Monasteria Congregationibus unita, et quæ speciales Regulares visitatores haberent, ordinariis Episcopi visitationibus non subessent. Sed declaravit haud graviter mentem suam Reverendissimus Episcopus quæ nimirùm intentionis minime esse, juri, privilegio, aut consuetudini Regularium derogare, visitationemque sibi duntaxat in casibus extraordinariis reservare, qui plerumque emergere soleant, quando

Synodus Constantiens.

d.

Id Humilis Abbas sua manu hæc litteris inscripsit: Litteræ convocationis ad Synodum Constantiensem, sub Episcopo Jacobo Fuggero a. 1609. cui ex hoc Monasterio interfuerunt F. Eberhardus à Bernhausen Philosophiæ Magister, et F. Udalricus 18. octob. usque 25.

Regulare.

Regulares visitatores suo muneri non satis-
-facerent. /e/ Die secunda Novembris Specta-
-tissimus hospes Ernestus Dux Bavariæ et e.
Elector Coloniensis visitare dignatus est Ihe-
-naugiam, cum ex Thermis Badensibus reduc
-constantiam peteret. Solemniter is fuit ex-
-ceptus ex more Principibus debito.

Inter hæc Causa de restituendo in Eccle-
-siam S. Nicolai Catholico ritu agitabatur,
-iterumque in comitijs ordinarijs faventes Ca-
-tholicos oratores experti sunt missi ex ci-
-vibus Thenaugiæ superius memorati. At re-
-sidentibus Tigurinis ex ex alio conventu
mense octobri legati mandatum dedêre ora-
-toribus Lucernensi ac Tugiensi, qui Frauen-
-feldam ituri erant, ut dum Thurgum per-
-transirent, ex Magistratu eiusdem urbis
perquirerent, an tandem pluralitati suffra-
-gium cessuri essent. At hi mandata su-
-pergressi, rerumque, ut patuit, ignari, con-
-cordiam quandam injicere, quæ non solum Ec-
-clesia S. Nicolai, sed tota etiam Thenaugia
utrique religioni communis censebatur. Vix
Abbas noster per Priorem et Præfectum, qui
Meliora Frauenfeldæ præstolati fuerant,
hanc conventionis schedam inspexit, cum
illicò omnibus modis contraniti cæpit,
rempue Domino Helmlin, quondam Turgoviæ
Præsidi Lucernam confugisse est; quitanen
rescripsit: minimè Catholicorum mentis
fuisse, quidquam Monasterij Juribus dero-
-gare, ac proinde conventionem, sine aucto-
-ritate aut superiorum aut partium initam,
in proxima dieta cassandam. Fecêre id die
decima sexta Catholici, ac pro majori ad-
-dendo robore adhibuerunt etiam reliquos
duos Cantones Friburgum et Solodorum, qui
omnes solemniter protestati sunt contra
secundam conventionis partem; cum ipse
Abbas /f/ totius oppidi sit dominus, nec f.

/e/ Quæ Hottinger de hac Synodo refert Histor. Eccles. to. III. pag. 992. ad an. 1607. falsa esse constat.

/f/ dieweilen herr Prælat here des orths ist, auch unser Eydgnossen von Zürch des orths ei-
-nichen gewalt noch rechtsame haben, dan allein den schirm, wie auch wir die mit regierende orth; zudem das Dinow nit im Landsfriden gelegen, wie dan er der herr Prælat dessen besitzet schyn und abscheid hat.

Tigurini in illud majorem potestatem, quam Reliqui Cantones ex jure advocatiæ habeant, atque adeò pacta Religionis ibi non procedant. Addunt tamen, posse Parochianis in Ellikon in Territorio Tigurino novam Ecclesiam construi, ad quam peragendam, pro pace conciliandâ sese Abbas sponte obtulerat. Eccl-siam hanc Litteris humanissimis adjectis submiserunt quinque Cantones Advocati die decima septima decembris Abbati, cassatis actis, quæ duo illi Commissarij Turegi peregerant.

1620. Laudo priori contradicitur.

Sequenti anno die decima quinta Februarij Fœderati congressi causam hanc Arbitris decidendam commiserunt, nempe Reliquis Cantonibus Berna, Basilea, Friburgo, Solodora, Schaffhusio et Abbatis cellâ, quæ prævalentibus suffragijs adversæ religionis concordiam priori haud absimilem constituerunt. Cohorruit Udalricus ad hanc pacem, missisque Priore et Præfecto, citteris adjunctis ad Septem Cantones Advocatos, his pactis solemniter contradixit, docens publicæ pacis communionem Rhenaugiæ nunquam admissam fuisse. oblatæ Litteræ Fœderatis die vigesima secunda Martij, quibus licet Tigurini respondissent, Rhenaugiam, si in Turgovia sita non esset, certè in Comitatu Kiburgico quærendam, nihilominus sex Reliqui Cantones, adjuncta Glarona, declararunt denuò: æquum planè esse, ut Parochianis Catholicis Parochialis eiusdem Loci Ecclesia permittatur, ultimatam tamen decisionem ad proximum conventum differentes. quapropter moneri curarunt Abbatem, ut necessarijs documentis transmissis, quibus Arbitri instrui possint, ab omnibus alijs abstrahatur, insistendo Uni Religionis Exercitio restituendo, cuius vis ac potestas Abbati et domino Rhenaugiæ competat. Fecit id Abbas Litteris prolixis; quin et ordinarios deputatos Priorem et Præfectum die vigesima quinta ejusdem ad congregatos Helvetiæ oratores destinavit; quos tamen gravissimo casu distentos offendentes, nihil elidere potuerunt, quam negotium istud, si sine turbis terminari non posset, esse ad tempus opportunius differendum.

Equidem similis fermè casus hoc ipso tempore

tempore contigit in Turgovia, qui graves bel-
-li motus concitaturus videbatur. cum enim
Dominus Hector de Beroldingen uranien sis, do-
-minus in Gachnang, in eodem Turgoviæ Loco,
quibusdam ad Catholica sacra conversis, no-
-vam Ecclesiam instruxisset, quidam ex comi-
-tatu Kyburgico illius Ecclesiæ Parochiani die
vigesima Maij cum nuptijs ibi celebratis in-
-terfuissent, tumultu facto campanas [g] g.
pulsaverunt pro convocandis ad arma vicinis.
Concurrere circiter septingenti rustici, Eccle-
-siam nec non domum Hectoris spoliarunt,
ipso vulneribus affecto, nec non Turgoviæ
Præsidæ lapidum grandine in fugam acto,
qui ad pacem conciliandam adproperaverat.
Rhenaugiæ noctu circa horam undecimam
audito Bombardarum strepitu, cives ad ex-
-cubias admoniti; timebatur enim rusticorum
impetus propter controversam S. Nicolai
Ecclesiam. Gravibus exinde ortis inter Fœ-
-deratos dissidijs, die vigesima quinta Junij
optima quæque ex templo et Archivo con-
-vasata fuere, et in tutum Locum, scilicet
in Homburg, deportarentur. verum nega-
-to inofficiose à Schaffhusianis transitu, plau-
-stra cursum flexerunt in arcem Kyburg,
à Præfecto Præsidij Crederes admissa,
postquam facultas ab officiali a tic Thien-
-gersi impetrata fuit. quin et Cleggoviæ hum-
-mus Præfectus vir Nobilis Joannes Jacobus
Bek de et in wilmendingen, sponte armato-
-rum subsidium obtulit, si rustici minas in Mo-
-nasterium conjectas exequi tentaverint. Te-
-rebantur enim proximè irruptura, atque pon-
-tem Rheni dejecturi. quapropter Abbas non
solum cives Rhenaugiæ vigilias agere jussit,
sed etiam subditos in Altenburg et Jestetten,
in quos jus Militiæ exercebat, accivit, arma-
-tos esse mandavit, atque aggeribus quibus-
-dam oppidum contra rusticorum impetum
munire. Inter hæc Senatus Tigurinus non-
-minus, quam alij Cantones bello se parabat,
atque æquum ejusmodi negotijs aptum ab
Udalrico Abbate mense Junio postulavit,
quinetro ex more concessus est. Plurimis
Nihilominus conventibus celebratis pro pa-
-ce redintegranda, tandem Ingens tumultus
resedit, cujus Auctores pernitiosæque Reli-
-gionis Comissarios primum Frauenfeldæ,

[g] Ex diariis Mſc. R. P. Benedicti Aderlin.

deinde Witoduri penis pecuniarijs mulctati.

Eodem anno Fabariæ congregatio Reverendissimorum Abbatum die duodecima Maij celebrata, et vigesima septima Septembris visitatum Monasterium nostrum per Illustrissimos
1611. principes S. Galli et Einsidlæ. At sequenti
Pestis. anno, nec conventus dominorum Abbatum, neque visitatio Monasteriorum institui potuit, pestifera lue per totam propemodum Helvetiam sævissimè grassante. vere sicco atque calido, ut jam die prima Maij vites floruisse referantur, sævebat præsertim in Argovia innumeris Mortalibus abreptis, unicoque eodemque Badenæ quatuordecim supra centum sepulti numerabantur. Ex eodem oppido circa festum Pentecostes, quod incidit in vigesimam secundam Maij, maturè illata pestis Rhenaugiam per filium Ludimagistri, qui Badenæ opificio addiscendo operam navans, parentes invisurus aliquamdiu latuit, donec cum inaverla ferme domo defunctus efferetur. universim in Parochia Rhenaugiensi interiêre ducenti ac triginta, inter quos Nobilis Matrona Maria Rinsin de Wildenberg uxor Præfecti Wagner, qui secessit in Balterschweil ac postea duxit Elisabetham Hessin Glaronensem. At Bernhardus Dornhan secretarius mortem, quam Rhenaugiæ fugit, Rheinheimij invenit. Elati quoque Nobilis virgo Joanna de Croatia, et Sebastianus de Wellenberg. Sacramenta ea tempestate administrabantur per vicarios sæculares, quam curam periculi plenam, recedente urbano Würth, magno animo in se suscepit Joannes Schellhass Constantiensis, peregitque tanta sedulitate, ut pauci prævalente infantia sacro viatico privati decesserint, eapropter sequenti anno ad Parochiam Rheinheimensem promotus. In ipso Monasterio, Rheno undique affluente, salubris aër servatus, ut ne rubus quidem hac lue infectus fuerit. Novitius quidam Jacobus Buri, cum ægrotare cæpisset, adeò perterruit R. P. Bernardum Hartmann S. Gallensem, ut illicò discesserit, sed neque ad Monasterium suum admissus. Medicus ordinarius Burgauer, qui è Mölleilio in officio successerat, Novitium à peste immunem pronunciavit, ipse verò tractatum de præservativis sub manu ad Abbatem Udalricum scripsit, cui cum

Secundam

Abbas II.

Secundam partem conventicæ dicandam addecet, peste et ipse abreptus, filio suo suppelendam reliquit. Abbatis solicitudine adhibebantur in conventu antidota, ac præsertim stricta clausura, ut etiam ad plures effectus Monasterij religiosi incederent. Parochialia officia Schellhasius in Ecclesia S. Felicis et Regulæ peragebat, habitatis in domo prædicta, quam Burgum dicebant, cuius pars depressior adhuc hospitibus deservit. defuncti tamen sepeliebantur in cæmeterio ante Basilicam Monasterij, unde divinæ protectioni potiùs sanctam adscripsêre Monachi, quam quotidianis supplicationibus implorabant; gratisque postmodùm solemniter actis decreverê, ut imposterum festum S. Sebastiani Martyris, præmisso jejunio, celebriori cultu perageretur.

Defuncti religiosi,

Unicus, qui se à Comunitate segregaverat, Sebastianus Harzer à Salenstein Gerwilæ Murbacо proximæ die tertia Novembris, ætatis anno quinquagesimo primo diem clausit extremum, sepultus in Ecclesia Patrum Dominicanorum cum sequenti Inscriptione: Anno Domini 1612. die 3. Novembris obiit Reverendus in Christo Pater Georgius Sebastianus Harzer de Salenstein, Conventualis Monasterij Rhenoviensis, cuius animæ Deus O. M. æterna det gaudia vitæ. Amen.

Res ab eo relictæ, confecto per Dominum Petrum Jacobum de Prinighoven inventario, Rhenaugiam translatæ sunt, inter quas laudanda venit copia librorum selectorum, nec non Graphilacium numorum antiquorum, qui Millenarium circiter numerum æquabant. Scripserat ea de re ipse commentarium eruditum, cui titulus: descriptio Brevis Numorum, quos ex diversis locis tam Germaniæ quam Italiæ collegit. Rev. ac Nobilis P. Georgius Sebastianus à Salenstein. Hunc communicavit occoni, qui Augustæ simile opus de Numismatibus Imperatorum ediderat. Unde Occo, cùm secundam editionem curaret, plurimis locis Numophilacij Harzeriani meminit, exhibetque rarissimos numos, aureos quoque et argenteos, quorum pauci ad manus nostras pervenerunt, jam majori pretio ubicunque suppleti. Scripsit quoque

Udalricus

Sallenstenius notas historicas de Monasterio nostro, cuius Generosus Spiritus, si disciplinæ patiens fuisset, procul dubio locum Geroldi primi cum Laude supplesset. Cæterùm ex Monasterio nostro unicus superiore anno mortalitatem exuit, Senior professione, ætate Iuvenis R. P. Joannes Theobaldus Locher, ex Frauenfeld oriundus, officio cellerarius, febri hectica consumptus. Defectum supplevit Udalricus Abbas sequentibus delectis susceptis, quorum primus Petrus Wöllin Tigurinus insignis Theologus; Alter Nicolaus Boltman Lucernensis, natus Isaïæ Capitaneo, et Margaretha Cysatin; tertius Michaël Renner Villensis filius Georgii illius oppidi Prætoris, Monasterij Iurium ac proventuum cura præstantissimus; quartus Benedictus Aderlin Badensis, Nepos Augustini Principis et Abbatis Einsidlensis, à quo commendatus. quintus Gabriel Hesse Glarontius, vir eximius, postea Prior; Sextus denique Ursus Buri Solodorensis Monasterij Beinwilensis restaurator. Nobis specialiter memorandus venit R. P. Benedictus Aderlin, qui admodum doctus cum non esset, immenso suo Labore supplevit, quod negaverat natura. Ei secundo nomen Baptismale Jacobi in Benedicti mutatum fuisse constat. Inter innumera, quæ scripsit, super est diurnum prolixissimum, quo simplici quidem stilo complexus est quinquaginta circiter annorum seriem, quemadmodum nempe Wenaugiæ vixit. Ei proinde plurima huic historiæ data debemus. Meminit primis annis sui in schola Wenaugiensi condiscipuli Jacobi Bucelini, patriâ Constantiensis, quem de cæteris ac pietate admodum laudat.

Et alij susceptj.

Resignare Abbatiam nititur Udalricus.

Inter hæc Udalricus Abbas quietis ac solitudinis amantissimus, nec non sui despicientia Clarissimus, de deponendo onere Abbatiali seriò cogitare cæpit, quod quinquennio nondum exacto susceperat. Itaque Fratres suos Religiosos Dilingæ studijs operam navantes domum revocavit. Tum coacto Capitulo dignitatem Abbatialem abdicavit, relictisque in medio Clavibus excessit; quas cum nemo levare ausus esset, Tandem Frater Benedictus Aderlin interim

custodiendas suscepit. Missi mox à Capitulo
ad S. Gallum, qui inopinatum mentium ad-
ferrent, atque Confratrum omnium veniten-
tiam declararent, Fratres Eberhardus et
Wolfgangus, qui à Visitatore Principe de-
ductos mandatum in scriptis reperturent,
claves ab Udalrico resumendas atque mode-
randas esse. Sequenti anno duodecimo ke-
à 612. prà sexcentesimum seipso propositum exe-
quiè statuens, quadam die, dum reliqui om-
nes vespertinum officium in templo decanta-
rent, jussit Abbas lectum et Breviaria Fra-
tris Benedicti per famulos excelsa, quam ante
Praelatum incoluerat, aliorsum deferri, su-
is propriis in locum restitutis. Solutis vesper-
tinis precibus reperit Benedictus Abbatem
in cella sua sedentem, ac voce gravi jubentem,
ut in alium migret locum. obstupefactus hic
rem narrat Confratribus, qui procul mora
ulteriis submissis Principem S. Galli exorant,
ut Patri optimo omne posthac resignandi de-
siderium demere dignetur. Fecit id Princeps
efficaci ac prolixa scripta adhortatione,
quâ Udalrico ingens discrimen ob ocidos po-
nit, in quod tam turbulento tempore Monaste-
rium per resignationem conjiceret; monet de-
nique, ut saltem propositum differat ad fu-
turam usque congregationem, si Deus de-
derit resignando iterum celebrandam. ce-
lebrata haec fuit die duodecima octobris
in eodem Monasterio S. Galli, atque à Patri-
bus in Udalrico propositum resignandi tan-
tisper sopitum. Fuit autem ea occasione
Ordo Praecedentiae inter Abbates congregatio-
nis ea lege constitutus, ut reliquis ab Abba-
tibus S. Galli, Einsidlensi et Fabariensi, qui
Principum titulo retinentur, prioribus locis,
tres alii Abbates Murensis, Rhenoviensis,
Fischingensis ips loco contenti sint, quae
ipsis in ultima Synodo Constantiensi fue-
runt attributa. Decretum hoc singulariter
respiciebat praecedentiam Murensis ante
nostrum Rhenaugiensem; nam de reliquis
dubium non erat, et de Engelbergensi
nulla mentio facta. suscepit consulta
sibi humilitate decretum Abbas Udalri-
cus: verum Capitulum Rhenaugiae ea or-

dinatione non admodùm fuit contentum, cuius aliqua membra scrupulum invenerunt in jure Monasterij cedendo. Moverunt itaque querelas postea apud congregationem, maximè quòd Udalricus spontanea sua demissione præjudicium creare Monasterio non posset. Sed decretum semel latum in sub vigore perstitit, non magno utique Monasterij nostri detramento, quando jam ultrò cedimus Monasterio Principalem titulo decorato. Eodem anno mortuo Rudolpho II. Cæsare suscepit Mathias.

Abbas Ecclesiam S. Nicolai denuò repetit

In Rhenaugiæ oppido omnes adulti reformatæ, ut vocant religionis, grassante nuper peste sublati sunt, quorum aliqui in mortis articulo ad sacra Catholica transierunt, in qua melius esse mori existimarunt. Infantes duo aut tres orphani Catholicè educati, et ad opificia applicati, quorum unus Caspar Keller, cum ingenio polleret etiam studijs minoribus Rhenaugiæ, et Majoribus Jalisburgi imbutus, in eum evasit virum, ut Prætor oppidi Frauenfeld in Bavaria constitutus, à Serenissimo Duce catena aurea donaretur, quam Rhenaugiam remisit, pro anathemate ad statuam B. V. Mariæ suspendendam.

Existimavit igitur Udalricus Abbas, nullum jamnuò à Magistratu Tigurino fore difficultatem movendam, quo minùs jam cives omnes Rhenaugiæ Catholici ædem Ecclesiæ Parochialis ad S. Nicolaum adipiscì possent. unde ad Federatos Lucernæ congregatos destinavit Præfectum Wagnerum, qui mentem eorum exploraret. Lata est die ultima Julij à quinque Cantonibus decretoria sententia, qua juxta iteratos recessus à Majore advocatorum parte factos divina officia in Ecclesiam S. Nicolai introduci jubebantur, sine dispendio tamen subditorum Tigurinæ territorij, qui ab antiquo ad illam Parochiam spectabant. utque decretum istud certius executioni mandaretur, Præsidem Turgoviæ Beatum Jacobum Freij Tugiensem deputarunt, ut eorum nomine præsentiam suam,

et

et necessarium adjutorium accomodaret. At Senatus Tigurinus, in sua sententia persistens, priùs quàm adventurum sciebat Praesidem, duos legatos Thenaugiam destinavit, inter quos erat Dominus Chan Consulari dignitate eminens. Erat dies Sabbathi septa Augusti, cum hi nomine Magistratus actum fieturum interdixerunt, quòd is à reliquis Cantonibus tantùm detractus fuisset, relinquendam totam Ecclesiam ipsibus protestantium, aut novam proipsis in loco Thenaugiae construendam; si renueret Abbas, fructus omnes Monasterij in territorio Tigurino fore detinendos; Cives quoque ne impuniti essent, arcendos ab omni persecutionis usu. His minas haud obscurè addiderunt, Monasterij occupationem respicientes; saltem furorem rusticorum non forein-hibendum; meminerint nuperi tumultus in Gachnang.

Eadem die ad seram advenit Praefes Provincialis Turgoviae cum solito comitatu Cives in fidem receptuus, qui tamen juramentum praestare renuerent, nisi mandata majoris partis Protectoriomere-quisitioni traderet, et Ecclesiam oppidi oppidanis prae alijs debitam restitueret. Neque minis Tigurinorum passus est Praefes fefe, sed altera die, quae dominica erat Septima Augusti ex Monasterio cum toto Frauenfeldensi officialatu ascendit in Montem; Sequebatur venerabilis Conventus more supplicationis; agmen claudebat omnis Thenaugiensium turba. Abbas ipse Ecclesiam ingressus hymnum Te Deum Laudamus inchoavit, subjuncto officio festivo pro gratiarum actione de Sanctissimae Trinitate sub figurali Missa. Dein Prior ad aram Lateralem B. V. Mariae sacram, cuius precibus tantum Beneficium in acceptis ferebatur, Missa de eadem decisa persolvit, tertio Mariae votiva de S. Nicolao occupato. Accitus quoque fuit à Praefule Praedicans ex Martirolen valentinus Schad, qui Joanni Henrico Cocher peste abrepto succesferat.

et solemnem ingressionem adit.

negotium impediri,

Udalricus

Is, cùm optio data esset, quas mallet ho-
ras pro concionibus habendis, ut eligeret
negavit, sine præscitu aut consensu Ma-
gistratûs Tigurini â se determinari
quidquam posse. Mox Laudatus Magi-
stratus minis facta adjiciens omnes Mo-
nasterij proventus in suo territorio inter-
dicto egecit. quadre cùm Abbas quere-
las apud Catholicos movisset, illi de-
cimâ octava Augusti oratores Turegum
Ablegârunt, qui factum graviter impro-
barent: Ethnicum Catholicum, non jus Ab-
batis, sed Majoris partis advocatorium
Kenduginensi Parochiali per Præsidem
fuisse effectum; meminissent, id plu-
ries præsentibus eorum Legatis decretum
fuisse, arrestum proventuum adversa-
ri pactis publicæ pacis, quibus vetitum
ne in communibus locis diuceps adhibe-
atur; [h] neve Monasterijs vectitus, ubi- [h.]
cumque demum siti, præcludantur. [i] [i.]
Nihil tamen profuit hæc Catholicorum
Legatio, unde die decima tertia octobris
Archigrammateus Lucernensis significavit,
Negotium in proximis comitijs urgendum.
Jubalet interea, ut cum Prædicante ejus
asseclis omnis contentio evitetur. qua
quidem de causa nulla unquam querela
fuit mota, tum quotidie quidem, sed
primo mane unica Missa in Ecclesia S.
Nicolai legeretur, reliquis officijs Pa-
rochialibus in Basilica Monasterij re-
tentis, ne impedimento Prædicanti in
suis functionibus esset; quamvis et
ille raro illam Ecclesiam frequentaret
in propria Martellensi suos oves pas-
cere assuetus.

Proventus â Tigurinis detenti repetuntur.

Ad instantia igitur comitia missi
ab Udalrico Prior et Præfectus, qui gra-
tijs actis pro impensa Catholicorum pro-tectione

---

[h] Ze forderst in betrachtung, soliches ze
tagen von gemeinen orthen, nit mehr ge-
bruecht solle werden.

[i] da auch der landsfriden vermag der Gotz-
hüseren und kilchen in Rgmen kein Theil
dem anderen zu verarrestieren.

-tectione, restitutionem in bona detenta soli-
-citarunt, divisionem tum temporis tum Ce-
-meterij pro rationabili arbitrio adverse
partis offerentes; quibus ne ornamenta
chori offensioni essent, vela cratibus appen-
-sa. Addebant, Abbatem paratum ad remit-
-tendum aliquid de annuis fructibus ex El-
-cicon Monasterio debitis, si dicta Rhenau-
-giensi placeret novam illic Ecclesiam con-
-struere. Causa die secunda Novembris in
publica confessione discussa; ubi multo calo-
-re oratores Figurini Consul Khan, et vica-
-rius wolf nuperum factum improperarunt,
minus tradari Monasterium à Magistra-
-tu, qui nisi interessisset, illi à Marchellen-
-sibus vis illata fuisset. Catholici con-
-tra, præsertim Sonnenbergius Lucernensis
Dicta excusato Abbate, contestarunt, Ar-
-restum bonis Monasterij impositum ipsis can-
-tonibus in grave honoris detrimentum es-
cedere, ipsorum igitur causa remittendum
esse justa fœderum pacta; vades fore om-
-nes Cantones Catholicos, si quid Rhenau-
-gia Figurinis pro satisfactione debeat.
Respondere illi, se ad relaxandum in-
-terdictum potestate destitui, rem ad Ma-
-gistratum relaturos. Demum nostris de-
-spectatis quærentibus, quid jam factu opus.
Catholici legati jusserunt, ut Missis
legendis in sacro dicta Ecclesia inciperent,
post octiduum repetitis Comitijs ulteriora
statuenda.

Instantius urgetur negotium.

Rem igitur instantius comendavit
Abbas Conrado de Hurlauben vicario Re-
-publicæ Tigurinæ, qui die duodecima
Novembris rescripsit: Arrestum à Figuri-
-nis impositum intolerandum prorsus Ca-
-tholicis Cantonibus videri, qui illum om-
-nibus viribus amoliri statuissent, atque
ideò per legatos auxilium ab oratore Re-
-gis Galliæ poposcisse. Misit confestim
Dominus de Castille præfati Regis orator
Joannem de Vigier, qui senatum Figuri-
-num ad mitiora consilia flecteret. At
hic multis verbis, deinde scripto prolixo
ad Castillium directo se purgavit, referens
se ad conventionem per legatos Cantonum

Turegi anno 1609. factam, ac deinde ad arbitrium imparialium Cantonum de anno sequenti 1610. quæ quidem utraq; nuper per factum Præfidis Turgoviæ infracta fuerant, ipsosque Tigurinos coactos ad remedia extrema adhibenda. Arrestum illicò subeundum, mox ut conventio illa restituta, aut negotium arbitris illis de novo comissa foret. Responsum tamen etiam ex parte Thenaugiæ fuit; Concordiam illam inscijs planè Abbate et Conventu factam fuisse; Arbitros jurium Monasterij ignaros, quorum proinde Arbitrium. Ultim non solum ab Abbate sed etiam à quinque Cantonibus repudiatum. quamvis nec conventione nec arbitrio ritus Catholicus in Ecclesia Parochiali fuerit vetitus, cui cùm se opponerent Tigurini, jam ipso facto agnoscere nullius momenti concordata. Exercitium utriusq; religionis liberum in Ecclesia et in oppido nullam necessariam habere connexionem, maximè cùm posteriores controversiæ subjecta omnia jam esse desierint, novâ autem nullo jure introduci posse. denique cùm Abbas se ad respondendum Tigurinis opportunis locis obtulisset, nihilominus contra morem patriæ bona Monasterij magno cum damno hactenus detineri.

1613. Dies specialis indicitur.

Ad Initium sequentis anni decimi tertij Martellenses non solum decimas et census detinuerunt, sed etiam annuo conventu propria auctoritate celebrato die duodecima Januarij Præfectum Euralem nullo ex Monasterio præsente contra jus et consuetudinem elegerunt. unde Catholici Protectores in Conventu Tigurij ad finem ejusdem Mensis celebrato tanto vigore legatis Tigurinis Wolfio et Escherio institerunt, ut hi tandem cederent, sponderentque permissendos Monasterio proventus, mox ut se Abbas declaraverit, controversiam denuò jure aut amicè dirimendam. qua de re mentem Abbatis per expressum cùm indagasset Zurlaubius, intellexit, Abbatem jam

pridem

pridem ad id paratum fuisse. cum deinde oratores Tigurini domum retulissent, quæ Tugij contigerant, senatus undecima Februarij per Litteras ad reliquos Foederatos Monasterij advocatos directas specialem conferentiam hoc de negotio Tugij die undecima Martij celebrandam indixit. Copiam huius convocationis Lucernates die quinta eiusdem mensis fecerunt, monentes Abbatem, ut suos quoque Comissarios ad eum Conventum destinaret.

Convenientur oratores Tugij.

Convenêre indicta die hac de causa Tugij præcipui sex cantonum Legati: Et Pirrego Joannes Rudolphus Khan Consul, et Joannes Udalricus Wolf vicarij; Lucernâ Jacobus de Sonnenberg Prætor et vexilli militaris moderator, cum Henrico Cloos Senatore; Uraniâ Emanuel Keyser, et Conradus de Beroldingen Senatores; Schwitzio Henricus Reding, et Sebastianus Brüeller, Landamannus ille, hic prolandamañus; Subsylvaniâ Melchior im Feld, et Joannes Lussius, uterque Landamannus; Tegio Martinus Schmid Landamannus, et Conradus de Hurlauben vicarius. Ii prolixum recessum concluserunt, quô ex voto Abbatis ejus Ecclesiæ S. Nicolai civibus Rhenaugiæ Catholicis conceditur, quin tamen subtrahatur parochianis alterius religionis ex ditione Tigurina; quòd si expedire videretur, posse ipsam Ecclesiam cum cæmeterio interposito muro separari, ne ritus unius religionis alteri obsit; inde mittendos sine mora ex præsentibus legatis Rhenaugiam, qui adhibito Abbatis consilio et assensu, cuncta pacificè in ordinem redigant, tempus officiorum Cœnumq; disponant. proponantur in eo instrumento per extensum utriusque partis rationes; Catholici autem ingens gravamen per detentionem proventuum Monasterij causatum Tigurinis objicere non omiserunt, quo pax publica facile perturbari vestigijs terrentibus posset, addito monito, ut ad ejusmodi delicta lentius procederent. /:k:/

zur Lauben Pro Landamañus.

k.

/k/ dieweil solicher arrest den bünten und verträgen strax zuwider und endgegen.

Et Zhenaugia,

Excepti Zhenaugiæ die vigesima Martij commissarij ex Turego, Lucerna, Uraniaet Tugio, quæ exercitum utriusque Religionis in sæpè dicta Ecclesia consolidarunt: Urgentibus tamen Tigurinis cum parcem aliter inter utriusque Religionis Sectatores conservari non posse contenderent, ordinarunt, ut Ecclesia per murum, ab uno latere ad aliud erigendum, simul cum coemeterio dividatur, portis distinctis adjectis, ut quasi duæ Ecclesiæ ex una efficerentur. consensit utrunque Abbas sub conditione, si id Magistratibus ipsis Catholicis expediens duit necessarium videretur, ut saltem decimas cum censibus hactenus detentas ex territorio Tigurino nanciscerentur. Verum cum postea Abbas inutilem et inconvenientem eam separationem Cantonibus ostendisset, peractis hucusque sine ulla offensa diversis officijs, prout alibi in permixtæ Religionis locis fieri consuevit; demùm ad Tigurinos missi fuerunt Sonenbergius atque Zurlaubius, qui die tertia aprilis eos jam inclinatiores ad pacem reperierunt, promptiq erant ad cedendum in reliquis, dummodò pacis publicæ ac Religiosæ usus Zhenaugiæ admitteretur: at reluentibus mox laudatis oratoribus, atque opponentibus, fore hac ratione etiam beneficium Parochi in Martelen pro numero Catholicorum Zhenaugiensium, qui iuram simul Parochiam constituebant, dividendum juxta literam suprà dictæ pacis; cessèrotandem Tigurini, et proventibus Monasterio restitutis, quietè hactenus in choro S. Nicolai cultus divinus perseveravit.

Et finem controversiæ imponunt.

Udalricus resignat.

Gravissimo hoc perfunctus negotio Udalricus Abbas, mox paschalibus festis absolutis resumpsit propositum Abbatiale onus deponendi. quapropter Mandatum ad capitulares in Studijs dilingæ morantes direxit, quo præcipiebat, ut quantocius domum redirent resignationi interfuturi. Erant tunc ibi Eberhardus, Nicolaus, Michaël

et Benedictus; quorum primus Epistolam cum legisset, ut erat vir prudens, reliquos vehementer hortari cæpit, ut antequam viam carperent, rem ad Reverendissimum visitatorem Principem S. Galli deferre patrentur. Factum id per tele-rem nuntium, atque à visitatore rescriptum, satius esse, si diu inga remanerent, detenturum se Abbatem à tentatatoriis resignatione, vicemque futuriem de obedientia, quæ illi exhibenda fuisset. distulit, sed non destituit animum obfirmatum Udal-ricus, præstolatus interim ordinarium studiosorum edictum. quò cum annuo emenso curriculo reversi essent, mox eos cum reliquis Capitularibus in cœnaculum æstivum convocavit die decima octava mensis Julij, genibusque ante crucem flexis claves deposuit, hac terribili execratione adjuncta: Domine Deus! non sis mihi propitius in æternum, si amplius susceperò hoc officium. Exterriti Capitulares, cum nihil se contra effecturos prospicerent, P. Eberhardum, jam Presbyterum, et F. Wolfgangum ad S. Gallum destinarunt, qui visitatori, quæ acta erant, exponerent, peterentque, ne sine Pastore orphani relinquerentur. Annuit tandem Importunitati Abbatis Princeps, et se ad diem futuræ electioni præfixiclam vigesimam nonam Julij præsentem fore spopondit. Celsissimoque domino Episcopo, quæ agebantur, significata; qui principio quidem causatus, resignationem ad manus suas fieri debuisse, instanti tamen electioni acquievit.

Cæterum Abbas Udalricus cœptam à Geroldo reformationem disciplinæ regularis verbo et Exempla egregiè promovit, severus morum censor, sæpè Novitiorum Magistri, in absentia P. Prioris, cui illud onus incumbebat, officio functus, per explicationem S. Regulæ, instructionem in Monasticis officijs, et internam animi cultiram. Instituit ut deinceps non solùm vesperæ, sed et

us præclarè facta.

reliquæ omnes horæ Ecclesiasticæ diurnæ, imò in festis etiam nocturnæ laudes decantarentur, quæ aliàs de plano recitatæ tantùm fuerant. Duos integros ornatus pro officijs divinis Mediolano comparavit, unum albi coloris aureis floribus distinctum, alterum rubri, qui nuperin novam formam redactus vivido colore et soliditate recentes superat. Statuam B. V. Mariæ multo auro et argento, alijsque monilibus decoravit, spoliatam aliquandò à rapacibus hominibus, detecto tamen furto, et pro meritis puncto. Novam Abbatiæ structuram, à prædecessore captam, perficere adlaborauit Udalricus, dum interim in palatio separato habitavit. eam tecto impositò successori commendam reliquit. Sacellum tamen Abbatiale picturis undique exornari curavit, quibus et Altare Sumion in Basilica, arasque laterales cum alijs condecoravit. Œconomiæ nihilominùs solicitè providit, nec obstantibus expensis in gravibg controversijs, debita plura expunxit, varia particularia bona coëmit, nec ærarium vacuum successori comisit.

vita post resignationem.

In ipsa resignatione nihil prorsùs sibi reservavit, sed mox locum pristinum professionis inter Fratres nondum sacerdotes occupavit, parvam cellam in antiquo dormitorio sibi præeligens. Mansit octodecim annis in eodem ordine Udalricus, quoadusque Ernestus Scotus Nuntius Apostolicus tanti viri despicientiam non ferens, eum jussit post R. Priorem considere. disciplinæ nihilominùs indefessè invigilabat, monita suggerens tam visitatoribus quam Abbati, cuius subinitium regiminis quasi erat manus altera. Ferber virum modestissimum jam tum cum Solodori Archipresbyter esset, conspectum Mulierum instar pestis fugisse. vixit deinceps ut plurimum solitarius, raro inter conventuales, rarius inter secularis comparens. cibum strictim in cella stans, quin accumberet, sumebat; Missamque quotidie

Abbas II.

in æde Capitulari legit. cæterum nunquam otiosus, sed in evolvendis codicibus sugiter occupatus, notis libros quampluriores Ascetícos, Theologicos, historicos, totamque sacram Bibliam illustravit.

Neque verò resignatio dignitatis Abbatialis tædio gravissimorum laborum, quos subjerat, potiùs quam demissioni animi, atque solitariæ vitæ studio adscribenda est. Illis enim fortiter superatis, cum ano sequenti à Senatu Solodorensi missa legatione expeteretur in Abbatem jam per sæculum vacantis Monasterij Beinvilensis, adjectis amplissimis promissis, foret ut in ditione tandemque Catholica ad votum subsidia à Magistratu Nanciscerentur; reposuit ille humiliter: sibi munus admittendum non esse, à quo tanto cum labore fuisset liberatus. Agebat tunc ætatis annum quinquagesimum primum, substitutus autem à Solodorensibus illius Cœnobij administrator ex Monasterio Einsidlensi P. Gregorius Zchentner; quo deficiente post septennium Majori instantia urgere cæperunt Udalricum, nostrum, Abbatem jam expertum et probatum, præoptantes. Verum ille à proposito præelecta humilitatis immobilis, sibi præferri petijt Juniorem P. Ursum Buri, suaque Auctoritate effecit, ut titulo pariter Administratoris eum susciperent, casu non pœnitendo, ut qui restauratoris laudem promeruerit. Vixit privatus Udalricus noster Abbas resignatus adhuc sex ac viginti annis, emensoque anno sacerdotali Jubilæo pijssime obijt die decima septima Augusti anno 1639. Sepultus fuit apud reliquos confratres in choro S. Benedicti, nulla pro humili eius voto speciali inscriptione apposita. cui non nemo posterorum Abbati quondam optimè merito, hæc loco Epitaphij adscribenda pictavit.

Reve-

548.

Udalricus Abbas II.

Reverendissimus et Amplissimus
D. D. Udalricus Koch wilensis
Natus mundo 1662. ordine 1606.
Abbas Electus 1607. Designatus 1613.
obiit 17. Augusti 1639.
Intuere viator!
Vivum in Mortuo
Humilitatis Exemplar,
Qui ardentius honores fugit,
quàm quisque alius ambiit.
Nunc demùm regnat,
ubi minimi sunt maximi.

R. I. P. A.

Eberhardus III.
De Bernhausen.
Abbas L.

1613. Electio.

Successit Udalrico unus ex præstantioribus Cœnobij nostri Abbatibus, qui non minùs inter adversa conflictatus, nihilominùs tam disciplinam Monasticam, quàm rem familiarem, ad eum fermè splendorem, quem hactenùs retinuit, perduxisse videtur. Ad eius electionem, quæ contigit die vigesima nona Julij anno decimo tertio supra Millesimum et sexcentesimum non solùm advenêre visitatores Congregationis Abbates S. Galli et Murensis, sed etiam ab Episcopo submissi Vicarius Generalis Joannes Rasmann, et Doctor Dornsperger, qui, interposita tamen à P. Priore Mauritio protestatione, ad actum admissi. Testes fuêre P. Notkerus Bussi S. Galli, et P. Hieronymus Murensis, de rebus congregationis benè meritus. Electores seu Capitulares numerabantur sequentes.

R^mus D. Udalricus Abbas resignatus.
R. P. Mauritius Keser Prior.
P. Joannes Conradus à Mandach.
P. Eberhardus à Bernhausen.
P. Wolfgangus Stechelin à Stokburg.
F. Joannes Jacobus Keller.
F. Fintanus Kolin.
F. Petrus Wolflin.
F. Nicolaus Fortman.
F. Michaël Renner.
F. Benedictus Aderlin.
F. Gabriel Hefsi.
F. Ursus Buri.

Electus ab his fuit per viam scrutinij mixti, R. P. Eberhardus à Bernhausen, qui tunc annum ætatis agebat vigesimum nonum, Professionis undecimum, sacerdotij quintum, eâque morum gravitate, pietate ac scientiâ præditus, ut ab universitate Dilingana doctoratûs laurea, tum ex theologia, quam jure Canonico dignus haberetur. Nobilissima eig familia Prasvos numerat ab undecimo usque sæculo publicis monumentis claros. /a/ fuit autem mox facta electione à visitatoribus consueta solemnitate in templum et Abbatiam introductus. a.

/a/ Bucel. stematographia const. pag. 12. et eiusdem stematis parte tertia pag. 14.

Eberhardus III.

Adventus Ducis Bavariæ.

Lætitiam huius diei plurimùm adauxit inopinatus adventus Serenissimi Ducis Bavariæ Guilielmi, qui tunc cum filia Magdalena piam peregrinationem peragebat ad Beatissimam virginem Eremitanam. Habito inter Abbates consilio, solemni pompa exceptus fuit, processionaliter accurrente conventu cum hospitibus, et jam altera vice personante in templo hymno Te Deum Laudamus. Præcipui hospites cum Duce in aula picta cænarunt: At Magdalena cum pedissequis in gineceo mulierum. Erat hæc paulò ante desponsata Wolfgango Wilhelmo Principi Neoburgico, qui invitis parentibus suis ingenti Ecclesiæ proventu fidem Catholicam amplexus est. At Guilielmus Senior Dux Bavariæ memor accepti olim à Theobaldo Abbate nostro libri precatorij Manuscripti Caroli Calvi Imperatoris, ut denuò gratum animum contestaretur, domum reversus picturam remisit Transfigurationis Domini arte præstantem, quam in altari Summo Ecclesiæ S. Nicolai, adjunctis insignijs domus Bavaricæ, periti adhuc mirantur. quin et pro memhosino Abbati Neo-electo nummisma aureum mitti curavit per Jacobum Burchart consiliarium et Archiatrum suum, qui monuit, donum parvum, magni tamen æstimandum, quòd à manu tam pij Principis prodiret.

Confirmatio. Benedictio.

Prima Eberhardi cura fuit, ut Electionem suam Federatis Protectoribus significaret. quapropter deputatos huius rei peritos destinavit P. Mauritium Priorem et Præfectum Wagnerum, qui præstitis præstandis à singulis septem Cantonibus litteras patentes obtinuerunt, quibus Abbati dignitatem gratulantur, et spondent protectionem. Confirmatio Episcopalis signata die vigesima sexta Augusti, ubi nomine annatarum sexcenti storeni contra veterem morem denuò exacti, et ad Instantiam Abbatis centum duntaxat remissi. Inauguratio solemnis post biduum Rhenaugiæ insequente per Reverendissimum Dominum Jacobum Mergelium suffraganeum constantiensem, assistentibus Reverendissimis Abbatibus Murensi et Fischingensi. Sequenti die vigesima nona Augusti per dictum Dominum

Episcopum

Episcopum consecratum fuit. Sacellum aulicum cum Udalrico Abbate vix perfectum in Domo Abbatiali nondum consumata; in cuius Instrumento Benedictio Abbatialis prædicta memoratur.

Figurini Religionis libertatem quærunt.

Inter hæc in ordinarijs Fœderatorum Comitijs Consul Figurinus nomine Magistratus sui per modum Gravaminis proposuit: mirari se, quòd in publicis fœderatorum actis, et antè acti anni recessu de die vigesima sexta Martij legatur: utriusque Religionis Exercitium in Ecclesia S. Nicolai Rhenaugiæ liberum esse deberet, sine mentione, quòd eadem libertas in oppido quoque concedenda sit. Id verò repugnare intentioni Senatûs Figurini, et conventionibus jam pridem factis. Nullus tunc Rhenaugiæ non catholicus civis erat, unde haud obscurè perspiciebatur, suæ Religionis homines Rhenaugiæ obtrusos, licèt alterius planè territorij essent, quod hactenus inauditum atque inusitatum erat. Iquapropter haud immeritò mirati Catholicorum Cantonum oratores per Sonnenbergium Prætorem Lucernensem responderunt: inexpectatam illis hanc propositionem esse, qui putarint totam hanc litem in congressibus Tugij et Rhenaugiæ haud pridem habitis sopitam, atque terminatam fuisse; esse igitur causam hanc denuò ad Magistratus suos deferendam. Instante nihilominùs Consule Figurino, ut Fœderati Imparitiales, qui non haberent partem Protectionis in Rhenaugiam quemadmodum olim, ita et modò in præsenti causa arbitri adhiberentur; hi instanter partes monuerunt, ut cum Abbate Rhenaugiensi pacificè controversiam componere satagerent; secùs rem totam ad suum arbitrium remitterent. Significata nova Figurinorum prætensio Abbati Eberhardo fuit, qui adhibito suorum consilio, sine aperta judicium Monasterij infractione in hac re Figurinis deferri non posse ratus, causam etiam atque etiam Catholicis Cantonibus comendavit. interposuit quoque officia sua Excellentissimus Dominus Nuntius Apostolicus Catholg Archi-Episcopus Averranus, qui Epistola ad Abbatem nostrum data die decima Sexta Septembris præsenti anno decimo tertio testatus est, Catholicos optimè Justitiæ causam agnovisse, atque omnem operam pro defenden-

dis

-dis Monasterij Juribus spopondisse. ut verò
securissimè procederet, Eberhardus Abbas
ipsemet anno sequenti ad diem decimam Sextã
Julij cum P. Priore Mauritio Lucernam se con-
tulit, atque apud Catholicos ibi congregatos
effecit, ut cõmuni nomine die trigesima pri-
ma eiusdem mensis data ad Figurinos Epistо-
la rationibus demonstrarent, ulterius in hac
re cedendum non esse Abbati, qui paratus
sit ipsi Figurino Magistratui causæ suæ
justitiam pluribus ostendere, de cuius æqui-
tate perpensis momentis nullus dubitaret.
dilata interim causa ad sequentem annum.
Interim hoc anno die nona Julij Zhenaugiæ
convenêre Reverendissimi Abbates Congrega-
tionis nostræ, atque Eberhardum in Religio-
sum numerum more solito cooptarunt. Sub-
sequuta quoque festivitate Regularis Musi-
ca, quam vocant figuralem, hoc tempore in
chorum nostrum introduci cœpta; cùm jam
extent monita, ne ob eam divina officia nimi-
um protrahantur: ad quorum tamen Ma-
jestatem amplificandam Abbas Eberhardus
Silingâ Clericum conduxit, qui cæremonias
ritu Romano ordinaret.

1615. Protestante Abbate cum Catholicis Cantonibg.

Anno decimo quinto cùm Senatus Fi-
gurinus insisteret, ut causa Religionis Zhe-
naugiæ Impartialibus arbitris committere-
tur, aderant in Comitijs ordinarijs Badenæ
submissi ab Abbate Prior et Præfectus;
qui de consilio Catholicorum Cantonum con-
senserunt, ut causa relinqueretur cæteris
Fœderatorum Legatis, pari utriusque Reli-
gionis numero, non quidem judicialiter et
decretoriè, sed amicabiliter decidenda. qua
tamen cautela prætermissa Major evasit
protestantium Arbitrorum numerus, ad-
jecto quoque Legato Abbatis cellano, quem
vocant von dem äußeren Roden. Utaque
in favorem Figurinorum pronuntiatum:
Libertatem utriusque Religionis in oppido
quoque Zhenaugiæ esse concedendam. Ar-
bitrium istud non solùm non acceptarunt
nostri deputati, sed etiam oratores Catholi-
corum Cantonum unanimiter contra pro-
testati sunt, illorumque protestatio inserta
et annexa ipsi Arbitrio fuit /6/ Gratias

6. nimirum

/6/ was aber die handlung antreffe, habend
sy dieselbe noch nit für ußgemacht, ihr ver-

-stand

nimirum agunt Arbitris pro labore suscepto, cæterum causam per eorum declarationem non agnoscunt terminatam; cum illorum intentis non nisi in arbitros numero pares utriusque Religionis sese extenderit; nec proinde illis imputandum, quod pronuntiatum Arbitrorum respuant, quod amplecti vetet facultas à propriis Magistratibus concessa, quibus hæc ipsa agitata fideliter relatuli sint. /c/ c.

Causa suspenditur

Vix Abbas per suos deputatos actorum certior est redditus, cum à Reverendissimo domino Ludovico Comite de Sarego Episcopo Adriæ, qui Carolo in Munere Apostolici Nuntij successerat, imò à tota Congregatione religiosorum Abbatum, auxilium sibi adhibendum petavit, qui litteris Comendatitijs causam, ut videbatur, justissimam Catholicis Cantonibus demonstrare non distulerunt. Missi quoque ab Abbate Mense Augusto Lucernam Prior Mauritius, et P. Wolfgangus Senatûs consultum obtinuerunt, quo decernebatur, ut Religiosi Cantones monerentur, quatenus nomine omnium Magistratus Tigurinus inducerentur, ad committendam denuò causam æqualibus ex utraque Religione Arbitris, pro decisione rectimata ac decretoria. Contulerunt se deputati nostri etiam Subsylvaniam, ubi ab utriusque partes Magistratu decretum impetrarunt, quo negebatur oppida Rhenaugiæ subesse Comuni Religionis pacto, non obstantibus ijs, quæ nuper Badenæ actæ fuerant. clarius rem expressit in suo decreto Senatus Tugiensis die vigesima Secunda Augusti: /d/ posse neminem Abbatem Rhenaugiæ d.

-stand Sye anderst nit gfin, dan das dis Ihre glichen Sätzen beschehen solte; wolles dishalb die Sach nit ferner disputieren; das aber Sy dise Lütterung nit annemen kendend, welle man ihn das nit zu unguten usnemen, da Sy nit mehr gemächtiget; jedoch wellend Sy dä ganze handlung in abschid nemen an ihr altfitz Gnädige herren und oberen.

/c/ Hotting. Hist. Eccles. præter alia menda adhuc annum omittit protestationem adjectam cum Religuis.

/d/ Das herr Prælat und herr zu Rhinau wolle möge und könne seine underthanen daselbst / wie es aller billikeit gemäs. / bey

giæ, cum sit oppidi absolutus Dominus, subditos suos in sua religione continere; neque ulli alteri competere potestatem, intrudendi oppido civem aliquem extraneum aut incolam, nisi qui ab Abbate admissus et susceptus fuerit. invigilandum proinde tam Abbati quam toti Conventui, ne ullus unquam admittatur, per quem vera religio Catholica periclitari possit. Cæterum intercedentibus alijs turbis atq; negotijs tam inter Cantones, quam inter ejusdem monasteria, causa hæc sequentibus annis nota quidem subinde, sed terminata non fuit, quousque occasione data post decennium tandem feliciter confecta est. Eodem anno mense Julio sua præsentia Rhenaugiam dignatus est Serenissimus Princeps Maximilianus, supra Laudati Ducis Bavariæ Guilielmi filius è thermis Badensibus redux cum lectissima sua Conjuge, pro sua dignitate exceptus, qui postmodum bellica virtute contra protestantes adeò inclaruit plurimum.

1616. Parochia Rhenaugiæ Regularis.

Anno decimo sexto præsentis sæculi Eberhardus Abbas pertæsus Continuam mutationem vicariorum, qui singulis fermè annis Parochialia Rhenaugiæ regentes obibant, id muneris deinceps per religiosum exercendum constituit, denominavitque primum Parochum R: P: Placidum Kübler, qui antehac Sacerdos sæcularis cum esset, dictum officium Laudabiliter expleverat; unde promotus ad Parochiam Rheinheimensem, ac deinde ad Præposituram in Wolfegg, haud pridem Monachū induerat. Is populum magno zelo ad cultum divinum, devotionem erga Deiparam et assiduam exomologesin instruxisse Laudatur. Conventus Abbatum nostræ Congregationis hoc anno celebrari non potuit, ob tumultus bellicos

---

bey seiner religion, als desselben orths Abgesonderter Dominus, handhaben; das auch keiner darzu einen burger oder ingesessen wöter nit kan oder mag insitzen, oder ingesetzt werden, dirselbe werde dan zu vor ime herren Prælaten fürgestellt, und von ihme uf und angenomen; es werde er herr Prælat und ein ganz Convent also ein ernstlich uffsehen halten, das da ferners jemandts, durch den einiche gefahr unser wahren Catholischen religion halber zu besorgen. + nit werde a nomen non ing

Bellicos in Helvetia exortos, collisis inter se Foederatis, diem Dux Sabaudiæ ab Hispanis impeteretur. Infesta quoque arma personabant inter Ferdinandum Archiducem Austriæ et venetos propter forum Julij. In vicina nobis Leggovia Comes Ludovicus de Sulz militem conscripsit pro servitijs Regis Hispaniæ contra Ducem Sabaudiæ. valedixit perhumaniter Comes Rhenaugiæ pransus cum conventualibus, ductóque in Italiam milite, in obsidione Ver-
1617. cellæ sequenti anno ex hac vita decessit, relicto filio hærede Alvico Comite. Vercella capta, sed postmodum Sabaudo restituta. Habita muris Congregatio anno decimo septimo, ubi octavum Monasterium dissertinense cum Abbate et Principe reliquis aggregatum. Eodem anno alter Illustrissimus Comes de Fürstenberg Joachimus Alvicus, cum recuperandæ sanitatis gratia Schaffhusij moraretur, assistentibus nostris supremum diem oppetijt, cujus intestina Rhenaugiæ sepulta sunt; regijs humanissimas gratias Litteris datis Majestas parens pro officijs morienti ac mortuo impensis. Idem denique annus Abbati quoque nostro Eberhardo infaustus fuit, cum dextram equitans, recalcitrante servi equo, crure fracto, in domum quidem Parochialem delatus est, sed nondum solidè curato pede cum mora impatiens lecticâ in Monasterium obviante toto conventu revectus fuisset, recruduit fractura, adeò ut ex integro nunquam convalesceret, quamvis multis balneis domi foríque usus, ac perpetuo pede claudicaret, qui nunquam affectibus recto tramite vijus est deviasse.

1618. Anno nihilominus sequenti decimo octavo voluit Abbas noster Eberhardus proficisci in oppidum Engen, à reverendis patribus capucinis exoratus, proponendo solemniter in Pontificalibus primo lapide futuri Monasterij; |e| cujus ædificandi gratiam ab Illustrissimo Domino Maximiliano Comite de Pappenheim, licèt literarâ obtinuerunt. Intervenit quoque Conventui Abbatum die decima sexta Maij Fischingæ habito, ubi pro Majori uniformitate præsertim in Cantu decretum ut aliquis religiosus peritus è S. Gallo ad singula Monasteria mitteretur; qui fuit R. P. Congregatio. Magnus Brüllisauer cum literis patentibus

|e| Historia Provinciæ suevicæ Capucin. pag. 103.

singula Monasteria perlustrans. Is die vigesima octava Julij venit Zhenaugiam, quam in relatione sua Abbatibus in scripto facta præ alijs Monasterijs laudavit quoad exactam ordinis observantiam. Eodem anno cum ædificium aula Abbatialis quoad interiora quaqs perfectum esset, Eberhardus relicto Palatio seu cancellaria illinc habitare cæpit, cuius scutum Gentilitium in scala lapidea alijsque locis visitur. Migravit quoque Schaffhusiõ Zhenaugiam Prænobilis Dominus Philippus à Waldkirch cum uxore totaque familia sua, ad alios eiusdem Gentis, qui jam Zhenaugiæ habitabant. Exactus ille fuit Schaffhusiõ agente Prædicante Löchlin ob conservatam hactenus fidem Catholicam, quam à Majoribus acceperat. Habebat filium Georgium Christophorum, qui ex lectissima Conjuge Anna Göldlin de Tiefenau jam duos filios susceperat, quorum alter Philippi nomen in Baptismo impositum commutavit postea per professionem Monasticam in nomen Sylvestri. Præter waldkirchios tunc habitabant Zhenaugiæ Nobiles familiæ in plures ramos divisæ de Greuth, de Wellenberg, de Roter, et de Freyburg. Hoc tempore acta cancellariæ exhibent disquisitiones sagarum, quarum quinque Zhenaugiæ ultimo ignis supplicio affectæ. Ad eundem annum decimum octavum refertur initium triceñalis belli, quo tota Germania, et vicinia quoque nostra miserè conflagravit. Bohemi primos motus excitarunt, quando Pragæ tres comissarios Cæsareos ex fenestris arcis Eazin in profundam fossam dejecerunt, qui tamen incolumes non sine Numinis beneficio evasêre. Hæc postea sæpè Patribus nostris referre consueverat Joannes Sereta de Zavorzic Medicus ordinarius qui Juvenis hussi Sectâ imbutus illi tumultui cum præsens fuisset, solum vertere coactus, primùm Basileæ, deinde Schaffhusij consedit, ob præstantiam medicæ artis æstimatissimus.

1619. Exarsit amplius belli fama, cùm ad initium anni sequentis mortuo Mathia Cæsare electus est Ferdinandus II. cui licèt homagium jam præstitissent Bohemi, illi Nihilominus Regem elegerunt Fridericum Electorem Comitem Palatinum, Jacobi Regis Angliæ Generum. verùm anno vi-

-gesimo

1620. -gesimo per Maximilianum Ducem Bavariæ Friderico profligato atque + proscripto, Prin- + Imperatoris auctoritate
-di motus. -cipes Protestantes per Germaniam in unionem adversùs Cæsarem coïere, advocato etiam in auxilium Varia Rege, donec per Catholicorū ligam, ùt vocarent, cæsarisque arma ad officium revocarentur, post aliquod tempus ijs intervallum priores turbas imò graviores excitaturi. referuntur in monumentis nostris duo viri Nobiles Joannes Georgius à Freÿburg, et Hieronymus de Wellenberg cum quatuor Rhenaugiæ civibus occubuisse. verùm nec Helvetiæ hoc anno à tumultibus domesticis libera. cum enim protestantium dogmata in vallem Tellinam, aliàs Rhætis subjectam, licentiùs serperent, ut etiam Nicolaum de Ruffa venerabilem senem septuagenarium, Sondriÿ Archipresbyterum, ex eadem familia, quæ nuper Abbas noster Bernardus XI. prodiit, ad mortem usque equuleo torsissent, corpore eius inter Maleficos abjecto, de quo nihilominùs paulò post particula obtigit Rhenaugiæ; Catholicæ fidei pristinæ omnimodam jacturam timentes corripuêre arma, atque trucidatis nonnullis, reliquos ex valle expulerunt die vigesima Sexta Julÿ præsentis anni. Jam Foederati Helvetÿ pro suis quique partibus studÿs auxilia submisissent, Bernates à Catholicis, cum Duce Nicolao de Müllinen, apud oppidum Tiran apud Vallis Tellinæ ceduntur. Has inter turbas cum in Superiori Rhætia, maximè ab incolis Breitigovia, castrum [f] Cazins ditionis Austriacæ Svarjum fecisset, Archidux Leopoldus tum sua tum religionis jura vindicare constituit. Missus ea propter cum Copÿs Tribunus militum Baldrion prater Majenfeld etiam caput regionis Curiam occupavit, atque Catholicam fidem restituere nisus, Capucinos Missionarios introduxit; quâ occasione S. Fidelis Guardianus Feldkirchÿ die vigesima quarta Aprilis eodem anno Seevisÿ in Breitigovia fustibus mactatus. verùm cum Grisones Helvetiorum, præsertim protestantium, auxilÿs suffulti hac ex parte feliciori Marte Austriacos pepulissent, Cæsar cum Archiduce Leopoldo mandata dedit Alvico Comiti de Fuld, ut novum Militem conscriberet, cui inter Nobiles Rhenaugiæ nomina dederunt f.

[f] Stettler pag. 520.

Christophorus et Joannes Theobaldus de Freyburg, Joannes Jacobus de Zoler, Petrus Andreas de Greüth, Christophorus, Bonaventura et Jacobus de Wellenberg.

Inter hos belli motus cum nulla hoc anno nec Congregatio, nec visitatio celebrari potuisset, proficuum visitatores Epistolam Encicli-
cam ad Monasteria et Religiosos dederunt quâ eos ad solidam pietatem et observantiam Regularem hortarunt. Verum haec omissio occasionem præbuit Reverendissimo Joanni Ja-
cobo Episcopo constantiensi, ut proximo anno
1621. visitatio Episcopalis recusatur. mense Aprili destinaret Leonardum Hamerer SS. Theologiæ Doctorem, et Joannem Andream Dorenspurger Juris utriusque Doctorem, Eccle-
siæ Cathedralis Canonicos cum mandato ut cuncta Monasteria, non exempta visitarent. Petijt instanter dilectionem Abbas, Demon-
strans Regulares visitationes solerter singulis annis institutas fuisse à tempore, quâ Monasterium Congregationi aggregatum fuit, excepto superiori anno, quo ob belli tumultus, et altero huius seculi undecimo, quo ob sævientem pestem institui non potuit. Cessare tandem ægrè doctores; Abbas verò noster re comunicata effecit, ut die vigesima prima Junij omnes Reliqui Abbates congre-
gationem Chenaugiæ celebrarent. In hac statutum, ut defuncti Monachi à Prioribus Monasteriorum pro suffragijs significentur, utque pro Majori uniformitate introducendi quidam ex Monasterijs Einsidlensi Mu-
rensi et Chenaugiensi ad S. Gallum mitte-
rentur. Missus fuit ex parte nostra P. Wolfgangus. Visitationem Episcopalem quod attinet Legatus à Reliquis Patribus Eberhar-
dus noster fuit, ut nomine Reliquorum Abbatem, invictum Monasterij Murensis Priorem Reverendissimum Episcopum adiret; quod et fecit, supplicatione proposita, ut à pro-
posito desistere dignaretur, ne discordia ex diversis visitatoribus tam Regularibus quam Sæcularibus enasci solita reverenter con-
testatus, in omnibus de Jure debitis Episco-
po subjectos fore Abbates, ne exclusa qui-
dem visitatione extraordinaria, si nempe visitatores Regulares aut nolint, aut non possint muneri suo satisfacere.

Indignante Episcopo. Dissimulavit tunc responsionem Episcopus, sed mox factis

ipsis

ipsis animum in nos concitatum ostendit; Nam Vicarijs Sæcularibus in Parochijs Monasterio incorporatis investituram impertiendam esse decrevit. Misit quidem Abbas duos Conventuales ad Joannem Hufman Vicarium Generalem, obtendendo longam consuetudinem, adeoque præscriptionem, quâ jugiter ad nutum amovibiles habebantur vicarij. At nostris ab Hufmanno malè
1622. excepti, ac sequenti anno die quarta Junij primulo investitus fuit Erzinge Jacobus Heidenberger, utique non invitus, nox dominus Stefer vicarius in Jestetten, cui hujus concitator egregius, ac denique reliqui omnes in Bühl, Rheinheim et Bilterfurt, inscio Monasterio et ne quidem monito. Nihil profuit protestatio interposita, nihil comendatio foederatorum, nihil denique recursus ad Sanctum Apostolicum, qui spem aliquam fecerat, dum non solum jus patronatus, sed etiam incorporationis, ac denique possessionis antenatæ demonstrata fuisset.

Exemptio à Jurisdictione Episcopali.

Eodem tempore supra dicti visitatores Episcopales cum gratiosiori mandato ab Episcopo in Helvetiam remissi, ut Monasterio-rum visitationes nulla interposita mora nullisque ex obtenta dilatione festinarent. Cum hi Lucernâ Engelbergam mandatum exequuturi contenderent, vice à Sanctæ Apostolico cohiberi potuêre, confestim ex Monasterio Murensi per Priorem et Subpriorem allato diplomate Ladislai de Aquino olim legati, quo exemptio à visitatione Episcopali congregationi concessa est, sed hactenus productum non fuerat. Hoc ipso enim tempore instanter supplicavit Congregatio apud Summum Pontificem Gregorium XV. ut illud suprema sua Auctoritate corroborare dignaretur. Implorati quoque in hunc finem Fœderati Catholici, comendatitias suas Romam destinarunt. Res ex voto cessit, imò Gregorius Papa omnem expectationem sua clementia ac providentiâ superavit; Nam brevi Apostolico dato die vigesima secunda Maij præsentis anni vigesimi secundi totam congregationem nostram in perpetuum exemit ab omni, ut inquit, Jurisdictione, visitatione, correctione, ac Superioritate quorumcunque ordinariorum. Itaque Episcopus malis usus consilijs totum amisit, dum nimium quæsivit. Nam præter S. Gallum,

et Einsidlense Monasterium, quæ antea jam exempta erant, ipsius Iurisdictioni subducta simul sunt quatuor reliqua Monasteria, Murense, Thenaugiense, Fischingense, et Engelbergense; reliqua enim duo Filiariense et disertinense non in Constantiensi, sed in Curiensi Diœcesi sita sunt. Eodem anno Congregatio Venerandissimorum Patrum in Monasterio Murensi celebrata est, et visitatio annua Thenaugiæ sedulò continuata.

R. P. Ursus Administrator Beinwilæ postulatus.

Eodem anno Magistratus Solodorensis de restauranda Abbatia Beinwilensi solicitus, quæ jam à tempore belli Suevo-Helvetici, anno videlicet 1499. in cuetia jacuerat, secunda vice resignatam Abbatem nostrum Udalricum magnis precibus urgere cœpit, ut Regimen illius Monasterij olim florentissimi cum dignitate Abbatiali in se reciperet. At ille in proposito dilectæ solitudinis, humilitatisque affirmatus constanter onus illud rejecit. Ne tamen laudatissimum Zelum Solodorensium omninò frustraretur, consilium suggessit, Venerandum Patrem nostrum Ursum Buri patriâ Solodorensem, qui tum munus Parochi Thenaugiæ obibat, Administratorem illi Cœnobio præficiendi, quò nomine jam aliqui ex aliis Monasterijs, sed modico cum proventu decessérant. Acquievêre monitis Solodorenses. Memoratumque P. Ursum ab Abbate nostro Eberhardo, de visitatoribus congregationis postulárunt. Visitatione igitur celebrata Thenaugiæ Mense Septembri mandatum accepit P. Ursus, ut cum P. Romano à Laufen Beinwilam se conferret. Deductus à suis reliquæ à P. Priore Mauritio, Solodori cum gaudio exceptus, atque die vigesima quarta eiusdem mensis Beinwilam introductus. Patet verò Ursus susceptam administrationem tam in temporalibus quàm Spiritualibus adeò feliciter peregit, ut Restauratoris Laudem meritò fuerit consequutus. Adiutores porrò eius, præter laudatum P. Romanum, quinque alij ex nostris fuerunt, Nempe P. Joannes Conradus à Mandach, P. Petrus Wölflin, P. Blasius Crederer, P. Bernardus à Freyburg, et P. Anselmus Wickart, qui successivè alternantibus vicibus Beinwilam missi, cum Septem Novitijs ibi à P. Urso susceptis Monasticum

ordinem restituerunt, atque consolidârunt, ad hanc usque diem cum magnâ laude perdurârunt.

Inter hæc arma collisa in Imperio personabant, partes Friderici Palatini adjuvantibus Christiano Brunsvicensi, Ernesto e Mansfeldio, et Georgio Friderico Marggravio Durlacensi, quæ postremus à Ferdinando II. ideò principatâ mulctatus, cedere coactus est Wilhelmo Badensi: Moneta materiæ vilissimæ à tumultuantibus percussa boni metalli solitas pretiò in immensum adauxit, ut tallerus Imperialis decem et amplioribus florenis æstimaretur. Ea res animum adjecit Alvico Comiti de Helz, qui bello Rhætico ab Austriaca domo præfectus erat, jus cudendæ monetæ Monasterio nostro Rhenaugiensi proprium usurpandi. Egerat is in diplomatibus Cæsareis, subreptitiè quondam obtentis Monetam Rhenaugiæ et Lauffenburgæ. quapropter die undecima Martij præfectis anni vigesimi secundi negotium dedit Pappenheimio Landgravio Stülingæ, ut in Firmalingen Stationis Comitio de vualdburg nummis noviter cudendis insignia Monasterij Rhenaugiensis cum effigie Patroni imprimi curaret. Prostat in diversis ejusmodi monetis Salmonis nostri curvi Ectipon, ex parte verò adversa Juvenis quidam imberbis, cum limbo, mitra et pluviali, quem quisque Sanctum alicujus Episcopum crederet, nisi adjecti Characteres S. Fintanum designarent. vix monstra hæc ad manus Abbatis nostri Eberhardi pervenêre, cum ille adhibito Capituli consensu protestationem per notarium publicum Comiti denuntiari curavit, qua declaratur insignia Monasterij contra jus Gentium ab eo usurpata, atque privilegijs Imperialibus vim fuisse illatam. Cum Abbas similia perscripsisset ad Maximilianum de Pappenheim, hic die trigesima Julij rogavit, ut ad diem quartam Augusti quendam ex suis in oppidum Engen deputaret, quò venturus esset Comes de Helz militem ex Alsatia in Rhætiam ducturus. deputatis perhuman iter excepit. Cæterùm Alvicus, quod faceret, experiri legio Sigismundi Cæsaris de anno 1430. se fecisse respondit, confirmato postea

us cudendæ
netæ usurpa-
m à Comite
de Helz.

Eberhardus III.

à Friderico III. anno 1471. ac novissimè à Mathia anno 1613. cum nihilominùs Juribus Monasterij nihil derogatum vellet, mandata datarium officiali, suo Jestetta, in cuius arce cum Conjuge Catharina de Cobenzwitz domicilium fixerat, ut Abbati ad videndum traderet consilium facultatis Juridicæ, quod nuper Friburgi Brisgoviæ constitutum fuerat, unacum instrumento contractus cum Fuchsesia Actione monetæ cudendæ initi.

Profectus in Rhætiam Alvicus occupata Brettigovia victricibus armis compulit Rhætos, [g] ut Mense Septembri, Lindaviæ conventu habito, conditiones pacis Austriæ ac Regi Catholico faventes admitterent. Ad eum conventum præsentibus Helvetiorum oratoribus destinavit Abbas R. P. Nicolaum Fortmann cum Præfecto Wagnero, qui à prædictis oratoribus dehortatorias ad Alvicum impetrarent. Consul quoque Figurinus ab Eberhardo imploratus per literas prætorem Lucernensem Lindaviæ existentem die vigesima tertia Septembris commonuit, ut Comitem ab huiusmodi usurpatione jurium Monasterij absterreret. Tandem Comes Lindaviam appulsus Helvetijs respondit, sibi integrum non esse, feudis Imperialibus renuntiare, neque per non usum hactenus illud privilegium amissum fuisse: Cæterum privilegijs Monasterij nec per se, nec per alium præjudicium creari posse rum, eo etiam ex capite, quod à Majoribus accepta protectio, atque defensio Rhenaugiæ sibi competat. Data hæc responsio die vigesima septima eiusdem Mensis Septembris.

Cui registit Abbas.

1623. Et à proposito revocat.

Sequenti anno vigesimo tertio cum Alvicus Comes, Coactis ad homagium præstandum Brettigoviæ incolis, [k] reduxerat per k. oppidum

---

[g] Merkius scriptor Cœvus in chron. Episc. Const: pag. 379. ubi translationem corporis S. Fidelis M. tunc factam describit. Hottinger hist. Eccl. to. III. pag. 1031. Österreich hat den Brandreren ein Pimisches heer under alwig Graff von Sulz über den hals geschickt.

[k] Hotting. ad an. 1623. die von Graff Alwig mit 2000. zu fues, und 500. reitern umzingte Brettigauer müsten den österreicheren schweren.

oppidum Stokach transiturus esset, ablegavit Abbas R. P. Michaelem Tennenbacum Praefecto Wagner, qui privilegia Monasterij, praesertim Bullam aeream Friderici II. de anno 1214. quâ Jus movetur Monasterio concessa verbis tribuitur, ob oculos poneret. Ad inductum oppositum Sigismundi Caesaris respondent nostri deputati, illo pendente lite, nec audita altera parte, sub- et obreptitiè impetratum fuisse, eâdemque mox solemniter coram Alberto Duce Austriae anno 1414. contradictum, quorum dictorum transumpta Comiti ostensa. denique mirum cunctis videri, quòd Comes in literis ad Foederatos Advocatiam Ebrauugiensem sibi arrogasse videretur. Respondit Ulricus, se Ratisbonae, quâ iturus erat, negotium Monetae Caesari propositurum: Advocatiam verò Monasterij non curare, neque illam repetere; scribam illius Epistolae sibem acusset, sibi porrò liberum non esse, ut fratri suo in juribus familiae detrimentum inferat, quod non ignoret duo eius rei monumenta in arce Kützenbergia asservari. Ad quae nostri licèt forsasse alio monumentis continentur, quendam Abbatem Coactum Advocatiam Comitum de Sulz admisisse, id tamen Successoribus fraudi minimè esse posse, qui privilegium liberè eligendi advocatum nunquam abjecerunt, sed contra data occasione longius eo usi sunt. de Jure cudendi Monetam adjecere deputati nostri: quandoquidem in ijsdem pratensis Caesarum indultis non solùm Ehenaugia, sed et Kaussenberga exprimatur, non propterea passuros Principes Austriae, ut jus Monetae aut Gladij, ibidem à Comitibus de Sulz exerceatur. Altero mane melius dispositus comes deputatis declaravit, se prorsùs ab utroque Articulo desistere; scripturum se propediem ad affinem suum Comitem de Scheer, ut in numis deinceps insignia Monasterij in Sulzensia mutari curet; Fratri quoque suo Ratisbonae vehementer suasurum, ut ab utroque abstineat, neque Monasterio his de rebus ulteriora molestiam inferat.

Interea Lappenheimius officinam monetariam Abbati nostro obtulerat, ut Nomine Monasterij ibi monetae cuderentur: At verò Abbas gratijs actis respondit, id nondum rebus suis conducere visum. Reduc

Eatisbonâ Alvicus Comes, atque in Thetiam profecturus, denuò â nostris deprecatis conventus fuit, ut eius animum Fratris quæ explorarent. de quo ne dubitarent hostri illis tradidit Litteras ad Truchsessium mittendas; quæ mora aliqua interjecta ob expensas ab Alvico repetendas, sicâ nihil referre rescripsit die vigesima Julij, circumscriptæ Eclipsin numi exprimere debeant. Tandem total controversia finita per litteras â Comite de Sulz datas die trigesima Augusti, quibus significat, rebus cum + Waldburgio compositis, jam deinceps nullum nummum sua Archiepiscopatu prodeturum cum scuto Rhenaugiensi, aut effigie Patroni S. Fintani. Reperiunt inter alios Rhenaugienses nummos in Museo nostro diversi generis, loquè dicti, exigui quidem pretij, sed testes perpetui Monetæ juris, non tam pro comitibus de Sulz quam pro Monasterio nostro Rhenaugiensi, quo hactenus sine controversia utitur.

+ Truchsessio de Waldburg

Eodem anno Congregatione ab Helvetiæ Abbatibus in Monasterio Einsidlensi celebrata, Excellentissimus dominus Alexander Sappius Nientius Apostolicus Episcopus Campanensis, salutaria monita per litteras suggessit. Anno verò sequenti vigesimo quarto in Monasterio S. Galli die vigesima nona Junij in Conventu Patrum, ex Commissione Cardinalium Congregationis de propaganda fide, Adsessatus dominus Nientius ipse comparuit, ob negotia quædam præcipuè Monasteria Fabariense et Dispertiense concernentia. Concessus fuit huic postremo noster R. P. Gabriel Hesse, qui per duos annos officium Subpriorisibi fungebatur. Administrator Beinwilensis noster R. P. Ursus Buri supplicèter expetijt, ut Benacium Monasterio suo congregationi unirectur; cuius tamen postulatum ob quasdam difficultates jurisdictionem tam temporalem quam spiritualem concernentes in aliud tempus dilatum. Denique memoratus dominus Nientius opportunè jussit, ut singulorum Monasteriorum onera ex fundatis anniversarijs provenientia describerentur, ut ijsdem congruè provideri et satisfieri possit.

1624. Congregatio.

Urbanus VIII. Summus Pontifex jam die trigesima Maij Exemptionem Congregationis Helveto Benedictinæ, â Prædecessore

Suo

sico Gregorio XV. concessam datam habuit, confirmavitque, quòd et ampliss̃imam communicationem omnium privilegiorum superaddidit, quibusvis ordinibus etiam Mendicantium concessorum, adinstar indulti Congregationi Casinensi olim impertiti.

Operam quoque dedit Eberhardus Abbas, ut ab Imperatore Ferdinando II. jura, privilegia, et Immunitates Monasterij solito diplomate confirmarentur, quod quidem eodem anno vigesimo quarto Viennæ Austriæ exaratum fuit. Chartæ hujusmodi admodùm necessariæ erant, cùm Tigurini atque Schaffhusienses comertio amplificato frequentiores naves onerarias Rheno â Cataractis deveherent, Tellonium̃que ex mercibus præstare venirent. Misit Magnus Tiregum Abbas Secretarium Christophorum Frey, qui Jus illud regale ab Imperatoribus, et Regibus datum, ab ipsis verò Foederatis confirmatum demonstraret, quò non solùm in compensationem expensarum in construendo servandóque ponte necessariarum Telloneum terrestre, verùm etiam navale Monasterio competebat. Agnovit primò, probavitque æquitatem rei Senatus Tigurinus, tandem̃que et Schaffhusiensis Magistratus cessit, Imperio dato suis negotiatoribus, ut præstanda redderent Monasterio non minùs, quam alijs eodem privilegio gaudentibus. Eodem anno Eberhardus magnis expensis â fundamentis excitavit novam Ecclesiam Parochialem in Jestetten, in cujus Choro visitur Sectum Abbatis Gentilitium de Bernhausen cum Symbolo Monasterij. Campanas quoque Majores ibidem resonantes fundi curavit; cum̃ domum Parochialem non minoribus sumptibus jam priùs restaurasset. Sequenti anno vigesimo quinto tempore vernali prædicta Ecclesia fuit consecrata. Cum verò Alvicus comes de Sulz Fratri suo Carolo Ludovico Ernesto partem̃ suam Cleggoviæ, atque adeò Jestettæ vendidisset, diversæ controversiæ rursùs fuêre excitatæ, quibus componendis conventus partium fuit indictus Lottstettæ, cui Nomine Monasterij præsentes erant Abbas Eberhardus, Prior Mauritius, Cellerarius Michaël, et Præfectus Joannes Wagner. Ex adverso Comes ipse intererat cum Luchselvino Doctore Jurium, Nicolao Krallin Quæstore, et Martino Hagel Scriba provinciali.

Tellonij jura defensa.

Ao 1625. Controversiæ cum Comitibus de Sulz.

Articuli propositi concernebant Novalia, jus Tabernæ, et virile seu Militare, Mortuaria, jus detractus, quæ præcipuè attinebant pagum Iestettensem. Item piscatum in Rheno, et Molendinum pro Secalis trabibq; quod ad inferiorem pontem ex latere Imperij possidebat Monasterium; denique tributum quod ad bellum Turcicum exigebatur à Nostrâ rum Parochiarum vicarijs. Mentio etiam aliqua, sed stricta, facta Advocatiæ, sed nulla Monetæ. Rationibus ex utraq; parte collatis, nihil concludi tunc potuit, nec videbantur controversiæ nisi per arbitros sopiendæ.

Benefactor. Eodem anno die vigesima quinta Septembris in Termis Badensibus piè decessit Eximius Monasterij Benefactor Dominus Joannes Fortmann vice Capitaneus Lucernensis. Is unicum cum reliquisset filium R. P. Nicolaum, condito testamento Monasterium scripsit hæredem, multis tamen additis legatis tum profanis tum Spiritualibus, inter quæ stipendium pro duobus studiosis bis mille florenis fundatum, altero tanto consentiente Monasterio postea adauctum fuit, ita tamen, ut eius subditorum quoque ratio haberetur. Executor testamenti fuit ipse P. Nicolaus minimè rerum tenax. Vendita tamen per P. Œconomum domus Lucernæ cum alijs bonis, exceptis prædijs Bucholtz et Baldeuthi, quæ postmodum etiam alienata. Corpus defuncti Benefactoris Badenâ Rhenaugiam relatum conditum est in Basilica nostra coram Sacello S. Fintani, cuius in honorem aram construi jusserat, cui verò Ectypon cum delineatione Monasterij fililes Antverpiæ æri incidi curaverat. adnumeratus est capitulari decreto Joannes Fortmann inter Benefactores, eique solemne anniversarium pro futuris temporibus decretum. Fuerunt hoc tempore alicui anniversarium Nobiles de Waldkirch Rhenaugienses, addito novo sacello, ad ecclesiam SS. Felicis et Regulæ, ubi commune hactenus habuêre monumentum. Nobilis et Pia virgo Martha eiusdem Prosapiæ Specialem Missas annuatim pro se legi constituit.

Inter hæc cum Fœderati etiam Catholici

tholici quædam tentassent, quæ immuni-
tati Ecclesiasticæ ac Monasteriorum vide-
bantur contraria, Alexander Scapius Nun-
tius Apostolicus monitorias à sumo Pon-
tifice Urbano impetravit, quas sequenti
1626. anno additis suis propriis confirmavit.
Immunitas Monentur in ijs Helvetij Catholici, ne li-
defensa. bertatem Ecclesiæ infringi patiantur, quam
antecessores eorum proprio sanguine defen-
derant; ne à sacerdotibus rationes exigant,
aut bona Monasteriorum diminuere, et eorum
profectibus obsistere velint, quæ antiquis-
simis temporibus fundata alienis usibus
subesse non possint; obstructurum id gra-
tiarum membris ob ingentia bona profectum
spiritualia ex Monasterijs promanantia,
quorum si emolumento consulant, sibi ipsis
plurimùm prospecturos. Thenaugiæ con-
ventus Reverendissimorum Patrum in pra-
sentia Laudati Excellentissimi Domini Nun-
tij Apostolici per octiduum à die vigesima
septima Julij fuit celebratus, ubi Venacum
Principe S. Galli Abbas noster Eberhardus
prima vice Visitator fuit electus, quod mu-
nus per plures annos strenuè obivit.

Figurini à præ- Tandem hoc tempore faventibus Fœde-
sta libertate ratis Catholicis terminata est diuturna lis
gionis desistunt. cum Magistratu Figurino, qui à pretensa
libertate Religionis in oppido Thenaugien-
si nondum plenè destiterat. Vellicatum est
sæpius hac super re in Helvetiorum comitijs,
donec Figurini ratione Dynastiarum in Thur-
govia Pfin seu ad fines, et Weinfelden
quas anno 1614. coemerant, quædam postu-
lata à Catholicis Cantonibus exegerunt,
quæ diu negata, tandem ea sub conditione
admissa sunt, si et illi à pretenso libero
exercitio Religionis in oppido Thenaugiensi
prorsus desisterent. complexi sunt pactum
Figurini, motô tamen scrupulô, quod libe-
ræ quædam domus Thenaugiæ essent, vulgò
Freyhöfe dictæ, quibus derogare nihil posset.
Cæterùm etiam usui Ecclesiæ S. Nicolai ex
toto se deinceps cessuros, si Thenaugensibus in
eorum vico aliam ædificandi sumptus sup-
peditarentur. Ad quæ ex parte Monaste-
rij responsum: Domus Equestres esse Mona-
sterio feudales, eiusque Jurisdictioni pla-
nè subjectas; neque consuetum videri am-
plius, ut Monasterij sumptibus redimatur

Elisorgensibus molestia, ad Ecclesiam diffantem comeandi, si Martellensem adire nolent. Frequentant igitur illi interdum eam Ecclesiam. Sed in oppido, ut quicunque alij, exercitio religionis, praeterquam Catholicae, prorsus carent. Eodem anno post obitum Reverendissimi Jacobi de Fugger Episcopi Constantiensis, Electus fuit ex Decano Cathedralis Ecclesiae Sixtus Wernerus de Praßberg die secunda Martij, et in festo S. Conradi à sepè laudato Alexandro Nuntio Apostolico constantiae consecratus. Verum post anni curriculum ex hac vita vocato succesit Joannes de Woffegg die 23. Decembris electus. quo anno cùm ob gliscentem pestem Praelati nostra congregationis convenire non potuissent, anno vigesimo octavo Mense Augusti in Monasterio S. Galli conventum celebrarunt.

1627.

1628.

Jestettenses à bello oneribus immunes.

Interea secundis armis cum Ferdinando II. Imperator profligasset Dania Regem, seductique protestantium dissipasset, omnes ex provincijs hereditarijs, praeterquam Catholicos exesse jussit. Similia in Imperio tentaturus ubique Miles Caesareus discurrebat. Pars in Comitatu Cleggoviae stativa facere jussa: quod malum Comes Carolus Ludovicus de Sulz postquam pecunijs redemisset, unacum alijs pagorum primoribus, etiam Jestettenses, ex parte factem subditos, in griessen pro cogendo tributo convocavit. Cùm se Jestettenses immunitate, et Helvetiorum protectione tuerentur, factem dilationem assecuti, in oppidum Thiengen se stiterunt, exemptionem sua pluribus ostenturi. At miseri à furentibus Militibus Bondorfium usque distracti sunt. quare Rhenaugiam delata, mox Senatus Figurinus certior factus, missis legatis captos in libertatem asseruit, nullo citrò aset tributo deinceps exacto. Proximo ano vigesimo nono edictum Caesaris ubique promulgatum, quo jubebantur pleraque bona Ecclesiastica restitui, inter quae multi Episcopatus et plurima Monasteria numerabantur. Ac segniter res per Caesareum Militem exequutioni mandata. in Ducatu Würtembergico electis praedicantibus, per Comissarios Imperiales Episcopum Constantiensem, Abbatem Campidonensem, et Comitem de Sulz, restituta quindecim Monasteria. quorum primum fuit Reichenbacense, deinde

1629.

Heberspacense, S. Georgij in Nigra Sylva, Hirsaugiense, Albæ Dominorum, aliáque, quibus Imposite Sueviæ Religiosi, quibusdam verò ad tempus administratores Sæculares, vt Joannes à Freÿberg Rhenaugiensis. Spes affulgebat, totam illam regionem ritibus Catholicis restituendi.

Pestis. Ingentem mortalitatem eodem anno invexit terris nostris pestis sævissima. In oppido Schaffhusiensi, eiusque ditione non admodum ampla, sublati feruntur quatuor millia hominum, in tota verò Helvetia ultrà centum millia. Congregationi nostræ abstulit duos et triginta viros tam virtute quam doctrina præstantes, quorum duodecim occubuere in Monasterio S. Galli, totidemque Einsidlæ. Parochis præsertim infidiosa pestis fuit, ex quibus duos Fischinga rapuit. Rhenaugiæ unicus R. P. Paulus Falk Parochus pijssimus desideratus; è populo pauci elati. Erat Pater Paulus Badenæ in Helvetia anno 1600. natus, professus anno decimo octavo; post studia Philosophica laudabiliter peracta Grassante peste ab Eberhardo Abbate Parochus constitutus, ad quod munus per octiduana sacra exercitia se præparavit, vt Deo adferenda onera obedientiæ se totum quasi novum Militem offerret. Verum primo congressu dum peste affectum Sacramentis consuetis providisset, ipsemet luc correptus Parochiam regendam P. Gabrieli restituit. degebat illa in Palatio, hic in Burgo, utrique extra conventum. cum extremam diem sibi imminere perspiceret Paulus, per famulum ab Abbate benedictionem expetijt, ne vel moriendo merito obedientiæ privaretur tum sacris ritè munitus, in osculo Imaginis Crucifixi, quam manibus tenebat, in illis verbis placidè expiravit: Manens manebo obediens usque ad mortem. Contigit ea die vigesima prima Julij ante primam horæ canonicæ; corpus verò eius à Patre Gabriele, nemine ex Conventualibus ob periculem pestis præsente, sepulturæ mandatum in ossuario ante altare. Reliqui ex nostris adhibitis consuetis cautelis, patrocinio Sanctorum immunes conservati; quin et à tempore introducta reformationis disciplinæ Regularis, intra triginta prope memoriam annos, nullus ex hac vita vocatus,

praeter P. Theobaldum Locher; adeò Sanctitati quoque corporis proficuus rigor Monasticus fuit. Inde numerus Religiosorum magnopere auctus, cum praeter susceptos in Monasterium à Gerolde et Udalrico Abbatibus viginti quatuor ab Eberhardo admissi fuissent, quorum saltem nomina cum patria et anno professionis subjicimus.

Professi Religiosi.

R. P. Martin Tyfell Helveto Badensis professus 1614.
P. Maurus Feldegger Rhenaugiensis 1615.
P. Blasius Crederer veld. Kirchensis 1615.
P. Januarius Oettinger Tottwilanus 1615.
P. Placidus Schübler Nakensis 1615.
P. Romanus à Lauffen Lucernensis 1618.
P. Bernardus à Freyburg Rhenaugiensis 1618.
P. Paulus Falck Helveto-Badensis 1618.
P. Dominicus Stehelin Fischingensis 1618.
P. Stephanus Negelin Capersvilensis 1620.
P. Anselmus Wikart Tugiensis 1620.
P. Fridolinus ad Fontem Uranensis 1620.
P. Gallus Wagner Rhenaugiensis 1630.
F. Sylvester à Waldkirch Schaffusianus 1630.
P. Carolus Züsser Bremgartensis 1638.
P. Sebastianus Hertenstein Zofacensis 1638.
P. Meinradus Hönegger Bremgartensis 1639.
P. Wolvenus Iselinger de Granegg Vilingang 1641.
P. Felix Seiler Wilanus 1642.
P. Mauritius Wirrieth Dilinganus 1642.
P. Nicolaus Landart Weingartensis 1642.
P. Sylvester Gios Capersvilanus 1642.

His accessêre duo Conversi Laici ad servitia templi et Conventûs destinati, qui ex decreto congregationis ad vota Monastica admitti cepêrunt, quum antea servi sine vinculo professionis, habitu Monastico sine scapulari, illa Ministeria obirent, quæ interdum etiam conversi vocabantur. Primus horum professionem emisit anno 1618. Franciscus Weber propè Lavensburgum natus; alter Josephus Schuer ex Waldkirch anno 1641.

1630. obitus.

Sequenti anno trigesimo die ultima Junij ultimam quoque lucem vidit R. P. Nicolaus Fortmann, filius Margarethæ Cysatin, et Joannis Fortmann Lucernensis, eximij Benefactoris nostri, ad cujus pedes in sacello S. Fintani sepultus fuit. Iscum studia Dilingæ obiret, in præsentia Reverendissimi Episcopi et Principis Augustani Henrici de Knöringen magno apparatu

tu

-tu primum Sacrum legit, factus anno 1617. primus in Monasterio nostro Subprior. Scripsit brevem Catalogum Abbatum ac confratrum nostrorum. Denique sub Medico ordinario Joanne Burgauer per octo Menses Phtisi et febri hectica exagitatus, in amplexu Crucis placidè obdormivit anno ætatis quadragesimo secundo. Addere huic juvat mortem Joannis Wagner, qui Archiprofecturam Monasterij magna industria et fidelitate diutissimè administravit, natus ex Wetteravienſi ditione, conversus ad fidem Catholicam, Jacens R. P. Galli postea ad Prælaturam Schwarzacensem postulati. Eius Epitaphium in veteri Ecclesia sequens legebatur: Hîc tubam novissimam expectant Catholicè sepulti fidi Conjuges, Modestia cultores: Dominus Joannes Wagner officialis huius Monasterij per ipsos quadraginta tres annos, qui obijt 1630. 21. Decemb. Maria Dinggin de Wildenberg, qua vixit anno 1611. 17. Sept. Catharina Häfelin à Clarus, qua mortua est 1621. 19. Maij. Maria à Bernhausen, qua ad plures abijt ... Sequamur, statutum est, volentes, nolentes omnes.

Administrator Monasterij Beinwilenſis R. P. Ursus hoc anno à Magistratu Solodorensi, unacum fratre suo Germano insignis Collegiatæ Ecclesiæ eiusdem urbis, ablegatus fuit Schenaugiam, ut in gratiani memoriam restitutionem restituti per nostros Confratres dicti Monasterij deferret insigniores Reliquias Sanctorum Ursi et Sociorum eius Martyrum, quæ magna cum solemnitate die octava Aprilis excepta fuerunt, atqs deinceps festum Sanctorum Patronorum istorum celebrius habitum. Extrema tamen gaudij luctus occupavit, ex repentina morte domini Christophori de Wellenberg Canonici insignis Collegiatæ Ecclesiæ Lucernenſis, qui valedicturus sequenti die Reverendissimo tactus apoplexia interijt, Sepultus in Basilica nostra. Eodem anno Eberhardus Abbas peramplum Conventûs tractum secundo Rheno expensis ultrà viginti florenorum millibus extruxit. jam pridem suspirabant Monachi nostri aptiorem pro regularibus officijs habitationem, quæ aucto eorum numero prorsùs necessaria videbatur. Initium aliquod fecerunt

1630. Structura Conventûs.

Geroldus atque Udalricus Abbates, sed brevitate regiminis impediti prosequi non potuerant. Eberhardum sæpiùs sollicitarunt non solùm religiosi, sed et visitatores. Tandem superiori anno instantiùs petenti. Capitulo annuit Abbas, primumque lapidem magna solemnitate posuit. verùm excrescente maturiùs Rheno opus tota æstate intermissum, calendisque lapidibus, aliisque præparatoriis tempus datum. Percomodè accidit, ut die 8. Februarij ventus validus atque insolitus ultrà trecentas proceras arbores dejiceret. varias structuræ formas præbuêre viri peritissimi; Ingolstadio R. P. Iacobus Liker Societatis Jesu; ochsenhusio R. P. Romanus Heÿ; cum præcedentis societate haud benè conveniens; denique è S. Gallo R. P. Iodocus Mezler wilensis, dynastiæ administrator. Anno igitur trigesimo, veteribus omnibus ædificiis ac fundamentis dejectis, in ipsa octava Epiphaniæ Domini manus operi datæ, tantaque alacritate laboratum, ut æstate adulta jam tectum muris imponi potuerit. Peristilium Inferius amplitudine sua vix simile habet. Præcipuè verò miranda solidetas, qua ingenti lapidum mole arcentur Rheni fluctus, qui licèt hominis altitudine tempore æstivo totum ædificium lustrare soleant, nullum tamen detrimentum hactenus inferre potuerint. haud immeritò animadvertunt monumenta nostra id eodem anno factum, quo Gustavus Adolphus ex Suecia in Germaniam evocatus erupit: cæcus si militem ad fines Rhenaugiæ venturum prævidisset Eberhardus, caritaros deinceps tam religiosos nostros, quam plurimos exules congrua habitatione, argento in alias expensas profuso. Interea Monachi nostri tum in Burgo tum in nova Abbatia degebant, quo grabi oratione Abbas est adhortatus, ut silentium aliaque ad disciplinam pertinentia non secùs ac in clausura observare satagant, deique opem pro felici successu implorent, cui solemnes gratias perfecto opere egit, lustrato per sacras preces integro ædificio.

Excemptio propugnata.

Inter hæc periculum Congregationi nostræ à Ioanne de Waldburg Episcopo Constantiensi occultè adornatum. Destinaverat is ad finem superioris anni Romam Suffraganeum suum Ioannem Antonium Trit Episcopum Tiberia-

dis,

dis, qui clam exemptionem à Iurisdictione ordinarij à Sumo Pontifice concessam impugnaret, eam sub- et obreptitiè obtentam ostenderet, ac prorsus revocari curaret. Proptè fuit, ut causam inscia altera parte evinceret Episcopus, nisi casu, aut verius Deo sic disponente, Monachus quidam Anglus ordinis nostri P. Wilfridus Seltius, qui procuratorem Romæ nomine nationis sue agebat, rem subodorasset. Itaque sua sponte se interponens dilationem tamdiu obtinuit, donec certiores redderentur Abbates nostri: quibus ille confestim periculum aperuit, monens ut idoneum Procuratorem substituerent, aut ex suis Romam mitterent. At illi magis aptum Wilfrido neminem judicantes, procuratorium eidem comiserunt die 6. Maij, subscriptis Abbatibus Murensi et Ehenaugiensinam Principes S. Galli et Einsidlæ jam priùs exempti, manum de negotio subtraxerant. Missa simul fuere Romam Decreta et Documenta vidimata, quibus demonstrabatur, à vero alienum esse, Exemptionem ab Abbatibus petitam, cum motu proprio à Gregorio XV. impertita fuerit. Absurdum deinde esse, ut Seculares, qui regulam nesciunt, corrigant Regulares; impossibile fore duorum visitatorum in solidum visitandi exercitium. dissolvendam congregationem tam ingenti discipulina bono operosè institutam, cum Monasteria pridem exempta separationem minitentur; denique eam revocationem cessuram in dedecus Pontificiæ potestatis, et in Scandalum Laicorum. ut magis negotium urgeretur, Abbas noster misit P. Wolfgangium, ut cum P. Priore Murensi Langio tam Nuntio Apostolico Ranutio Comiti Scoto Episcopo Burgi S. Dominici, quam Senatui Lucernensi rem instantius comendaret. assistentia utrinque promptè promissa: et Senatus quidem dat. rem se operam spopondit, ut nomine reliquorum quoque Catholicorum scriberetur Pontifici. comendatum quoque negotium per litteras Romam Domino Nicolao de Flekenstein prætorianorum Militum Præfecto, qui operam suam deesse non passus, rescriptum Pontificium obtinuit, quo Papa Helvetijs Catholicis se curaturum significavit, ut eorum votis satisfiat.

Convenêre

Congregatio. Convenêre Reverendissimi Patres Congregationis nostræ in Monasterio Fischingensi Mense Novembri, ubi instrumentum publicum comunicationis omnium bonorum operum pro singulis Membris congregationis confectum atque subscriptum. Româ verò bonum mentium per Wilfridum Anglum, Angelum discessum, perscriptum: post acerrimam nempe pugnam, et diutinam discussionem, â Sacro Cardinalium collegio petitionem Episcopi Constantiensis fuisse rejectam, atque decisum: nihil mutandum, sed simpliciter decretis Exemptionis inhærendum. Subscripti huic decisioni Antonius Cardinalis S. Onoffrij, et P. Fagnanus Secretarius: ut autem hujus rei Authenticum testimonium extaret, obtinuit laudatus Procurator Seltius prolixum instrumentum â Francisco Apostolicæ Cameræ Auditore Generali, cui præfata decisio est inserta. ægrè tulit repulsam Reverendissimus Episcopus, unde pecunias titulo Consolationum, quæ per aliquod tempus postulata non fuerant, â Monasterio nostro repetijt. Missus caussa propter constantiam ad Dominium Fiscalem P. Michaël Cellerarius, exemptionem quidem opposuit, sed pro responso accepit: Consolationum taxam non dari in signum subjectionis, sed ex justitia ob contractum aliquem ratione quartæ decimarum in aliquibus locis remissæ, aut incorporationem quarundam Parochiarum, licèt charta desuper facta non extent. In eodem porrò Abbatum nostrorum conventu propositum fuit negotium Generalis congregationis nostri ordinis erigendæ, quam molichantur Abbates Germaniæ. unde perlectæ litteræ datæ die vigesima prima octobris nomine congregationum Burchofeldensis, Bavaricæ, Austriacæ, et Suevicæ, quarum Caput interim erat Abbas et Princeps Fuldensis. Invitabantur Abbates nostri, ut per Deputatos comparêre velint Ratisbonæ ad diem Decimam nonam Januarij anni sequentis. Verum hi eam rem sibi minimè in his rerum circumstantijs conducere existimarunt, absterriti pluribus difficultatibus, quæ postea se ipsa emerserunt. Itaque responsum negativum datum, obtentu situationis Helvetiæ, cui nihil comune cum reliquis Germaniæ regionibus, præsertim illis hiecici

belli

bellè temporibus habendum esset. Subscripti Litterio Abbas S. Galli, et Rhenaugiæ. Nox Episcopi Germaniæ, et obniterentur Congregationi huic Generali, præsertim eloquentinus, Constantiensis et Augustanus, causam communem fecerunt, tandemque Romæ decretum impetrarunt, quò declarabatur, congregationem Burchfeldensem non habere facultatem sibi aliàs congregationes adunandi, proinde separandam esse à Suevica et Rhætica, salvo tamen jure redigendi Monasteria in congregationes particulares ad præscriptum SS. Canonum, et decreti S. Concilij Tridentini. /i/ Procurator Episcopi Constantiensis huic negotio implicare conabatur etiam Congregationem Helveto-Benedictinam, cæus deputatus Conventui Ratisbonæ habitò interfuisse dicebat: profuit econtra plurimùm, cùm id à vero aberrare demonstratum fuisset. i.

1632. Anno trigesimo primo in Congregatione Moguntina celebrata die vigesima septima Augusti denuò confirmatus visitator Eberhardus noster, licèt illo onere vehementer levari cuperet. Datus Monasterio Disertinensi Administrator R. P. Augustinus Stöcklin, Scriptor vitæ S. Fintani nostri, ac postea illius Monasterij Princeps et Abbas. Econtra aliqui religiosi Rhenaugiam inde missi, inter quos successivè aderant Reverendi Patres Mathias, Gregorius et Jodocus. tandem instantiis Comendantæ Excellentissimo Domino Nuntio Ranutio Scoto, admissus licèt ægrè Abbas quondam Sebastianus de Castelberg, qui ex Parochia ad illam Abbatiam erectus minùs curaverat disciplinam Regularem. Fecit autem ordinationem laudatus Dominus Nuntius, cùm per integrum mensem Rhenaugiæ Mordretier, ut designatus Abbas noster Udalricus statim post S. Priorem in choro et mensa collocaretur, qui hactenùs ex ingenita humilitate locum professionis occupaverat; post hunc autem demum succederet Sebastianus Disertinensis. Verùm paulò post

Abbas Disertinensis Rhenaugiæ Comendatus.

+ orte et professione Murensis, Vir doctus ac celebris.

/i/ videatur de hoc proposito aliàs saluberrimo, cui plurimùm favebat Paris de Lodron Archi Epis. Salisburgensis, Chronicon S. Petri Salisburgi à pag. 547. editum a. 1772.

à reliquis sequestratus, plurimam molestiam per triennium fermè intulit, obÿtque sacris provisus die 3. Junÿ ib 34. in Ecclesia S. Felicis et Regula sepultus. Cæterùm adeò placuit Rhenaugia detestato Nuntio Apostolico, ut habitationem ibi figere optaverit, monuerítque reliquos Abbates, ut pro communi studio eum locum elegerent.

Pars Isfletta Empta.

Inter hæc controversiæ cum Comite de Sulz, maximè ratione pagi Isfluttensis indecisæ manebant; premebaturque Monasterium propter creditam pecuniam tum nomine proprio, tum et fidejussorio; qua de causa vibrata agentibus creditoribus ab Episcopo, qui tunc animo averso ferebatur excomunicationis sententia; quæ tamen nulla à Nuntio Apostolico declarata fuit, utpote in Exemptos lata. Cùm urgeretur Comes ad solvendum vetus illud debitum jam à tempore Theobaldi Abbatis contractum, ille hoc anno per Archiprafectum Cleggoviæ Nicolaum suum venalem obtulit partem suam, quam in pagum Isfluttensem possidebat, à quibusdam Schaffhusianis nobilibus quondam emptam. Pretium ipso debito taxatum, quod ter ac vigies Mille florenos excedebat. Tractatus [illegible], Consensit tandem ægrè Abbas cum Capitulo, non tam ob emolumentum rei emptæ quam ut tot molestijs liberaretur. Tractatus concluses die duodecima Augusti, firmatusq; partes utriusque sigillis; cui et consensus Alvici fratris Ludovici Comitis accessit per litteras Baræ ex Alsatia datas die decima octava eiusdem Mensis. Instrumento insertum, ut pagus Isfluttensis ex antiquo Helvetiorum jure perpetuò exemptus ab omnibus Imperij oneribus maneat, jure collectandi Monasterio permisso; per totam quoque cleggoviam Novalia Monasterio addicta; denique jus virile seu Militale integrè conceptum. Realis immissio facta die nona Septembris, homagio à cunctis præstito, inter quos numerabantur Centum Sexaginta et Septem ad arma apti.

Bellum Suecicum.

Bellum Suecicum, quod procul à nostris finibus subsistere credebatur, jam insperatò nostris portis imminebat. Vix enim Gustavus Adolphus ex Suecia abunione Principum Protestantium accitus, et

fœdere Gallico ~~junctus~~ + roboratus, Germanica litoribus exercitum quindecim milium armatorum exposuit, cum simul fermè totam, et quidem majori ex parte sponte manus dantem, sibi subjugavit, maximè quòd Imperator jam nimium sibi tutus victorem exercitum interedisset militibus aut dimissis, aut in Italiam et Bataviam divisis. hoc anno trigesimo primo Gustavus Insigni victoria apud Lipsiam contra Cæsarianos potitus arma sua ad Rhenum usque protendit, dicebaturque omnes arces et oppida à Civitate Constantiensi in Bataviam usque occupaturus. Adeò elati his victoriis Protestantes fuère, ut multi Imaginem Gustavi in vestibus gestarent, atque de genu ad eius nomen potarent. quòd cùm recusaret Wertmüllerus Tigurinæ Militiæ officialis in quodam convivio, fertur à Tribuno Schmid alapa percussus, gladio vindicanda, nisi præsentes intercessissent.

1632. Ad initium sequentis anni omnes ex ducatu Würtenbergico Abbates, et Monasteriorum administratores pulsi, quò unacum aliorum Monasteriorum Religiosis imprimis Rhenaugiam in Confinio sitam, deinde et alia Helvetiæ cœnobia impleverunt. Palantibus itaque in proximo militibus, Majores custodiæ ad portas adhiberi cœpta die vigesima secunda Martij, et pons Pensilis renovatus.

Neutralitas cum Helveticorum.

Inter hæc Suecorum ex Legatum ad Helvetios destinaverat, qui amicitiam et fœdus offerret. At illi, præsertim Catholici causabantur, se antiquioribus fœderibus impediri, quo minùs arma jungerent. cæterum amicitiam et neutralitatem, uti vocant, se per omnia culturos. Protestantes insuper concessère, ut qui ex eorum civibus aut subditis vellent, liberè regi militarent, spoponderuntque, inhibituros se, ne Hispani per eorum terras ex Italia Germaniam peterent. quod postremum Catholici quoque approbavêre, rege Gustavo totius gentis Neutralitatem ratam habente, et mutuam amicitiam, prohibito ab eorum bonis milite, promittente. die quinta Februarij memoratus Legatus ab Archigrammateo Schaffhusiano nobili de Ziegler ductus est in proximam Monasterio nostro Sylvam Schaben dictam, ubi contemplatus aggerem, ab uno ad alterum Rhenum

protensum, atque ab antiquis Germanis resi-
dium, quò se contra Iulianum Cæsarem mu-
nierant, totam peninsulam perlustravit.

Alvicus Comes occumbit.

Die Nona Martij Illustrissimus Comes Alvicus de Sulz, Landgravius Clegovia, S. R. I. hereditarius Zollerano-Helicæ Consilij Præses, Dominus in Mentzburg et Monteclar S. C. M. Camerarius, Consiliarius et Balivus cum Filio Supremo Militiæ præfecto Bam-
bergam occupans, fugatoHornio, victo-
glande plumbea trajectus fuit, moxque
datis sacerdoti dolentis animi signis, Hemi-
ni placatus animam posuit. [i] Translatum
eius funus spectatam refulgere, quod ex
nostris Patribus quidam die vigesima Sep-
tima Martij exceperunt, humatum postridie
ante Altare Summum, quod suis sumptibus
de licentia Abbatis nostri condiderat. die
quinta Aprilis depositio celebrata ab Eber-
hardo nostro in Pontificalibus Ingolstadt, et
die vigesima octava eiusdem Mensis Trige-
simus. Relata Bambergensi victoria Prin-
ceps Fuldensis è S. Gallo, ubi exul degebat,
viennam vocatus est, cum spes redeundi
ad propria affulgeret. Verum rebus mox
mutatis, recepta denuò à Suecis Bamberga,
prolixæ fugæ in Helvetiam iteratur, no-
strique Fratres studiosi Gallus et Sylves-
ter die decima Nona Aprilis Dilingâ Do-
mum redière. Pulsis quoque à Duce Wein-
mario Cæsareanis Biscantij et Weingarta,
terror ingens fines nostros occupavit.

Rhenaugiæ Militaris Custodia.

Quia de causa in Conventu Badensi
Foederati Helvetij ubique Custodias adhi-
beri jusserunt. Rhenaugiam missus ex Can-
tone Suitensi Præfectus Militiæ Zech
postea officialis in Paradysi Cœnobio, ci-
ves nostros lustravit. die vigesima tertia
Aprilis confluentibus pluribus exuli-
bus, monitus fuit Abbas ab Helvetijs, ne
nimium impleret Rhenaugiam personis
aut rebus pretiosis, ut eò tutiùs servare-
tur Rheni tractus. die prima Maij Re-
verendissimus per Joannem Theobaldum
à Freyburg, quem Præfectum Militiæ
constituerat, exerceri fecit in armis
subditos suos Rhenaugienses, Altenburgen-

[i] Theatrum Europæum mortem Alvici ponit
ad diem 28. Februarij veterio Calendarij.

-ses

ses et Jestettenses. quadringenti numero in campum extra portam superiorem dedicti postea Abbati ac conventui se stiterunt, pó culò singuli refecti, ac jussi, ut jugiter ad manda parati existerent. Die sexta Julij inopinatò adveniens Prætor Lucernensis cum triginta Equitibus, terrore cives implevit, hostem putantes, inde lamenta mulierum et Infantium; sed eo majori gaudio in Monasterio exceptus. Cùm in dies periculum magis ingereret, Eberhardus auxilia suprema ab aliqua extranea implorare statuit. itaqs die octava Julij publicæ preces indictæ; quotidie tria sacra in hunc finem applicata; dominicis diebus post vesperas Coram populo Lytaniæ omnium Sanctorum Cantata, præter alia, quæ tempore pestis fieri solebant. deinde die decima quarta Julij P. Michaëlem Cellerarium unacum Præfecto Domino Henrico Göedlin à Tiefenau Badenam ad Federatos direxit, præsidium aut saltem consilium impetraturus. sed legati non probaverunt nimiam exulcerare multitudinem, ne succis de fide præstita dubitandi ansa præberetur, à quorum lege jam binis Litteris de securitate erant certiores redditi. subdidit Orator Figurinus, fide interposita, se prævie monsturum Abbatem, si quid adversi instaret. Nihilominùs jam prima die Maij pretiosiora in Monasterio fuêre convasata, duobusque dolijs inclusa secundo Rheno, et aversa Rusa Zurzacham in domum Capitanei domini Heiserlin deportata. similiter factum cum alijs rebus die decima quarta Julij, quæ Badenæ cognatis P. Benedicti ad libr in custodiam data. Tantus porrò terror invaserat Fratres nostros, ut per aliquot menses barbas alierint, quò tutiùs latere rent, si fugere contingeret; præcipp enim secularium avorsio præter mustaches barbam sub mento demittebant.

Helvetici Milites Perusiæ imminent.

Interea Helvetii Schaffusium advenerãt, et pro militum illorum sævitia in quadam vica nonnullos occiderant. die decima Septima Julij incensuri dicebantur pagum Jestettensem, in vindictam Comitis Helvetici, præcipuè quondam hostis, nisi subitò illam avocati fuissent. Nihilominùs die

Eberhardus III.

decima nona eiusdem Mensis alter Succiæ Regis legatus solemniter exceptus. Schaffhusij: quâ occasione tormentum bellicum, reliquis mole præstans, crepuit, et Consul Gossauer mensæ legati accubiturus apoplexiâ tactus momento expiravit. die vigesima Sexta cum octo milites ex prædicti Statodeis Comitatu per inferiorem pontem admissi fuissent, Monasterioque appropinquarent, à Præfecto Göldlino in viam reducti sunt, et Custos Carcere mulctatus. Sequenti die Nonas ipse officialibus stipatus in Communem societatis domum convocatis civibus, gravi oratione negligentes increpavit, ad Majorem custodiam adhortatq; quos ad omnia promptos percepit. die Decima tertia Augusti Conventus noster Altenburgum obambulans offendit milites adequitantes, et minas intendentes vim illaturi, nisi ab eorum duce prohibiti fuissent. Erant porrò Bernates et Basilienses sub suecis signis merentes, qui pridie prope Cottstettam P. Conradem Furstattensem, Rhenaugia exulem, ex Eremo reducem, expilaverunt, vix per Capitaneum Göldli Tigurinum eorum manibus ereptum. die quarta Septembris Helvetij huiusmodi Suecorum auxiliatores propè Tutlingam à Cæsareanis acriter cæsi. die decima octava eiusdem mensis indicta preces quadraginta horarum, pro avertendo hostium incursu, aliisque malis; ingens enim tubo cum grandine magnum quidem damnum, sed Majorem terrorem intulerat. die Decimo octobris oppidum Hiffingen à Würtenbergensibus expilatum fuit, occisis præter multos rusticos quinquaginta civibus. Prætor eiusdem urbis elapsus Rhenaugiam confugit. die vigesima octava eiusdem mensis Catoldi della se dedidit Würtenbergio Duci, toto deinceps bello Suecorum infesta sedes. die Secunda Novembris enim ad portam Superiorem quidam excubiarum Præfectus. Suecicus cum amplius viginti equitibus advenisset, et Tigurinum se simulans intromissus fuisset, Abbatem nostrum in porta Monasterij ambulantem offendit,

A

et exeo quæsivit, an non locus ad ditionem Comitum de Sulz pertineret? Informatione accepta satisfactus obtulit scalvam guardiam, et in ipso ponte cum comitatu suo largo potu refectus est. via ductorem equitem cum petiisset, Eglisovam descendit, à quo solicitè perquisivit, quantum vini et frumenti servaretur in Monasteria? Mox Abbas subditos iterum Exstrari, et armis paratos esse jussit.

Exules Rhenaugiæ ex variis Monasteriis.

Exules complures hoc tempore Rhenaugiæ susceptos fuisse memorabimus, quorundam illorum nomina, præsertim religiosorum hic recensere, supervacaneum haud putamus. Innumeri erant, qui primum fugæ locum quæsierunt Rhenaugiæ, quorum plerique per aliquot dies hospitati sunt apud alia loca digressi sunt. Multi tamen per menses et annos, eoque plures, inter nostrates hæserunt. Agmen duxit cum Exordio præsentis anni trigesimi secundi R. P. Benno Ochsenhusanus, qui plures secuturos denuntiavit: mox successit P. Philippus: et die septima Julij Joannes Crus novus Abbas è Blaubeyren extrusus cum tribus aliis ochsenhusanis: ex quibus cum P. Spies die decima Augusti discessisset, Ypolitatus fuit propè Basileam delatis tribus equis. Sequenti anno ex eodem Monasterio ochsenhusano locum P. Philippi occupavit P. Gallus per totum fermè annum regularem hîc vitam ducens. P. Othmarus Weiss Vischinga mutandi aëris causâ adveniens die tertia decembris piè obiit, sepultus ad SS. Felicem et Regulam. Ex hoc Monasterio ochsenhusano et Wiblingensi primi fuerunt, qui ineunte vere anni hujus trigesimi secundi novum Conventus ædificium inhabitare caperunt. Fuerunt porrò Wiblingenses cum gaudio suscepti, utpote Fratribus nostris omnibus noti, ubi multa charitatis, humanitatisque officia peroperunt, cum hospites studia Vilingana pergere consuevissent. Mansêre ultra biennium P. Othmarus Leger et P. Hieronymus, pro quorum admissione gratias amplissimas egit Abbas. Ex Monasterio Genebacensi die septima Martij quatuor religiosi advolarunt, quorum duo Rhenaugiæ susceptî, horum alter F. Joannes Steiger cognatus erat Patris nostri Conradi à Mandach, à parente suo

Capitaneo pio homine ad disciplinam comendatus. Sequentibus annis ex eodem Monasterio advenêre plures. Augustâ ex Monasterio S. Udalrici et Affræ die vigesima quinta Maij accurrit P. Adamus cum F. Luca. ex Præmonstratensium ordine die vigesima octava Junij Monasterio Weissenau hospites fuêre F. Godefridus, et F. Hugo; ex Marckthal P. Nadasty et P. Eberhardus, quæ per tres Menses liberaliter habiti.

Ex Monasterio Zwifaltensi primus aderat R. P. Conradus Granarius, qui non sine discrimine aliquando Zwifaltam revisendi dixit. P. Gregorius Vanner disciplinam per duos annos exactè coluit. Die undecima Augusti Reverendissimus Abbas ipse cum P. Wilhelmo Fister hospitatus est, qui posteriori per tres annos Rhenaugiæ socius P. Conradi fuit. Sequentibus annis et alij ex eodem Monasterio grati incolæ Rhenaugiæ fuerunt, ut P. Josephus Han, et P. Christophorus Tapfer postea Abbas; Item q. F. Ernestus Bickl, et F. Joannes Martinus Gluiz, et ipse hodiernus Abbas, qui cum Fratribus nostris studijs operam navarunt, Rhetoricam à nostro P. Petro, Philosophiam à P. Gallo, Theologiam à P. Fidolino audientes. Restaurandum enim erat ex integro Monasterium, quod sequenti anno Hornius occupaverat acri pugna ibidem comissa. Exustis pariter Monasterijs S. Petri in Sylva Hercinia, et Creützlingano, susceptis ex illo Reverendi Patres Georgius et Conradus, et isto pariter P. Conradus et P. Philippus. Ex S. Trudperto Fratres Mauritius Meister, et Maurus Eggs Rhenaugiæ studijs tum Monasticis tum Literarijs imbuti. Ex Schuterensi Monasterio itidem duo Fratres prioribus sociati. Ex Ettenheim-Münster Egregius vir P. Otto adeo se probavit Abbati nostro, ut cum aliquamdiu Fratrum Instructorem constituerit. Ex Weingartensi Monasterio interruptis vicibus per sex ad minus annos plures Patres, fratresque Rhenaugiæ fuerunt, quorum postremi nominantur P. Petrus Müller, P. Marcus Schmid, et P. Maurus Baldung. Hic postea Conventui nostro dedicavit librum, cui titulus: Aureola Martyrij: ubi aiet inter cætera: cum nos hostem fugientes paterno sino excepistis, et pari pietate foveatis.

Inter

Abbas L.

Inter hospites quoque aliquando numeratur R. P. Gabriel Bucelinus. Ex Campidona comendatus à suo Principe die quarta Septembris præsentis anni, per triennium non R. P. Magnus à Zielthein disciplinam utramque tam litterariam quàm regularem sustinuit. Fidelensis ordinarium hospitium in S. Gallo habebant, inde tamen metu pestis aliquando exacti per aliquot tempus tot Shenaugiæ admissi sunt Reverendissimo nostro in Pontificalibus celebrante soli pro Ministris ipsi facerent. Abbas Selbergendis Shenaugiam profugus per medium annum Parochiam Costtettensem administrandam suscepit, cum Parochus illius loci Lucernam Comigrasset: hic porrò Zobar et Parochus Costtettensis annis istis turbulentis plerumque Shenaugiæ habitabant, diebus, quibus opportebat, oviculas suas excurrendo pascentes.

S. Blasianis ante reliquos die decima quarta Februarij huius anni trigesimi Secundi ob vetustissimam necessitudinem unanimi Capituli consensu servatus est locus perfugij, quamvis eo miserando subsidio tardius, sed diutius fuerint usi. Shenge octobri venerunt à Würtenbergensibus pulsi Reverendi Patres Paulus et Fridelicus Eggs. Sequenti anno habitationem fixerunt Patres Augustinus et othmarus, et quidam Monialis Abbatis S. Blasij soror ex Riederen. Aderant quoque Albertus, Wernerus, Romanus et Hieronymus stier, qui postea primitias suas Shenaugiæ celebravit. Perstitêre hi usque ad annum 1638. quo unacum Abbate nostro Eberhardo ad novam Electionem Abbatis Clingnoviam profecti sunt. Inde reduces P. Franciscum febricitantem in domo domini Caspari de Waldkirch Præsulem salutarunt die duodecima Septembris. Reliquis in conventu nostro existentibus successivè acceperunt R. P. Columbanus Meyer, et Casparus Frey Parochus in Lufsen à Suecis spoliatus, cum tribus aliis. die decima quinta Novembris anno 1633. ad S. Felicem et Regulam Sepultus fuit R. P. Lucas Zimerman Schaffhusij in fuga defunctus præsentibus Patribus Paulo et Placido. Anno trigesimo octavo die quarta Februarij simile vi-

ginti

-ginti Religiosi è S. Blasio fugati Henaugiam advolarunt, qui tamen pietius morati non sunt præter quatuor aut quinque, qui demum successivè domum volati, interquos ultimus abscessit R. P. Hieronymus. Hîc die vigesima sexta Septembris anno 1640. diuturno octo fermè annorum incolatu quasi Henaugiensis, et eo magis deplorab9, cum anno 1681. inundatione quadam in ipso Monasterio S. Blasij aquis suffocatus fuisset. Quò redeunte Reverendissimus Abbas Franciscus per litteras ad conventum datas humanissimas gratias retulit pro charitate suis Religiosis hactenùs impensa. horum defectum supplevêrunt R. R. PP. Columbanus et Landfrancus ex Monasterio Brigantino vulgò Mererau, et ex Salemitano R. R. P. P. Magnus et Hermannus Iuter.

Exules Henaugiæ Moniales.

Convertimur ad Moniales, quæ quamvis non Monasterio, sed in oppido suis expensis vixerint, subsidio tamen Monasterij non caruerunt. Prima inter has fuerunt ex parthenone Aulæ Mariæ propè Neidingen, quæ tempestivè pro admissione solicitarunt. Die Nona Julij huius anni trigesimi secundi undecim simul advenerunt, et hospitatæ sunt in domibus Equestribus de Roller, et Fronschegg quæ ultima nostro ævo per Monialem patria Henaugiensem Scholasticam Mosin transiit in possessionem illius Monasterij. Mox numerus earundem excrevit ad Novemdecim, Abbatissâ interim cum nonnullis manente in oppido Engen ditionis Lappenheimij Sueco militantis. die decimâ Septembris curru submisso, quò domum reducerentur, Equi omnes à Neukirchensibus ablati, sed præcipiente Magistratu Schaffhusiano restituti, damno quorundam vicinorum. Die decima nona eiusdem Mensis tres supra viginti Moniales in Basilica nostra Sacram Synaxim perceperunt. Ex illis quædam Cordatiorem domum reversæ; nonnullæ in itinere utebantur vestimentis sæcularibus, ut milites fallerent. die vigesima nona Septembris Maria Jacobæa paralisi tacta interijt, pridiè Sacramentis ruta et sepulta præsente Conventu nostro ad SS. Felicem et Regu-

-lam

-lam. Sequentibus annis Memorata Mo-
-niales sæpiùs Rhenaugiam redière. ex Grü-
nenberg Monialis quædam apud parentes
suos Nobiles de Wald-kirch duos annos con-
-sumpsit. duæ aliæ ex Olperg patriâ Rhe-
-naugienses apud suos de Zollick et Wald-
-kirch diverterunt. Abbatissa de Güntes-
-thal die trigesima decembris huius ani tri-
-gesimi Secundi vix manus militum elapsa
ad nos pervenit. ex Fridenweiler eodem
tempore quatuor Moniales Rhenaugiæ hæ-
-serunt. Sororem Abbatis S. Blasij ex Ried-
-gen adfuisse jam memoravi; ex quo Mona-
-sterio anno trigesimo octavo duæ Monia-
-les defunctæ ad S. Nicolaum conditæ sunt
quarum una Magistra seu Præposita erat,
cuius loco electa soror Patris nostri Ber-
-nardi à Freyburg Rhenaugiensis die 22.
Aprilis anno 1638.

Hospites alij. Hospites, quæ habitationem Rhenau-
-giæ non fixerunt, per illud tempus fermè in-
-numerabiles sunt, quos vel adnotare diarista
noster R. P. Subprior Benedictus Aderlin se
non potuisse fatetur. Hi ad primum quasi
asilum accurrentes pluribus subinde in hy-
-pocaustis et mensis domûs Abbatialis excep-
-ti sunt, donec in alia loca per Helvetiam dis-
-pergerentur. Nos aliquos factem Speciali no-
-ta dignos subnectimus. Die vigesima tertia
Aprilis advenit Comitissa de Sulz cum Prin-
-cipissa Buchaugiensi, et Baronissa de Spaur;
quæ cum gravida esset, enixa est feliciter pu-
-erum die prima Maij in domo Præfecti nostri
apud sororem Reverendissimi, alimentis ex Mo-
-nasterio provisa. Post tres menses abiit Esper-
-swilam, sequuta sororem suam et affinam
supradictas. Mox accessit Comitissa de Helf-
-enstein in domo Nobilis de Greüth Monasterij
hospes. Albertus de Eschach cum alijs plurimis
exul in oppido habitavit. ipsis diebus vigin-
-ti capucini, duodecim Jesuitæ, inter quos Paul
Laymann, et quatuordecim alij Religiosi. Men-
-se Augusto Comitissa de Fürstenberg Mes-
-kirch, et 4. Septembri Princeps quidam ignoti
Rheda vectus, comitatus viginti quatuor equi-
-tibus, Instante Nobili im hof cei venatoria
âsulzensibus præfecto admissus. Putabatur
Princeps quidem Russiacus Tirolim petens.
Die undecima octobris advenit Prænobilis Do-

minus Georgius à Bernhausen frater Germanus Reverendissimi ex Algovia cum tota sua familia Matre, uxore, affine, filijs et Nepotibus, instante Conventu in oppido habitare permissus. Mater Zhenaugia decessit die tertia Julij anno 1637. quâ expecta, reliqua familia recessit. Eodem Mense octobri singulis diebus ad minus viginti hospites recipiebantur presertim à Würtenbergensibus ejecti. die vigesima prima octobris Marchio quidam cum viginti circiter equitibus, cognatus viduæ Archiducis Leopoldi ex domo Medicea, quâ die multæ Nobiles Mulieres Zhedis advectæ in domo Hugonis de Greüth ex penu Monasterij provisa. die vigesima secunda simul adierant hospites Comes de Hochenrechberg, pœto Carthusiani, et alij circiter triginta; item Propositus ex Iedelen, Canonicus Friburgensis à Bernhausen, &. tot hospitibus obrutus Abbas Eberhardus, cum in Capitulo preces pro pace publica indiceret, sperandum, ajebat, Deum optimum hospitalitatem tanquam opus Misericordiæ respecturum. His de exulibus summatim recensitis, ad telam historiæ, bellique Suecici, quantum nostra, nostraque vicinia interest, revertamur.

Suecci Jestettæ.

Die Sexta Novembris anno 1632. denuò apud Lucen Saxoniæ devictus fuit exercitus Catholicus à Suecis occiso tamen rege Gustavo. Tum divisis Suecorum copijs duci Bernardo de Saxenweimar assignata est ab ochsenstierna Suecia cancellario debellanda Franconia cum Bavaria; Marschallo Gustavo Hornio Alsatia, Brisgovia et Suevia. Tribunus Schlettam Bannier jam in Sueviam irrupserat cui Hornius ex Alsatia occurrens se junxit. occupatum Mense decembri Friburgum hostisque finibus nostris imminebat. Existis Suecorum castris jussus est Comes Amilton egente scotus vastare Cleggoviam, qui cum quadringentis equis improvisus die quarta Decembris mane circa horam octavam Jestettensem pagum invasit, accersitumque Nicolaum Fuelli, Supremum tunc Comitis de Sulz Præfectum, ex arce captivum Jestettam deduxit, cum ille Jestettam Zhenaugiensis Abbatis jurisdictioni subjectam testaretur, se verò pro tota Cleggovia à

Tigurinis

Figurinis Municipibus salvam guardiam obtinuisse, in arce Küssenbergica asservatam. Ad dum Milites Lottstettae in expilandis rusticorum domibus occupantur, Nicolaus Kulli occasionem nactus, clam se subduxit, et recta Balm Rhenaugiam transfretavit. Rustici ex Jestetten plerique cum mulieribus et parvulis ad nos confugerant: erant enim metu percussi, cum Watten wilio Bernates sub Hamiltone centurio cum militum manu perstitisset Jestettae, ipseque tribunus proximè aditurus diceretur.

Depradationem minantur.

Die octava quinta Decembris ad pontem inferiorem nostrum advenit quidam Locumtenens militibus stipatus cum Abbate Colloquium petens. cùm accessus negaretur, ille indignatus Jestettenses domum jubet regredi, nisi paucum flammis traditum malent, simul Epistolas obtulit à Watten wilero scriptas. Has mensa accumbens, cùm deciperet Abbas, Conventui, remotis arbitris extraneis, perlegit. Insinuabatur Abbati, arcem in Jestetten occupatam fuisse, officialem Comitis de Sulz fugâ elapsum, cum quo tamen necessariò conferendum; Jestettenses domum remittendos, nihil contra Abbatis subditos adversi tentandum. Persuasi nonnulli Jestettenses rediêre. ex nostris autem missus P. Placidus cum Capitaneo Theobaldo de Freyburg ad Hamiltonem; quem cum Lottstetta haud amplius reperiisset, eum in arce Jestettensi convenit non sine gannis à militum face exceptus. Deprecantem, ut parceret pago sub Helvetiorum protectione Constituto, rogavit Hamilton subinferens, ex quorundam Senatorum Schaffhusij relatione se accepisse, Jestettam ad Comites de Sulz pertinere. Tandem deputatos nostros id negantes dimisit, jubens, ut à Magistratibus tam Figuricho, quam Schaffhusiano afferantur eius rei testimonia. Eodem die ad Seram aliquas charta, Jestettam misit Abbas ad edocendum Comitem, cum sponsione, desiderata testimonia mox fore lecturum. die Sexta decembris summo mane destinatus P. Cellerarius Michaël Thuregum, et P. Placidus Schaffhusium, Freyburgius quoque ad Castra Figurina in comitatu Kiburgico constitit.

Verum

verum Hamilton de rei veritate non amplius dubitans, non expectata die movere copias jussit, timere Le Jassus, ne indignationem Helvetiorum incurrisset. verum † haec irruptio absque damno non fuit; nam quaedam domus direptae, fornaces et senestrae ruptae, quidam Turicolae verberibus contusi, vinique Costa confracta. Wattenvilerus ante paucos dies discesse ferebatur: Monasterium Thenaugiae à se jusque spoliandum licet quatuor catenis è coelo penderet, ita animus nocendi non defuit, multum discrepans à scribentis manu, nisi Deus bonus periculum avertisset.

Foederatorum protectione servatur.

R. P. Placidus maturè Schaffusio rediit, primum nuntium afferens de Succorum abscessu, atque etiam de Consulis Schaffusiani promptio ad succurrendum animo, qui valdè miratus est, dari Senatores in patriae perniciem propensos. Eadem die, erat enim festiva S. Nicolai, P. Placidus festinato Jestetham se contulit, Sacrum legit, et afflictos est consolatus. Turegi negotium difficultate non caruit; Nam Consul Brem iratum contra Catholicos animum celare haud potuit, quòd nuper Episcopus Constantiensis Nobiles quosdam Genevenses Succorum socios in Monasterio Reichenau lectis levatos navibus impositos constantiam deportari permisisset, ominatus propterea illius Collegii combustionem. cum verò Suecis denuò nunciarentur ad expilandam cleggoviam rediturii, quod Comes Ernestus impositia tributa solvere prohibuisset, tandem die vigesima decembris favente altero consule Moosshalmio, à Praefecto nostro de Göldlin impetratae fuerunt Littera patentes sub sigillo Reipublicae Tigurinae, in quibus Monasterium dicitur à tempore antiquo una cum Locis Altenburg et Jestetten, jurisdictioni eius subjectis, sub Helvetiorum protectione constitutum esse; proindeque petitur à quibuscuvis militum ductoribus, ne illis vis ulla inferatur ex pacto conventionis jam pridem cum Suecis initae. Transumpta istarum primoribus rusticorum in Altenburg et Jestetten data, ut data necessitate ijs ostensis periculum avertere possent. Simile protectionis testimonium impertitum fuit die vigesima

† id enim

tertia

tertia decembris à quinque Catholicis Cantonibus sub sigillo civitatis Lucernensis, cuius copiam, Latino idiomati redditam, fecit Nuntius Apostolicus, qui singularem suam operam impenderat, licèt apud Suecos Figurinorum testimonia valentiora essent.

Anno trigesimo tertio die prima Januarij cum nuntiaretur adventurus Suecici exercitûs Tribunus Forbeisius, cum manu militum hyberna fixurus in Comitata Cleggovia, Abbas noster ad eum destinavit Nicolaum Meglinchium usque cum Litteris, quibus significabatur, pagos Altenburg et Oestetten, licèt in cleggovia sitos, sub speciali tamen protectione Helvetiorum constitutos esse. Inclusa quoque Transumpta Chartarum patentium, de quibus supra, ne instar Comitis Hamilton ignorantiam obtenderet. Descripsit ille ex Castris Steislingae, ibi enim eum offenderat Viersor, die vigesima tertia Decembris veteris Calendarij, id est tertia Januarij, se Helvetiorum nec Helve nec Basso jurisdictioni ullum nocumentum creaturum; Caeterùm sibi imperium datum, ut omnia Austriacorum loca ferro et igne in Suecorum potestatem redigat. Stetisse promissis Forbeisium liquet ex sequenti facto: nam cum nonnulli Oestettenses cum Schaffhusij comorantem interpellassent, de equis per ipsius milites abactis, copiam ultrò concessit Castrandi Stabula, dignitumque equum mox reddi imperavit, ingeniens: absit à me, ut damnum inferam pago, quam Abbas Rhenaugiensis ad se pertinere significavit.

Die vigesima quarta Januarij Oratores Federatorum Badenae congregati, statuerunt jussu Magistratuum suorum, ne ulla bello implicitarum pars intra fines Helvetiorum admitteretur; deputatique Comissarij, qui ad dominicam invocavit totum Rheni tractum explorent, cunctis Custodiam commendent, et si quid de invasione Constantiae, vel Augiae divitis percipiant, id sine mora locis congruis referant. Accidit verò, ut die vigesima nona Januarij Dominus de Zweier officialis Episcopi Constantiensis per Superiorem portam Rhenaugiae Tribunum militum militiae Caesareae de Schauenburg cum quadraginta Equitibus induceret. Praefecti militum ad Monasterium

diverterunt, ibique velut hospites excepti, gregarijs Lottstettam dimissis, alteroq; manè Rheno secundo abiêre. Ex statim per Praconem in oppingen Turegrem delata, et ultra modum aucta, adfuisse nimirum pœnè exercitum trium millium armatorum. quapropter missus à Senatu Rhenaugiam Præfectus militiæ Schmid, cum alijs legatis, rem penitiùs inquisiturus. Responsum ex parte Monasterij ei fuit: per ditionem Tigurinam admissos fuisse Cæsareos, ubi jam repellendi fuissent; Rhenaugiæ eos non licuisse arcere ab excitu, quem ex patria facturi erant, quemadmodum et Helvetorum manipuli aliquoties eadem via dimissi. Contenti hac defensione deputati, omnem indignationem in Tigurum verterunt, cui utpote Helveto non licuisset externum militem finibus inducere.

die Decima quarta Martij Rhenaugiam confugit cognatus Excellentissimi Domini Nuntij Apostolici ex Bavarico Palatinatu manibus militum elapsus, quâ per Mensem substitit, in cœna Domini cum Conventu S. Syraxi refectus. die trigesima prima eiusdem Mensis Nobilis Dominus Joannes Adamus Schenk, à Castell, Consiliarius Campidonensis, et Præfectus in Hochentann, cum ex Sacra Eremo Rheraugiam peteret, affinem suam Dominam Sybillam Schenk, à Castell, natam à Carpfen, invisurus, Andelfingæ inter tenebras noctis à Custodibus Tigurinis hostis putatus, miserabiliter occiditur. Pius Juvenis fertur ad nota familiæ castra Capuccinorum eorumq; ordinem transiturus fuisse. corpus procurante Abbate nostro honorificè ad SS. Felicem et Equlam humatum. Mater occisi septingentos florenos pro anniversario obtulit; quod tamen onus renuit Conventus; perpetuò orari pro benefactoribus, quibus, qui velent accenseri possent. quarta Aprilis Nobilis Rheraugiensis Joannes Wolfgangus Theodoricus de Wellenberg in pugna propè Schamberg contra Suecos occubuit.

Mortes Diversorum.

die Duodecima Aprilis mortem prematuram oppetijt R. P. Ursus Beri ætatis anno trigesimo nono, postquam per decennium et Sex Menses Monasterium Beinwilense

wilense maxima cum laude administrâsset atque quoad utramque substantiam restituisset. statuta quedam pro Monasterio sico ipse composuit, atque eleganter conscripta capitulo servanda proposuit, nullum non movens lapidem, quò tenacis disciplinæ vigor efloresceret, exemplum præbens religiosæ vitæ, omnibus tamen grata, Erat enim vir magni ingenij, doctrinæ et industriæ, in Ecclesiastica et domestica cura non minus fidelis quam expertus. cæterum quod ipse ob brevitatem vitæ consequi non potuit, adeptus est eius discipulus R. P. Fintanus Lueffer, quem ipse susceperat, et cum aliis educaverat. Hic enim primus post liminea non solum Abbas inauguratus, sed etiam Congregationi Helveto-Benedictinæ asscitatus fuit. Tumulus R. P. Ursi extabat in veteri Ecclesia Beinwilensi juxta altare summum ad Latus meridionale. Confratrem suum brevi intervallo ad beatam, ut speramus, æternitatem sequutus est R. P. Petrus Wölflin die octava Julij ætatis annoquadragesima secundo. Is Juniores Fratres non solum disciplina Monastica, sed et philosophicis studijs primus in nostro cœnobio Methodo Scholastica imbuit. Phthisi cum laboraret, missus Lucernam curandi corporis gratiâ, ab Excellentissimo Domino Fanutio Scoto, Nuntio Apostolico clementer visitatus, facultatem obtinuit, tur in hebdomate in altare portatili legendi et audiendi Missam. Post obitum delatus ad Monasterium Murense, pluscquam fraternè susceptus, et more cæteque aliorum Patrum ac Fratrum sepultus est. verum revocamur ad arma.

Gallo-Suecci Festettam invadunt.

Inter hæc enim Marschallus Cæsareus Aldringer, occupatâ campidonâ, Ducatu Würtenbergicum vastavit, et direptâ Tuttlingâ copias versus Lacum Bodamicum movit. Pars Mense Martio Cleggoviam occupat. quapropter Figurini omnes aditus arctissimè custodiri præceperunt, Levatis interim Rhenaugiæ civibus abonere excudendi ad superiorem oppidi portam. Verum Aldringero versus Augustam se recipiente, Hornius secessum Marschallus sigmaringam depopulatur; et Otto Ludovicus Comes Rheni subsidiarijs gallicis auctus ex

1633. Alsatia prorumpens, quatuor Sylvestres Ci-
-vitates ad Rhenum occupat. Merebantur
apud Suecos duo fratres Galli, ex servitijs Henrici Ducis de R.
Ducis de Roan, fide, ut vocabant, Hugonoti,
et extraordinarij ad Helvetios oratoris, Ba-
-ro de S. Andre Montbrun, qui ad Superio-
-rem lacum captus Lindaviæ detinebatur,
et Baro de Villefranche, qui equitum ci-
-citer trecentorum turmam occupare jussit
pagum Oestettensem die Septima Maij ip-
-so Schaffhusij infirmitate detento. Nihil
moti milites ostensis Helvetiorum apo-
-graphis in domos arcesque irrumpent.
Tristi nuntio Rhenaugiam delato mittitur
Henricus Göldlin de Tiefenau Archipra-
-fectus noster, qui tandem Ductorem militum
vice Capitaneum rationibus, exhibitisque Au-
-thographis, præsertim Reipublicæ Tigurinæ
induxit, ut circa horam tertiam pomeridianã
Equites in Ottstettam movere haberet. Jam
tunc illic convenerant plures cleggovia Tu-
-ricolæ, armis periculum propulsuri: verum
hostium ordinibus territi locum cessêre, per-
-endie auctis viribus redituri.

Turicolas fundunt, et Ottstettam concremant.

Noctem alteramque mane quieti pere-
-gere milites Sueco-gallí. Erat Dies Dominica
octava Maij, festumque Dedicationis templi
Ottstettensis, lucidissimo solis Splendore il-
-lustratum, quod mox alius tristis fulgor
obfuscavit. Enim verò Tusticii tota fermè
cleggovia conglobati septingenti numero
versus Ottstettam progrediuntur Duci-bus
Joanne Waltero in Aloff, venatoriæ rei Præ-
-fecto, et Georgio Heuptlin quæstore, dum
Suecí mensæ Securi accumbunt. At hi tu-
-multu muliebrique clamore moniti
subitò Solutis ablatisque Mensis ad e-
-quum quisque suum convolarunt, pagoque
egressi, cum Turicolæ explosis bombardis
tenuem alterius vedejecissent, irruunt in
Miseros sine Lege sine ordine pugnaturos.
Tum igne domibus à Suecis injecto, cum
flamma in altum cresceret, turpi fuga Turi-
-colæ dilabuntur. Pars cæsa, multi capti,
reliqui dispersi, quosdam flamma consump-
-sit, totus enim pagus, spectantibus extur-
-ri Ecclesiæ confratribus nostris, /.K./ in

Cineres

/.K./ R. P. Benedictus Aderlin in suo Diurno in-
-ter alia hæc scribit: Miserabilis fuit aspect-

-us

cineres redactus, exceptis templi parietibus, et Altaribus, ac præprimis lignea statua Deiparæ virginis, quæ hodiè adhuc in cultu est, et in medio templi supercolumnam collocata, nihil tamen detrimenti passa est, licèt calor ignis tam ingens fuerit, ut æs campanum liquesceret, atque in infimum pavimentum defluereret. Numerus occisorum à scriptoribus, ut fieri assolet, auctus, /C/ accuratè initus est, postquam c.
desiderati in singulis Cleggoviæ pagis perquisiti sunt, atque nominibus suis expressi. /m/ erant enim tres et triginta supra centum, quorum plerique in cæmeterio duabus in fossis humati. quidam Jestette et Thenaugiæ, nonnulli etiam Egliswæ sepulti, quorsum eos detulerat Rhenus, cum ab insequentibus hostibus in flumen propulsi fuissent.

Victores Sueco-Galli, furore impro- m.
viso impressionis percitti, rediturі erant in Jestetten, cumque pagum in vindictam comburturi. At Matutè Præfectus noster Henricus de Göldlin collectis armatis ex Thenaugia, altenburgo et Jestetta, in colle Pireto obstitit jam progressis, effectique, ut viam oppositam relegentes se conferrent in vicum Nackensem. Thenaugienses verò ita pontem instruxerant, ut si Sueci intrare auderent trabes sua sponte deficerent. Mox quidam vicinorum Thenaugiam deportati, ubi sacramentis muniti quidam animas paſſi paucas horas aut dies exhalarunt. Cæteri fermè omnes cum Mulieribus et infantibus ad Monasterium nostrum convolarunt, fueruntque per mensem ferè cibis refecti. officia Parochialia tota communitas ex Lottstetten, Jestetten et Nack per medium annum Thenaugiæ percepit, ubi Parochus ipse Joannes Jacobus walter, cum suo vicario Christophoro weiss degebat. Capti infelices Cleggovіæ circiter sexaginta novem ne- — merabant

---

-us incendij et Ericina Rusticorum; ex parte Helvetiæ multi fuerunt spectatores, sed nulli succursores; quorum et nos futuri sumus in turri Comiserantes oculati testes.

/C/ Theatrum Europæum to. III. pag. 40. hanc tragediam, multis mendis respersam, refert.

/m/ Ex Archivo Thiengensi.

merabantur, pro quorum redemptione postea
soluti quater mille centum et triginta flo-
reni. Alt officialium personæ pluris æsti-
mabantur; Nam quæstor quinquies mille,
Venationum Præfectus mille florenis taxa-
tus. Imploratus Abbas noster adhibuit
Tigurinos intercessores, imo ipse Comenda-
tilias ad Ducem de Rohan perscripsit, obti- + Rohan
nuitque, ut Villefrancus ter mille et Sex-
centis florenis contentus esse cogeretur.
Damnum ingens infausto hoc casu tota Cleg-
govia illatum, tributo exacto, ne pleris
pagi eremarentur. computus huius anni
damnum æstimat bis centies septuagies mil-
libus, cum sexcentis octoginta septem flo-
renis.

Cui tamen Insidiantur Suecі. Villefrancus Schaffusij decumbens
cum, quæ in utroque pago tam Istettensi
quam Lottstettensi acta erant, percepisset,
ira percitus, in Istettenses quoque spira-
bat minas. quæ cum ipsius milites actio
creparent vocibus, Abbas noster Eberhar-
dus Secretarium suum destinavit ad Con-
sulem Schaffusianum, petens, ut auctorita-
te sua à proposito revocaret Gallum;
Respondit initio Consul, Rhenaugiam non
jubere se tutela Schaffusij; destinavit ta-
men Archigrammateum, qui habito collo-
quio rediit: pecunia redimi vexam pos-
se, cum Villefrancus scire, haud pri-
dem partem Sactem Istettæ à Comite
de Sulz, mediante emptione, in potestatem
Monasterij transijsse. Sed renuit Abbas,
asserens, pagum Istettæ sub protectio-
nem Helvetiorum susceptum fuisse,
antequam Comites de Sulz ullam partem
jurisdictionis ordinariæ ibi possiderent.
Periculum quoque fuberat, si vel semel
redimendus pecunia pagus esset, id to-
ties toto bello repetendum, quoties novi
Ductores militum adventarent. Itaque
Medicum subornavit, sub cuius cura Vil-
lefrancus laborabat, qui certiora perqui-
reret. At hic spreta frustratum Gallum
minas repetijsse retulit: aut igne cre-
mandam Istettam, aut tributo redi-
mendam.

Abs etiam Rhenaugiæ. Igitur Abbas D. Michaelem Celle-
rarium jussit implorare auxilium Ma-
gistratus Tigurini. Accedebat nempe

et

et alius terror; Nam Schaffhusianus quidam
Monasterij amicus Suecos consilia conferen-
tes audierat, quâ ratione Thenaugiam op-
primere possent; jam destinaverant quos-
dam, qui clam per pontem Schaffhusij ter-
ram Helvetiorum ingressi, veluti à tergo
oppido nostro irruerent, interfectisque cu-
stodibus socios latentes per inferiorem pon-
tem admitterent. Missus ea de causa P. Pla-
cidus apud Consulem Schaffhusij effecit, ut
arctius ibidem custodiretur per pontem tran-
situs, nullo Suecorum ad alteram partem ad-
misso. Rogatus quoque praefectus in arce
Lauffen vias custodibus impedivit. Inte-
rim Consul Turicinus perceptis, quae ex re-
latione Cellerarij nostri didicerat, satisme-
ri non potuit, se de his rebus nondum
certiorem factum per Nicolaum Kulli Sum-
mum Cleggovia Praefectum, qui ob Mu-
nicipium totius illius comitatus consi-
lia et Auxilia expetere consueverat. vide-
batur negotium maximi momenti, unde
expectare jussus cellerarius, donec inte-
ger Senatus exterior interiorque simul
congregari posset. destinati prompte qui
cum P. Michaël Wilensrancum adirent. Su-
premus Militiae Praefectus Schmid cum
capitaneo Escher, qui Gallum jam in Castris
Montanis juxta pagum Bichl offenderant;
verum Gallico Idiomate utentes parum pro
Canobio nostro impetrare levaminis vide-
bantur Patri nostro Cellerario. Supervenit
ipsa hora /. dies erat duodecima Maij./ Pa-
ter Placidus, qui Schaffhusij aegrè impetra-
to intercessore Domino Alexandro Ziegler
/. offensus enim erat Magistratus propter
denegatum Buchbergense et Tiedlinger-
se feudum./ adproperaverat, exequutionē
Militarem iteratò intentatam cohibitu-
rus. Soli propè huius viri Nobilis Zegle-
ri dexteritati et Eloquentiae adscribitur,
quòd tandem Wilensrancus declaraverit:
Tributum quidem ab integro comitatu sol-
vendum, quòd si tamen reliqui pagi Je-
stettam à Conferenda pecunia dimitterent,
se id non impediturum. quin imò etiam
paucò post Dominus Schmid Patri Cellera-
rio asseveravit, Wilensrancum iteratò pro-
misisse, pagum Jestettensem intactum fore

relinquendum. Dominus Ziegler Chenaugiam regressus pro merito fuit remuneratus, deinceps quoque operam suam impensurus.

Pelluntur à Cæsareanis.

Die decima quarta Maij quidam Milites Jestettam transeuntes minus repetitè, comburendum pagum, nisi pretio redimeretur. Sero jam erat, et sub completorio P. Cellerarius Schaffhusium convelans per Laudatum mox Alexandrum Ziegler Villefrancum, ibi in Convivio pro valedictione hilariter agentem, perquiri curavit, quid tandem Jestettenses pago expectandum? qui acerbo joco respondit: non dixi, combustrum me modo pagum, sed si rediero, cum spolicabo. verbis malignè stetit. Advocatus tunc erat ad Castra Suecorum, eique subrogatus in præfecturatumultuantium circa nos militum S. Gallensis Zollikhofer, jam tunc Schaffhusij præsens? cui quoque Abbas comendari Monasterium fecit, et Amicum responsum retulit. verum mox Cæsareani Dece Schauenburgio Cleggoviam occuparunt die decima quinta Maij, et incolis ejectis Suecis magno timore interim liberarunt. officiales Jestenses redière in Thiengen, inter quos Aulæ Comitis Præfectus Dominus Locher Chenaugiæ cum uxore latuerat. quievit itaque sed modico temporis intervallo à turbis vicinis.

Succi Jestettam spoliant.

Eninverò die vigesima octava Maij hora noctis secunda rursùm Villefrancus adest, et cum octingentis ~~militibus~~ Militibus ultionem de totâ Cleggovia, ob resistentiam octavo Maij factam, sumpturus, perrexit in Erzingen; quo in tumultu Jestettenses relictis omnibus Chenaugiam confugerunt. Perendie trigesima Maij expilata Erzinga rediêre Gallo-Succi Jestettam, totumque pagum insederunt. quapropter opem implorantibus agricolis reverendissimus noster media nocte post matutinas preces more solito in Ecclesia recitatas conventui pagum in preces comendavit, subjunctis illicò Litaniis. Mox Pater Anselmus missus in Frauenfeld à Fœderatis tunc opportunè congregatis impetravit, ut secum ad Iram redirent Legati singuli ex Cantonibus Tigurino, Lucernensi, Subsylvano, et Tugiensi. Per alium Supplicem implorati quoque

Schaffhusiam

Schaffhusiani. Præfectus in Lauffen monitus, ut naves ex Ripa Nohlensi subduci juberet. Præfecti quoque in Andelfingen et Benken, ut præsto essent cum armatis ad patriæ fines tuendos; qui paratos se dixerunt ad Rhenum usque, verùm ultrà fluvium progredi, vetante Magistratu Tigurino sibi non licere. Interim die trigesima prima Maij pagus Integer Jestettensis Licentiæ succorem expostulatus, maximè postquam Villefrancus Rhenaugiam miserat pro comeatu et pabulo obtinendo, quem tamen, donec arcæ Tiatrices Federatorum manus advenirent, præbere non videbatur conjectum. itaque quæ militibus victui aut usui esse poterant, ex singulis domibus diripiuntur, reliqua perfrendantur, unico patitur igne.

Federatis discedere compulsi.

Die prima Junij Legati Helvetiorum supradicti, comitantibus P. Cellerario, Præfecto, Secretario, Joachimo de Freyburg, et Bartholomæo Sutor, qui cellensis cùm esset, per ea tempora Domum Equestrem emptam inhabitabat, Jestettum adeunt. quibus se junxêre oratores ex Senatu Schaffhusiano, et Præfectus in Andelfingen, vir ad succurrendum promptus, octodecim ex toto Equites. Hi pagum Jestettensem nomine Helvetiorum repetentes, sua auctoritate compulerunt Villefrancum, ut illicò copias movere juberet, scripto caventes, se postulationibus Helvetiorum, non in præsenti duntaxat casu, sed et in omnibus reliquis, quæ aliqua ratione illos attinere possent, obsequentem fore. Transumptum hujus Chirographi Abbati nostro à Schaffhusianis consignatum, qui opiparo prandio excepti. Reliqui oratores cum Villefranco Eglisovam descenderant, ad noctem cum Præfecto nostro Henrico Göldlin quibusdam Rhenaugiam reversis, et pro dignitate habitis. Impediri nihilominùs excessus his militibus assueti non poterat. Rusticum quendam caudæ equi alligatum cum traherent, insequentibus Helvetiorum Legatis dimiserunt, sed mortuum duobus nimirum ignivomis globis confossum. alium tamen recreatum similiter captum, integrum eripuêre Helvetij.

Quellam abstractam, sed in itinere habito se precipientem, et inter sentes ac dumeta cidentem pila plumbea trajecerunt, à Germano ipsius fratre Henaugiam pro eu-ctione deductam. ex quibus facilè con-jecere licèt, quid factum fuisset hucci nisi Federati opem tulissent. Itaque cùm cuctis omnibus destitutæ promptudrijs mi-seri subditi factem reliquæ ad ellessem, quæ uetha mensem adhuc distabat, à clonastæ-rio alendi erant. unde Cottstettensibus hactenus ab eorum incendio pactis monitio facta, ut stipem tantisper aliunde quære-rent, cum omnibus alendis non sufficeret penus clonasterij. Comunis tamen Elee-mosina, prout alijs egentibus, interim non negata, imò subsidijs instructi, quibus do-morum ruinas restaurare possent.

clinantur reliquis in cleggovia proventibus.

At Villefrancus olim ih Abbatem nostrum exagitatus, nullam non occasio-nem arripuit nocendi clonasterio. Etenim mox altera die Junij quinque rurales Præ-fecti Cleggoviæ Ehenaugiam advene-runt, se coactos Villefranco promisisse di-centes, aut paratam pecuniam, aut Cautio-nem certam ab Abbate exacturos; nisi pro-missis starent, instare incendia; Abbas mi-seratus quidem eorum sortem, pactulata tamen dolo latente in futurum præjudi-cium facere non potuit. vacuis redeunti-bus rusticis, protervam Epistolam Ville-francus Gallicè ad Abbatem scripsit, cuius ista sensus: Cùm sentiat, Rusticos à præstan-dis tributis ab Abbate impediri, omnia clonasterij ædificia extra Jesstettam con-cremanda, nisi crastina die numerarentur pecunia; insuper agros omnes vastandos, ex quibus decima clonasterio penderen-tur; denique mille aureos majoris ponde-ris futuros, quam Saccorum hostes, quibus favebat Abbas. Missus cum hac Epistola confestim P. Anselmus Frauenfeldam, unde die quarta Junij redux cum domino de Würtz Helvetiorum Legato retulit litte-ras nomine omnium scriptas, quibus Villefrancus monebatur, ut promissi sui memor clonasterij bonis in tota cleggovia parceret, nisi armis propulsari mallet. Properarunt itaque adjuncto sibi Secre-

tario

tario Eglisoviam, ubi Villefrancum ex Convivio cum Capitaneis Bernatibus tumultuantem offenderunt. Cum ille legisset Protectorum litteras, in suorum actus nihil, inquit, curas Helvetios, omnia Monasterij Rhenaugiensis bona perdam in Cleggovia. Cui subintulit Wirtzius, prohiberi Abbatem mandato Helvetiorum pecunias tribuere, aut fide iubere. tum ille, minùs honorificè compellans Helvetios baculo minatus est Wirtzio; qui nihilter ritus promptè opposuit: nisi Villefrancus à proposito desistat, talia ab Helvetijs experturum, quæ minimè placerent. Iandem Wirtzius saltem responsorias ad Foederatos à furente extorsit; cum quibus ille reversus, cum instantius ei Abbas Commendasset negotium, Rhenaugiâ Frauenfeldam, et inde Reineggium, quo oratores migrasse dicebantur, transijt. At illi jam abscesserant Lindaviam ob turbas Rhetis componendas, unde propediem Reineggium redituri expectabantur.

Quibus reversis Wirtzius in publico confessus est proterva discursus relationem fecit, ac responsorias Villefranci obtulit, in quibus dicebat, à se immunitatem duraturam pagi Iestettensis promissam, nec impediri posse, quò minùs medijs necessarijs ad cogendum tributum uteretur. Indignati sunt magnoperè oratores præsertim Catholici, quibus constabat, omnia ad Helvetios, ac nominatim ad Monasterium Rhenaugiense pertinentia ipsius Villefranci sponsione salva esse debere. Cum verò statim redeundum ad propria esset, singuli rem Magistratibus referendam susceperunt. Catholici insuper Würtzio in mandatis dederunt, ut Abbati ex parte eorum omnem opem, etiam armis, si opus foret impendendam, adpromitteret; neque enim ferendum ut hic saeco gradus addò insultet Helvetijs. At hic cum circa vigesimam Junij copias Vilingam duceret jubheretur, ut Wurtenbergensibus in obsidione laborantibus suppetias ferret, reliquit Cleggoviam fere omnibus rebus spoliatam, impressis ubique tristibus combustionis vestigijs. die vigesima sexta Junij Missus Ekzingam P. Anselmus, ut oviculas jam per menses pastore desti-

quam vastant.

turbas

tuctas, pabulo sacro pasceret, invenit templum depopulatum, duabus Crucifixi Imaginibus capite minutis, alijsque mutilatis, pago ipso denique combusto.

Inter hæc Aldringerus denuò ex Bavaria erumpens discussit Suecos. Comes de Thavenburg Waldshutium cum milite Cæsareo tenebat. Vilingam invictè defendit Joannes Wernerus Archer de Büningen, ex ea familia, unde aliquando noster Pater Bernardus erat. Die Sexta Julij Reverendissimus in Capitulo proposuit, adesse in cleggovia Mille ac Decem Cæsaris milites; plaustrum fœni ab illis ex Rheinheim in aream Küssenberg translatum; periculum subesse, ne et Reliqua auferantur. Destinatus itaque Præfectus noster Göldlin cum Theobaldo à Freyburg Capitaneo Cæsareo ad Comissarios et Præsidij Præfectum; qui responderunt, præter ullum mandatum fuisse à rusticis, ut suis parcerent, plaustrum illud in aream allatum, operamque datum, ut nihil, quod Monasterio deberetur, milites attingere præsumant.

Decimas diripiunt.

At mox mutata belli alea, spes omnis quietis ablata, Cæsareo milite cleggovia pulso, cum Comes Rheni quatuor hyemestres urbes occupasset; Prævalentibus itaque denuò in vicinia nostra succis die vigesima quarta Julij denuntiatur à cursore, armenta Monasterij nostri in Buskenried à Suecis fuisse abacta. Dolliker over præsidio Zurichi Colla præfecto in mandatis dederat Keller natione Tigurino, qui aream Küssenberg occuparet, ut Convocatis rusticorum primoribus curet omnes cleggovia decimas colligere: opponenti se jussu Abbatis Præfecto nostro Göldlino, Keller se mandatis Dollikoferi adstringi respondit, ipsaque die vigesima quinta Julij se purgaturus Rheinaugiam venit. cui se cum Præfectus noster comitem junxisset iterque callam profectus ad mensam Rhenavi Comitis humaniter admissus est. Verum partem decimarum Dollikofero sibi vindicante, vix domum reversus Göldlinus Turegum ablegatur, ubi Litteras à Senatu obtinuit quibus mone-

-batur

-nebatur sapè dictus S. Gallensis, ut à decimis et redditibus Monasterij sub Helveticorum protectione constituti destineat, ne ipsis Fœderatis variarum querelarum ansam præberet. Interim decimarum manipulos in Cleggovia Reverendissimus colligi jussit, quibus et ipsi rustici inhiabant. Ex Ebingen aliquot plaustra deducta in Wilchlingen Ditionis Schaffhusiana. Rheinheimij Iussu Præfecti in Lüfsenberg Kelleri triturabantur Manipuli, et frumentum auferebatur. cumsimilia ibidem tentarent servi nostri, die tertia Augusti Kellerus Epistolam scripsit ad Abbatem, quâ deteriora timenda præmonuit; adesse enim decretum ochsenstirnæ Cancellarij corona Suecica, quo omnes fructus Cleggoviæ, armis subactæ, à Tribuno Zolliker præcipiebantur colligendi.

Fiat intercedentibus Figurinis.

Ut igitur Efficatior esset intercessio, cum prædictis Litterio Figurinis in Cellenz e oppidum ire rogatus est dominus Alexander Ziegler sapè laudatus, filius Christophori, cuius familia amica Rhenaugia adhuc Schaffhusij floret. Respondit affinè suo Zollikover iocoque, equos suos avenâ indigere. consignavit tamen ad Magistratum Responsorias, in quibus Monachorum promptua-ria exactienda esse ait, potiusque militi providendum; nihilominùs se ea moderatione usurum, quam circumstantiæ permitterent. delatæ Tigurum Litteræ per Secretarium nostrum Joannem Georgium Iuti, et in Senatu prolectæ, illicòque obviatum alijs datis die Septima Augusti, in quibus repetitur, Monasterio sub eorum tutela constituto redditus esse servandos; additurque, ut quandoquidem Priores commendatitiæ effectum non habuerint, has saltem Abbas sibi profuisse sentiat. obtulit has denuò dominus Ziegler Zollikovero Schaffhusium transeunti; quibus perlectis exclamasse fertur: Ergò nihil de Monasterij istius fructibus obtinendum: cui Alexander: Sufficere illi tot spolia ex alijs locis passe; Helvetijs patrijs parceret. subintulit Tribunus: respectibam Figurinis; sed miror Abbatem ipsum, nullas ad me Litteras dedisse. quibus perceptis, ad ipsum quoque expedita fuerunt. Verùm mox ludicra rerum facies. die undecima

Augusti Henricus Keller Praefectus arcis Küssenbergicæ, Zollikoveri responsa ferens, ad prandium in Monasterium venit. dicebatur is Malus Henricus, quòd sic Mater puerum compellasset, nec absque causa, si vera sunt, de quibus ipse ad mensam se jactitabat. Lautè tractatus mansit et actura die hilaris suo more, ignaruisque, quid domi fieret. Cum Excelsus Antistes anhelus adest, arcem Küssenberg à Villefranco occupatam esse. sic hostis hostem excluserit; Nam belli officiales, licèt secus militantes, sine lege proprijs lucris prospiciebant. verùm lucus Thenaugiæ satis acerbus; vix enim prior mitigatus erat, jam cum ferocioti, eóque juratohoste luctandum fuit.

Et in Arcem Küssenberg deportatæ.

Igitur et hic Tribunus seu Colonell die decima septima Augusti scripto monitus fuit, ut ex pacto cum Helvetijs inito non minùs parcat proventibus Thenaugiæ, quam Turegi et Schaffhusij, quos in eadem Cleggovia possident. At contra decimanona die ejusdem mensis nuntiatur ex Thinheim, Battlerswil, dettikoven, Berwangen, Bühl, et ex ceteris fermè pagis Cleggoviæ, resonare flagella in horreis, omniáque in Küssenberg deportari. Abbas rapto agi rem videns, et ipse, quæ poterat, subduxit, parvo tamen ex defectu virium proventu. querimonias identidem apud primarios Cantones Figurinum et Lucernensem repetijt: qui posterior sincerè condoluit, fassus tamen est, operam suam apud suos parum profecturam; unde litteras prolixas die vigesima prima Augusti ad Magistratum Turicensem dedit, effecitque, ut et hic graviter moneret Villefrancium, stipulationis suæ verbo et scripto olim factæ memor esset; Ilgs monitum per dominum de Zidlcer Tribuno oblatum quidem, sed effectu caruit, Coactis Justicis, ut in cunctis Monasterij horreis omnia in frumentum redacta ad arcem Küssenbergiam deportarent. urgetur itaque denuò Magistratus Figurinus: et hic tot litteris non fractus scripsit iterum colonello, et quidem Gallicè die trigesima prima Augusti, et saltem eousque eo Monasterij compilare disse-

-rat,

zat, donec Mareschallus de Horn certior factus fuisset, cuius imperijs se ille excusaverat. Sequenti die prima Septembris data litterae ad ipsum Mareschallum nomine septem Cantonum sub sigillo Tigurino, quibus enixè petitur, ut vi Neutralitatis olim cum Gustavo inita, et postea confirmata rebus omnibus ad Monasterium pertinentibus, licèt in Leggovia sitis, eidem tamen pacto inclusis, parcere dignaretur atque Willefranco jubere, ut à persequendo Monasterio tandem desistat. Mentis levitatem aliquamdiu fuit, modico tamen proventu, cum magna pars jam ablata fuisset, et Colonia omnes ad inedias redacti.

Abſidio Constantiæ.

Die Septima Septembris Suecorum Mareschallus de Horn cum octingentis armatis ex improviso pontem in oppido Stein, pertransijt, connivente, ut dicebatur, Vicefelring praesidij in oppido Praefecto. Inde per Mamerin, terras Helvetiorum progrediens, occupata Gottliebae arce, pontem navalem Rheno instravit, quo undique aretaret, obsideretque constantiam. Graves tumultus eam propter inter Foederatos excitati, cupientibus Catholicis violationem Territorij et Neutralitatis armis vindicare, instructa acie versus Turgoviam, ubi in oppido Wilensi memoratum Kesserling captum custodiae manciparunt, ac reclamantibus licèt Tigurinis et reum excusantibus Juriori quaestioni subjecerunt. Tandem post longa jurgia et armatas minas, quinquies mille florenis mulctatus, et ex provincijs Communibus proscriptus, Turegi tamen admissus fuit. Fama hujus transitus pervolante ingens pavor Catholicos et maximè religiosos incessit. Moniales ex Paradisi Monasterio simul septemdecim Rhenaugiam advolarunt, salutem in Helvetiae interioribus quaesitura. Nuntiabatur, Suecos pontem quoque Rhenaugiae invasuros, quapropter plerique ex Monachis nostris fugae se aptarunt, jamque scripta erant litterae dimissoriales ab Abbate singulis concedendae.

cam levare
acti Suecі.

Inter haec Constantiâ fortiter defensâ Hispani per Tyrolim adveniunt, Caesaris copijs se juncturi. unde Suecі aciem opponere coacti, relicto modico praesidio, Leggoviam

deseruent, Jestettam ingressi. Postera die ad portam inferioris portis nonnulli compa-rent, colloquium cum Abbate postulantes: quo morâm trahente, illi indignantes terga vertunt, Ductore graves minas jaciente. Aderat fortuna Medicus Schaffhusianus Burgauer, cui in comitis datum, ut cum Joachimo de Freyburg prædictum Ducto-rem Militum convehiret. Respondit ille, se Abbati nunciaturum fuisse, cùm in Wurtenbergiam abire cogerentur, præ-sidiarios aliquos in arce Jestettensi re-lictos fuisse, suis sumptibus alendos, do-nec ex reliquis Cleggovia pagis residu-um tributi solveretur. At substitutus Je-stettæ militum Præfectus, postquam me-liora Rhenangia edoctus fuisset, et ipse cum suis recessit die vigesima quinta Septembris, relicta facultate reliquos fructus per cleggoviam colligendi, die secunda octobris Gustavus Hornius, ali-quot millibus subrium desideratis obsi-dionem Constantiæ solvit. Erat tunc fes-tum SS. Cosarij; unde postmodum ex vo-to erectum sacellum Lauretanum. Viri fortes sub imperio Truchsesij de Wolfegg oppidum defenderant, inter quos noster Theobaldus de Freiburg Centurio, frater Germanus P. Bernardi. Überlingam pro-cesserant Cæsariani; Siccitam Stettlingo quam in Mülcheim propè Schaffhusium Cæsi. Mense octobri ad Rhenum Urbes sylvestres à Catholicis occupatæ, arce Rheinfeldensi à Duce de Feria Guberna-tore Mediolanensi per impressionem in potestatem redacta. Subinde muros Basileæ legentes Alsatiam intrant.

Cleggoviam deserunt.

In Imperio Catholici respirantes ligam renovant, constituto Supremo Ductore Duce Neoburgico. Cleggovia inter hæc prorsùs à Sueciis purgata, die decima octava octobris capto in Thien-gen Præsidij Præfecto, quem sopor vi-ni opplevérat, tuste occulto Præfecto no-stro de Göedlin, quem negotiorum causa convenerat. Præsidium in Hufsenberg pariter victoribus se permisit: Sed Sig-nifer quidam Suecus manibus capienti-rim elapsus intempesta nocte citato equo Rhenaugia asilum asequutus est, per

octiduum

octiduum pastus, equi verò cum famulo per mensem, ipso Schaffhusij agente. Itaet Inimicis benefacere assueverat Abbas.

In Helvetia Catholicis quatuor Cantonibus pagensibus in armis consistentibus, etiam Figurini processerant, et in vicinia nostra Kiburgionum castra locaverant. ex quibus plures quotidie officiales bellici Rhenaugia ad Mensam Abbatis adhibite. quin imò Catholicorum in imperio exercitu finibus nostris appropinquante tota cohors die decima tertia octobris ex Figurinis Rhenaugiam intravit, pontem Rheni defensura. Sed molesti Custodes videbantur. cujus ea propter ad castra Praefectus noster cum Joachimo de Freyburg, adjutore Praefecto in Andelfingen effecit, ut revocarentur, quòd Rhenaugienses pro excubijs sufficerent, daturi mox signum, si necessitas compellceret, quo parati in subsidium Figurini accurrere possent. dictius hoc incommodo affecti nostri, donec ad diem Septimam Novembris solutis Catholicorum Foederatorum Castris, etiam Figurini ad sua redière.

quam occupant Caesariani non sine damnis.

Sed enim in Cleggovia bachantes Caesaris milites more militari damna Monasterio tum subditis et colonis inferre non omiserunt. Erzingenses vigesima secunda octobris, audito milite hostem advenire, omnes turmatim Rhenaugiam convolarunt; detecta nonnullis equis, aliaque utensilia ablata; domus Parochialis Balterswila plane expilata. cum verò milites nec sacris parcerent, argento praecipuè inhiantes, necesse fuit, plures calices stanneos pro pagis ab Abbate consecrari, cum plures argentei jam ad manus praedonum devenissent, et reliqui periclitarentur. Rheinheimij ex cella vinaria vinum in arcem Kyburg devehi jusserat praesidij illius Praefectus. quapropter Nepos ad eum Joachimus de Freyburg exprobravit rapinam. Cui ille sedate: Monachi Rhenaugiae et S. Blasij nobis, inquit, necessaria suppeditare debent. Nec tamen impune tulit improperium hic Martis pultrus; Nam Pater

cellerarius noster Lauffenburgum profectus tantum potuit apud pro-Tribunum de Zweier, ut loculariibille cavea includeretur, promissa quoque damni reparatione. Cum die vigesima octava Novembris officiales peterent, ut aliquid frumenti, vinique pro militibus submitteretur, agricolis omnium rerum penuriâ laborantibus; Abbas rem detulit ad Capitulum, responsumque, id non caritatum periculo; Illecis similia potentibus denegata fuisse, nec posse prudenter alteri civitatum parti à Neutralibus concedi. Praeterea in eodem Capitulo exhaustum Monasterij statum Abbas paucis aperuit, plurima in exules extraneos vicinosque rusticolas consumpta; decimas magnam partem direptas; censualia nulla pro hoc anno exspectanda; vixque superfuturum triticum collectum usque ad proximum Pascha. Nihilominus solennis supplicatio cum precibus quadraginta horarum decreta ad diem vigesimam sextam Novembris S. Conrado Episcopo sacram, ad gratias referendas deo optimo, quod inter tot armorum discrimina, et minaces insultus Monasterium fuisset conservatum, existimabat forsan Abbas, victricibus Catholicorum armis jam periculo se fore solutum. Sed nondum finis, instabant duriora, nec praecedentibus leviora mala.

Figurini subsidium Bellicum deposcunt.

Eodem anno trigesimo tertio cum Monasterium ingens detrimentum pateretur ex parte Imperij, ex parte quoque Helvetiorum exactionibus gravari coeperunt reditus annui. Enim vero Magistratus Turicensis non solum Monasterio nostro, sed etiam cunctis Ecclesiasticis, qui aliqua bona, census aut decimas in eorum ditione possidebant, ob belli metum et custodiarum expensas, centesimum quemque nummum annui fructus exigebant. Id jam anno 1628. significarunt Senatui Schaffhusiano ratione proventuum, quos Monasterium omnium Sanctorum inde percipiebat. Eandem denuntiationem fecerunt anno sequenti Capitulo Cathedrali Constantiensi. Chenaugiae

verò

verò id primum intimarunt præsenti anno trigesimo tertio, sed simul quatuor præcedentium annorum taxas, quas vocabant Quottsteür requirebant. exterritus ista exactione Eberhardus rescripsit Senatui: Imprimis vi privilegiorum ab omnibus exactionibus liberum esse Monasterium: deinde hanc rem omninò novam, et nunquam auditam hactenus; gravissimum hoc tempore onus imponi Monasterio, cuius bona ex parte Imperij ùt plurimùm à hostis desolata; plurimas expensas ob transitum Rheni pro custodia portæ in dies fieri; quatuor simul taxas sine ulla præmonitione peti; denique proventus ultrà dimidium æstimari. æstimabantur possessiones Abbatiæ ultrà reliquorum omnium Monasteriorum et Ecclesiarum bona, interveniente procul dubio errore calculi; mirandumque est, ad hodiernam usque diem, cum computum evulgari, postquam pars magna illarum possessionum fuit alienata.

Et obtinent.

Interea cum alijs personis Ecclesiasticis, simili taxatione comprehensis, negotium expensum fuit. Jamq; protestationem Nuntij Apostolici, sed inanem, obtinuerant. Nec magis profuit Monasterijs S. Galli et Einsidlensi invocatio Regis Galliarum, cuius per oratorem facta admonitio effecta caruit. Catholici quatuor Cantones, quos vocant Pagenses, utut vellent, se nihil effectiros prævidebant. Interea identidem solutionem urgebant Figurini, quam alijs jam detraxerant. tandem die Decima sexta Decembris mandatum dederunt officiali nostro in oppido Bulach, ut proventus Monasterij detineret, nec simplici taxa contenti, à quadruplici præstanda non recesserunt. Noluit itaque amplius obsistere Abbas noster Eberhardus consilio Capituli adhibito, quòd ea potissimùm ratione ductus, quòd Magistratus Figurinus plurimùm laboris impenderit pro avertendis incursibus, suaque authoritate ac protectione Monasterij bona abreptionis depradatione præservaturus esset. Misit S. Michaelem Tenner Cellerarium cum secretario Tigurum, id solvùm supplicatum

citer rogans, ne ultrà justum et æquum magis quàm alij gravaretur, probentusq́s nihilum conferentur. demonstravit enim Cellerarius per urbaria et rotulos, compertum à Magistratu submissum muletam̃ res ipsas excedere. deputati quidem pro revisione à senatu Comissarij reduxerunt summam ab initio factam, non tamen ad eum numerum, quem optubat Abbas, aut rationes nostræ exigebant. præstitit taxam tunc ordinatam Eberhardus toto reliquo tempore sui regiminis, circit anno 1642. quando pericula belli videbantur expirasse, una cum alijs niteretur onus excidere, veluti constat ex litteris à Canonico Cathedrali Constantiensi Wolfgango Jacobo de Bernhausen die vigesima prima Januarij eodem anno ad cognatum Abbatem nostrum datis. Itaque hæc exactio ad successorem transijt, neque finem vidit, nisi pace in Imperio restituta.

Feudum Schaffhusianis concessum.

Alia Controversia cum Magistratu Schaffhusiano simili ex ratione hoc tempore terminata. Cum enim Feudum Præfecturæ in Riedlingen, Buchberg et Ehingen, mortuo vasallo anno 1629. quem substituerat, petere ab Abbate neglexisset, hic de caducitate aut saltem pœna solvenda Magistratum convenit; famq́e consilium facultatis Juridicæ Friburgensis desuper obtinuerat. At ille ob grassantem pestem se primò purgavit, deinde simile consultum juris ex Academia Tubingensi opposuit. Tandem Abbas, ut amicitiam vicinorum coleret, hac præsertim tempestate, qua Schaffhusianorum officia plurimùm prodesse poterant, ac reipsa etiam profuerunt à severitate Juris cessit, atque investituram in dictos pagos consulto more est impertitus. Ad Monniales in valle S. Catharinæ, eo quod ultrà annum post mortem officialis infeudati, requirere investituram neglexissent, mulctatæ fuerunt casulâ nova ad altaris Ministerium facienda. Expirante quoque Ehenauigo Nobili familia de Koller, domus Eques-

tris

tris ad Monasterium ceu Dominum Directum devoluta est, faminaque superstiti, quæ Citem moverat titulo melioramentorum, soluti sunt sexcenti florenj.

Hispanis interim et Austriacis versus Belgium tendentibus, Suecj denuò erumpunt, Hornio stativa hyemis in Suevia quærente. Die primâ Januarij anni trigesimi quarti cum sæpè dictus Willefrancus cum novis Copijs Schaffusium appulisset, Jesuitenses cum equis aliisque rebus suis Thenaugiam fugerunt. Verùm ille cellam et paulò post vacuò Ettwilam se contulit. Dè tertia Joannes Theobaldus de Freyburg comissam sibi arcem Gajenhoffen ad Lacum inferiorem Venetum egregiè defendit, repulsis in cellam Suecis, mox præsidio in Augia Præfectus. Vigesima septima Januarij rumor ingenti terrore repulerit Monasterium: Hornium adpropinquare, Tavernspurgum occupasse, capisse quosdam Weingartenses cum Abbate in Weissenau, et Præpositum in Waldse, combusto Monasterio Beatæ Elisabethæ in Cuthi, transitumque denique Thenaugiam à Figurinis accitum. Missis P. Romano Lucernam, P. Michaële Turegum, aliisque aliorsum, compertum est, postremam tumoris partem esse salsam. Præsidium Thenaugiæ oblatum, honestè excusatum fuit, et nostrates jam ad fugam accincti respirârunt. Redeunte in Cleggoviam Willefranco die quinta et undecimâ Februarij tyricolæ cum sarcinis Thenaugiam convolarunt. vidua quædam Jesuitica ad primum hostium rumorem exanimata corruit. Ille ferocior ex eo tempore, quò in Hochenstoffen captus per cloacam elapsus, reliquias miserorum hominum depeculatus est. Proximus erat miles utlingiæ infestus. Lotharingis quatuor sylvestres urbes ingressis Figurini octava Februarij duodecimâ noctis horâ accurrerunt, custodiam pontis comendantes; quapropter duplicatæ fuerunt excubiæ. vigesimâ primâ ejusdem mensis Suecj in Græfheim repidua ex incendio depopulatæ sunt, tyricolis Thenaugiam fugientibus. Præsidio Datoldi cello

1634. alli motus ursus imminent.

Willefrancus

mortuo Zollikoverо Praefectus est Bernardus Schavalitzius de Muckenthal, qui ultima Cleggovienſibus minatus est, niſi primores ad diem vigeſimam quintam Februarij comparerent taxam tribuendorum percepturi. Hinc rurſus fuga Rhenaugiam.

Praſidio Rhenaugiæ providetur.

Menſe Martio quatuor urbes Sylveſtres adoritur Comes Rheni; Rhenofelda longa obſidione premitur, clerciò invicta fortitudine locum defendente. Helvetij Catholici rebus ſuis, ac præſertim religioni proſpecturi, pro ſeparatione harum urbium licèt fruſtrà laborant. Gliſcebant inter Fœderatos ſimultates, quibus Rhenaugia involvi poterat. quidam Turegi legatus Grebel nomine Frauenfeldæ dixerat, Abbatem Rhenaugienſem datione præſidij ſuſcipiendi jam convenisse cum Figurinis. Conſul eiusdem reipublicæ cellario noſtro minitatus fuerat, locò hoſtium habendos Rhenaugienſes, ſi à reliquis Cantonibus, excluſis Figurinis, admitterent præſidium. Hæc ſuſpicionem crearunt reliquis. quapropter quidam Lucernates ad Monaſterium deſtinati, qui in rei veritatem inquirerent. quibus cum ſatisfactione reverſis, concluſum Frauenfeldæ die 6. Martij: Franciſcum per oppidum Stein à ſolis quidem Figurinis obſervandum, in Dieſſenhoven autem et Rheinau à reliquis quoque Protectoribus. Philominus die tricesima eiusdem menſis fœdus Lucernæ cum Hiſpanis concluſum à Catholicis Helvetijs, cuius præcipuus finis erat, ſarta tecta conſervanda religio.

Succi denuò Cleggoviam occupant.

Interea in Cleggoviæ Comitatu denuò prævalere ſuccei. Præſidiarij Caſarei arcem pulcherrimam in edito monte ſitam, unde proſpectus undique amaniſſimus in Cleggoviam, Algoviam, Argoviamque, Kilchberg, die octava Martij ipſi incenderunt, penitusque exemarunt. Subito tumultu orto ex incendio caſarei in Wilchlingen, cuius gratia in vicinis pagis pulſata campana. Jacet adhuc inter ruderа arx olim conſpicua, ac prævalidos muros oſtentat, quos partim ad initium ſuperioris ſæculi reparatos fuiſ-

-ſe

se numerus cuidam capiti insculptus his
litteris demonstrat: XVCII. quæ procul
dubio denotant annum 1502. die nona
Martij pars Præsidij Cellensis Cleggoviam
ingreditur, signa cum Villefranco apud
Guttenberg junctura. Rustici ex omni
parte, præcipuè Erzingen et Jestetten ad-
properant. Gregem armentorum pueri
Rhenaugiam in tutum agebant: hos inse-
quuti Milites, à vinitoribus accurrentibus
fugantur. Nox major militum globus pon-
tem nostrum aggreditur, sed obducta catena
suspensoque versatili discedere cogitur haud
tamen inultus, cum Joannem Theobaldum
Kempf vitriarium Civem Rhenaugiensem
et alium quendam ex Jestetten, in vineis
laborantes, quamvis inani Conatu, Sclopetis
explosis petiissent, vineis hinc inde vastatis.
Cum Jestettam occupassent, viso Salvo con-
ductu, quem Abbas miserat, antesignanus
promptè jussit Socios discedere. Interim
Cleggovia vacua Incolis, plena militibus.
Die decima tertia Martij, Juvenis quidam
Rhenaugiensis Caspar Erlin, qui Carcerem
tresque Cateras effregerat, ob multa furta
capite plexus. vigesima secunda eiusdem
Mensis Succus miserum Decurio Jestettã
Schedam misit Reverendissimo Rhenaugiam,
denuntians, soluta obsidione Lauffenbergæ
venturos sexaginta Equites. Schedæ Thure-
gum missæ. vigesima tertia ex reliquis Cleg-
govia ecclesijs æs campanum cum horolo-
gijs deportarunt Schaffhusium; unde Abbas
per cubicularium sua repetere jussit. octa-
va Aprilis Centurio Schmid natione Basilien-
sis, per decurionem nuper denuntiatus Lauf-
fenbergæ Jestettam irrupit. Venit quoque
Rhenaugiam protervus homo, et in Monaste-
rium, quasi bello subactum. nec minùs inso-
lenter Schaffhusij se habuit. Interea Gõldli-
nus noster re ad Senatum Figurinum delata
obtinuit, ut domino Stapfer Præfecto Andel-
fingæ in mandatis daretur, curaret hominẽ
quoquo modo recedere, aut pelli Jestetta. At
cum Succos etiam rixis provocasset, relictis
jestettæ debitis Egliswilam profugit.

Vix iste discesserat, cum alius instat. Vi-
giliarum Præfectus Schanalizki die decima

Tributa à Suecis exacta.

tertia Aprilis Schaffhusio denuntiavit Abbati nostro, velit ducentos modios tritici mittere Zatoldi cellam, cum proventus Monasterij in eleggoria, et nominatim Istetto à paucis annis empta, subsint tributis militaribus. si faventem sibi expertus fuerit Abbatem, spondet omnem amicitiam, atqs deinceps immunitatem. verum Eberhardus Tuego impetravit litteras ad prædictum officialem, qui in civem ibi assumptus, atque comendatione promotus fuerat, ijsque edocebatur, Istetten, antequam ad comites de Sulz, quoad aliquam sui partem veniisset, ad Helvetios pertinuisse, et immunem ab Imperij, ac proinde à Suecorum tributis, sicut et reliquos Monasterij possessiones, quas nomine protectorio intactas servari postulant. Respondit Magistratui Schavalitzky, Le mandato Hornij, qui per illud tempus Überlingam gravi obsidione premebat, adigi ad providendum præsidio oppidi cellensis ex omnibus ijs locis, quæ sita essent ex parte Imperij, ne exceptis quidem Zhenaugia subditis, cuius Abbas faveret Suecorum hostibus. Hâc impostura gravatus Abbas conqueritur Tigurinis, qui purgata eius agendi ratione denuò per Epistolam instant, quam trigesima Aprilis Eberhardus tradi curavit vigiliarum Præfecto. die nona Maij Frauenfelda advenit Dominus Joannes Ammender Lucernensis Præses Turgoviæ cum uxore sua, invisurus filium in Schola studijs operam dantem. Hic fecit copiam litterarum Hornij Überlingæ interceptarum quibus significabat diurnam eiusdem oppidi obsidionem; Milites suos fatigatos, quâ vi, quâ fraude, ducendos esse in Helvetiam, satius enim esse, ut Helvetij ad tempus offendantur, quam ut exercitus pereat; denique propositum sibi animo constantiam denuò obsidere. Magistratus Constantiensis has litteras datas die decima nona Aprilis antiqui stili Laudato Præsidi communicaverat. Eas Abbas noctu duodecima Maij civibus convocatis prælegit, jussitque vigilias solertius obire.

Maximilianus

degebat per id tempus Schaffhusij. Illustrissima

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Abbas Lx.

meo de Fürsten-
rg Schaffhusij
Baptizatus.

Lustrissima Comitissa de Fürstenberg Maximiliana, nata de Sappenheim; quæ uterum cum ferret, rogavit Dominum Mathæum Widenmann Presbyterum fratrem Cubicularij Abbatis, ut prolem, quam exixura esset, clam ritu Catholico sacro fonte abluere vellet. Propendebat et ipsa in fidem Mariti Friderici Rudolphi, cuius jussa exequi cupiebat, licèt ipsius Parentes Protestanticæ essent Religionis. Die partium Rhenaugiæ expectavit Dominus Widenmann: verùm cum probeneficio capessendo Frauenfeldam avocatus fuisset, die decima quarta Maij advenit Quæstor Comitis Fürstenbergij, qui prolem masculam natam nuntiavit, petiitque, submitti Sacerdotem pro actu Sacro peragendo. Nemo aptior visus est Domino Haas Canonico in Delsperg, patriâ Schaffhusiano, qui casu cum Reverendissimo Abbate Münsterensi Seu-valdis S. Gregorij ex Alsatia Rhenaugiam advenerat. Is mutato habitu cum quæstore profectus Schaffhusium circa horam decimam noctis secretò Baptizavit ritu Catholico ratum ~~præsum~~ Comitem Fürstenbergium Maximilianum Christophorum; /C/ sequenti die cum officiali Simone Fink, ad prandium Rhenaugiam redijt, benè omnia peracta fuisse deblantians. Proavus hic est Modernis Serenissimi Principis Fürstenbergij Josephi, cum quo multa postmodum Rhenaugiæ negotia licèt sibi matrimonio copulaverit Cognata Abbatis nostri Magdalenam de Bernhausen. Ipsa porrò Sappenheimia paulò post fidem Catholicam professa, confirmationis Sacramentum à Nuntio Apostolico Badenæ in Argovia percepit Mense Septembri, et Domui Fürstenbergicæ Landgraviatum Stülingæ intulit, cùm Frater ipsius Germanus in obsidione arcis Hochenstoffeln glande tormenti percussus obijsset, Schaffhusij sepultus. Widenmannus sequenti anno à Comite Rudolpho ad aliud Beneficium promotus in Steinach: Maximiliana verò jam 10. Febr. 1636. in proximo puerperio obijsse refertur.

huec arces
Jestette
infident.

Hornius multis frustra desideratis obsidionem Überlingæ solvere coactus fuit, in cujus defensione inter alios interijt Laurentius Schmid Rhenaugiensis tribus globis

/C/ Ex Diurno R. P. Subprioris Benedicti Alder-
en hoc ipso tempore conscripto.

confossus. Ceterum propositum Hornÿ sal-
tem ex parte impletum est, cùm Schavali-
-tio in mandatis dedit, ut cohortem Mi-
-litum Jestetta imponeret. venerunt illi die
vigesima tertia Maÿ jussi tamen â rapinis
abstinere, imò â pago illo, alysque vicinis
Prædones averterè, et nova, si qua contin-
-gerent, denuntiare. ceterùm Milites arci-
-bus insidentes cùm pane carerent, mendi-
-catò â rusticis quæritabant. demum pe-
-nuria adacti et ipsi domos occupârunt
fugientibus incolis. Præfectum Abbas
Turegum ablegaverat; quò nihil impetran-
-te destinatis Badenam Reverendi Patres
Prior et Fintanus, quos Consul Tigurinus
agatus, Catholicis demum, inquit, Cabo-
-randum esse, Figurinos esse fatigatos.
Hæc significavit Abbati Christophorus
Frey, olim Thenaugiæ Secretarius, tunc
Archigrammateus Lauffenbergæ Badena
die vigesima sexta Maÿ, ecclesiis simul
Litteris Federatorum, quas tamen Consul
Tigurinus signare renuit, dedignatus
Expostulam tot ies ab officialibus Suecicis
expetitam. Has cùm recepisset Schavali-
-tius, spopondit, se proximè avocaturum
cohortem, idque libenter impleturum, modò
scivisset, quò se converterat; arctabatur
enim et ipse sibi gravi timens uxorem ac li-
-beros Schaffusiam evocavit. Pulsati ite-
-rum supplicatione Cantones graviter
monuêre Figurinos, ne probrosum Hel-
-vetijs præsidium Jestettæ diutiùs commo-
-dati permitterent, aliàs armis abigendum.
Profuit tandem hæc monitio, discessitque
Cohors quinta Junÿ Jestetta in Suevorum
Würtenbergica. Ut quod hi necessitate
quodammodo coacti fecerant, petulan-
-tia superavit Centurio Schmid, de quo
supra, qui nona Junÿ expilatis pleriq;
Jestettæ domibus, gravem præda militem
deduxit Schaffusium.

Sub Initium Mensis Julÿ cleggovia
iterum præesse jussus est â Suecis Joañes
Cronmayer, ille ipse, qui anno elapso cap-
-tus Thiengæ fuerat. Hic rudecõna pre-
-dicti Mensis Sacerdotes Comitatûs con-
-scripsit in + Bicke, ut de præstandis conve-
-nirent. Aderat et Basileensis Schmidius,
qui subitâ irâ comotus Parochum Erzin-
-gensem confodisset, nisi impeditus â Cron-

+ pagum

- majore

majoro fuisset. Instantem mensem inter se iam partite erant secci in eum modum ut quæ ad Comitem de Sulz spectabant, cederent in usum prædicti Cronmajer, in Rheinfelden deferenda; quæ verò ad Monasterium Rhenaugiense, aliorumq; Ecclesiasticorum pertinebant, deportarentur in Zatoldi cellam, ubi Schavalitzius ad summum Imperium promotus fuerat. Episcopus P. Cellerarius Tiguregum â Le+ mandatum obtinuit ad Eglisovæ Præfectum, quò Cæsare jubebatur, ut quæ ad ditionem Tigurinam pervenirent, securè Rhenaugiam deduci permitterentur; cæteris verò dilationem executionis denuntiaret, quoniq; Generalis Schavalitzius ab Horniò, ad quem profectus erat, rediret. quædam interim ex prædictis Lenzi, aliisq; finitimis proximis, concito labore Rhenaugiam illata; nam milites pergebant excussum ex manipulis frumentum tum Eglisovam tum Schaffhusium destinare. una die simul duodecim plaustra ex nostris frumento decimis Schaffhusium pervenêre. Imploratus huiusmodi Magistratus, ut rapta detineret, primò quidem annuit, quòd et ipse Telonio debito defraudaretur, deinde tamen respondit: arrestum producendum periculo Monasterij, si nimirum caveretur de damno reparando quod fortè hac occasione civibus aut subditis eorum accideret. quæ conditio eum non placeret, actum erat de omnibus fermè decimis præsentis anni in Thurgovia; cæteris quoque fructus nulli expectandi exhalestis incolis, qui nec omnia fata inferendis poterant.

+ Lenzburg

Nonnulli Exules dimissi.

Cùm igitur spes intercisa esset, vacuum replendi horrea, pro suis solicitus Abbas Eberhardus, cum omnibus alendis non sufficeret, juxta textum sacræ Regulæ honestè significavit, ut discederent, et alibi cum hospitia quærerent; à qua tamen insinuatione nominatim excepti Sanct-Blasiani, ob vetustissimam Monasteriorum conjunctionem, quibus et ultimum panis frustum commune foret; quamvis et hoc jam periculum esset; nam farinæ ad coquendum panem ob penuriam fabæ mis-

+ quibusdam Exulibus Hospitibus

cebantur

-cebantur. Frumentum propium adeò con-
-sumptum, ut depositum ab extraneis, cum
eorum consensu, comodata acciperetur. Vasa
aurea et argentea, sic volente capitulo Schaff-
-husium ad monetarium missa, ærario ob ex-
-pensas ædificii, et Emptionis desecta exhau-
-sto. hospitalitas ingens, quotidiana, atq; in-
evitabilis. Ipsi quoque religiosi exules
plerique quodammodò nudi venerant, vesti-
-bus congruis providendi: abiere itaque
quidam sponte animo vagabundi, alij in
Lachrimas soluti; ex quibus R. P. Wilhel-
-mus Divisaltensis nova mandata à Reve-
-rendissimo Abbate suo Uberlingâ perceptu-
-rus, ajebat, nunc demum se exilij sentire in-
-comoda. novas tamen comendatitias cùm
retulisset, mansit denuò ipse cum P. Conra-
-do. Manserunt et alij, nonnulli redierunt,
ac faveute mox cœlo mitiori, plurimi post-
-modum se junxère, quorum quidam usq;
ad finem belli, imò usque ad restaura-
-tionem Monasterii olim perstiterunt. Ma-
-nifesta autem tunc Benedictio divina evi-
-luit, ut monumenta nostra loquuntur,
sine qua nemini possibile videbatur, in
tanta rerum penuria tot hominibus pro-
-videre.

Reliqui de disciplina Moniti.

ut autem Eberhardus Abbas disci-
-plinæ quoque regulari consuleret, reli-
-giosos domesticos novum Conventum jus-
-sit incolere, deinde reliquis cellis imposuit
Exules Monachos jugi Monastici magis pa-
-tientes, reliquos in exteriores aulæ cu-
-bicula divisit quidem, monitos tamen, ut
disciplinam, sacrumq; silentium tempore
præscripto non secùs atque alij in conven-
-tu observarent. Abstinerent omnes à dic-
-teriis contra quemcunque prælatorum par-
-tem. in Choro et refectorio permixti no-
-stratibus ministeria consueta subirent.
fuitque primus supra laudatus P. Wilhel-
-mus, qui more nostro ad mensam gaudens
serviret. denique domestici Extraneis
omni humanitate deferant, hi verò con-
-tenti sint consuetudine loci, nec conque-
-rantur, liberam discedendi facultatem
habentes

Interea Abbas non destitit, ut ex
clegovia decimis, si quid posset, obtine-

.rel

Helvetiorum frustranei Rhenaugia labores.

-ret. Convenit igitur die vigesima tertia Augusti Protectores Helvetios, qui omnes, ne quidem excepto Turego, scripserunt ad Schavalitzkium, ut vi pacti, quo omnia ex utraque Rheni parte Helvetiorum salva fore conventum erat, proventus cleggovia Monasterio permitterentur. adduent, aliàs ad media extraordinaria adhibenda. le fore compulsos. cum nihil proficerent, denuò Lucernates instanter monuerunt Tigurinos, ut deputatis missis adigerent fures adservandum ea, quæ Balena spoponderant, timendum aliàs fore, ne Austriaci sinistra suspicentur; denique ipsi inter Helvetios juberent, cuncta arresto affici, quæ per Foederatorum terras deducerentur; absurdum enim esse, ut in ipsis ditionibus suis spoliarentur incolæ. Igitur Senatus Tigurinus tertia septembris scripsit ad Cronmajerum acclusis Lucernensium litteris, simul et ad Schavalitzkium, ut apud Hornicum congruè prospiceret. utque litteras eò certius ad destinata pervenirent, aut effectum, orarentur, Tigurini Capitaneo Eglisovæ Joanni Martino Lauffer in mandatis dederunt ut unacum nostris Cronmajerum, aut etiam Schavalitzkium, si in vicinia esset, conveniret. At hic exercitum in Suevia congregatum petierat; ille verò prolixè respondit quarta septembris: se hactenùs respectu Foederatorum abstinuisse à quibuscunque redditibus Helvetijs, donec per Comissarium p. Regiments Schultheis. / missum à Tribuno Bannier mandatum ab ipso ~~Tellerario~~ + Cancellario ochsentirna accepisset, ut omnibus modis præsidio cellensi provideret, non parcendo proventibus Monasterij Rhenaugiensis in cleggovia, cum rei Evangelicæ plurimùm interfit, ut Catholici cultus conservetur. se proinde particulari mandato prohiberi, quò minus postulata faceret. Senatus Tigurinus transumptum hujus scripti, adiuncto proprio, consignari curavit; quò dolorem suum testatur de Monasterij damno, purgatque se admodum, ut qui suam operam desiderari haud quaquam fuisset passus. Interea transeunte cleggoviam Comite Rheni, aliisque nuncijs, sæpiùs rusticorum fuga repetita, suas reculas, messisque fruges,

Eberhardus III.

Rhenaugiam deportantium. quarta Augusti inferior Arx Destetta cum nonnullis domibus expilata, receptis in Eglisovam spoliÿs. At percepto nuntio, Zatisbonam à Cesare occupatam subitus terror Tigurinos, Schaffhusianosque invasit, suos circa nos in armis lustrarunt, æs campanum appropiante milite Cesareo pulsari præceperunt monuerunt que Rhenaugienses ad curatiorem pontis custodiam.

Sueci prælio victis purgatur vicinia.

Aucta trepidatio, cum octava Septembris certus nuntius advenit, Ferdinandum III. Electum Romanorum Regem nudius tertius apud Nördlingam insignem victoriam de toto Suecorum exercitu reportasse, cæsis in acie duodecim millibus, plurimis cum Duce Hornio captis. die duodecima nuntiatum Zatoldi cellam à Suecis purgatam pluresque Sueviæ Civitates, Memmingam, Campidonam, Buchornium, Ravenspurgum, Biberacum, Engam. Decima quarta per Cleggoviam ad urbes Sylvestres et Kegatiam convolarunt trià Suecorum Millia. quidam Parochi Rhenaugiæ exules ad suas oves redière in cellam, Dengen, Achdorff, Riedeschingen, Riedberingen. Cronmeyer Nihilominùs cum paucis custodibus substitit gratia emulgendi ultimum sanguinem ex cleggovia suricolis. Hi insequente ex constantia Cæsarea cohorte cum nocte vigesimi sexti Septembris Sé in horreo quondam villæ Nackensis occuluissent, proditi octo circiter versiopetis madefacti, cum globi corpora non penetrassent. Ipse Præfectus Cronmayer per vicum Balm navicula evasit Eglisovam, unde minatus incendia, nisi sepultis occisis sua sibi permitterentur. ex residuo decimarium cumulo quadraginta modios in subito tumultu abduxerat, relinquens, quæ supererant Monasterio. die trigesima Constantiâ advenit noster Capitaneus Christophorus de Frybug cum tota sua familia; nec non Conradus à Grüth, quem in binis prælÿs Suecі ceperant. decima quinta octobris Tribunus militum Tigurinus cum Anglis, galliisque Legatis invisit Monasterium, hospitis loco habitus. decima sexta eiusdem

mensis

Abbas L.

cMensis pulsatis per pagos Campanis Tigurinis ad oppidum stein concurrerunt; Prefectus Andelfingensis custodias nostras excitavit, qui tamen amicè monitus, ne per adductos Suecos, eorumque adjutores periculo exponeret Rhenaugiam. cMaximilianus de Pappenheim ex fuga schaffhusium delatus cùm nec ibi tutus esset, Tiregum contendit, commisso comitatu stülingensi suo Genero Comiti Rudolpho de Fürstenberg. Undecima Novembris deputati ex oppido vilingen-, cum strenuo monitore P. Wilhelmo Exprovinciali ord. S. Francisci Conventualium appulerunt Rhenaugiam, voti causa sacram Crucem invisuri, ob liberatam obsidione fermè triennali urbem.

Tandem Excubiæ extraordinariæ ad portas, pontemque sublatæ, quod uterque hostis procul finibus nostris recesserit. Illustrissimus Comes Carolus et Ernestus de Sulz denuò à Cæsare vicarius Ducatûs Würtenbergensis constitutus, adeò integer, ut munera quæque ab Incolis oblata prorsùs respuerit. Is prolixè Laudavit, gratiasque egit Abbati nostro & navatam strenuè operam in conservandis, alendisque subditis suis bello tam funesto. Vicissim Abbas, imò et Senatus Tigurinus comitis favoribus se comendavit. Cæterùm Abbas noster Eberhardus à vicinis quoque Protestantiæ Religionis Helvetiis Laudem meruit eximiam, eo quod sua humanitate ingentia pericula tam à Monasterio, quàm à proximis pagis averterit. Prædicabatur ubique suavis eius in agendis dexteritas, quâ feroces animos mitigare potuit ut non tantum nocerent, quantum proposuerant.

Congregatio,

Tranquilitate finibus Helvetiorum reddita coactus fuit ad Monasterium Einsidlæ ad diem quartam octobris Conventus Reverendissimorum Patrum nostræ congregationis, qui ob belli motus per biennium cessaverat. Decretum ibi, ut statuta quædam seu nota ad singula sacræ Regulæ capita à Decano S. Galli scriberentur, mittenda ad singulos Decanos seu Priores Religiosorum Monasteriorum, ut prævia deliberatione habita, in proxima congregatione præsentibus iisdem Decanis seu Prioribus approbari possint. Hac de causa missus postea ad S. Gallum noster P. Wolfgangus, qui in conficiendis

illis statutis suam operam comodavit.
Obiit Abbas Eberhardus vix à reliquis Dominis Abbatibus exorari potuit, ut officium Visitatoris retineret. Ceterùm è Monasterio dissertinensi per compromissum datus Novus Abbas Augustinus Stöcklin. Denique negotium Fuldense in hoc conventu tractatum, quod huic mali erat. Princeps illius Monasterij septem Patres ex S. Gallo acciverat, ut Fuldam ritu nostro reformarent, atque duodecim Novitios tam Nobiles quam ignobiles ad sacra professionem admiserat. Eo mortuo postulant reformati virum virtute praestantem Bertramum à Belinhausen, jam Abbatem Sigebergensem, licèt renitentem: Contra verò quatuor seniores Praepositi, Nobilis Capitulares, elegerunt unum ex ipsis Joannem Adolphum ab Hochenegg. Cùm Roman devoluta, electio postulationi prolata fuit, ita tamen, ut Electus reformationem ceptam promovere studeret. verum post biennium Electo subita morte abrepto, reformati Monachi congregationem nostram Helveto-Benedictinam implorarunt, ut suis officijs decesse non velit, unde subsidiarios habuerant, atque hoc ipso tempore locum perfugij fuerant nacti, degebat enim et Henaugia Frater Placidus, data est illis commendatio ad summum Pontificem nomine congregationis, quâ petebatur ut pro bono ordinis et disciplinae postulationem tandem ratam habere dignaretur. Ex eo tempore duo Genera Religiosorum in Monasterio, jam ad Episcopatum Elevato, aluntur. Ad finem hujus anni die vigesima prima decembris finem vitae fecit in praesentia Reverendissimi ac confratrum R. P. Senior Joannes Conradus à Mandach aetatis anno quinquagesimo quarto, postquam ultrà annum apoplexia tactu dispositus ad piam mortem fuerat. Item Weinvilae subsidiariam ageret, vita sua exemplari ac moribus religiosis omnibus aedificationi fuisse scribitur. Scripsit et ipse tractatum piùm de Exercitijs Spiritualibus.

1635. Res Catholicae post victoriam Nördlingensem in dies restituebantur in Imperio,

Auctumque

Actumque videbatur de Suecis et eorum adhærentibus, nisi gallica res collapsas restituisset, atque bellum indixisset Imperatori. Augusta Vindelicorum post longam obsidionem deditione Cæsari permissa; Philippopulis æstu bellico occupata, quam Galli pretio emptam insidebant. Terrore Cæsaris per Pragæ sancita cum Electore Saxoniæ, aliisque Principibus. Suecis pactis exclusis adhærere Galliæ regi, fidemque juravit cum subditis sibi militibus Dux Weimarien- — sis, nonnullis Protestantium Principibus fœderi accedentibus. In vicinia nostra forti præsidio incubabant Suecis editissimæ arci Duellensi†, ex qua prædas tota regione deggoviam usque agebant. Insidiabantur præcipuè Domino Nicolao Sudin Archiprafecto arcem Isettenem inhabitanti. quapropter die decima octava Februarij Duce Henrico malo Schmid, anno 1635. post dominicam quinquagesimæ hora secunda noctis per hostes et pomeria muris consentis totam arcem diripiunt, et ad deditionem Præfectum vocant. Duces accurrentes à Suecis admoniti, ut quiescerent, nihil adversi passuri. Parochus Thenaugiam elapsus. uxor† alapis excepta, quæ clam pecunias in Latrinam projecerat. Postulati postmodum pro ejus dimissione decies mille florenis, sed intervenientibus Schaffhusianis cum Pappenheimio, recepti ter mille septingenti, pro quorum parte Schaffhusijs commodato accipiendâ Monasterium fidem interposuit. Everfus Hullinius vigesima sexta Martij Thenaugiam, capiti dispendio sex millium florenorum sibi stetisse ajebat. Vir erat Egregius cum fide Catholica nobilitatem consequutus, manstitque deinceps Thenaugiæ, aut Turgachij, nisi cum ad dominium suum in Ducatum Würtenbergia avocaretur, ubi ad finem anni pestifera Lue extinctus. uxor illius Prædicantis filia, opinioni innatæ immobiliter adhærens, nupsit deinceps Consuli Schaffhusiano Stockum. — 1635. Suecі ex arce Duellensi prædas agunt.

Die vigesima quinta Februarij Comes noster Prædij Arensis cum septem equis in arcem Duellensem raptus, Schaffhusianis se interponentibus, in quorum minori jurisdictione situs erat locus,

+ vulgò Horkendurel,

+ Archiprafecti

paulò post restitutus, aliquâ tamen suarum rerum jactura. Sexta Martij triginta circiter equi ex Cottstetten, Nack et Balm ab illis prædatoribus abacti. Decima verò eiusdem mensis quatuor vaccæ ex campis Jestettensibus raptæ, pro quarum restitutione egit Abbas apud Wilderholdium Præfidij illig Præfectum. Paulò post per totam cleggoviam armenta Decentorum circiter animalium damno in sepè dictam arcem direpta. denique cleggovienses tot prædationibus fracti convenêre cum Præsidiarijs, ut certo tributo accepto, deinceps se continerent. die vigesima Nona Julij Dominus Jacobus Huoblig questor Sulzensis, olim apud Cottstettam captus, Durlachio ad Abbatem scripsit, gratias agens, quòd se hospitem tamdiu aluerit; comendat filium scholæ alumnum, significat bona nuntia, quæ à Domino Duc Comite ex Stutgart acceperat, ubi hic cum Comitissa et filio morabatur, duobus aliis filijs Vienna studijs operam dantibus, cæterùm monet, ut quantocius decimos ex Rheinheimio averti curet; cum per Præfectum Duellij, eiusque centurionem Keller Eglisova injunctum primoribus pagorum fuerit, ut omnes decimas detineant: se porrò curaturum ne mandato huic accolæ deferant. Nec minùs feroces erga alios fuere ex Duellio monte, quemadmodum experti sunt Uberlingani, quorum urbem astu ingressi spoliarunt: Collegium in Aningen, ubi vigesima nona Martij decalium cum quibusdam religiosis captum abduxerunt: Monasterium in Grünenberg, quod deprædati sunt, ne Venerabili quidem sacramento parcentes, quod tamen nocte terroribus agitatus Castellanus die decima tertia Julij restituit. diutiùs vacuum stetisse deinceps illud Monasterium accepimus, ex quo quædam Moniales ex familia de Waldkirch Thenaugiæ apud suos comorata.

Cæsareani Cleggoviam

Inter hæc Dux Lotharingiæ, hactenus à Ducatu suo pulsus, post pugnæ

Nördlingæsem

ranſerunt.

Nortlingenſem, domum valida manu aſ-
-pirabat, menſe Martio cum bis mille
armatis Cleggoviam ingreſſus fugienti-
-bus incolis. trigeſimâ eiusdem menſis tur-
-ma ex dicto exercitu undecima noctis pul-
-ſat, quamvis fruſtrà, fores inferioris pon-
-tis Henaugiæ. digreſsi jeſtettam, poſtri-
-die duo officiales ad menſam Abbatis ac-
-cèti, informatione accepta cum gratiarū
actione militem innoxium abduxerunt.
Alij tamen non minus militarem ferociam
expertì: P. Caſparus Frey S. Blaſianus cum
P. Friderico Eggs in Luſsen ab ijs ſpoliatus
accurrit. P. Conradus ex Monaſterio Vilin-
-gano, cum hinc nequidquam noſtris diſſua-
-dentibus, amicum militem non veritus,
in Viederen abſcederet, mox moreus et ſpes
vedijt. decima Aprilis aſilum Henaugiæ
quæſivit Rudolphus Nobilis de offtringen
ab ijsdem militibus ejectus, quòd ipſius
dynaſtia ditione Pappenheimij includere-
-tur. alebat tunc in ſchola noſtra Nepotem
Carolum, inſignem poſtea Monaſterij noſtri
Benefactorem, illiusque ſoror nupta
erat Præfecto noſtro Henrico Göldlin de
Tiefſenau. venerat cum prædicto Nobili
Præfectus ex Stülingen ejectus, qui concio-
-ni in Eccleſia, licèt alterius Religionis, at-
-tentus interfuit. Ipſe porrò Pappenhei-
-mius errabundus Henaugiam ſæpiùs præ-
-ſertim menſe Julio invaſit. degebat quoq;
in oppido noſtro Fridericus de Freyburg
Conſul Vilinganus. Theobaldus verò eius-
-dem familiæ Henaugiæ incola conſcripto
in Thiengen milite, aſſumpto in ſocietatem
Nobili Juvene Franciſco de Cleeüth, cum
Comitem de Sulz, in Ducatu Würtenber-
-gio peteret, ſortè à turma ſeparatus,
ab hoſte ſpoliatur. Cæterum Illuſtriſſi-
-mum Comitem de Sulz, qui id enixè pe-
-tierat, Abbas Capitulo in preces comen-
-davit, cum muctam fiduciam in preces
noſtrorum poſuerit.

Galli Helvetiam.

Menſe Auguſto dux Henricus de Rohan
Bourbon extraordinarius ad Helvetios
legatus, novo conſilio cæpto, Baſileæ
cum exercitu ex diverſis Proteſtantibus
coacto, Helvetiam intrat, totamq; diver-
-ſis itineribus, nullo hiante, pertranſiens
Rhetiã occupatã, Auſtriacos pellit; ad cuius

Servitia rediere Fratres Villefranci de Saint andre Mont. Andre ~~Montbrun~~, quorum alter Locum in historia nostra superius occupavit. Die quarta Augusti turma ex isto exercitu ex improviso per pontem Rhenaugia penetrans, sine offensione iter prosequuta est. Die sexta eiusdem Mensis cum illorum ter centeni aditum tentarent, à custodibus prämonitis repulsi, alium introitum quærere coacti sunt. Reliquum anni spacium satis quiete ab armis fuit. Emitque Abbas per id tempus à Schaffhusianis, opportunitate usus Pradium Altfüren dicitur mille florenis, quamvis ærarium plenè exhaustum fuerit. Verùm pedissequa Belli mala fames ac Pestis totam annum immaniter exagitarunt.

Fames. Rurus fame enecati in publicis viis jacentes reperti sunt, quorum non pauci in nostris Cemeteriis sepulti. Modius tritici decem florenis venit. Ingens pretium æstimabatur, cum nostris sexe annis ne quidem altero tanto subinde comparari potuerit. Patuit hic in necessitate magna Abbatis nostri Largitas, Major autem Numinis Beneficentia. Ter quotidie pauperibus singulis dabatur Eleemosina ex monasterio, quorum + dictum numerabantur ducenti, aut trecenti. die vigesima secunda Maij tribus vicibus pasti centum supra mille, et trigesima eiusdem nongenti septuaginta. Mense Junio ex territorio Ferretino ejecta septem millia pauperum, quorum ter mille trecenti advenere Rhenaugiam, quibus semel tantum data Eleemosina, in ea tamen quantitate, quam alias per duas vices recepissent; moniti enim erant nostri, ne præberent occasionem commorandi in vicinia, neve per pontem intrare sinerentur, cum hortis infesta fuerint omnia, et arva quoque immatura cum fructibus tuta non essent. Parochus Jestettensis jussu Comitis de Sulz, cum die decima nona Maij in Eremum peregrinaretur, calicem novum argenteum cum pane pera sua intulerat. Sed nocte in hospitio pane ablato, argentum intactum reliquit fur famelicus. Messis quidem aliquod levamen huic malo attulit, sed ex defectu sementis in multis locis haud sufficiens; unde in alterum quoque annum producta anona penuria, pauperumque copia.

+ per singulos die

Pestis.

Vix verò ad sedandam famem quædam terra protulerat, cùm miseros mortales excepit sæva pestis. Schaffhusij Mense Julio præcipuè grassata notatur, sævitque deinde præprimis Altenburgi in Parochia nostra. Ibi Parochus R. P. Adelmus Wikart diebus Dominicis et festis celebrabat divina officia, arcebanturque Rhenaugiâ non solùm Altenburgenses, sed et Istettenses, Tottstettenses et Berwangenses. Memorantur una die simul septem pesta sublati, quorum sex ex Altenburg et unus Rhenaugiensis. Die duodecima Novembris simul sepulti Nobilis domina Anastasia à Waldkirch nata Tschudi de Glarus, eiusque maritus Joannes Theobaldus à Waldkirch Dominus in Rüti. Præfectus noster Henricus Göldlin de Tiefenau confugit cum familia in Dynastiam suam Turgoviæ, ac nihilominùs suos filios amisit. Die Sexta octobris Rhenaugiæ obijt Georgius Buster per plures annos Magister Stabuli, qui pro anima sua quingentos florenos legavit. Eadem die Luci confectus Theobaldus Schweizer cum sua coniuge, cuius domus Jussu Reverendissimi clausa fuit: At Sorbi defuncti clam irrepsit, hæreditatem secutata, sed pestem reportavit simul cum domesticis elata. Joannes Burgauer medicus vitam, quam alijs servavit, ipse perdidit, quemadmodùm antecessor eius familiæ anno 1611. annum ætatis trigesimum quintum vix attigerat, magnoperè desideratus, et circa infirmos nostros maximè solicitus. Successit Joannes Secreta de Zawositz Bohemus, de quo jam alias, Susceptus principiò ad tempus, donec ob navatam pestis tempore industriam civis Schaffhusij effectus, in munere stabiliretur, Religione Rusita, neque à ritibus nostris, ut prædecessor ipsis abhorrens. Defferuntur ad diem septimam Novembris jam sexdecim Ewigaltenses contagione delecti, et paulò post octo ex Monasterio S. Blasij. Ulmo octies, in Ducatu würtenbergensi vigesies mille mortales absumpti. Tottstettæ in libro parochiali quadringenti Parochiani et plusperes peregrini hac contagione inscribuntur sepulti.

Monasterium nostrum ex speciali protectione superna à peste servatum fuit immune. Præter remedia naturalia præsertim stricta clausura, multis precibus

calum fatigatum. Cantabatur quotidie hora sexta officium de S. Sebastiano, aut altera votiva contra pestem. Præterea tres Missæ, aut factæ retro, pro necessitatis gradu, diëtim per ordinem applicatæ. Post Completorium recitabantur Lytaniæ Lauretanæ, et post Elevationem officij quinquies pater et ave expansis brachijs, diebus Sabbatinis jejunabatur ad honorem B.V. Mariæ, uti in profesto S. Sebastiani, cujus solemnitas jam pridem non solùm celebrata sed et festa adscita Sanctorum Caroli Borromæi, Vitalis et Agricolæ. Cùm porrò Cæmeterium altenburgense tot hominibus sepeliendis non sufficeret, dirucre jussit Abbas domum proximam, quam olim Beginæ quædam incolebant, illudque spacium condendis corporibus aptare. Eadem angustia loci arctabat cadavera Rhenaugiæ prae foribus Ecclesiæ Monasterialis sepelienda. quapropter Abbas Eberhardus occasionem arripuit, jam olim quæsitam divisionem cæmeterij ad Ecclesiam S. Nicolai in opus redigendi, cùm æquum videretur, ut non minùs Catholici Cæmeterio atq; ipsa Ecclesia uti possent. Agnovit æquitatem postulati Magistratus Turicensis, dedit q; Mandatum Præfidi Comitatus Kiburgici die vigesima nona novembris, ne quidquam obsistentibus rusticis in Martelen et Ellikon, ict eam Separationem perficeret. Re pacificè peracta Abbas magno sumptu muros Cæmeterij, quibus totus collis includitur, restauravit, simulque ut Ecclesiam illam ritu Catholico consecraret, expetijt Reverendissimum dominum Joannem Pelt, Episcopum Tiberiadis Suffraganeum constantiensem, qui die 29. aprilis cùm pro confirmationis Sacramento impertiendo adfuisset, dedicaverat Sacellum Infirmorum. verum inauguratio Ecclesiæ S. Nicolai dilata fuit ad sequentem annum.

Cæmeteria Altenburgi et Rhenaugiæ.

1636. quò die Septima Januarij Solemne officium celebratum est de Sanctissima Trinitate, pro gratiarum actione ob solutam Rhenaugiæ luem pestiferam, et conservatos omnes misericorditer intra insulas nostram, à qua toties utergue Rhenus aërem Mortiferum diluisse videbatur. die Secunda Aprilis memoratus dominus Episcopus partem Majorem versus op-

pidum

pidum Cameterij Ecclesiæ S. Nicolai Fideli-
um Sepulturæ dicavit; cumq; verò renueret,
Ecclesiam ipsam, utpote utriusque Religionis
usibus inservientem consueto ritu sacrare,
Chorum factem simplici Benedictione affe-
cit; et Eberhardus deinde magnam Crucifixi Effigiem Cœmeterio imposuit.

obitus. R. P. Anselmus Wikart + tempore pestis + Tugiensis
degebat extra conventum in burgo, ne dum
pestiferis Sacramenta administraret, conta-
gionem Monasterio inferret. verum cum
necdum illum locum deseruisset, lethali
morbo correptus fuit, cujus vita adeò pre-
tiosa videbatur, ut pro ea conservanda jus-
su Reverendissimi P. Prioris cum P. Finlachotto in
peregrinationem ad Sacram eremum fusci-
peret. Convaluit tantisper, sed eodem
redeunte morbo pijssimè ad mortem dispo-
situs animam exhalavit die duodecima
Julij anno ætatis trigesimo quinto. Paro-
chus erat zelosissimus, simul et omnibus
acceptissimus, adeò ut Comites de Sulz
eum pro sacris obeundis expeterent, nega-
tum tamen ab Eberhardo, qui suos secum
degere malebat. Sepultus fuit in Sacello
S. Benedicti cum alijs Fratrum monimento;
quod cum anno 1705. pro adornanda nova
Ecclesia destrueretur, cadaveribus collec-
tis, reperta est manus dextera istius P. An-
selmi integra et incorrupta, cum reliquis
tamen exuvijs translata. Tributum id est
à viris pijs eius fervent issimæ Zelo, quo
hominibus pestifera lue infectis tantâ cum
charitate Iteratis vicibus et annis Spiri-
tualia subsidia administravit.

Ad initium hujus anni trigesimi
sexti Castrum duellense à Militia Cæsarea
obsidione cinctum fuit; quæ tamen nullo
proventu, sed non modico damno die Duode-
cima Martij soluta. Sequenti Mense Apri-
li quidam milites Cæsaris Zottwila prada-
tum digressi, cum Vestitæ inter tenebras
noctis viginti equos abegissent, Justici
cum Comendatitijs ab Abbate Zottwilam
remissi, restitutionem eorum impetrarunt
quos designare poterant. Inter hæc cum fi-
nes à fusco milite liberi viderentur, vigesi-
ma quinta Aprilis res pretiosa Monaste-
rij Lucernâ atque Badenâ Ehenaugiam
reportata sunt. Die vigesima octava

Hospites. eiusdem Mensis Lappenheimius et Comes Zheni illius affinis in Monasterio nostro convenêre. E diverso vigesima sexta Augusti Abbatissa Lotharingiæ Ducissa, hactenus in Tyrolì exul, ad sua repetans debito honore excepta. Postridiè datâ est charta immunitatis Brisacì cum Cæsareo sigillo à Ferdinando III. Romanorum Rege, quâ Cleggovia incolæ subditi Caroli Ernesti Comitis de Sulz, Præfidisque ducatûs würtenbergici, liberi declarantur ab omnibus mansionibus, belliqve oneribus, ob innumera planè mala proximis annis intuitu Cæsaris exantlata. venit Altefatus Illustrissimus Comes Zhenaugiam die decima quinta Septembris cum nepote suo Udalrico, quem deinceps in Monasterio hospitari optasset, nisi periculum à Suecis exinde timendum obstitisset. Postea tamen empta quadam Zhenaugiæ domo per aliquot annos domicilium penes nos fixit. Die Decima quinta octobris Joannes Theobaldus de Freyburg denuò cum uxore et Carolo ab offeringen in servitia Cæsaris ad castra Mediolanensia migravit.

Congregatio. Cæterùm cum superiori anno ob pestem grassantem convenire haud potuerint Reverendissimi Patres Congregationis nostræ hoc anno die tertia octobris conventum celebrarunt in Monasterio S. Galli; ubi præsentibus Decanis ac Prioribus singulorum Monasteriorum statuta seu Acta in sacram regulam facta sua Authoritate approbarunt. unde Mensæ refectorij nostri unum ferculum subtractum, et pro Vino minores Cantari appositi. Tandem in hoc Conventu Eberhardus noster, cum Molestias Hiemis ob pedem fractum sustinere non posset, instanter deprecans, à munere visitatoris solutus est, quod strenuè hactenus obierat, visitatis vel solius ultimi anni spacio reliquis omnibus Monasterijs. A quibus cum Excellentissimus Dominus Danielius Scotus Nuntius Apostolicus Brevem Synopsin historicæ ac Fundationis expetijsset, missa est ei etiam ex cœnobio nostro satis turbida atque confusa, Typis nihilominùs Italicis postmodum vulgata. Excitavit saltem animos quorundam Confratrum nostrorum, ut ex

id ex eo tempore originibus Monasterij pe-
nitius indagarent, atque pulveris anti-
quissimis Chartis exuterent. . .

1637. Anno trigesimo septimo cum Dux Wein-
Civitas Cæsarei marienſis in Alsatia Tabernas occupasset,
vicinia. Galasius, qui Cæsaris Militiæ præerat,
ex parum prosperè acta, rediit in Germa-
niam, Friburgi Brisgoviæ et Sylva ni-
gra in hybernis hærens. cum miles finib⁹
nostris succederet, sexta februarij Fru-
mentum Monasterij ex Cheinheim aversa
Rheno per naves Rhenaugiam translatum.
Schaffhusiani ac Figurini vigilias solertiꝰ
agunt, ac die decima tertia Maij hi pro
defensione transitûs per oppidum Stein con-
vocarunt armatos. Mense Augusto Weis-
marius in Brisgoviam penetravit, cum ei
à Fœderatis Helvetijs transitus per ditio-
nem Basileensem negatus fuisset. At
ille nihilominus postea loca ad Episcopum
Basileensem spectantia infecit, atque in
vallem Sancti Trudperti irrupit, Joanne de Werth
Duce exercitûs Imperialis ad finem anni
in Brisgovia et Hercinia stativa tenente.
Cæterum memorabilis annus morte Augustiſ-
simi Imperatoris Ferdinandi II.+ cujus no-
men tam à pietate, quam invicta animi
fortitudine celebratur. Ejus filius Ferdi-
nandus III. Successor denominatus Imperi-
um suscepit regendum, nihil mutatis belli
motibus. obijt quoque in Regij campi pro-
fanato Monasterio vir alterius Fidei Dux
Rhoan de Brusbon, Galliæ Regis ad Helve-
tios orator, Genevam pro sepultura delatꝰ.

obitus. In Monasterio verò nostro præmatura
morte sublatus est R. P. Gabriel Hessi
Glarenensis, qui cum Parochiam Rhenau-
giensem magno zelo administrasset, In-
verens quoque religiosas tam sacro Typoci-
nio, quam philosophiæ studijs imbuisset
postulatus aliquando sub prior disserti-
nensis, resignante R. Mauritio die decima
octava Augusti anno 1634. Prior fuit
constitutus. quod munus magna quidem
cum Laude, sed non ultrà dimidium supra
binos annos administravit. Gravi morbo
pressus cum Thermis in osterfingen utere-
tur, sacris provisus, domumque reportatꝰ
est, ubi die decima octava Januarij ætа-
lis anno quadragesimo secundo animam

+ quæ contigit Viennæ die 15. Februarij ætatis anno 56.

de Rohan ex vulne-ribus in prælio Rhe-infeldensi acceptis,

Nobilis Glaronensis, ex cujus stemate tot celebres Lan-dmanni, et Colo-nelli in stipendijs Gallis prodierunt. Is cum

creatori reddidit. Scripsit Necrologium pro lectione Capituli, et notas in Catechismum. Huic eodem anno subsecutus eius in officio Prioris Antecessor R. P. Mauritius Keser Wilensis, qui illud onus per viginti et octo annos maximo cum disciplinæ incremento, præsertim à tempore introductæ reformationis Monastica sustinuit, non minus tamen in negotijs Monasterij exterioribus solertissimus. Apoplectico morbo cum laboraret, levatus quidem est onere, sed de honor est tamen prorogatijs servatus. cum extremum decumberet ab Excellentissimo domino Nuntio Ranutio, qui per ea tempora aderat, fuit visitatus, atque apostolica benedictione munitus. Dies extrema ei fuit vigesima octava Novembris, annus verò ætatis septuagesimus quartus. Eodem æa cum congregatio Reverendissimorum Patrum indicta esset Tabariæ, idque incommodum videretur propter vicinos hostes in Grisonia tumultuantes, Abbas noster sponte Monasterium suum ac hospitium obtulit quò per quinque dies ad initium Mensis Septembris sunt usi. Memoratus verò Abbas Eberhardus non solum Ecclesia, sed etiam cemeterio ad S. Nicolaum in oppido potitus, tres campanas sonoras haud modico sumptu fieri curavit, in quibus præter Ectipia Sanctorum Eberhardi, Nicolai, et Benedicti, hæc inscriptio legitur: Eberhardus Abbas et dominus Rhenovienſis. Eadem occasione alteram quoque æs campanum noviter fusum in Turrim Basilicæ nostræ suspendit.

1638. Belli motus. Anno trigesimo octavo tota vicinia nostra bello conflagravit, et renovata vulnera non minus cruenta. quæ monumentis nostris continentur, compendio dabimus. die tertia Februarij Weimari Exercitu versus Hercinian Rhenum transeunte, agricolæ ex cleggovia frumentum Rhenaugiam in tutum deportant. Sequenti die innumeri ex Imperio advolarunt, inter quos viginti Monachi ex S. Blasio. Nihilominus decima quinta Februarij Cæsaris Copiæ ex cleggovia et Stülinga Gallo-Suecos propulsant. Vigesima eiusdem mensis senatus Tiguri-

nus

nus Capitaneum grebel Rhenaugiam destinat, pro explorandâ custodiâ, qui simul cubiculas naves ex adversâ ripâ subluere imperat. Schaffhusiani accusantur, quòd adversùs postremum Badensem recessum annonam, aliaque bellica subsidia in doliis inclusa Rheno secundo Weimarienses submiserint; qui se ea ratione purgant, quòd id lucri causâ à quibusdam particularibus inscio Magistratu factum. Die vigesima septima Februarij Lauffenburgum se permisit Rocca-gallis: Jean repetitâ ex clegovia rapinâ decima Martij. Joannes de Werth hoppelas tulit Rhenofeldæ obsessæ, hostemque repulit: At sequenti die victores securè epulantes ab hoste regresso oppressi, captique Duces in custodiam Lauffenburgum ducti, nimirum Laudatus Joannes de Werth, Savellius et Sperreuther, quæ à Suecis ad partes Cæsaris transierat, Fürstenbergio vix fugâ elapso. Clegovia hostium arbitrio permissa, cujus incolæ Rhenaugiam opplent. quinta Aprilis Savellius per mulierem custodiâ ductus, cujus locò Parochus cum sacellano Lauffenburgi capite plexus.

Ex prædio Monasterij Rheinau nuper empto die decima tertia Martij à Suecis abacti boves septendecim, qui tamen agentibus Præfectis Tigurinis in Andelfingen et Eglisau restituti. Suecis Rhenaugiam usque cuncta vastantibus et cremantibus Præses Turgoviæ Michaël Schorno Juitensis decima octava Martij Eberhardum Abbatem monuit, ut excubijs ponti provideret; weimarienses averso Rheno exercitum ducere, Zatoldi cella ad deditionem postulatam; tormenta ex duellio monte deducta; timendum, ne bellum ipsi Helvetiæ inferatur, alijs provincijs exhaustis, nec ferendo bello paribus. Friburgo Brisgoviæ à gallis occupato, die vigesima Aprilis Rhenaugiam simul ex fugâ convenerunt Abbates S. Blasij; S. Petri; S. Tructperti; Fuldæ, Augiæ Monasterij, alijque cum illius academiæ professoribus. In Cœna Domini simul cum Conventu plurimi exules sacerdotes S. Eucharistiam è manibus Abbatis perceperunt. Trigesima Aprilis ad-

Exules Rhenaugiæ.

venit ex Helvetia Maximilianus de Pappenheim reversurus Stälingam à Sueris sibi restituendam. octava Maij Balthasarille duo Turicolæ à Sueris interfecti, qui in sata equos egerunt, reliquique demessis. Tantos porrò numerus ea tempestate tam hominum, tum jumentorum Helvetiam replevit, ut ijs alendis et fruges et pabula deessent. Nec ditioni Schaffusianæ vicinæque incolis jam amplius pepercit miles; unde ut levarentur Religioni omnes Catholici ex oppido exacti. Rudolphus de Hefterdingen, licèt ex ditione Pappenheimij, à Sueris tamen spoliatus decurrit. Reinheimij cella nostra vinaria expilata. Monasterium S. Blasij denuò à Sueris direptum; cui tamen ipsi subducti majora damna intulisse feruntur.

Messis fermè diepta.

Cæterum ratione futuræ messis cui jam inhiabant hostes, multum solicitus Abbas noster Eberhardus, misit œconomum Patrem Michaëlem Renner ad senatum Turicensem, à quo die decima septima Junij supplices Litteras ad Ducem de Weixmar impetravit, scriptas nomine septem Cantonum, et sigillo Turicensi firmatas; quibus postulabatur, ut interdictum, quò prohibuerat, ne aliqd Monasterio permitteretur, solveret. Dictius responso dilato, Abbas expressum destinavit ad Christophorum Fridj tunc Clingnoviæ commorantem, petens ut Litteras acclusas Duci tradi curaret. Rescripsit Christophorus: Militem cum Epistola Laufenbergâ Heidenheimium quò Dux migrasse dicebatur, missum quidem fuisse; verum cùm Tribunus Cæsareus Götz Brisacum obsidione liberasset, Ducem Noburgum usque adproperasse, quo Littera per alium nuntium festinatæ. Interea centurio rogatus, ut mandatum Ducis exequi differret. Responsoria Ducis superbo titulo ad Helvetios data vigesima quarta Junij continent quidem concessionem salvæ guardiæ, ut vocant, sed simul exigunt, ut tributa pendantur ex locis bello subactis, licèt alias ad Helve-

tios spectent. Itaque messis quidem invigilantibus ipsis militibus in horrea dedicta fuit: Ut cum decimæ Rhenaugiam deferendæ essent, obstitit Præfectus Præsidij in Thiengen Schlagman; eoque iterum decima sexta Septembris per Tigurinos delata ad Tribunum Schadwalizium, hâc industria effectum, ut non omnia perderet Rhenaugia; pleraque tamen cohiberi non potuerunt; nam et Comendarius Kargius Calffenberg decimas ex Rheinheim abducere jussit, quodam transfuga potissimùm instigatore, qui ex alio quodam sacro ordine ad partes sectorum transierat.

Inter hæc die vigesima octava Junij Constam circiter milites ex Weixmarium termio arcem Istettensem occuparunt. Sed agente Præfecto nostro Göldlino mox in alios elegiæ pagos Tigurij, relictis tamen triginta, qui arcem sine offensa accolarum custodirent. Parochi illius Comitatus proximi denuò ex Rhenaugia octo statis diebus pascebant; et Baltersvilensis noctu in quadam spelunca latere consueverat, donec undecima Julij Liberum comeatum eundi ac redeundi à Centurione Istettic obtinuit: Mox dicti milites memoratam arcem munire cæperunt, quam tamen vigesima septima eiusdem mensis deseruêre. obstupuisse fertur Consulem Tigurinum, quod Abbas Rhenaugiensis inter tot belli discrimina tam securus persisteret. Confidebat nempe superiori auxilio. Die decima octava Julij allatus Henricus Keller Tigurinus, sed succis merens, Istettic die dominica in Ecclesiam populo repletam sub concione ecclio sedens irruplit per majorem portam, et per minorem exivit, Parocho ex Cathedra usque in Balcu fugiente, reverso tamen ad perficiendum sacrum, postquam terriculamentum sacrilegum advertit. Hic ipse in Collegio Oenipontano sacra profanaverat, Monasterio autem nostro in elegovia plurima intulit damna jam semel Turegi ob scelera carceri addictus. Videbat his ipsis diebus Rhenaugiæ hospes,

Succi
mminent.

et imania facta de se ipso gloriatus nar-
-ravit; in soratum quoque Figurinum
licèt deportaretur flebas, multis verbis
injuriis: quo differente in castro duellio
custodia traditus, dum duceretur in op-
-pidum stein, erupit, evasit. Verùm de-
-nuò duellij captus, et ad suspendium
damnatus fuit, sub furca ex gratia
dum poculum haurieret, globis tribus con-
-fectus.

Die Septima Augusti circa offen-
-burgum utringue infesti exercitus sti-
-terunt: mox Göttius cum Cæsaris copi-
-is à Weinmaro superatur, et in fugam
conjicitur. Multi Parochi hactenùs
exules abscesserunt Chenaugiâ, minis
ad propria revocati à Gallis et Suecis.
Decima quinta octobris Præsidium ex
duellio monte Satoldi cellam adoritur
sed repellitur cum ignominia. Vigesi-
-ma tertia ejusdem Clenzis Cadelburg-
-um infrà Rheinheimam à Cæsareanis
diripitur, Præfecto Schlagman vix fu-
-ga dilapso: sed infelicèr Schavalis-
-sius à Hungaris captus. Die vige-
-sima quinta adfuit Supremus cleggo-
-vie Præfectus Lecher qui restitutum
jub certis conditionibus eadem würten-
-bergicæ retulit. Exercitu Gottzij fini-
-bus nostris accedente, protestantes terro-
-re afficiuntur: duo missi custodiam pon-
-tis Lustrant. die Septima Decembris indicto
à Reverendissimo preces quadraginta ho-
-rarum, monitusque populus, ut et ipse
expansis brachijs post elevationem oret,
pro avertendis armis à finibus nostris.
Eâdem die jussu Cæsaris Götzius Stülinge
in vincula conjectus, et viennam deporta-
-tus; ei culpa amissi Brisaci, aliorumque
malorum tributa: Undecima decembris
Jestettenses et Lollstettenses fugiunt Cæ-
-sareos, qui stipendijs destituti, quaque
obvia capiebant. Incubabant arci in
Jestetten, unde decima sexta mensæ Abba-
-tiali Primores adhibiti. Decima octava
Arx Guttenberg, prædantium sedes, in
cineres redacta; ipsum Monasterium
S. Blasij Tribunus Rosen cum militibus
insedit. Schlagman deturbat ex Stülingen

Et Cæsarei.

Præfectum Casoler, plurimáque in eleggovia depopulatur. Batterswila subsecundo sacro Nativitatis Christi Parochum in fugã conijcit, qui reliqua festiua perfolvit. Vigesima octava eiusdem Decembris redijt ex Italia Præfectus Militum Theobaldus de Freyburg Germanus Patris nostri Bernardi, qui S. Anselmo (Wikard) in Parochiæ ministerio successerat; set hæc quidem de actis bellicis.

Cæterum hoc anno die sexta Maij celebrata est congregatio Reverendissimorum Abbatum Helvetiæ sed. S. Benedicti in Monasterio Fabariensi, ubi præscripta fuit forma deinceps in electione Abbatum tenenda. Abbas noster Eberhardus comendavit Monasterium Beinwilense in numerum religiosorum admittendum, datusque assensus, si tam Episcopus Basileensis, quam Magistratus Solodorani, non obsistant, permittantque Monasterium illud more religiosorum à congregatione ordinari, ac conservari. Eodem anno religiosus Frater Sylvester à Waldkirch, ordine Diaconus jam cælo maturus migravit ad dominum. Natus is erat Schaffhusij, sed propter Catholicam Fidem inde exactus. Superiori anno secunda vice cum Fratre Gallo dilingam ad studia Theologica missus, morbo gravi cum laborare cæpisset, domum equo miserabiliter sedens reductus est. Nulli tamen sumptui pepercit Abbas, aut Mater Vidua Ida de Waldkirch, nata Göldlin de Tiefenau pro unico filio restituendo. Consilium medicum Basileæ quæsitum, quod respondit, hydropisin esse incurabilem; clausit ergò oculos die 16. Februarij, quibus ultimò Crucifixum intuitus erat, anno ætatis vigesimo quinto; conditus speciali monimento, quod Mater curaverat, appensa Tabula, in qua Fratris effigies cum scuto Gentilitio conspicitur. Insuper Mater mœsta quadringentos florenos constituit, ut perpetuò lumen ad Aram B. V. Mariæ accenderetur in solatium extinctæ suæ Lampadis. Extat inter alia Ecclesiastica donaria Eximiæ huius Benefactricis Calix aureus, margaritis et adamantibus fulgens. Longævam è diverso prodixit

obitus.

vitam

vitam Reverendissimus Dominus Episcopatus Udalricus, qui ex solitudine sua progressus multis suadentibus, solemne Jubilæum sacerdotale, ut vocant, celebravit die trigesima Maij in festo SS. Trinitatis, tandemque anno sequenti 1639. die decima septima Augusti plenus non tam dierum, quam meritorum religiosissimam efflavit animam ætatis anno septuagesimo sexto, de quo plura suo loco dicimus. multa scripta reliquit, ex quibus superstant quædam ascetica. præcessit Udalricum ad æternam vitam P. Johannes Jacobus Keller, per plures jam annos valetudinarius, qui Turegi Badena in patria sua, ubique frustrà sanitatem corporis quæsivit, confratrum cultum cunctis amans, animæ tandem beatitudinem, ut speramus invenit die decima sexta Februarij anno natus quinquagesimo. pro istis defunctis, singulisque totius congregationis Helvetio-Benedictinæ, sanctissimè statutum in Conventu Fischingæ die decima quinta Maij celebrabo, ut quilibet sacerdos unum sacrum, reliqui officium defunctorum, Conversi Psalterium persolverant, citra tamen gravioris culpæ reatum.

Decima servata.

Eodem anno trigesimo nono prospecturus iterum Abbas futuræ Messi in comitatu Cleggovia, rem commendavit Præfecto Præsidij in Duellensi castro, ut apud Ducem Bernardum de Weimar tempestivè interveniret, quo mandata se daturum spopondit, dum in Lauffenburg vel Rhenfelden perveniret. quod cum diutius expectaretur, scripsit Abbas ad ipsum Ducem die tertia Junij, et obtinuit decretum ipsius sigillo firmatum datum Rhenofeldæ decima eiusdem mensis. Tribuitur quidem in eo facultas decimas Rhenaugiam deportandi, ita tamen ut rei frumentariæ militari debitum tributum ex ijs persolvatur, doceaturque, quo ex jure illæ decimæ à Monasterio exigantur. Clausulæ istæ videbantur novæ, nec porrò attendendæ, nisi vis armorum accederet. Proinde plerique decimæ hoc anno salvæ Rhenaugiam deductæ. Navavit in hoc negotio strenuam operam Domin

Christophorus

Christophorus Frey, olim Monasterij Secretarius, nunc Supremus officialis Parthenonis Seldingensis, qui cum alijs statuum deputatis præsto erat Duci Weimarienſi primò Waldshutæ, deinde Rhenofeldæ.

Iestetta pariter præsenti anno salva omnia, â cuius pagi finibus miles uterque arcebatur scutis Helvetiorum, quæ jussu Abbatis in publicis vijs suspenderant. Postulaverat quidem Helvetius Tribunus de Meri Cæsareus tributa militaria â Iestettenſibus quoque: At Abbas Eberhardus ad Castra Hisingæ litteras destinavit, quibus demonstrabatur illius pagi sub Helvetiorum protectione immunitas. Itaque Milites pro cogendis tributis præsentes soluto damno non solutarium in hospicio expensarium recessêre. verum fatigatus tot laboribus, factisque expensis Abbas, quibus pagum Iestettenſem sapiùs ab incendijs et depredationibus per tot annos liberaverat, statuit Ius collectandi tandem exercere, atque moderatissima taxa ducentos et quadraginta octo florenos â communitate sibi refundi postulavit, quandoquidem â longo tempore jam prope omnibus belli molestijs liberi fuissent. At Communitas consilium Parochi sui Udalrici Rieger tunc in curia constantienſi Fiscalis et Sigilliferi, expetijt, ab eoque Rescriptum prolixum accepit, modestia sacerdotali erga Patronum planè carens, atque ad excitandam seditionem interſubditos peraptum. Sed respondit œconomus noster P. Michaël Scripto, docens: Dominium nusquam teneri suo damno militares exequutiones redimere, aut â subditis abvertere; præterquam quòd Monasterium Ius collectandi in pago Iestettenſi, seu tributa exigendi conceptis verbis possideat. Scriptum œconomj destinarunt Iestettenſes Doctori suo constantiam. Sed illo deinceps tacente, communitas in se recepit tributum proximis duobus annis soluendum.

Ius collectandi Iestettæ.

1640. Exemptio à Turbatione Turgoviæ exactionibus Libera.

Anno quadragesimo Dynastæ Turgoviæ ex insperato Monasterium nostrum in suas collectas trahere sunt conati, ob expensas, quas propter belli pericula fecerant, ad sj Rhenaugiæ non speciales sumptus

tus eo titulo incumberent. Venit Secunda
Maij missus dynastarum Secretarius Bene-
dictus Harder, qui centum ac viginti flore-
nos postulavit. Brevi Responso in cancella-
ria dato expeditus fuit, ut domini ipsis
prius edocerent, si† vel semel Rhenaugia
eiusmodi collectas in Turgoviam praestite-
rit? Id facere tentarunt per nobilem
virum ex eorum numero Benedictū Stoker,
qui litteras patentes exhibuit, testimoni-
um continentes, quod in eorum Rotulis
Rhenaugia taxata reperiatur annis 1513.
et 1544. unde non soluni dictam summam,
sed etiam mueto pluris titulo lucri cessan-
tis, et damni emergentis urgebat nieme-
randa, maximè cum ipsi Federati Turgo-
viae dominantes taxas colligi sine mora
praeceperint. Responsum denuò in cancel-
laria per patrem Cellerarium atque Prae-
fectum: Mandatum Federatorum
officere duntaxat Turgoviae Incolas; Ro-
tulis pro libitu quaelibet inscribi potu-
isse; denique memoratis annis exactionem
quidem aliquid, nihil tamen omninò pra-
stitum fuisse, ad oculum constare ex
confessione ipsorumet Turgoviae dynasta-
rum publico instrumento firmata anno
1546. quo insuper spoponderunt, se ab
omni exactione ergà Rhenaugiam tempe-
raturos, quae ad provinciam Turgoviae
nullatenus conferetur. Vacui igitur re-
missi deinceps domi manserunt Turgovij.
Eodem anno post diutinam infirmita-
tem animam piè posuit R. P. Martinus
Gsell die sexta Maij, vir haud mediocri-
ter doctus, postquam etatis annum at-
tigisset primum supra quinquagesimum.

† quandò

Ad Belli Gesta quod attinet, Brisa-
ci morte sublato Bernardo Duce de Wei-
mar, totus Exercitus in fidem Gallicam
concessit, et Gubernator ad totum Rheni
tractum constitutus Joannes Ludovicus
de Erlach Bernates. Hic instante Messe
per Schavalizerium jussit arresto affici
decimas Monasterij in Cleggovia, propte-
rea quòd Abbas tributa Suecis reddere
nulla voluisset. Recurrit itaque Eber-
hardus ad Protectores inter Catholicos
primos Lucarnates, qui rogarunt Figu-
rinos, ut nomine omnium se efficaciter

† Bernensis.

Tributa exigantur à Suecis.

interponerent; quod et praestiterunt datis vigesima prima ad Erlachum litteris. Responsio eius prompta quidem fuit, sub dato Dei trigesimæ primæ eiusdem mensis, sub pacto tamen, ut Abbas tributa exercitui ex decimis, quæ in Imperij terris perciperet, præstare non gravetur, quod et ipsi Figuriani, inquit, ex bonis in eorū ditione sitis, quamvis ad extraneos pertinerent, tributa exigere non omitterent. Copiâ huius Epistolæ factâ, demonstravit Abbas, Monasterium non teneri ad præstandum quidquam Suecis, ne quidem ex proventibus in Imperio perceptis; quòd immunitas omnibus Helvetijs, et sub eorum tutela constitutis, promissa fuerit; quòd totum Monasterium, et non ex parte tantum, Helvetiorum protectioni subsit unacum omnibus proventibus, ubicunque demum sitis; quod neque Cæsari, aut eius copijs tributa soluta unquam fuerint; quod et alia Foederatorū bona hoc pacto periculo exponantur, ut tributaria Imperio fiant; quòd denique hactenùs, præsertim annis tribus posterioribus, ab omnibus belli præstationibus liberum fuerit Monasterium, nec proinde ab Helveto censurandum. Ex his rationibus nomine Septem Cantonum replica ad Erlachium facta. Ipse verò cum ab universo diggoviæ comitatu tributo præstanda urgeret, tandem convenit de recipiendis sexcentis tritici modijs, et ducentis avenæ praeterito Henaugiæ Monasterio.

1642. Præda ex Duellio monte.

Anno sequenti cum Milites Præfidij Duellensis, inter alias prædas, bovem ex prædio Monasterij, quod Locherhoff appellant, abegissent; litteræ datæ tam ab Abbate, quam à Senatu Schaffhusiano, cui pariter damnum illatum, ad Tribunum et Præfectum Widerholt, ut bovem restitui curaret; sera autumno memoratum Castrum Duellense à Cæsario Tribuno Sparr magno animo obsessum fuit, sed majori à Widerholt defensum; donec accurrente Erlacho Sparrius fugienti similis obsidionem solvit. Repetita deinceps ex illo pro-

pugnaculo in omnem viciniam prædæ; quibus tamen Widerholtius Monasterio amicè pepercit. Mense decembri Erlachius exactiones à comitatu eleggoviensi denuò postulavit; quas præstari prohibuêre Cæsareani; addito mandato, ne quis in Helvetiam cum rebus suis fugere præsumeret.

1642. Anno quadragesimo secundo tribus equis in via publica per milites Ducij Montis ex Monasterij plaustro abductis scripsit Abbas, restitutionem à laudato Conrado Widerholt postulans; qui 2c severè disensa, cùm raptores deprehendere non posset, rogavit Abbatem, ut mitteret eos, qui raptui intererant, omnem justitiam adpromittens. Paucis diebus interjectis ostensurus, quàm illi res Monasterij cordi essent, significavit raptores ex pago fingen aufugisse, alioquin pro meritis puniendos. Ast postea Eberhardus missò ex captura salmonum munere, certiorem fecit castri Præfectu de uno ex memoratis equis in Thiengen invento, et recepto; ad quem et alter postliminio rediit. Cæterùm cùm in Saxonia ab Imperialibus copijs infeliciter pugnatum esset, die prima Novembris; Catholici quinque Cantones rebus suis prospicientes monuerunt Abbatem, ut traditum Rheni custodijs ampliorib[us] adhibitis tutaretur, cum hostes in Turgoviam denuò impressionem tentare dicerentur.

Tributa ex Bußenried exiguntur

Enata hoc anno Controversia cum Monasterio S. Blasij, cui bellum pernitiosum occasionem præbuit. cùm enim ab anno 1614. Jurisdictionem superiorem in Villam Bußenried, unacum alijs Martinus X. Ilius Monasterij Abbas à Pappenheimio stillingæ Landgravio emisset, jus militia cum collectis simul exegit, quod tamen à Pappenheimio intactum Monasterio nostro 2c dictum fuerat. tempore istius belli ultra modum gravabantur subditi tum tributis tum mansionibus; quin imò à prædio, quod ibidem proprium possidet Rheinaugia, tandem exactiones

postulata. quapropter Eberhardus Abbas ad initium huius anni querelas ad Abbatem Franciscum I. dedit litteras, simul monens, id denique census annuos tam ex mutua pecunia, quam ex decimis in Halken quondam emptis, quos tumultus bellici retardaverant, solvere non gravaretur. Respondit Franciscus, submisso emptionis apographo, rusticos ratione census in Halken de evictione cavisse; mutuam pariter pecuniam aliquando Henaugiæ præstitam expiratam fuisse, anno 1622. cum moneta valor summo in pretio fuisset; postremo eximi à tributis prædium Monasterij non posse, ne alij onera Majori et iniquo afficiantur. Misit tamen die vigesima octava Martij Henaugiam, qui his de rebus tractarent R. P. Placidum Cellerarium, cum Domino Keiser Præfecto in Guttenberg. quibus facta declaratio: Censum in Halken deberi ex decimis, nec proinde rusticos esse substituendos; sortes in solutione mutui liberè fuisse acceptatas; remittendam nihilominus tertiam partem ex contrarij mutui censibus in aliquam compensationem, dummodo reliqua solvantur; denique bona Ecclesiastica ab exactionibus profanis prorsus esse immunia. Rejecit Reverendissimus Abbas Franciscus quoad priores duos articulos, petita duntaxat dilatione, et oblatis in solutionem censibus quibusdam annuis à communitate Grieshemensi præstandis. quoad tributa vero bellica constanter asseruit nullam immunitatem habere locum, cum et ipsi S. Blasiani ex propriis fundi bellis sumptus diluere teneantur; acclusitq; copiam Recessus Imperialis, quâ cassantur omnes immunitates huic tributo adversæ. Postremum istud negotium quasdam dissensiones inter utrumque Monasterium aliàs amicissimum procreavit, quibus tamen insperata morte subductus est Eberhardus noster.

Congregatio. Interfuit nihilominus Conventui Prælatorum subito die decima quarta Maij in Monasterio S. Galli, prout et superioribus duobus annis tam Fabariæ quam in Eremo, ubi salubres ordinationes

pro disciplinæ regularis conservatione factæ sunt. In conventu porrò huius anni assumpta est in Fraternitatem congregatio Lotharingica ordinis Sti Benedicti; concessa utrinque bonorum operum communione. originem suam habuit hæc congregatio jam anno 1600. à venerabili P. Desiderio à Curia; cum altera in Galliis S. Mauri capta primùm sit anno 1618. Caterùm in memorato Conventu Abbatum nostrorum lecta sunt quoque Litteræ Summi Pontificis Urbani VIII. quibus eosdem hortatur, ut Comune studium pro omnibus Monasteriis in uno loco erigatur, ne fratres Juniores ad externas academias mittine cesse sit. Difficultatibus occurrentibus Paternum consilium exequutione caruit, Licèt et Venaugia pro tali loco à Nuntio Apostolico suggestum fuerit. obviatum verò Fratrum excursioni, cum propria studia in singulis Monasteriis erecta, quibus hoc tempore in nostro ob bella initium datum.

Œconomia Eberhardi Abbatis.

Eodem anno Eberhardus Abbas ab Illustrissimis Comitibus de Sulz emit Molendinum Jestetta, et decimas quasdam in pago Bühl, cum aliis frumenticensibus pretio quindecim millium florenorum die trigesima prima Augusti: Ipsa pars pagi Bühlensis quanti steterit, suo loco commemoravimus, prout etiam alias ipsius emptiones notabiliores; nam exiguas præterimus, quarum vis computo facto numerum haud spernendum efficiant. quibus si addantur expensæ, in novæ ædificia, et vetera conservanda, ac denique expecta debita à Prædecessoribus relicta, miranda planè, ac prædicanda Divina largitas, quæ tempore maximè iniquo, ac subtractis plerumque Monasterij redditibus, pissimo Abbati adeò larga manu subvenit. reliquit quidem et ipse alienum decem millium florenorum: verum multò plura ipse credidit quibusdam Monasteriis bello nec ibi gravissimè laborantibus. Præterea sacrarium pœnè totum novis paramentis ipse restituit, calicibus plurimis

ex

Ex argento Augustæ Vindelicorum comparatis, sacrisque ornatibus pro divino cultu confectis, Ecclesiasticarum Cæremoniarum Zelator Eximius.

Pietas et disciplinæ Zelus.

Præcipuam tamen laudem obtinuit Eberhardus in promovenda disciplina Regulari, quam à Prædecessoribus vix captam ipse aucto Religiosorum numero perfecit ac stabilivit. utpote sibi subjectos ad observantiam Monasticam inflammaret, nullis usus exemptionibus, tam nocturno quàm diurno officio, quantum per negotia licuit, interesse solebat: Mensæ quoque communi usus, nisi hospites impedirent. Capitulo Regulari plerumque præsens erat, minimos quosque defectus notans, non tam severus quàm indefessus in corrigendo sororum Religiosarum amator, et æstimator, sine quorum consilio nihil aggredi solitus, singulorum necessitatibus, maximè pro recuperanda sanitate, paterno affectu nullis parcendo sumptibus providebat. Non solùm autem Religiosis sed et extraneis, subditis maximè et pauperibus eximia charitate occurrit. hospitibus, exulibus, amicis Monasterii, imò et inimicis officia humanitatis nunquam decesse est passus. quibus id consequutus est, ut omnium amorem sibi conciliaret, simúlque honore à cunctis coleretur.

Obitus.


Verùm optimi Abbatis regimen brevis infirmitas insperatò interrupit. Meliori utebatur valetudine, nisi recreatis quandóque ex rupto pede solaribus. Tandem Mense Decembri cæstipato corpore gravis torminibus diu exercitus, ultimam sibi horam imminere persentiens, animam Creatori Commendavit, traditisque die undecima Decembris, annos natus quinquaginta et octo. sepultus fuit in medio navis Basilicæ, infrà monumentum Fundatorum, et Theobaldi Abbatis; cujus Capidi Sepulchrali insigne est ex auricalco Species ipsius Abbatis in habitu Pontificali Magnitudine hominis, cum mitra

et pædo, cui ex more appendet. fida-
rium; in utroque indice Gestat annu-
lum, ac præterea in digito annulare
manûs ministræ. In superioribus an-
gulis visuntur insignia Monasterij et
Bernhausiana. Ad oram totius lapidis
eodem metallo immissa est sequens in-
scriptio: Anno Domini 1642. 21. De-
cembris obiit Reverendissimus in Christo
Pater ac Dominus, Dominus Eberhar-
dus à Bernhausen, Algojus, huius Loci
Abbas, qui optime, quamdiu præfu-
it, profuit: cuius anima in Domino
requiescat. Amen. Rexit hoc Mona-
sterium 29. annis, 2. Mensibus, Die-
bus 15. Ad pedem Abbatis hæc adjecta;
qui in diebus suis placuit in templo
Dei. In moderna nova Basilica cer-
nitur eius sepulchrum cum memorato
lapide ante ferreas chori crates.

Cæterum Numerus Mensium,
atque Dierum eius Regiminis curatiùs
exprimitur in Necrologio comieni, cui
Parochus, qui et eius Successor, se-
quentia inscripsit: Reverendissi-
mus et Amplissimus Dominus, Domi-
nus Eberhardus à Bernhausen, tertiò
à Reformatione Regularis Disciplinæ
Abbas, Eiusdemque propagator ma-
ximè industrius, ac Monasterij no-
stri penè totius Restaurator, plu-
rimorum insuper debitorum sedulus
exsolutor, cuius proinde
semper honos, nomenque manent laudesque manebunt;
Pro meritis Christus præmia digna ferat.
Præfuit Monasterio annos 29. Men-
ses 4. Dies 13. Tot numerum annos
in regimine consumpsit, quot natus
erat, dum eligeretur Abbas. In actis
Electionis eius in Abbatiali dignita-
te successoris sequentia de Eberhardo
præmittuntur: Hoc anno 1642., Die
21. Mensis Decembris, mane inter
tertiam et quartam horam, pijssi-
mè in Domino obiit Reverendissimus
et Amplissimus Præsul, Dominus
Eberhardus à Bernhausen Campido-

Abbas 12.

nensis Algojus, clemens et laudatissimus Abbas, qui, quoad præfuit, profuit; omnibus charus, gratus, et acceptus; dexteritate et usu rerum multis par, affabilitate, atque morum decentia omnibus superior. Vicinos omnes amavit, et coluit; atque ab ijs vicissim et amatus, et ubicè cultus fuit. Mirus captandorum affectuum artifex, doctus, prudens, et solers, et qui domui suæ, quâ regulariter, quâ œconomicè vigilantissimè præfuit. Hic talis ac tantus Antistes, dignus melioribus annis, raptus est anno ætatis suæ quinquagesimo octavo, Regiminis vero trigesimo. Cujus anima sancta quiescat in pace. Amen. Subjungitur deinde celatam fuisse mortem Abbatis, ejusq; funeri clam necessaria adparata, atque ad feriam sextam vesperi, quo solemni ritu ac pompa decenti sepultus fuit, in Crastinum justis omnibus de more solutis.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Bernardus I.
de Feyghino.
1522.

Bernardus I.
de Freyburg.
Abbas LI.

1642. Profapia. Genealogia Nobilis simul et Antiquissimæ Familiæ de Freyburg ad seculum usq; decimum quartum protenditur, ad cuius Initium Monachus quidam noster in calendarium cuiusdam Manuscripti adscripsit obitum Patris sui Burchardi â Freyburg, nec non Fratris sui Joannis; ex cuius nepotibus quidam Henricus ad Exordium sæculi XVI. vilingæ consedit; [a] Inde Zhenaugiam migravérat Joannes Georgius de Freyburg cum conjuge sua Magdalena de Greüth atque in domo Equestri ad superiorem oppidi portam domicilium fixit. Hic inter decem liberos ultimum numeravit Geroldum, natum die prima Augusti anno 1600. à Patrino Abbate Geroldo I. de Gerlaubenfio in Baptismo nuncupatum; quod nomen postea professione Monastica in Bernardi mutavit. Vilingæ studijs severioribus imbutus, post adeptam sacerdotij inaugurationem, Citatumque Buxheimij primum sacrum, Beinvilæ subsidiarius fuit, unde revocatus Parochiam Zhenaugiensem tanto zelo ac prudentiâ administravit, ut mitrâ dignus haberetur.

Electio. Vix oculos claüserat Eberhardus Abbas die undecima decembris anni quadragesimi secundi, cum mox capitulum ad visitatores Principes S. Galli, et Einsidlensem destinavit S. Stephanum; Lucernam verò ad Excellentissimum Dominum Hieronymum Farnesium Sanctum Apostolicum, S. Romanum ã Curia, qui simul Muris adiret, totius Congregationis seniorem Abbatem Jodocum. Dedit Farnesius ad Capitulum nostrum Epistolam consolatoriam et hortatoriam, excusores, quia ob urgentia negotia præsentiam suam commodare non posset, substituto in vicem Pio Principe et Abbate S. Galli; qui cum die decima quarta Decembris cum Einsidlensi et Murensi octoginta quinque annorum senè, advenisset, Nunc à Capitulo salutatus est Electionis Præses, reliqui Abbates Consecratores, vicaq;

---

[a] Brucinus in Hematographia constant. pag. 44. ubi ista lege: Geroldus, nunc Bernardus Abbas Zhenaugiensis, vivat!

Scrutinij excuti, viva tamen voce dandi determinata. Proxima die unanimiter Electus R: P. Bernardus de Freiburg, ætatis anno quadragesimo primo; qui cum non sine Lachrimis electionem acceptasset promulgatus fuit in Ecclesia per R. P. Dominicum Tschudi Monachum Murensem Congregationis Secretarium; hymno Te Deum persoluto, Novus Abbas à Prælatis in conclave et possessionem Abbatiæ introductus fuit. Instrumentum confecit R. P. Bernardinus Meyer, Prior, ut vocatur, S. Galli, et Notarius publicus, cui singulorum eligentium nomina hoc ordine Inscripsit:

Catalogus Capitularium.

R. P. Wolfgangus Adolphus Stehelin à Stockburg Prior.
R. P. Benedictus Aederlin Subprior.
R. P. Fintanus Kolin.
R. P. Michaël Renner.
R. P. Maurus Feldegger.
R. P. Blasius Crederer.
R. P. Januarius Oettinger.
R. P. Placidus Kübler.
R. P. Romanus à Lauffen.
R. P. Bernardus à Freyburg.
R. P. Dominicus Stechelin.
R. P. Stephanus Negelin.
R. P. Fridolinus Zum Brunnen.
R. P. Gallus Wagner.
Rel. F. Sebastianus Hertenstein.
Rel. F. Carolus Ryser.
Rel. F. Meinradus Honnegger.
Rel. F. Wolfinus Isslinger à Granegg.
Rel. F. Felix Keiler.
Rel. F. Mauritius Wirieth.
Rel. F. Nicolaus Landart.
Rel. F. Sylvester Egios.

Cùm Confirmatio Neo-Electi Româ petenda esset, utpote exempti à Jurisdictione ordinarij, ne in administratione impediretur Bernardus, suò et Conventûs nomine supplices ad Excellentissimum Dominum Nuntium Litteras dedit, ut liberam administrandi facultatem interea impertiri dignaretur. Descripsit ille distinctis Litteris tam ad Abbatem quam ad Conventum, additis patentibus Litteris, quibus Bernardus constituitur

Abbas LI.

Administrator Generalis Monasterij tam in Spiritualibus, quàm temporalibus, omnesque Subditos ad parendum adegit. quapropter Novus Abbas mox homagium, ab omnibus subditis tam intra, quàm extra Rhenaugiam suscepit. opportunè tunc erant Badenæ Foederatorum oratores congregati. His simul decenti Legatione Electionem suam significavit, petens, ut sibi non minùs quàm antecessoribus protectionem impertiri dignarentur. Fecère illi, quod petierat, datâque Charta die vigesima Decembris susceperunt tam ipsum quàm Conventum, totumque Monasterium de novo in tutelam et protectionem, omni meliori, quô fieri potest, modo spondentes, omnia privilegia, immunitates et jura, prout veris ac fidelibus Advocatis, et Protectoribus convenit, se defensuros, conservaturosque. [b] oratoribus consueta honoraria oblata. 6.

Privilegia ista habent Advocati.

At Joannes de Wolfegg Episcopus Constantiensis vix percepta Abbatis Electione Rhenaugiam destinavit Dominum Catholdi Mörstein olim Vicarium Generalem, nunc Ecclesiæ Cathedralis Canonicum, qui annatas à Neo-Electo exigeret. Cui Bernardus noster, præhabito Capituli Consilio, ~~videri~~, respondit, jus annatarium competere Summo Pontifici, cùm et Confirmatio Exempti Abbatis + competeret. Perinde tamen Monasterio nostro fore, utrilibet annatas numerarent, seu Episcopo seu Pontifici. Cæterùm cum istud negotium reliquæ etiam congregationis Monasteria concernat, moram esse necessariam, donec saltem Nuntius Apostolicus

+ ibi

Episcopi annatas poscit.

---

[b] das wir hiemit ihr Gnaden Sambt einem Ehrwürdigen Convent, und untergebenen Gotshauss in der besten und krefftigsten form, als das beschehen kan, in schutz, schirm, hut, und protection aufnement, mit fernerer versprechung und zuthuung, ihro Gnaden sowohl, als auch ein Löblich Gotshaus bey allen ihren freyheiten, gerechtigkeiten, und gewohrsamen, die sie ordentlicher weis innhabend und besitzend, als wahren und getreuwen schirmherren zustehet, und sich gezimmet, zu erhalten, zu schützen, und zu schirmen.

licus desuper esset consultus. Multis uctrò citròque inter partes scriptis, urgebant Nostri Nuntium, ut factam Confirmationem Pontificiam Romæ impetrare dignaretur,

1643. cùm jam in alterum annum, tertiumque Mensem protracta esset. Comendavit instantiùs negotium Bernardus Abbatibus totius Congregationis, qui die quarta Martij Fisseckinga convenerant, ipsumque, licèt nondum confirmatum, in cætum deliberationem admiserant: quibus tandem effectum est ut eodem Mense Rhenaugiam adveniret sacræ Nuntiaturæ Auditor, processum super Electionem formaturus, qui Romam proconfirmationis destinari posset. Verùm cùm hæc in tertium denuò mensem frustrà exspectata fuisset, R. P. Wolfgangus Prior iteratis Literis fatigavit Nuntium Apostolicum, qui Confirmationem à se ipso impetrandam obtulit. Et nihilominùs maturiùs deliberata, consultiùs fore videbatur, si decretum Summi Pontificis expectaretur.

Post varia obstacula,

Indictus fuit hac de causa eodem anno Secundus Conventus Reverendissimorum Patrum, ad diem 19. Augusti Rhenaugiam, præsertim cùm à Sacra Nuntiatura moniti fuissent, ut his de rebus Episcopo Romæ responderent, quò negotium esset delatum. Optabant Patres, ut in posterum Visitatores Congregationis obtinerent facultatem Confirmandi Electos; cujus rei non deerant Exempla. At Capitulum Rhenaugiense per P. Priorem duosq. Seniores magnis precibus effecerunt, ut mox soluto Conventu tres Visitatores Dominum Nuntium in Hochenrein accederent, qui expeditionem Confirmationis Romæ efficaciùs pro Electo Abbate Bernardo solicitaret. Interea P. Wilfridus in Romana Curia negotiorum Gestor haud modicas difficultates reperit pro impetranda Visitatoribus Confirmandi facultate; cæterum pro Abbate Rhenaugiensi Confirmationis bullam propediem venturam spopondit. Missus Rhenaugiâ pro urgendo negotio Lucernam mentitus, die quinta Novembris Ill.mum Excellentissimum Dominum Farnesium offendit, qui obtenta Pontificis bulla Rhenaugiam petebat, ubi ultimum Legationis

obtenta est Summi Pontif. Confirmatio.

Abbas LI.

fuit munus exequeretur, impertita Abbati Benedictione. Vocatus statim ad futuram solemnitatem Princeps S. Galli, quo vinculum Abbate Murensi Assistente, die undecima Novembris festo S. Martini, à prafato Legato Apostolico inauguratus est tandem Abbas noster Bernardus, eoque Majori nostrorum Lætitia, quò diutius hactenus fuerant suspensi. Bulla Urbani VIII. majoris formæ, appensò plumbò, data est die Septima octobris, in qua concedebatur facultas, à quolibet Antistite Catholico Benedictionem petendi. Huic adjuncta fuit altera Bulla minor, quâ præcipitur Nuntio ad Helvetios, et officiali curiæ Constantiensis, vt in plenam possessionem Abbatem venire faciant. Licèt porrò hæc Confirmatio non modico impendio steterit, nihilominùs Episcopus Constantiensis Romæ apud sacram Congregationem Cardinalium, Episcoporum, et Regularum agebat, vt totum negotium annatarum et confirmationis suspenderetur, atque ipsa Exemptio denuò subjiceretur examini. Ut P. Wilfrido fortiter se opponente, quemadmodum Episcopus Confirmationem Pontificiam impedire non potuit, ita Relatione exemptionis nihil effecit vt quæ jam iterata ponderatis fundamentis, quæ Episcopus objecerat, confirmata fuisset. Annata tamen quod concernit, cum Ex Episcopali mensæ deculere admodum grave videretur, lis perduravit, quousque post biennium pacificè sopita est. Illud nihilominùs controversiam cum Parocho Bühlensi terminavit Hieronymus Farnesius altera post impetratum Abbati Benedictionem die. Decima ab Aliquo tempore Vicarijs in prædicta Parochia permissæ fuerant, sub annua pensione Monasterio præstanda. Hanc cum illi, præsertim bello Suecico sæpius spoliati non præstarent, lis desuper orta est, quæ primùm Constantiæ, deinde Lucernæ per appellationem ventilata, At promoto ad illud beneficium Domino Christophoro Widenmann tota causa in arbitrium Abbatis Domini Nuntij deposita. Pronuntiavit is majores decimas Principi Monasterio restituendas, congrua tamen portione Vicario relicta. Partes Arbitrium pra-

dicta

Sueci Cleggoviam occupant.

dicta) die acceptarunt, et subscripserunt.

Memoratus Dominus Widenmañ mox Decanus Ruralis capituli constitutus, incomoda quoque belli Helvetici his ipsis diebus fuit experpetus. Ad initium quidem huius anni quadragesimi tertij Gallo-Sueci ex toto Ducatu Würtenbergio à Duce Lotharingico pulsi fuerant, egregiè rem Cæsaris agentibus Mercio, Werthio, Truchtmüllero, et Sporklio. At illi in vallem Kinzinganam se recipientes Mense Aprili Zofingam licèt vano conatu obsidione cingunt, totamque Cleggoviam occupant. Comitis de Sultz officiales ex veterè jure Municipij implorata Tigurinorum ope Joannem Conradum Wertmüller, qui intercederet, impetrarunt, interposita quoque Legati Regis Galliæ opera. Nihilominùs impensæ bellicæ huius anni supèrà tria et quadraginta florenorum millia computantur. Altenburgi et Jestettæ erecta fuerunt aerea fines tres columnæ cum Insignijs Monasterij, et septem Helvetica cantonum, ut hostes ab illis finibus arcerentur, quia de re Comes de Sulz reversales litteras, ne id suis officeret, postulavit. In Autumno Sueci Zofingam iteratò adoriuntur, et occupant, occumbente tamen eorum Duce Gabriano. Mense Novembri pagus Büttenensis à Militè Sueco direptus, Ecclesia profanata ac spoliata, Parochus ipse plagis impositis captivus abactus. Scripsit is die vigesimâ quartâ Novembris Literas lachrimis respersas ad P. Michaëlem Cellerarium, quibus petit ducentos quinquaginta florenos, quos pro redemptione expenderat Dominus Rudolphus de Offtering, et Præfectus noster Ruralis in Fraßentingen. Similis fors eius fratri Matthæo Widenmann Parocho ditionis Fürstenbergicæ contigerat, qui spoliatus Rhenaugiam ad alterum fratrem in asilum accurrit. At biduo post apud Dettlingam Sueci à Cæsareanis ingenti clade affecti, plerisque Ducibus, et pro militibus gregariorum cæsis. Tum profectâ fugâ circa vicinam nostram: Jestettam tamen transire prohibiti, à Militum Præfecto viâ per Rationem Figurino deducti sunt via, quæ deducit ad pontem Volckenbach nuncupatum. Anno sequente quadragesimo quarto

1644.

Cæsaris exercitu in Silesia occupato, Galli Iberlingam obsident, et Mense Majo in deditionem recipiunt. Mercius contra invictiss. Bavarius Friburgum Brisgoviæ sueis eripuit, Gallos in subsidium venientes mense Augusto †cecidit. verum ad Rhenum inferiorem fortunâ superiores Galli extitêre. †profligavit.

Die octava mensis Engelberga habita est Congregatio: Rhenaugiæ verò placidissimè in Domino obiit vigesima secunda Februarij R. P. Dominicus Stechelin, ætatis anno quadragesimo quarto. quem sequenti anno die vigesima nona septembris pia morte eiusdem planè ætatis vir secutus est R. P. Stephanus Negelin. obitus. 1645.

Obitus Celsissimi Principis et Episcopi Constantiensis Joannis de Vrsteg negotium annatarum suspendebat: Vt Electus Franciscus Joannes à Rasberg litteris datis ad Abbatem nostrum die vigesima septembris nondum solutas Episcopatui annatas est conquæstus, licet eclipse earundem titulo summam haud spernendam solvere Romam cogeretur. Responsum quidem est: etiam ab Abbate numeratam sedi Romanæ pecuniam, spes tamen facta concordiæ, si Episcopus exemptionem impetere desisteret. Suaserat id P. Wilfridus Procurator Romæ, aliqui experti asserebant, multò consultius fore, si deinceps confirmationes electionum ab Episcopo, solutis annatis, obtinerentur, salva manente de cætero Exemptione. Coactus est igitur cætus Prælatorum in Monasterio Murensi die decima octobris, ubi Dominicus Tschudius loci Abbas in congregationem adfectus; et præter annatarum negotium, cæsionum quoque facta tractata; quarum Præses Apostolica Auctoritate constitutus Princeps S. Galli, in aliaque Monasteriorum membra huiusmodi inducta derivavit. Ad diem vigesimam quintam eiusdem mensis octobris convenêre partes in Monasterium nostrum Rhenaugiense, Episcopus quidem per deputatos; Abbates vero Murensis et Tschingensis per se ipsos, Engelbergensi impedito; Monasteria enim S. Galli et Einsidlense jam antiquitùs immatriculata erant Romæ; cætera vero alterius erant Diœceseos. ibi sequentes articuli per modum recessus sunt Constituti. Imprimis ut in Electionibus Abbatum Epis-

Conventio cum Episcopo Constantiensi de Confirmationis.

copus

copus nec per se, nec per suos Missos amplius interfit. Secundò ut Instrumentum electionis Episcopo exhibeatur quidem; ipse tamen teneatur uni ex Abbatibus congregationis nostræ processum formandum committere atque sine mora viso processu, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, Ro-Electum Confirmare, receptis vicissim annatis, ac cæteris hactenus consuetis. Tertiò liberum sit, à quocunque Episcopo Benedictionem Abbatialem percipere. quartò, his tamen Exemptioni à Iurisdictione ordinarij nihil derogatum intelligatur. denique transactionis istius ratificatio à Summo Pontifice petenda decernitur. Et quia Abbates Henaugienſis et Engelbergenſis jam semel Romam annatas solverant, saltem titulo honorarij, sine ullo præjudicio alicuius Episcopo ~~merito~~ impertiuntur. Abbates præsentes, cum nostro Bernardo, nomine proprio, et absentis Engelbergensis, subscripserunt: Episcopus verò die tertia Novembris datis ad Abbatem nostrum Litteris articulos prædictos suo et Capituli Cathedralis nomine ratos habuit. Supplicatum quoque Romæ anno sequenti quadrage-
1646. simo sexto die vigesima quarta Ianuarij pro transactionis confirmatione, quæ ab Innocentio X. subsequuta est decima quinta Augusti eiusdem anni. Bulla ipsa penes Congregationem servata, cuius transumptum quatuor Abbatum, quorum interierat sigillis munitum, Celsissimo Domino Episcopo concreditum. Cæterum cum taxa annatarium à singulis solvenda in illo instrumento non fuerit determinata, id nova Conventione factum, cautumque conceptis verbis est, ut quamvis taxa annuli Vicario Generali competeret, Littera tamen Confirmatoriæ in Electionibus non Vicarij nomine, sed ipsius Episcopi sigillo, et subscriptione, tanquam Sedis Apostolicæ delegati expedantur. Datum posterius hoc Instrumentum die vigesima secunda decembris, appensis quinque maioribus sigillis, Episcopi scilicet, et Abbatum quatuor.

Disciplina florens. Eodem anno quadragesimo sexto die decima septima septembris habita est Henaugiæ visitatio à Reverendissimis Abbatibus Placido Einsidlensi, et Dominico Mu-

Zensi

censi, qui recessum his verbis inchoant:
In visitatione Monasterij huius Rhenoviensis nos infrà scripti talem in eo statum invenimus, qualem et singulariter commendare, et simul ardenter optare debemus, quatenus cum Dei adjutore magis magisq; promoveatur ac stabiliatur. quo quidem disciplinam Monasticam satis collaudant, nihil enim in eiusmodi visitationibus per singulos fermè annos instauratis, experiri, praeter leves quosdam errores correctos, qui inter homines nunquam deesse poterunt. Insignis promotor huius Disciplinae fuerat R. P. Wolfgangus Adolphus Stehelin à Stockburg, Prior huius Monasterij anno 1637. qui statuta sive notas in S. Regulam cum viris selectis congregationis in S. Gallo perfecit. obiit pijssimè aetatis anno quinquagesimo octavo die decima septima July anno praesenti, vir excitati ingenij, omnis ordinis, aetatis et dignitatis hominibus gratus, acceptus et amatus, ob singulares naturae dotes, maximè affabilitatem, et liberalitatem, stemmatis sui ultimus. Germanis sexatribus suis omnibus, cum maxima spei essent, bello absumptis, Feudum nobile in ducatu Wurtenbergico ad Wolfgangum devolutum est: verum cum id Monasterio post eius mortem non speraretur relinquendum, seipsit ipse cum consensu Abbatis et Capituli Wurtenbergiae Ducem commendatitias prosoro de sua Nobili viro in matrimonium collocata, ab eoque in vicem recepit sacrum templi ornationis haeresarem in officio Praefati habuit R. P. Fridolinum ad fontem, + seu Zum Brunnen virum non minus eximium; in pia morte pedisequum die decima nona Augusti Obiit Frater Conversus Franciscus Weber.

obitus.

Belli motus.

Ad bella data quod attinet, cum superiore anno Caesarianis copiis in Bohemia ingenti clade affectis fuissent; Mercurius quidem Torrentium apud Altergentheim excitat, + profligavit At vicissim apud Nortlingam caesus et occisus fuit. Id victoriam verò praesentis anni Praesidiarij ex Monte Druidis pontem Rhenaugiae insperato transeuntes, legatos urbis Sangallensis injuriosè affecerunt. Ea propter Senatus Figurinus ab neglectam transitus custodiam postula-

vit

-vit satisfactionem. cui pro responso datum die prima Februarij: eo milites sapius hactenus, et quidem citerius comeatus à Tigurinis instructos per loca Helvetica transijsse, fines his temporibus, jam bello remotiore, nusquam accuratiùs custodiri; Præsidium illius castri amicum hactenùs habitum, nequidem indicium sinistri eventûs præbuisse; ingrauiendum proinde potiùs in alios et quidem Helvetios, qui ex privata simultate huius malè causa fuissent. Cæterum ad finem huius anni Sueticarum Copiarum ductor Wrangel, frustrà Augusta vindelicorum tentata, ad lacum Bodamicum promovit exercitum; Brigantium occupat, depredatur, et vastat; Constantiam vano conatu obsidet, et firmata cum Helvetijs nomine Reginæ hactenus neutralitate, nihilominus constantiæ obsidionem minatur, excitatis ad tutelam Catholicis foederatis.

1647. Die prima Januarij anno quadrage-
Major Rhenaugiæ Custodia. -sima Septima Missus fuit Turego Rhenaugiam Capitaneus Wilhelmus Stupfer Andelfingæ Præfectus, pro commendando Transitûs Custodia; qui subsidium et servitia sua perhumaniter ad promisit. octo vigiles jugiter ad pontem positi; et remota ædicula ligneæ, quæ pro secandis trabibus ibi ex parte Imperij subsistebat, ne protrahendo Rheno hostes signis ita posset. octava Januarij venerunt litteræ clementis plenæ Benedictionum ex ducatu Würtenbergensi ad congregationem nostram, quibus se in preces commendant, ejectionem proximam præsagientes, et aliquot millium animarum, magno labore desperatarum jactoram. die duodecima Monachi ex Weingarten pulsi, duo capite, tres in conventum nostrum suscepti. Venêre simul et alij, inter quos Buxfeldenses, Bronnenses, Wiesenses, Spoletium Monasterium suum denuntiantes. Eodem tempore centum milites Costtstettensem pagum occuparant; duo verò millia ex Waldshut penetrarunt in Stülingen. decima sexta eiusdem Ellensis venêre Rhenaugiæ duo Consules Tigurinus et Basileensis cum Prætore Lucernensi, et

officiali

Landamano officiali Turejer uranienſi, maioresq; excubias ad pontem ordinarunt, ad ſuperiorem tamen oppidi portam nullas dare neceſſarias, Figurinis haud procul vigilantibus. Convenêre Federati in oppida Weill. Udalricus Comes de Kuſs è S. Gallo redux retulit patribus noſtris in Conventu: Veld Kirchium quoque tributo obnoxium ſuecis; legatos Helvetiæ cum magno honore Brigentij exceptos; petitum ab ijs tranſitum pro obſidenda Conſtantia. Memoratus porrò Comes cum hactenus in medio oppidi noſtri domum inhabitaſſet, pro maiori Comodo à Bartholomæo ſicler emit ædem nobilem Fronſchegg, ubi cum familia durante bello degit. vigeſima ſexta Jubilæi Principis S. Galli, præſertim ex Goſſau, ſuecis adhuc tentantibus fortiter ſe oppoſuerunt. Hi ad ducentum congregati per oppidum Stein, ſed vano Conatu, irrumpere nituntur. Tandem Turrenio omnibus mediis tranſitum urgente, Helvetij suos ex Gallia + ſtipendijs revocarunt. Die ſeptima Februarij obſidio Lindaviæ ſoluta multis hoſtium occiſis, multis Lacu ſubmerſis. Primus deinde Globus ignivomus, qui ſine damno trajectus fuerat, à Lindavienſibus Beatæ virgini Einſidlenſi devotus fuit. Inſula Meinau ſuecis tradita, in überlingen quoque admiſſi. diebus quinquageſimæ aſteribus Glaciei impoſſibilis in Augiam ſc ſdivitem irruperunt, et incendijs octodecim domibus cuncta ſpoliarunt. Tum relicta Brigantia congregantur ad Duthlingen, et Mense Aprili per Stülingam penetrant in Comitatum Cleggovicum. unde officiales Durlachio ſubſidijs Mandarunt, ut ad vitanda gravioria mala adventuro cum Legione Tribuno Baumbach præſtanda adhæreant. quinta demum Junij Militites ex cleggovia Philippsulam deducti. vigeſima prima Auguſti Mariſburgum, ſedis Epiſcopi Conſtantienſis, à ſuecis Gallis combuſtum. Cum his Dux Bavariæ relicto Cæſare pacem ſinierat, ut à terris ſuis averteret: verùm ad finem anni mutato conſilio Memingam occupavit. Inter hæc Carolus ab Offteringen, qui undecim annis terra Mariæque mili-

+ ſtipendijs

c.

ſc] Theatrum Europæum addit et Rhenaugiā à ſuecis occupatam, quæ tamen deo protegente conſervata.

-teverat, Renaugiam est reversus.

Hoc anno decima septima Julij Conventu Reverendissimorum Praesulum Einsidelle habito, exceptus novus Nuntius Apostolicus Alphonsus Sacrati Episcopus Clementanensis, qui Laurentio Gavoto Episcopo Vintimiliensi in munere Apostolico successerat. Is superiori anno mense octobri praesentia sua Renaugiam honoraverat. Reducta quoque ex hoc conventu supplicia in Majoribus festivis officia. Caeterum felix faustusque Renaugiae fuit praesens annus, illatione Corporis S. Basilij Martyris Romani; habebat affinem Romae Abbas Bernardus Dominum Joannem Rudolphum Rieger Lucernensem Praetoriae cohortis Praefectum, cuius uxori, patria Renaugiensi, Agneti nata de Greüth, Cognata sua Abbas quondam significaverat desiderium suum, Româ obtinendi aliquod sacrum Martyris Corpus. Cum igitur Doctor Rieger vicarius noster in Sefstetten, reformandi cleri causâ, Romam profectus esset, commendatitias sibi multas profuturas ab Abbate scriptas memorato praefecto exhibuit; qui hac occasione usus tria Martyrum Corpora Sanctorum Basilij Leontij, et Luccina ex cameterio Callisti expetijt, et ab Innocentio X. Pontifice Maximo impetravit, cum Authenticis ab Alexandro Victrio Romanae Urbis vices Gerente, quibus facultas debatur, eadem Sacra Corpora transferendi, et cultui publico exponendi die Decima quinta Maij. Signatas. Haec igitur Rieger in praesentia testium tradidit Riegero, cum mandatis, ut S. Basilium Renaugiam, S. Leontium ad Muros, et S. Luccinam Selingam deferret. die quinta Junij Româ, licet febribus vexatus, Rhedâ conductâ discessit, Januaque Bononiam appulit. Hinc per Mediolanum, Comum, Uraniam, et Lucernam ad Muros pervenit, ubi S. Leontium, postea miraculis clarum, reliquit. Duo reliqua sacra Corpora cum Sefstettam adduxisset, adventum suum Renaugiae notum fecit, ubi consilio habito decretum, ut solemnitate dicta S. Basilij reliquiae quam primum susciperentur. Itaque die Decima Julij P. Fridolinus Prior cum Patre Sebastiano humeris suis sacrum pharetrum Sefstettâ

Translatio S. Basilij M.

Rhenaugiam detulerunt, præeunte Cruce ac nonnullis ex clero et populo comitantibus, exceptum sub pulsu æris campani à toto Conventu, subjuncto cantu hymni Te Deum Laudamus. Cum ipso tempore pluviæ frequentes messem perturbarent, sub initium deportationis sole illuxit, mansitque optata serenitas per plures dies. Eidem die Anna Göldlin Præfectj nostri Soror, cum ingenti dentium dolore laboraret, oscultatis sacris reliquijs sanitatem obtinuit. Celebratus est Doctor Zieger, sacrum corpus è principali cœmeterio, et præcipuis eiusdem cœmeterij monumentis sumptum fuisse, signa quoque Martyrij à se conspecta, lampadem nimirum ac palmam, nec non ampullam vitream, in qua sanguis concretus, unacum corpore Rhenaugiam delatus. Solemnitas translationis pompa celebri instituta fuit die primâ Septembris, quæ dominica erat, post meridiem, ubi crepantibus bombardis per plures arcus triumphales arasque sub dio erectas exceptus est novus sanctus Rhenaugiæ Patronus. Vesperæ de eodem solemniter habitæ, festumque sequenti die celebration, quæ hactenus eius honori tribuitur. cum denuò pluviæ continuæ aërem turbassent, rediit serenitas, atque per septem dies perduravit. Alia beneficiâ intercessione huius S. Martyris collata prætera, inter quæ suavissimus odor per intervalla sæpius perceptus in monumentis nostris memoratur. S. Luciæ corpus mox sequingam delatum. Erat porrò ista sacrorum corporum translatio una ex primis, quæ Româ fieri cœperunt; nam deinceps frequentiores erant. Eadem quippe Domina Agnes de Greuth Sorori suæ Dominæ Mariæ Magdalenæ Margaritæ Monasterij Nobilis Albæ Dominarum Abbatissæ simile corpus mitti curavit. Tertia harum soror pariter Rhenaugiensis Principis titulo in Parthenone schonis decorata erat.

1648. Ad initium anni quadragesimi octavi conventum habuerunt in oppido Arau legati protestantium Cantonum cum Erlacho Præsidij Brisacensis Præfecto et altero Duttlensis Castri Præfecto vviderholtio. Mense Maij Sueci Gallijs

conjunctis armis in Suecica copias Bavaricas Imperialesque fraeruntur. Tum irruentibus in Cleggoviam militibus, accolae Rhenaugiae notum quaesiêre asilum.

Mense Augusto pars minor Pragae in Bohemia à Tibicine Konigsmark occupata et direpta. Rebus Caesaris periclitantibus tandem pax concluſa Osnabrückiae et Monasterij, quâ multa bona Ecclesiastica Protestantibus cessêre; annus hujus saeculi vigesimus quartus pro norma exercitij Religionis in Imperio constitutus; Galliae Regi Alsatia cum Brisaco permissa; Helvetiorum respublica vel independens ab Imperio agnita. Ad finem anni duplicatu ab ponten nostrum Custodia, monente Turgoviae Praeside, ne milites abeuntes irruerent. verum illi occupatas provincias non illicò deseruerunt, obtentu tributorum nondum solutorum. Consul überlingae Flumen metuens Rhenaugiae praesidia quaesivit, sine quibus abitus succorum non foret spirandus. Cleggovia quoque diutius sub onere pressa, quae Majorem jacturam hoc anno subijt

Pax Monasteriensis.

obitus.

ex Morte Illustrissimi Comitis Carolo Ernesti; quae cum secunda Maij accidisset, interrupit tractatum cum Monasterio nostro, quem ob quasdam Controversias inchoaverat, concernentes Jurisdictionalia in Jestetten et Altenburg, ex quo posteriori pago. Civis Rhenaugiae nullo supplicio affectus fuerat, ubi nempe in delicto deprehensus. Decima quoque nonulla in districtu pagi Cadelburg litis materia erant. Ceterum memoratus Comes ab insigni pietate, à Monastico ritu non abhorrente, in monumentis nostris celebratur. Amicitiam quoque cum Monasterio nostro eximiè coluit, solitus singulis ex confratribus nostris parentare. cui proinde solemnibus mortuorum officijs vices redditae. obijt pariter pijssimè die octava Julij Senior Sexagenarius R. P. Fintanus Kolin, + per triginta et quatuor annos sedulus Ecclesiae custos, cujus manu et opera supersunt scriptum Sacristiae Directorium, quo totius anni ritus continentur. Susceptus econtra

+ filius Joannis Landsperga Reipub. Tugiensis.

in

in Monasterium nostrum R. P. Benedictus Gesolec Monasterij dissertinensis subprior, ex ordinatione Congregationis habitæ in S. Gallo die decima sexta Septembris.

1649. Conventus vita periclitatur.

Anno quadragesimo nono fere omnes confratres nostri de vita periclitati sunt, ex fortuito usu quarundam radicum, quæ mortem afferre poterant. Eam deseruit R. P. Carolus Zyffer tunc præsens, et ab notam herbarum peritiam a periculo seservatus, die vigesima quinta Martij præparatum cum collatione vespertina reficientibus acetarium fuit, cujus materiæ debuissent ipse radices cichoreæ eliguatæ; crevisant hæ tenacium arenla mixtim cum hyoscyamo: crudæ utraque seperatim in manipulos collectæ ab hortulano relictæ, a primo horti postmodum in culinam ferendæ. Puer verum ignarus, horti præfecto absente, radices utrasque comiscens Coquinæ Magistro deferit, illæ coctas mensæ infert. Nemo pene edentium fuit, cui non brevi circa horæ obsonium ab aliquo insolitum, et maxime obtusæ corpulentus, et pingues radices, et antea non multotiens visas, et idcirco aliquanto etiam avidius, sed valde tamen jejunio quadragesimali, sumebantur. et quia in magna satis quantitate appositæ, et prostrata, ne jejunium violaretur, manducantibus etiam superfuerunt, quæ Scholaribus et Sartoribus exinde appositæ fuerunt: quid mirum, si pestiferis studis collationem suo tempore cubitum iturn. Hinc circa horam tertiam diei symptomata cœperunt, ex nescia radicum pauciatim diffundi noxiam, sentiri a quibusdam capitis vertigo, aliquorum torreri linguæ ac labra, asperari fauces, torqueri nonnullorum ilia, pectoris arcubus male habere. Fuit, qui gargarismo palati ardorem compescere studuit, sed lingua velut in fixorio tosta omnem despuit medelam. Insonante noctis duodecima cum ad preces matutinas, per omore excitarentur, miserabilem aliquorum metamorphosin spectare fuit, unus stans delatus monte, ac debilis deportatus fuit, ut pro vita desperato habitus sacramentis ecclesiæ sacramentalis providere decreverit. Alij quasi dentibus nuces frangeret, et exemptos

nucleos frigilis domesticis proïjcerat, una manu paronem abigere videbatur. alius in cella sua fornacem prensabat, quasi arborum perrepturus. alius anhelitu utrisque manibus, ac toto corpore incurvus alta sibi suspenda clamabat. Exïjt, qui ad chorum venerant ad matutinum solvendum pensum, aliique oculos vix aperire, et litteras legere nequibant, vel aliqua inter verba seu versiculos admiscebant, quae ibi non continebantur; unde unus aut alter abire compulsus est. Nonnemo privatim orare volens, dum librum aperit, Myrmidonum aciem adspicit, et litteras jam animatas velut formicas in agglutinato confusim discurrentes, sibi videbatur intueri, nec exinde ne syllabam quidem, ne dicam, verbum aut versum integrum combinare ad aliquod tempus valuerit. Lepidum praeterea fuit, mane sartorem videre laboraturientem minus jam sedili suo oculatum, quippe, qui ne filum quidem armare acu, nec à tipone armato tangere rem acu, ut sibi videbatur, jam cuspide valens, quovis puncto aut digitos, aut poplitem cruentavit. Ethisdem intemperiis agitati aliqui usque mane nec tamen satium adhuc, quia male esset origo; quia tamen omnibus fere commune fuit, judicatum rationabiliter est, Deum cuncta promanasse, quapropter etiam acriter indagatum est, quid cuidam refectorio hostiario vesperi intulisset, qui asseverarit, praeter radices quasdam de libro Hortulano sibi missas, et more solito tractas, nihil intulisse. Proinde indagine ad Patrem Hortulanum devoluta, fassus is est, quod erat: nimirum bifarias radices Hyoscyami scilicet et Cichoreae una ex area eruta, se recurisse, si forte per errorem à puero Hortulano commixtas ad coquum venerint, se nescire. Interrogatus tunc etiam puer respondit, omnia, quae invenisset, ea dicta cuidam intulisse. Hinc ajebat P. Prior, illae lachrymae, quae etiam summo mane Schaffhusio accersiri medicum fecit. Erat tunc temporis Dominus Joannes Secretus à Favorsits Nobilis Bohemus,

Reipublicae

Reipublicæ Schaffhusianæ Archiater Excellentissimus. Adest is ex tempore, et citationis causam edoctus luctantes adhuc aliquot Patres cum halluce suo reperit, et aquâ è Juniperis destillata ad potandum porrecta saevientem pestem aut mitigat, aut abstergit. Tum ad circumstantes: Domini mei, inquit, nisi hic Hyosciami radices, Cichoreæ radicibus, olus, sale, et aceto attemperatæ fuissent, fractæque nonnihil earum vires; jam essetis omnes orci candidati: quibus verbis loquebatur ut poëta Laureatus, et indicare volebat, omnes exinde moriturus fuisse. Post abscessum eius Patres ferè omnes melius habere caperant paulatim: unus tamen illorum, qui in edendis radicibus largior fuerat, has sibi reliquias superesse conquestus est, oculos nimirum antea sibi acutissimos adeò obtusos redditos, ut per spicelyum uti necesse fuerit. Hactenus P. noster Carolus, cuius descriptionem totidem verbis edidit in opere de cicuta aquatica [d] nominatissimus Doctor Joannes Jacobus Wepfer, Scrotæ, qui sequenti anno obiit, in ordinariatu Schaffusiensi successor, adjunctis doctissimis scholiis et observationibus medicis. Constat, octoginta ex conventu hac peste infectos, et ex iis plures dictus à Cecto affixos.

Circa idem tempus dia videlicet vigesima Martii Præsidiarii ex Juelii Montis castro villam Nak, in eleggovia spoliârunt, attentis restantium tributorum. Simile factum cum minarentur Lottstettæ, aversi à comite de Sulz fuerunt. Tandem anno quinquagesimo mense Julii purgatam à milite infecto provinciam + memoratur in diurno
1680. M. P. Benedicti Subprioris; qui cum præfatis annis Ephemerides toti congregationi Helveto-Benedictinæ dedicaret, Catalogum singulorum Monasteriorum ac Religiosorum præmisit, quorum numerus erat
Congregatio.
In Monasterio S. Galli — — — 69.
In Einsidlensi — — — — 86.
In Fabariensi — — — — 19.
In Disertinensi — — — 9.

+ fuisse,

[d] pag. 230. edit. Basil. 1679. Arcus is est Domini Michaëlis Wepfer medicini Medici Experti[ss]imi jam Collegæ nostri.

Bernardus I.

In Marcnsi — — — 29.
In Zhenaugiensi — — 29.
In Tischingensi — — 20.
In Engelbergensi circiter — 14.
In Beinwilensi — — 18.
Summa 260.

Ultimi huius Monasterij Beinwilensis Abbas Fintanus hoc anno die undecima Maij in Conventu Zhenaugiæ celebrato Locum inter Deliquos Reverendissimos Præsules obtinuit.

Jus Spolij

Eodem mense Magnegotium fecessit Monasterio nostro moribundus Decanus Erdingæ, et vicarius Georgius Benck, qui Berngg.
ut Jus Spolij, eluderet, jam animam agens aliquid Monasterio pro redemptione Sibi tulit quod ipsum tamen non nisi post mortem ipsius in potestatem cederet. cum oblatum in fraudem deputaretur, ille aliam addidit, coram Doctore Rieger, Parochiogo alio beneficium designans; quo facto sese ad forum Fiberij Medica deportari fecit, moxqo die decima sexta memorati mensis animam egit. Lis desuper mota ab iis, qui testamento hæredes scripti fuerant. Huic se inter posuit Magistratus Tigiensis, nomine relictæ Matris defuncti vicarij, hæreditatem petens misso Domino Schön, Reipublicæ Landamanno. At hic causa perspecta eo modo cum Monasterio Transegit, ut testamento cassato jus Spolij integrum agnosceretur, hæreditas tamen in respectum Magistratus Tigiensis Matri relinqueretur, quæ alias testamento exclusa fuerat, ac Monasteria in recognitionem præter calicem argenteum libri cederent. Aliud testamentum in favorem Monasterij aliarumque causarum piarum factum ex defectu obiecti effectu caruit. Scripserat illud propria manu Illustrissimus Comes Udalricus de Sulz, Zhenaugiæ
obitus. per aliquot annos incola, atque Conventui familiarissimus. cum præsenti anno ex Thermis Fabariensibus redux esset, graviori ægritudine præoccupatus apud S. Gallum in hospitio S. Viti, omnibus Christiani hominis præsidijs provisus pijssimè, nulla relicta prole obijt die duodecima Novembris. Cuius Corpus Zhenaugiæ exceptum ac festetam delatum eodem cum Patre Avico monumento conditum fuit, Ab-

bate

bote nostro Justa persolvente. Caterùm Relicta vidua Comitissæ de Hochenems, ab arce Istettensi exclusæ solatio Abbas noster fuit. obyit non minùs piè noster R. P. Romanus à Lauffen† die duodecima octobris ætatis anno quinquagesimo primo; qui Beinuvilæ primùm, deinde Marbaci subsidiarium egit, per quinque annos cum Germano suo R. P. Paulo Sangallensi strenua non vulgata opera. vir eruditus cum esset, primus ex chartis nostris historiæ quandam seriem Germanico Idiomate concinnare aggressus, operi nondum ad Colophonem perducto intermortuus est. vitam tamen S. Fintani eodem vernaculo sermone non inconcinnè descripsit. † Lucernensis

Conventio cum Monasterio S. Blasij.

Inter hæc Controversia cum Monasterio S. Blasij maioribus animis ultrò citrò; urgebatur. Exigebant illi tributa bellica à pago imò et à prædio nostro in Buckenried, et negata tandem ipso facto abactis pecoribus asserebantur. Contra nostri immunitatem violatam apud Nuntium Apostolicum inclamarunt; cuius Delum illi experti protectionem Serenissimæ Dominæ Claudiæ Relictæ Archiducis Leopoldi implorârunt. Post Longam disceptationem convenêre partes in Arbitros Abbates S. Galli et Murensis Monasterij, ut juxta consilium facultatis Juridicæ in Academia Ingolstadiensi formandum pronuntiarent. Convenerunt Reverendissimi Domini Arbitri hoc anno decimo vigesima secunda Novembris Fauenfeldæ, ac juxta prolixum juris consilium decederunt: cuius summa hoc erat, ut Prædium in Buckenried immune esset ac deinceps foret à tributtis quibuscunque ordinarijs præstandis; secùs tamen ab extraordinarijs bellicis, ubi ipsa bona Ecclesiastica periclitentur; expensa litis mutuò compensata intelligantur. Restaurata videbatur amicitia inter utrumque Monasterium antiquissimo fœdere connexum. Cum Abbas S. Blasij nuntiavit, se ab hospitale Waldshutensi comparasse partem Advocatiæ seu minoris Jurisdictionis in Buckenried, cum quibusdam censibus frumenti annuis. quæ res vulnus vix obductum fermè renovasset, negantibus Rhenaugiensibus quidquam juris ad dictum hospitale

-pitale

1651. -pitale spectasse. Tandem anno sequenti die octava Februarij submissis duobus è S. Blasio Religiosis, qui sublato huius offensionis capite amicitiam pristinam restaurarent, in has itum est conditiones, ut Schenaugia mille florenos ex credita quondam remitteret, econtra illi â censu frumentario ac pecuniaria parte Jurisdictionis prorsùs abstinerent. Mox antiqua fraternitas consolidata, Misitque Reverendissimus Abbas Franciscus munuscula singulis Nostrûm, quos quondam Excul optimè noverat. Eo ipso tempore instituta fraterna visitatio annua, quâm retrò citroque S. Blasiani et Schenaugienses comeant, usque in praesens cum honore et mutuo gratulatione frequentata. quod ad censum ex decimis in Halsen attinet, Abbas Franciscus obtulit ex additibus in Griessen deinceps praestandum: verùm Bernardus noster, cùm praemeretur nova Ecclesia in Scheinheim construenda ad quam pars illius census spectabat, restantes quoque ab anno circiter vigesimo huius saeculi exigebat, sicque illud negotium ad nostra usque tempora imperfectum perierit.

Interim alia aedificia Abbati nostro curanda erant; Nam hoc anno absolvit Domum Parochialem Erzinga, Decico bello igne absumptam, quam à fundamentis una cum horreo aedificavit. Domusque quoque Fratrij in Bukenried fortuito incendio conflagraverat, quam pariter restituit. Struxit quoque horreum alterum in dangstetten, et Cellam vinariam in Martelen pro servandis decimis. Enim verò sublatis in pago Martellensi vix terminato bello sueco ingenti damno Monasterium affecerunt, decimis in exigua parte solutis aut omninò detentis; jamque superiori anno jactura quatuordecim millibus florenorum aestimata. Praefes Waser Friburgi comitatûs sententiam tulerat, quâ partem decimarum omninò Schenaugiae denegandam confecit, damnumque aestimationi ad quatuor mille florenos addixit, impositò onere, novum herbarium juxta normam ab eo praescriptam conficiendi. Recurrit Abbas ad Senatum Friburgiensem, ac tandem cùm medella malo

Decimas et Census fraudant Martellenses;

non ferretur, ad Religiosos Fœderatos Monasterij Protectores. Hi ipso tempore multis aliis Monasteriorum querelis occupati Erant, quæ damna haud exigua causabantur, quibus accedebant scomata et dicteria, quæ in Religionem Catholicam à Protestantibus passim dicebantur, atque concamari poterant, nisi concordia quædam hoc anno Badenæ inter Fœderatos facta fuisset; quorum orationes plerique die vigesima secunda Novembris Thenaugiæ in Hospitalitio Martelarios sublati decimas quas jam ex integro detinebant, denuò possidere cœperint, sed ea ratione, ut damna pristinum non decrescerent, sed augerentur potiùs.

detinent Schaffhusiani.

Similem decimarum detentionem deprecatus Magistratus Schaffhusianos de pago Wilchlingen; cujus causa fuit debitum quoddam Comitis de Sulz, cujus hypothecam requirebant Schaffhusiani in pagum Istettensem, super Monasterio nostro ex integro venditum. Urgebat Abbas Comitem extinctionis cautione olim præstita, effectique ut deputati conventus partium celebraretur Thenaugiæ anno quinquagesimo secundo, cui nomine Monasterij præsentes erant P. Fridolinus Prior, P. Michaël Cellerarius, Dominicus Casparus Göldlin de Tiefenau, qui Patri Henrico in Præfectura Thenaugiensi successerat, et Secretarius Vogelsangius; nomine Comitis aderant primarius Cleggovia Præfectus Hebel, et quæstor Hueblin, verum cum Schaffhusiani in augendo Monasterij damna pergerent, decurrit Abbas ad Protectores Fœderatos, ex quibus Catholici cum demonstrarent Schaffhusianis, prius conveniendum, et excutiendum esse debitorem principalem Comitem, quam ob prætensam hypothecam alibi sitas decimas contra morem patriæ cum ingenti jactura innocentis Monasterij occupare et, illudque nihil profiteret; mandatum est tandem, Schaffhusianorum debitores in Turgovia sitos pari jure arresto esse afficiendos. Negotium denique terminatum post quatuor annos per venditionem alibi Jurisdictionis, quam comites de Sulz habebant in quasdam terras Schaffhu-

1652.

-siana Reipublicæ minori Iurisdictione subjectas. Necessarius erat alterius consensus; unde Thenaugiæ comparuit perillustris Dominus Comes de Fünigsegg comissarius Serenissimi Archiducis Inspontani, et subdelegatus Sacræ Cæsareæ Majestatis; ubi post quatuor dierum disceptationem conclusa fuit memorata venditio, et pagus Stettensis ab onere hypothecæ liberatus mense Novembri. Sollicite autem cavit Abbas ne exercitia Religionis in tractatu præjudicia crearentur Reformatæ; effectique, ut Conceptis verbis inscriberetur clausulæ instrumentis, qua permittitur eadem libertas, quæ regebat, dum major Iurisdictio in illo districtu ad comites pertinebat. Datam habuit hanc venditionem Joannes Ludovicus Comes de Sulz; Alter vero Filius Frater Christophorus Alvicus subscribere noluit. Præterito anno quinquagesimo secundo Prælatorum Conventus Muris celebratus, ubi conferentiæ studiorum causâ commendatæ. Thenaugiæ verò R. D. Jacobus Stutler Parochus Cottstettensis Conventui amicissimus et Benefactor, in numerum confratrum adscriptus.

1653. obitus. Interea anno sequenti quievit in Domino die decima quarta Julij R. P. Placidus Lüblin, ex memoreta Parochia Cottstettensi oriundus, qui eximio Zelo, præsertim Concionandi, animarum curam peregit, dum adhuc sacerdos sæcularis Parochus Thenaugiæ, deinde Steinheimij, postremò præpositus in Wolfegg diœcesis Augustanæ fuit. Professus Thenaugiæ similes labores primus inter æquales Parochus resumpsit, donec senio confectus, pedibus Choorare cæpit ex Sacristia egressione, quam post matutinas preces meditando peragere consueverat. Erat multis annis planè solitarius, inter homines non comparens, nisi ad communia exercitia et confessiones audiendas. Tandem emeritus placidissimè obiit, cum annum ætatis septuagesimum septimum attigisset, ab eodem annoquinquagesimo tertio tumultus varij in Helvetia ob subditos rebelles gliscebant, quapropter Wolfganus Würtz Præses Turgoviæ die vigesima quarta Maij monuit Abbatem Bernardum, ut per suos subditos Thenaugienses custodiæ pontis provideret curet.

Verum Cæsis ope religionum foederatorum seditiosis in ditione Lucernensi, Bernensi et Basileensi, brevi conquievit tumultus. Insigne nomen hac occasione apud Lucernenses promeruit Beatus Purtaleben Tigiensis Landarmanus, fis, cui in gratiæ animi significationem jus civitatis, posteriorq; cultus tributum; majori adhuc præconio postea à Catholicis cantonibus honoratus, cum Pater Patriæ, et Columna religionis vocatus esset. collisa eiusdem religionis causa in proximo ducatu Sabaudiæ arma hoc eodem tempore fuerunt, ubi Waldenses, eorumque consortes Ecclesias atque altaria à Duce Constructa subruerunt, adhærentibus duci Catholicis Helvetiis; qui et fœdus aureum, ob religionis tutelam sic dictum, renovarunt.

1654. Renaugienses promoti.

Anno quinquagesimo quarto postulatus fuit ad Monasterium Swarzacense in Marchionatu Badensi noster R. P. Gallus Wagner, olim nostri Præsidii filius, qui Parochiam Rhenaugiæ administrabat, eruditione quoque ac zelo disciplinæ regularis præstabat. Superior illius cœnobij constitutus Abbatis Placidi Zaiber, ex Monasterio S. Blasij postulato auxilio fuit, quod postmodum etiam in Abbatia excepit. Fuere porrò et alij religiosi nostri in Suppetias Swarzachium missi. Erat hoc ævo Rhenaugia fœcunda parens plurium virorum sexus in dignitate Ecclesiastica et Monastica constitutorum. Nam præter Principissam in Schenis, et Abbatissam Klingnauensem, de quibus superioribus ex familia de Graveth superius mentionem fecimus, fuit quoque altera Principissa in Lenzingen, Abbatissa in Olperg, et altera Abbatissa in Münsterlingen ex familia de Roller; Præfecta quoque in Diessenhofen, Soror Reverendissimi ex Fridingerorum prosapia. Friderius itidem de Roller, Abbatis Rhenaugiensis Patrui S. Blasij, olim constitutus Administrator Monasterij Fischingensis in Ducatu Würtenbergico. Ex familia de Waldkirch tres fratres, quorum unus Decanus Einsidlensis, alter Abbatissa Diessenhofensis, demum Rhenaugiæ in patria mortuus et sepultus. Tertius Magdalus postea Abbas Murensis; quo tempore simul vixerunt tres ex oppido Rheinfelden nati.

Abbates, Murensis scilicet, Rhenaugiensis, et Schwarzacensis. In laudem Scholæ et Educationis id cedere non dubitamus.

Prodijt ex eadem schola R. D. Udalricus Zieger Jestettæ patre pagi Præfecto natus, dilingam ad severiora studia cum Fratribus nostris missus, ubi doctoratûs laureâ insignitus. Mox designatus Jestettæ Parochus plurimùm plebi profuit, à celsissimo Episcopo Constantiensi ad curiæ negotia fiscalis officio per aliquot annos applicatus. Amicitiam contraxit cum R. D. Bartholomæo Holzhauser Tyrolensi, Auctore communis ac reformatæ vitæ Clericorum sæcularium, cuius institutum suis viribus promovere satagit, itineribus viennam, Romamq; susceptis unde sanctorum Martyrum corpora detulisse memoravimus. Demum anno huius sæculi quinquagesimo quinto Parochiam Jestettensem plenitus resignavit, ut reformationis negotio se totum consecraret, profectus ad Bartholomæum, ab eoq; ad Archiepiscopum Moguntinum missus, memoratum institutum promoveret. 1655.

vendum. quibus laboribus immortuus est sub initium anni 1659. justis Jestettæ eidem persolutis die vigesima quinta Januarij, et testamento per officiales nostros executioni mandato; cuius vita non sine mendis edita est inter legendas virorum sanctimoniâ, Zelo et eruditione præstantium, ordinis, ut vocant, Petrini. Jes. Ab eodem Udalrico Zieger comendatus Jegher Mathiae Stark, Cottstettensis, qui memoratum Institutum Clericorum in comuni viventium amplexus, SS. Theologiæ Doctor, Episcopus Caronensis, et Suffraganeus Moguntinus anno 1691. Effectus, obijt Octogenarius ano 1708. relicto stipendio, quo eius familiæ posteri ex Cottstetten fruuntur. Inter nostros finem vitæ et laboribus suis c.

fecit

Jes. Authore Martino Weisbacher part. III. pag. 284. ubi loco Cottstetten, legendum Jestetten; corrigendus quoque annus 1688. quo seminarium S. Kiliani Würzeburgi instituto informasse dicitur, cùm anno 1659. jam defunctum fuisse constet.

fecit R. P. Benedictus aderlin trigintatrium annorum Superior, vir in perlegendo laborioſiſſimus et indefeſſus, cujus induſtriæ plurimum debet hujus ævi hiſtoria noſtra; ſcripſit enim diarium prioris mediætatis hujus ſæculi decem tomis comprehenſum, ſtilo quidem ſimplici ſed candido. Reperiuntur et alia triginta et octo volumina ejus opera conſcripta, de rebus aſceticis, meditationum, virtutum, vitiorumq; materias continentia, inter quæ minoris pretii æſtimandi plerique libri ſacra ſcripturæ metro alligati. Stupendus tamen labor in vita, choro aliisq; communibus exercitiis, ne præterea cella vinaria in conventu curanda allegato. laboris, ac pietatis, quæ ex ſcriptis ejus ſatis elucet, mercedem recepit die vigeſima ſeptima decembris, apoplexia tactus, cum vixiſſet annos ſeptuaginta et duos. obiit quoque hoc anno dominus Joannes Georgius Zenner Pactor Wiltenſis, frater œconomæ, Monaſterij Benefactor.

Initium Belli Arthenſis, seu primi Vilmergenſis.

Exarſit hac tempeſtate ingens bellicoſiſſima inter trium religionis Helveticæ, ortus prima victima fuit Chenavicia. Cantonum juſſu Magiſtratus Tuſtenſis perſcripſit brevi intimo Conſilij Dominus Belschart Epiſtola data die vigeſima ſeptembris, in qua narrat, quasdam familias die ſecunda ejusdem menſis circa undecimam noctis ex pago Arthenſi Turegum emigraſſe, cum de religione ſuſpecta Magiſtratui responſum dare eſſent, reliquos, qui domi adhuc haſerant, comprehenſos. Addit copiam ſupplicationis, quam iidem fugitivi vicinarum Cantonum literis commendatitijs ſuffulti Tigurinis die decima quinta demiſerunt, poſtulantes, ne ea propter iſtum ſeceſſum haberentur, rorgente conſcientia, ita inquirent, factum, ſed potius bona relicta integra concederentur. At Tuſtenſes magna conſtantia reſpondebant Tigurinis, exigentiæ potius, ut fugitivi propria Magiſtratui ſiſterentur. Addita citatio eorum ſignata die vigeſima ſeptima ſeptembris, quam ſeptemdecim nomina exprimuntur, filijs ætate minoribus generatim vocatis. cum redire tenuerent, illorum bona, alias deſitio omiſſa, fuere publicata: qui vero domi deprehenſi erant, ultima ſupplicio

affecti, quòd non solùm seditionis, sed et Anabaptistarum flagitijs eos esse dicerentes. Hac de causa Protestantes indignatione concepta Catholicos verbis et factis liberiùs lacessere caperunt; veluti ex ijs quæ Monasterio nostro Rhenaugiensi accidérunt, facilè conijci poterit, quorum specimina damus. Quidam Figurinus Campo cum alijs rusticis in proxima vindemia Martello servis nostris, qui decimas colligebant vehementer insultavit. inter cætera, vinũ ingeriens, quod Rhenaugiam deferris, proximè inde referendum erit. Alius Nobilis Figurinus de Waldkirch in Rhoi pluribus præsentibus edixit: pœnitentiã ducit Figurinos, quòd in nupero per Helvetiam rusticorum tumultu, quando et Monasterio negata decima, Rhenaugiam non occupassent, jam olim Figurinorum Præfecturam; Martellos ipsos id impunè tum efficere potuisse, facturos autem propediem, si ijs monitis tot verbis Monasterio indicare. quare Missus Tigurum Joannes Henricus Oettenslue, patricij Zaperswilanus tunc Secretarius Monasterij, ad Consulem Dominum Waser die decimâ quartâ octobris querelas deposuit. Consule de Waldkirchio sibi propinquo solicitus, purgavit hominem, quod harum rerum ignarus esset, quam in præsentia ipsius soceri Gerold[i] Edlibach Monasterij S. Blasij officialis, ob rusticos mores increpatum, ad dictorum retractationem adegit. Cæterùm dicteria alterius Figurini hospitis Senatui die vigesima quinta octobris proposuit. |f| qui respondit, ejusmodi verba Abbati curanda non esse. Ut Eventus docuit, non vanas, nec spernendas fuisse minas. id enim citius constare potuit ex Literis die vigesima octava octobris datis à Præcone ex oppido Bülach ad Dominam Sybillam Göedlin de Tiefenau, natam de Stuben, Uxorem Casparis Præfecti jam resignati, quam commonefecit instantis belli, ob negatam, ut inquit, à fœderatis Justitiam, quos prima belli

+ de

f.

moles

|f| das sich ihr gnaden der herr Prelat dieser unbequeten reden von ihren ungeschikten underthanen, nicht achten solle, und wolle.

Rhenaugia periclitatur.

moles oppressura sit; cæteros nihil passuros, nisi alterutri parti faverent.

Figurini expeditum impoturpiant.

Die prima decembris Figurini bella spirantes Thenaugiam festinarunt. Joannem Balthasarum Steinhart, alias Wettingensis Monasterij Turegi officialem, nunc autem mansionum militarium Præfectum cum Capitaneo Suberg ex Uwisen, qui ex Abbate perquireret: cur Altenburgenses et Jestetenses armâsset? simulque postularet, ut pontis super Thenum custodiam Figurinis cederet, futuram sine dispendio Monasterij aut subditorum. Respondit Abbas: monitos suos subditos contra rusticorum menas Figurinorum; non verò contra Magistratum ipsum; transitum porrò Theni hactenus à suis custoditum, nec posse permitti ullo alterutrorum sine religuorum consensu. Replicavit Steinhardus: igitur securos ab Abbate Figurinos de omni damno, quod ex hac parte imminere ipsis posset, reddendos esse. Negavit Abbas, id sua facultatis esse; cum et olim securâ redditâ Constantia, in territorio tamen Helvetico obsessa fuisset. Cæterum nullum videri ex ista parte imminere periculum, fide integra servandam pontem, quâ et contra fueros multò potentiores servatus fuisset. Mox destinatus Badenam secretarius fuit, ubi Foederatorum legati pro stabilienda pace convenerant: Et hic retulit die septima decembris, fermè desperandum de pace; porrò Catholicos, quid agendum de Thenaugia nondum decrevisse. Die decima septima decembris adest iterum Steinhardus Turicensis: cui biduo elapso subditi ad arma vocati, ad superiorem oppidi portam majori custodiæ adhibitâ, valli excitati et mœnium ruinæ reparatæ: addidit postulatum, suo, ut inquiebat, non verò Magistratûs nomine, ut præsidio quinquaginta militum munire Thenaugiam liceret. Eodem simile tulit oratori: Rusticos Tigurinos minis facta adjecisse, aliquotiès jam per ruinas mœnium nocte oppido illatos terruisse cives; contra quos proinde leves quasdam, sed necessarias adhiberi custodias; denique ipsâ eo persona sine actorum mandato comitis non posse præsidium. Latius utique facturas fuis-

fet

set, Comissarius iste, si mandatum Senatus, quod se habebat, [g] non celasset, omnia cum respectu attendendum, quamvis durum videretur, reliquos Monasterij advocatos praeterire.

Imminet periculum. Itaque inter sacrum et sacrum Constitutus Abbas Nonis vigesima nona Decembris Secretarium destinavit Badenam, qui ex reliquis quoque oratoribus perquireret, quid bello exempente Rhenaugiae consulendum: annon Glaronensium utpote Advocatorum quoque, et quidem imparialium praesidium expetendum esset, cum praesentis Controversiae causa et Monasterium planè non contingat, neque ei implicari cupiat. Iudices Praetor Tigurinensis, et Proconsul Turicensis Reipublicae Turicensis responsum Nonis distulerunt ad proximam Dominicam usque, quando mentis legati Regis Galliae conventus plenior Badenae celebrandus esset; atque pro bello aut pace decernendum, interea à solis Rhenaugiensibus oppidum esse custodiendum. Ipse Praetor Tigurinensis epistolam dedit ad Abbatem nostrum die prima Januarij imminentis anni quinquagesimi sexti, qua omnem spem precis ademit, quin postulata Protestantium eo modo esset, ut à Catholicis salva conscientia aut religione concedi nullo modo valerent. Extremas in angustias hic nuntius conjecit Abbatem, totumque Conventum: ut tamen contra primum saltem Rusticorum impetum aliquatenus se munirent, donec à collegiatis literis certiora edocerentur, Insederunt Circo Rhenaugiae in certo turmas distributas, in armis agere, atque per vices ostiumque ingressum in oppidum custodire; Interim Abbas Chartas Archivij et pretiosiora Ecclesiae Convasavit, atque in tutam Curiam deportare jussit. verùm dum operi insudabat, subitò duo plaustra sacris ornatibus onusta ab Insurgentibus Tigurinis Rusticis intercipiuntur, atque

1686.

[g] Es dem end wir sie freündt nachbarlich ersuchen lassen. Item gleichwahlen hätten wir uns nit eingebildet, das auf unser letstes begehren auch noch abschlag bekhamet. Ita Literae Senatus paulo post datae.

cum universa Suppellectili, quæ in Monasterio remanserat, diripiuntur. Fatalis scena hunc in modum peracta.

Rhenaugia omnium occupatur.

Congregati adhuc Badenæ erant Foederatorum oratores, exceptis Lucernensibus, qui cum ob adversa partis imodum postulata discessissent, Tigurini et ipsi Locum excedunt, atque nullo ex more indicto bello omnium primo occupare imperant [h] Rhenaugiam. Eam narrat quidam sub nomine Peregrini Simplicii, quo anno sequenti bellum istud parvo libello complexus publici iuris fecit: Legato Gallico, inquit, longius protrahente comitia, subito spargitur Badenæ rumor, Turicenses Rinavium, proximaq; Insulam Rheno sitam, veteri cœnobio nobilem subita irruptione cepisse, et ponte, quâ utrinque continenti jungitur, simul ingenti præda, sacra suppellectile, vini, frumentique magna copia potitos esse. Hæc ille. Fecerant namque jam à die prima Januarii Iustici Lucernio Tigurinæ in vicinia Congregati, armisque ad impressionem, signo primo occurrente, parati. die igitur octava Januarii sub solemni Vesperarum officio pro instanti Epiphaniæ festo nuntiatur Abbati Bernardo, armatos ex prædio Roth, semihora Rhenaugia distante, adproperare; quos et alios accurrens hora quarta iminere affirmavit. Mittitur ex tempore Præfectus noster Mäyele, qui certiora percuncteretur. Vigilia civium superiorem portam jam occluserant, Iustitiis irruentibus resistere parati. quos dehortatus Præfectus, jam adveniens sine strepitu Tigurinos, et januam pulsantes, qui essent, et quid postulent, interrogat. Illi amicos et Tigurinos se esse testantur, miraripque cur portam scilicet armati invenissent clausam, quam aperiri desiderant. At Præfectus negat, ut quosdam se-

-cum

[h] Franciscus Haffner Archigramateus Blodorensis, rebus ipsis tunc præsens, atq; negotijs belli et pacis adhibitus to. II. pag. 308. Dominus Abt. to. X. pag. 637. Waldkirch in Jure publ. Helvet. pag. 545. et 671. ubi Impartiales arbitri sic loquuntur: Absonn nach vernommenen würklichen ausszug der Statt Zürich, auch gewaltiger einnam des Closters Rinaw &c.

-cum ad Abbatem destinent, eorum postu-
-lata percepturum: Sed cum turmatim
portam opprimerent, atque reeludi iube-
-rent, ille claves à vigilibus exigit, quas
cùm tradere morantur, Figurini mora im-
-patientes reserandas aut vi infringendas
Januas ingeminant: mox tormento belli-
-co, quod Betardam vocant, sibi aditum + Petardam
parant. Jam inconditus clamor aërem im-
-plet, tympana et fistulæ crepant, diffu-
-giente cum civibus Præfecto, pars viam
ad inferiorem totius Rheni pontem legit,
mox tabulis spoliatum, ne cuiquam in-
-gredendi aut evadendi copia superesset,
reliqui numero circiterexcenti rectà clo-
-nasterium petunt, superatoq; ponte La-
-pideo simili explosione tormenti bellici
portam in atrium Monasterij pandunt.

Fuga Religiosorum. Diffugerant Religiosi nostri ad armo-
-rum tumultum ex choro et Confessionali,
quin cellas repeterent, ad Rheni ripas so-
-lus P. Michael Cellerarius ~~confestim pulsis~~
Consenso Equo in consueta talaria veste si-
-ne pileo, sine breviario, dum adhuc hostis
ad superiorem portam hæreret, per pon-
-tem citato cursu evaserat. Excepit illum
in navicula piscator Sebastianus
-Kempf; qui cum exponere mergeretur
fortunâ præter vectus nauta Eglisiensis
agente eodem Sebastiano, et secretario Zol-
-lenflue, qui nusquam operam suam defuisse
est passus, nuncium suam, rerum, quæ agebán-
-tur, insciens, accomodavit, quâ omnes trans-
-fretarunt in Sylvam scaben Monasterio è
regione oppositam territorij Imperialis. Ac-
-cepit enim illis et frater Conversus, qui so-
-lus in colligendis cochlearibus et Scopis
argenteis occupatus erat; necnon R. P. Mau-
-ritius vixerit, qui cum P. Priore Fridolino zum Brunen
ad Fontem domi manere, fœdæ periculo
exponere statuerat: At cùm ante portam
Conventus ductores militum Rheinhardum
et werthmüllerum excipierent, illis cla-ves
offerendo, et Monasterium in protectionem
comendando, unus è grege Rusticorum si-
-cam in Caput P. Mauritij vibravit, qui ic-
-tum declinans, mox intra clausuram se re-
-cepit, et janua post tergum clausa in tem-
-pore cum confratribus Rhenum trajecit.
Reverendissimus Dominus Abbas Bernar-

dius cordatior, dum fugam differret, à Secretario extremi periculi admonitus, litus Rheni pariter petiit: sed multa reperta Nevicula, muros Monasterij ad extremam usque insulæ partem legit, ubi subfossilice, quæ circumdat fundamenta sacelli S. Mariæ Magdalenæ delituit, donec per alium piscatorem Fintanum Capold scloppeto armatum exceptus, et ad oves pastor deportatus est. Hinc pro fideli servitio pensus vitalitius postea constitutus. Invit Abbas imminente jam nocte Defensam, altera die Erlingam profecturus, ubi in domo Parochiali nuper constructa, majorem sui exilij partem cum P. Celleratio, et Archimagiro Eberhardo consumpsit. Deliquit Grex dispersus in Stetenburg, Defletten, Asen, et Zeuti primam noctem insomnem duxit. Paulo post ad primum refugium S. Blasium destinati P. Carolus et Maurinus Theologiæ professor, cum tribus fratribus studiosis Basilio, Fintano et Petro, ubique amicissimè excepti. Restricta tamen modico interveniente pace, dicti fratres cum professore domum revocati, Davisadam nihilominus missi sunt, invitante Reverendissimo Abbate Isidalzia, qui ægrè ferebat, sibi nullos fuisse commendatos, ibique per sesquiannum liberalissimè habiti. quidam Swarzachium se contulerunt; P. Sebastianus ad germanum fratrem Franciscum Abbatem Elchingensis Monasterij; P. Felix Seiler ad S. Trudpertum Scholæ præceptorem egit, ibique Comes Conversus Gerboldus. Cæteri in Parochijs Monasterio incorporatis Bühl, Defletten Steinhaeusij fixêre domicilia. Negue splendidum gratiæ animi Exemplum in Domino Seniore Joanne Conrado Schuldaisz Oberlingano, qui Litteris humanissimis ad Abbatem datis, maximè se dolere vicem Monasterij contestatus est, atque se suaque omnia pro solatio exilium, si apud ipsum hospitari dignarentur, sponte obtulit, ob beneficia ut inquiebat, olim in simili fato Rhenaugiæ perceptæ.

Emanente P. Priore.

Enituit præprimis R. P. nostri Fridolini Prioris in hac rerum vicissitudine con-

Stantia

Mantia, quò opitulante Divino auxilio gratiam invenit apud feroces militum ductores, altàs sibi notissimos. Ad primum enim initium, securitate ejs personæ promissâ, facultatem impetrarunt parochialia munia in Ecclesiâ S. Nicolaï obeundi, ita duntaxat, ut domum ad habitandum in oppido sibi eligeret, namq; Monasterium cum omnibus contentis jure belli occupatum, prædam militibus foret. Mox ille sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum cum sacro oleo ex Basilica transtulit in domum Waldkirchianam salvâ guardiâ præditam, ubi cum Præfecto Majore toto excidij tempore est moratus. quin imò æstu primo desæviente Socium sibi P. Nicolaum Landart in administranda Parochia permitti impetravit, quandóque ad Monasterium suum tanquam hospes ad convivium vocatus. Digresso igitur P. Priore mox Bachantium invalescit. do Monasterium implevit: sequebatur armatos rusticos præso pede turba mulierum ac puerorum, prædam à diuturna prædam in proximos pagos, unde erat, secatura. Tum omnia cubicula, cellæ, cistæ vi apertæ, licèt claves præsto essent, cuncta ad scopam usque direpta; officinæ omnes spoliatæ, denique cætera, quibus auferendis non erant, insano plenè more, pessundata. Fornaces et fenestræ excussæ; quidquid metalli erat abstractum. vestiarium evacuatum; plumæ seissis lectis in æram sparsæ; gallinis, pavonibus capita abscissa; pectora gladijs trãsfossa; equi foëmina saginati; stipes dissecta; vites et arbores fructiferæ eradicatæ; ciborum promptuaria in forum projecta, ac pedibus conculcata; cellæ vinariæ omnes apertæ, ipsi rustici nunquam non vino oppleti. /i/ Bibliotheca, quibusdam Manuscriptis, libriq; pluribus, maximè quibus melior theca, spoliata; quorum nonnulli apud proximos

Monasterium totum Expilatur.

i.

/i/ paucis mucta relatio cantonibus abrasa:
Ist wohl zu erachten, weilen theils bey tag und nacht bliben voll gewesen, und alles zugelassen worden.

mos Præcones, qui et ipsi aderant, vigi; ipse P. Prior Breviarium suum nonnihil melius compactum pecunia redemit. Varia ex natura et antiquitatum cimelia ibi stracta; cantellaria maximè furorem experta, ubi charta annos lacerata et in flumen vicinum ejecta, mensis, et scamnis projectæ; arbitrabantur enim rustici, qui omnes census Monasterio adstricti erant, se chartis suppressis liberos à præstandis fore. Confracti carceres denique cum instrumentis torturæ.

Erant rustici Monasterio, ad cujus minorem jurisdictionem plerique referebantur, magnopere infensi, propter census ac decimas, de quibus controversia mota, ac nondum sopita erat. Altera offensæ ratio religio erat, quæ causam bello præstiterat, licèt Rhenaugiam prorsùs non tangeret. Unde ad sacra profananda præcipuè furor populi conversus. Nihil in Ecclesijs Monasterij intactum relictum. Altaria non solùm execrata, sed etiam quædam cum imaginibus combusta. Christi salvatoris è Cruce pendentis; sanctorumque Icones, manibus, oculis, naribus, capite mutilatæ; exquibus plures conspeximus in sacello S. Mariæ Magdalenæ, quod ad nostram usque ætatem restauratum non fuerat. picturis in toto conventu eadem sors contigit. quæ cum postmodum generatim in Conventu Badensi referrentur, expetita est quædam imago ad convincendum eos, qui facta negabant. Missa est una, quæ præter Deiparam Virginem natum Christum in ulnis gerentem, referebant sanctos Joannem Baptistam, Benedictum, Vintianum, Catharinam, Nicolaum Episcopum, Solentinatem, et Subsylvanum de Flue, Patronos olim P. Nicolai Fortmann ante illos genicultantis. Adeò comparata erat hæc imago ad excitandam pietatem, ob contemptum in ipsos sanctos redundantem, ut eam expeteret Dominus Ludovicus Mayer Senator et Legatus Lucernensis, postea que per Nuntium Apostolicum Roma delata ad Eminentissimum Cardinalem Portocarerum, ubi hactenus in honore est.

Portocarero

Cæterum honestis auribus subtrahimus, quæ rustici porrò peregerunt; neque enim vel monumentis in cœmeterio parcebant, sevitiamque in cadaver nuper sepultum. Nec Magistratui Tigurino non imputamus, sed negligentiæ præfectorum qui subditos in officio continere, nec prorsus subjectis permittere debebant, ut homines se esse oblivisceretur.

Punctum nihilominus quendam acta nominant, qui cum dalmatica indutus, forum armatus cum aliis obambularet, accurrit anhela ipsius filia magno ejulatu patrem inclamans, domum ipsius casu concepto igne conflagrare; qui protinùs se ejecta sacra veste, quam per vim induerat, reversus vel propriis lachrimis incendium restinguere non potuit.

Civium quorundam domus invasæ.

Verùm irruentium furor solo cœnobio non claudebatur, quin et in domibus civium prædæ agerentur. Arma omnia illicò civibus adempta. Secretarius Joannes Henricus Tottenfluæ in parata pecunia et vestibus damnum octingentorum florenorum passus; scriptisque postridie irruptionis ad Abbatem, jam se vel calicis carere, quidam canis schaffusianus; nam et hic prædonibus se immiscuerat, domui officialium Monasterij ubi impens, in qua jam per tres annos habitabat Illustrissima Domina Amalia Comitissa de Rochlitz, nata de Suls, strictò ense ornamentum capitis eidem detraxit, atque pecunias septingentorum florenorum extorsit. Missus præterea fuit P. Prior à Rheinhardo et Weedmüllero, qui comitissæ securitatem adpromitteret: At illa perterrita ad officiales Sulzenses, oppidum in Tottstetten præsentes, se contulit, ulteriusque in oppidum Thiengen abducta. Migravit postea Waldishutum, ubi die vigesima octava aprilis post biennium diem extremum pijssimè clausit. Secretarius noster Tottenfluæ, non solùm rerum suarum, sed et personæ suæ periculum subijt; namque die duodecima Januarij captivus Turegum ductus est, nulla capturæ causa expressa, atque domui publicæ Senatoriæ inclusus, ubi cum Præside Thurgoviæ, aliisque catholicis captivis, Monasterij expensis alitus, atque tandem ultimus omnium dimissus fuit. Præfectus Majele

retentus est Thenargiæ, quod vires ad quietem et patientiam ad horrearetur, ipsi enim imputabant, quod ingens malum armis ab initio non avertissent, quamvis Abbas consilium ipsius non improbaret.

Bernates Lucernensibus li. Cæs.

Inter hæc Catholici Badenses, et Melingam, et Bremgarten occupavere. Tigurini vero reliquis Thenè oppidis Keiserstula, Gruningij, et Klingnovia præsidia imposuerant. A Lucernensibus Manifestum, ut vocant, acri stilo publicatum, quò demonstrare niterentur, pacta pacis de anno 1531. à Protestantibus non observari. Capellæ quoque præsidium veteranorum militum, qui in bello Mediolanensi meruerant, imposuere, quod omnes vicerthmüllerei conatus in Cæsium dederit. Bernates Erlachium heroico bello clarum, cum octo millibus destinavere, qui primò Lenzburgi castra metatus, post provinciam liberam ingressus, subsitit ipse quidem, majorem tamen copiarum partem Vilmergam usque promovere jussit.

Tigismundum

Ludovicus

At Pfisterus copiarum Lucernensium Præfectus eandem provinciam assequutus, rei benè gerendæ occasionem occupans eadem die decimâ quartâ Januarij horâ secunda pomeridiana cum quatuor millibus et ducentis hostem imparatum aggreditur, ac nullo negotio fundit. Secundæ Bernatium acies, cæteram insidens victoriam dubiam facere videbatur, sed tandem concussa, et in fugam ejectis omnibus abacta. Cæsi ducenti supra bis mille, teste Hasmero Badensi præcul existente. Multi capti, præter decem tormenta, et novem signa militaria, occupata tota cancellaria, cum cunctis munitionibus ad ignem bellicum pertinentibus. Insignis hæc victoria, sicut et Capellensis conservatæ, non solum à Catholicis, sed etiam à quibusdam Protestantibus tunc præsentibus, intercessioni Deiparæ Virginis adscripta fuisse traditur. Paulò post agentibus legatis Galliæ, Angliæ, Hollandiæ, Sabaudiæ, nec non Cantonum Imparticium de pace actum.

Schaffhusiani micè ablata restituunt.

Verùm Abbas noster Bernardus de Clingenberg electus, cum percepisset Schaffhusianos nominatos prædam ex Monasterio abegisse, litteris Erzingæ datis die nona Januarij Magistratum convenit, re-

-stitutionem

stitutionem ablatorum petens, maximè cùm hæc civitas nullam bello manum præberet. Respondit senatus perhumaniter die decima tertia: de jactura Monasterij se vel maximè dolere; insolentes suorum cives jam increpatos, ac sub pœnis gravibus ablata deponere jussos, quorum jam magna pars ad manus esset; fœdus denique amicitiæ sua faciunt. Ipsa sequutam restitutionem docet chyrographum ab Abbate die decima septima consignatum. Eodem pacto septingenti florenj Comitissæ de Hochenems restituti. Erat et aliàs ex nobili familia, cujus nomen consultò præterimus, conventus, quem secretarius noster prima irruptionis nocte viderat cum Lumine Abbatis cubicula scrutari: At ille negando restitutionem, non item famam declinabit. Eximiam porrò Benevolentiam demonstravit Eiusdem reipublicæ quæstor et Præfectus in Fridlingen Nobilis Dominus Joannes Jacoby de Ziegler, qui ejectas cum chartis ex cancellaria in Rhenum projectas, cum adoram sua Prælecturæ transirent, quantum fieri potuit, colligere jussit, atque Abbati consignavit, recepta simili Chyrographo die vigesima Januarij, quod restitutionem factam testatur. Retinent ipsa hodie quædam chartæ maculas Rheni, quam vis aliæ desiderentur.

Abbas Advocatos implorat.

Ipsa die, quæ præcipuum vilmergæ accidit decima quarta Januarij Abbas Catholicis Cantonibus Monasterium commendavit, ne ipse cum conventu controversias, quas cum Protestantibus habebant, lucre cogeretur. Simul cadem fermè ex sententia scripsit ad senatum Turicensem, contestatus, se nunquam animum hostilem fovisse; petit proinde, ut vastationis rusticæ modus imponatur. Statuit senatus Responsum usque ad diem vigesimam primam Januarij, qua significaret, unicum finem occupatæ Brendugiæ fuisse propriæ ditionis securitatem, gravitergue se admodum ferre suarum subditorum excessus; quamvis hi se prætexant propter refertentiam exhibitam. Ne tamen talibus probare videretur facta rusticorum, mox revocarunt militiæ Præfectos Rhein-

hardum et werthmillerum, substituti a Grebelio et Joanne Henrico Spöndli, mi-
tioris Senij viris, ict ille praesidio milita-
ri, quod ad ducentos homines reduxerant,
hic rei domesticae in Monasterio praeesset.
At verò Abbas majori animo concepto die
vigesima quinta Januarij senatui Tiguri-
no proposuit: malum nondum sore sub-
latum, nisi ipse cum conventu regredi per-
mitteretur, ict juxta Fundatorum men-
tem degere in loco proprio posset, atque
consuetas functiones obire; spondet, se cu-
raturum, ict transitus Rheni per Rhenau-
gienses custodiatur; quibus si minus fi-
dant, posse praejudicium ex suis adhiberi,
donec pax inter partes concludatur.

Pax sancita.

videbatur namque proximè concor-
dia restabilienda, de qua vir Nobilis Chri-
stophorus de Waldkirch Schaffhusio mo-
nuit Abbatem duodecima Februarij, in-
ducias in quinque dies jam fuisse indic-
tas agentibus legatis Imparticalium can-
tonum, Tiburgi, Solodori, Basileae, Schaff-
husij et Abbatis cellae. proxima die Tu-
rnae conventum Badensem cogendum, ad
quem hortatur, ict deputatum destinet,
restitutionem petitarum. Sequutus a-
micii consilium, reverendissimus D. Micha-
elem Cellerarium Badenam adire jussit,
ubi inducia prorogata. Eundem Epistola
monuit tertia die Martij, ut et repara-
tionem damnorum exigeret, tam civibus
quam Monasterii illatorum; inanem
enim esse fucum, quo obtendebatur, belli
jure subactam fuisse Renaugiam, aut
armatis civibus obstitisse Tigurinis, cum
certò constet, nullam factam fuisse resi-
stentiam, nec pilum ex Tigurinis lapsum.
Descripsit Oeconomus sexta Martij. Pa-
cem inter litigantes utriusque religio-
nis partes jam esse sancitam, atque ea-
dem die aut crastinâ subscribendam;
decernendam quoque Monasterij restituti-
onem. Data omnino pax fuit habita sep-
tima Martij, cum ix conditiones jam vi-
gesima sexta Februarij partes convene-
rint. Sunt autem sequentes: Imprimis
confecta Amnistia decernitur; secundò
reddentur damna illata juxta arbitra-
rium Judicium reparanda; tertiò praesi-

dia

dia ex Locis occupatis mox abducenda, novaque munimenta solo æquanda; quatò, Cantones singulæ sua permittantur Religioni, atque libere in suis ditionibus supremum exercere jurisdictionem; quintò denique des emigrandi non admittatur nisi ubi ex consuetudine aut conventionibus viget.

His factis subscriptis P. Michaël Badena Bestettam redijt, ubi cum præfato Abbate Abbas, atque P. Priori Chenaugiam pacem conclusam nunciavit fecit, simul monens, ut prolegatis Fœderatorum propediem adventuris necessaria pararet. Respondit P. Prior decima Martij, se plurimum gaudere de pace, verum in Monasterio omnia deesse, et ne venum quidem lectum integrum inveniri. Eadem die per nuntium rogavit celerarius Dominum Wolfgangum Würtz quondam Turgoviæ Præfidem, et jam rerum ex legatis, qui cum Religiosis Frauenfeldam missus pro rebus componendis fuerat, ut certam diem adventûs sui designaret, simul et Evacuanda à præsidio Chenaugia, quò Abbas secure redire posset. At ille duodecima Martij excusavit suum sociorumque adventum, quod negotia in Turgovia diutiùs eos detinuerint; cæterum Chenaugiam à Figurinis evacuatam sibi persuasum fuisse, et nova munimenta dejecta; quod si nondum contigisset, illicò scribendum Domino Hirzel Reipublicæ Figurinæ Advocato, Figurini Chenaugiæ hærent. cario, qui id dictis verbis responderet. Abbas, ut modò fierent promissis Figurini, eandem Epistolam præfidiæ Turegum misit, additâ et ipsa, ipsa instantius petit, ut revocentur tubæ. Præfuit postulatio, ut scriptum mandatum dirigeretur decima quinta eiusdem Mensis ad Grebelium præsidij Chenaugiæ præfectum, quò præcipiebatur discessus. Fecit eadem die, id dementia ac Grebelius Abbati per Præfectum nostrum Mayèle, addita per humana excusatione de excessibus à rusticis se invito commissis. non omiserat ille suos magna severitate coercere, atque insolentes pœnis afficere, erecto in foro Monasterij ligneo

pœnali

panali instrumento, quod Asinum vocant; quem delinquentes non sine dolore et majori confusione infiderent.

Videbatur jam immensa Monasterij restitutio, cum ecce eadem die decimaquinta Martij post prandium aliud mandatum Turego Grebelius accipit priori omnino contrarium; jussus enim fuit, Praesidiarios Rhenaugia continere, donec aliud statueretur. Morae huius causam Grebelius in Catholicos rejecit, quod et ipsi nova munimenta Baden de construcenda nondum dejecissent: simul monuit, ut litterae darentur non solum Lucernae sed et Turegum; quibus postremis et suas additurus esset, aliisque ostensurus, rusticos à se cohiberi non posse, quo minus ingentia damna sylvis inferrent. Erant quippe vicini, et sylvis nostris proximi, unde sibi in multos annos providere satagebant. Consilium Exequutioni datum, et quidem Lucernam die vigesima octava Nuntius missus ad quinque Catholicorum Cantonum oratores ibi congregatos, qui magnopere indignati fuerint quod Rhenaugia adhuc à Figurinis detineretur; quod si redeunte nuntio adhuc praesentes essent, sine mora eadem de re instituli desiderant. Turegi simul memoriale oblatum fuerat; ubi tamen longè aliud decisum, quod molestam ingereret moram, et extremam praecedentibus malis adderet pernitiem. Sic nimirum Rhenaugia, quae prima belli turbas experta est, etiam ultimum terrorem experiri debuit.

Et residua auferre volentes.

Eam in rem faciunt, quae secretarius noster Rottenfluc ex Figurina custodia ad Abbatem perscripsit. Pace Badena restituta supplices die nona Martij ad Abbatem dederat Epistolas, ut expensas Carceris solvere dignaretur, simul conquestus, quod ad repetitas suas hactenus non respondisset. At Bernardus contestatus est, se nihil Epistolarum vidisse, intercepta enim fuerant, nec quidquam de causa arresti ipsius nosse. Dergit secretarius, custodiae Praefectum ad mensam narrasse stipendia rusticis militibus danda à Monasteria exigi; si negentur, residuum vini ac frumenti auferendum; non esse porro

postulatum enorme ab Abbate admittendum, sed potius damnorum reparationi insistendum. Catholicos carceris socios, sed jam libertati reddendos à se fuisse rogatos, ut Figurinorum mentem ad magistratus suos deferrent. Hanc denique Epistolam à se noctu furtim scriptam, atque pisatori Fintano concreditam. Altera die decima Martij secundas addidit litteras, quibus inclusit computum debiti à se in victu, aliisque necessarijs facti; ulteriusque narrat, hesterna die dimissum fuisse Praesidem Turgovia unacum aliis, à Federalis deputatis qui eum officio pristino restituerent, atq; damna Catholicis illata expenderent, adfuturos quoque Thenaugiam; unde consultum fore, ut Abbas Domum repeteret, licèt Figurini nondum loco cessissent. Acceptis his litteris Abbas in mandatis dedit officiali Monasterij in Bülach Capitaneo Frölich, ut pecuniam pro redimendo secretario Turegi numeraret. qua de causa die decima tertia ad œconomum scribens gratias egit, nuntians, se nihilominus jussum subsistere, donec Erebelius Thenaugia redijsset. cum igitur fato Monasterij ditius, Turegi detineretur, querelas ingeminavit: se innocentem inventum, cæteris tamen acriùs puniri. Cæterum à vero non aberrasse quæ scripsit Secretarius, eventus docuit.

Destinatus enim Thenaugiam fuit à Senatu Turegiensi Bürchlerus Commissarius, qui omnibus viribus promptuaria Monasterij evacuaret. Is novem plaustra vini, cum quibusdam frumento onustis arcui curavit; non minùs ex cella vinaria Bergensi quinque plaustra abacta, licèt Daniel Ochsner Loci Praeco, ut Monasterio parcerent, intercederet, ipsos subinde, ut et reliqua ad Monasterium pertinentia traderet. adveniens tandem Thenaugiam quæstor Figurinus Holzhalbius auferendis rebus modum facit, simulque et P. Priorem cum P. Nicolao ex domo Waldkirchiana in Monasterium vocavit, atque sequentes articulos proposuit: Primò, jure belli omnia Monasterij mobilia, ipsumq; æs campanum ad Figurinos devoluta esse; Secundò huius rei arbitros nullos præter ipsos

Figurinos

Figurinos fore, Tertiò nullum Monasterij amicum Turegi, se excepto, reperiri; quartò demum suadere, ut pernecessariam compositionem, reliquum vini, frumentique, quod à Bürcklero se prohibente ablatum non fuit, numerata pecunia redimatur, si illa desit, saltem aliquot millia promittantur. Hoc statim, ut per predictos Patres Abbati desuper denuntiatum fuerant, missus fuit ad Foederatos Catholicos P. Cellerarius; qui illi vigesima tertia Martij dissuaserunt compositionem, pacis conditionibus adversantem, vocavitque testem Pastor Lucernensis de Hertenstein oratorum schaffusianum; qui Lucernam se non egressurum dixit, donec Monasterium restitueretur. Scripseruntque illa ipsa die Foederati Magistratui Turegino, ut pacta conventa bello finem imponant, absque dilatione arbitris impertialibus aestimanda relinquant.

Abbas cum Conventu restituitur.

Rupit tandem obstacula Catholicorum constantia, ebibo hoc qualicunque tentamine. Nam die vigesima quinta Martij, Festo Annunciationis B. V. Mariæ Monasterij Tutelaris Patronæ, circa duodecimam meridianam abductus est armatus miles Rusticus; eademque die circa Vesperam Ædituus Henaugiam Reverendissimus Abbas Bernardus cum cellerario et Aschimagiro, qui tamen primis diebus in Monasterio ne Mensalia quidem instrumenta invenerunt, sed hæc et alia necessaria Commodato accipere coacti sunt. Philomena Joannes Henricus Spöndle administrator rei domesticæ à Figurinis hactenus constitutus haud exiguam vini portionem, ac nonnihil frumenti restituit cellerario consignavit. Reliqui Patres ex vicinis Cleggovia Parochijs sequentibus diebus redierunt, resumptumque officium Divinum, postquam per tres fere menses cessaverat, quamvis non eo apparatu, qui decebat, ex defectu subsidiorum, ad quæ reparanda decorum annorum intervallo opus erat. Die quarta Aprilis R. P. Prior S. Blasianus accessit, gratias acturus pro Beneficijs nostris Patribus et fratribus impensis, quos secum demum retulit, Rivisellanos mittendos, ex Eli-

quis

-quis Monasterijs nostratis ad finem anni reversi sunt. Suspirabat in Turegi custodia secretarius noster Tottenfluc, ad quem liberandum Abbas die 6.ta Aprilis Praefectum destinavit, eripuitque paßtquam per sex et octoginta dies detentus fuisset. Is hoc ipso anno ad Praefecturam in Utonis Monasterio promotus, postea Tigurium suam ad scholam commendavit, gratis susceptum in compensationem fidelis servitij hoc praesertim tempore impensi.

Damna resarcienda repetit.

Idem de damnis resarciendis agendum erat, quae Monasterium ob alienas controversias absque sua culpa sustinuit. Aestimatum ad nihilo id fuit quingentis millibus florenorum in immobilibus ac mobilibus. Nam quae in sylvis, vineis, alijsque hujusmodi illata fuerant, aestimari non poterant. Cives quoque suppedi aliquot millium florenorum detrimentum passi, quorum aliqui aliquot centenis in aestimatione se provocatos fuisse querebantur, omnia scriptis mandata, accurato calculo desuper facto. Consuli Lucernensi Udalricus Meiger Prator, et Ludovicus Mayer senatus respondere, rem ad arbitros impartiendum Cantonum esse deferendam. Missus quoque Turegum Praefectus tale responsum retulit: Nominatim denuntiandos qui deliquissent, quos citari, ac pariter audiri oporteret. Equum Monasterij expensis hactenus ad eorum usum retentum, restituendum, quamprimum impensae, pro ejus nutrimento solutae fuissent; denique clavem pro cella vinaria in pago Flach proxime consignandam. Equus iste jam a Mense octobri praecedentis anni, quo bellum spirabant Tigurini, nostris sumptibus alebatur, ac nihilominus detentus fuit usque ad diem decimam quartam octobris anni currentis, postquam nempe Legationi Tigurinae exponentium destinatae negotium pagi Zamsen spectanti inservisset. Deliqui equi omnes, praeterquam eum, qui accipitrium eripuerat, in ista vastatione abacti. Interea Foederatorum Commissarij cum In Tiergo-

-via

via homagium fecepiſſent, illud etiam Renaticgide à civibus pro more requirebant: At hi negarunt ſe poſſe ſuo juramentum præſtare pro defenſione Rheni tranſitûs, quòd à Figurinis neceſſario armis ſpoliati eſſent. Itaque re infecta receſſerunt. Nec ulteriùs ad juratam hanc promiſſionem adigi potuerunt cives, donec recurrente Præſide ex Figurino Cantone, fides de armorum reſtitutione facta fuiſſet, maximè cùm ex Imperij vicinia bella ferverent.

Die vigeſimatertia Julij cum Conventu ſolemnis Federationum ad diluendas reliquias belli Badensis inſtitutus fuiſſet; contulit ſe ad eos Abbas Bernardus cum P. Eberhardo et Præfecto Majele, atque Catholicis Cantonibus relationem vaſtati Monaſterij ſcriptâ obtulit. Obſtupuêre omnes, ipſisque Proteſtantibus modum excedere fuaſuri viſa. Populo Catholico enarrari non poſſe, quàm ſe crudeliter vicinus, quidem inermes Deum ſanctos, ipſosque mortuos perpetrata fuiſſent, quorum ſpecimina tunc expetiêre Catholici. Addêre deinde noſtri Impartiales Judices, ſeu Arbitros inter partes conſtitutos, qui in actis noſtris vocantur: Ex Friburgo Simon Petermann Major Conſul; ex Solodoro Franciſcus Haffner J. poſteà Chronographus, tunc Strichigramateus et à Conſilijs intimis bellicis; Ex Baſilea Joannes Rudolphus Wettſtein; Ex Abbatis Cella Joannes Eichſteiner alterius Religionis, qui ſubſtitutus fuerat Conſuli Schaffhuſiano, officium obſidium, veriùs ob moleſtias, recuſanti. Hi noſtris reſponderunt: Cùm plurimi de illatis damnis jactarentur, eos in diverſas claſſes eſſe diſtinguendos; deinde ſingulos cum eorum adverſarijs audiendos; negotium eſſe non paræ momenti, nec unius diei; receſſit igitur Abbas relicto memoriali, totoque reliquo anni tempore ab Arbitris negotio infudatum, quin tamen ſententijs convenire poſſent.

Congregatio. Bellain Helvetia compoſito Reverendiſſimi Abbates Congregationis noſtræ Conventum celebrarunt in Monaſterio S. Galli die ſecunda Auguſti, ubi ad inſtantiam Excellentiſſimi Domini Nuntij Apoſtolici[+], nec non Reliquorum Abbatum Monaſterio Diſſertinenſi datus eſt Decanus. De-

[+] Friderici Roromoi,

verendus Pater noster Sebastianus Hertenstein, qui disciplenæ stabiliendæ operam navaret. Adveneruntque Reverendissimi Abbates Congregationis Suevicæ Dominicus Weingartensis, et Wunibaldus Ochsenhusanus, cum quibus actum de uniformitate rituum Monasticorum, habitus quoque, atque Breviarij, quod communibus expensis excuderetur. Monasterium Augiæ Divitis miserè afflictum ipsi Celsissimo Domino Episcopo Francisco Joanni de Prasberg commendatum. ad cuius res componendas profecturus Illustrissimus Dominus Nuntius Fridericus Borromeus, Rhenaugiam die sexta septembris invisit.

1657. Sententiæ diversæ pro reparandis belli damnis.

Ad Initium sequentis anni Arbitri pro restaurandis belli damnis constituti discrepantia pro diversitate religionis ediderunt Instrumenta. Et Protestantes quidem die vigesima Januarij sequentem Generalem statuerunt: Damna Tertio tributa resarcienda non esse, si ille tertias alterutri parti quoquo modo favisse deprehensus fuerit; ne quidem exceptis ijs, quæ tempore inducciarum ablata sunt, si jure belli occupatus fuerit locus. quibus verbis juxta eorum mentem, apertè designabatur Rhenaugia. quam partem vero ille imposticium membrorum fecerint, patet ex præcedenti articulo, quo decernunt universim: à Protestantibus nihil restituendum Catholicis, cum illi justam belli causam habuerint. Itemque articulo decimo tertio: reformationis opus laudabile in provincijs communibus esse prosequendum; quibus nova ad bellum scintilla accendebatur. Catholicorum Econtra Laudemium die trigesima Januarij edictum concludit: Figurinos teneri ad damna resarcienda, cum ipsi ab executione ceperint, nullóque indicto bello ex improviso ad arma prolapsi Rhenaugiam, aliaque loca occupaverint. /K/ Cum igitur Figurini aggressores, belliq; auctores fuerint, ab ipsis reparandas

Rectè autem mens Protestantium conjicitur ex

K

/K/ die weil sie ab executione mit unversehenen überfahl der pässen Rheinau, Keyserstuhl, und Klingnau, wie auch mit belagerung der statt Zaberfweid den anfang gemacht.

omnes expensas non solum quàngs Catholicos Cantonibus, sed etiam alijs quibuscunqs particularibus, sive saecularibus sive Ecclesiasticis, juxta mihorialia ab ipsis oblata exigentibus id apiti pacis arbitrio, ac praesertim ijs expensis, qui dispantibus inducijs armorum damnificati fuerunt. &c. C.

1657. Designabatur evidentissimè haec declaratione Thurgovia, quae non solum omnium primò occupata, sed etiam tempore induciarum damnis affecta, quin imo post pacem integrè denuò jam et subscriptam paucis circiter septimanis ducentis aemulis mobilibus infesta, frumenti quoque ac vini ablatione plurimum laesa fuerat. Et Fidejussio adeò obtinuit decisis suae partibus, ut cum typis ederentur, ac quàmprimùm proferrentur, ne eadem dilatione, imò et vita ipsa, ei opus foret, defensaretur. Nihilominùs negotiatores denuò impudenti occupationibus, nam eumdem belli decrudescentia perurebat, et repetita duorum nostri Ecclesiae formata, videl. ea à collegiatis praetensi Abbatis de causa eodem dicta exponerentur, deinde archivi documenta cum praetiosis ecclesiae vasis et ornamentis, quae pace facta relata fuerant, in Leggovia parochiis deportata die quarta Martij; ima singuli Patres Reuelas suas, quas inter in collegerant, rursus in loca varia trans Rhenum transferebant. Die nona eiusdem Mensis omnes tota die jejunarunt, nihil cibi aut potus sumentes.

Novi belli ispositiones.

Es ist aus diesen ersten puncten, und aus den producirten actis, und dem in beygefügenen ganzen verlauff, nunmehr gantz leichtlich und rechtlich zu schliessen, wer dises unnöthigen kriegs urheber, und dahero eine billiche statt Zürich schuldig seye, nicht allein den 5. Catholischen orthen ihren rechtmässigen fordernden kriegs-kosten, sonderen auch particularen sowohl geist- als weltlichen personen, vermög ihrer übergebenen memorialien, alle erlittene schäden zu ersetzen und gut zu machen, alles nach abredung des frieden schlusses, insonderheit und sonderlich der jenigen, so in wehrendem anstand beschädiget worden.

solosque pane et aqua ad canum contenti pro avertenda peste et bello. Simul Abbas Præfectum Magalo Lucernam destinavit, qui pergauderet: an imminente bello liceret saltem guardiam à Figurinis, vel saltem à Glaronensibus admittere, cum Thenaugia ad Thenam usque Figurinorum detinere includatur? Responsum viva voce datum accepit: posse suscipi à Figurinis simul et Glaronensibus catholicis, eatenus capiendi in conventu proximo Badena indicta posse diem alteram intervallum addendo sore, ubi à catholicis decretum, saltem guardiam ab utraque parte Catholicis Glaronensibus expetendam esse: quod si Figurini repudiarent, præcavendum, saltem reservandis aliorum animorum pacandi tamen quanta fieri ipsum miserunt Dominum Ludovicum Keller, qui Cocisium explorarent. Hic consideratis omnibus pronunciavit, ob spatij vastitudinem Figurinorum vicinam et Catholicorum distantiam de fundibus circumstantijs succurri ab his Thenaugiæ campis defendi difficillime posse. Die decima Novembris Lucerna fuit rium et subsylvania scriptis ad Advocatum literis professi sunt: admitti posse ipsis non invitis utriusque Religionis Glaronenses, adhibita tamen cautione, ne præpropere nullaque adhuc necessitate id fiat., utpote ab ipso Monasterio Glaronenses pro suadæ guardiæ implorentur. Sanè Arbitri alterius Fidei in Laudemio suo Judicarunt: /m/ In Locis communibus m.
Glisente inter Fœderatos bello, Neutralitatem observandam, et neutricis partis præsidium suscipiendum esse. Quæ quidem Abbatis nostri Bernardi in superiori bello intentio, sed minus profi-cua fuerat; cum enim partes à conceptis opinionibus dimoveri non possent, sua ac Monasterij damna redimere novi belli periculum coactus fuit.

Congregatio. Inter hæc die trigesima Aprilis indictus fuit Conventus Abbatum in Einsiedlen; ubi adnumeratos reliquis Rev. Electus Abbas Murensis Gyrdals à

wald-kirch

/m/ Waldkirch Ju. publ. Helv. pag. 553.

Waldkirch patricâ Rhenaugiensis, quam sæpiùs deinceps invisit. Reverendissimus autem noster Bernardus visitator electus Abbas et Princeps Disertinensis præter Patronum nostrum Sebastianum Loci decanum, alium quoque expetiit, efferitque jussit tota congregatio gratiosissimas desuper Litteras daret ad conventum nostrum. Obiit inter nostrates Religiosus Conversus Franciscus Braun die quarta Aprilis apoplexiâ tactus, in horribus alias Parochi in excursibus suis Comes, Romanum Imperium suo capite privatum morte Augustissimi Imperatoris Ferdinandi III. qui postea liquet Nerisium interregnum sustectus est eius filius Leopoldus M. præmortuo Romanorum Rege Ferdinando IV. ipsius Germano. Anno sequenti 1658. in alia congregatione habita die tertia Maij in Monasterio Murensi excusatoria conventûs nostri Rhenaugiensis lecta sunt, quâ minùs aliqui disertinam destinari possint. Nam et Pater noster Sebastianus Domum redierat, valetudine ex morbo admodum læsa, nec ullis suasionibus ad redditum permoveri potuit. At Princeps illigatis Monasterij omnia obstacula se ablaturum præmisit; jamque præcipua à se remota esse asseruit, spontè conditiones propositas amplexus. quapropter vigesimâ primâ ejusdem mensis missi fuerunt Reverendi Patres Nicolaus Landart, et Ursus Easmann, quorum ille decani, hic subprioris munus per quatuor et semi annum obiit, magnâ laude utrique reversus 23. Decembris 1662. Data quoque est hac Conventui supplicatio ad Sanctissimum, ad promovendam Beatificationem Servi Dei Francisci Salesij Episcopi Genevensis, nec non Henrici Canisij S. J. ad Instantiam P. Gobat Theologiæ Moralis Professoris. Ratione Beccidrij novi legatus à Congregatione suevica aderat Monasterij Weingartensis Prior P. Otto de Waldkirch, Rhenaugiæ natus, Germanus Abbatis Murensis; cuius cura demandata P. Mauro Hess Einsidlensi, et nostro Patri Sylvestro Gios, modicam ex suâ Laborem Laudem consecuta, statutum denique in hoc conventu est, ut Priores et Subpriores alios quoscunque Conventuales, non habita electione Monasteriorum, ubicunque eos

convenire contigerit, ordine præcedant. Eodem anno alter Conventus in arcem Gesseniensem convocatus, ubi revisa forma electionis Abbatum, et Romam pro approbatione transmissa. Consilium quoque cum Celsissimo Episcopo Constantiensi agitatum, qui non minus quam alia Monasteria, et præcipuè Rhenaugiense in Figurinorum subditorum censibus, decimalibusque reddit. libris damna haud modica patiebatur. Ad finem hujus anni die vigesima quarta decembris pie obiit R. P. Wolfgangus Creditor Feldkirchensis, longa tabe et phthisi consumptus, ætatis anno sexagesimo, comitiisque de fide acceptissimus.

1659. Anno sequenti quinquagesimo nono die duodecima septembris ad festum majoris dedicationis Angelicæ Reverendissimi Domini Abbates convenere in Monasterio Einsidlensi, ibidemque communia Monasteriorum negotia sedulò pertractarunt. Rhenaugiæ cum consensu Celsissimi domini Episcopi dedicatio Basilicæ pro ferijs temporibus translata est in dominicam post festum S. Placidi, cùm hactenus die immobili decima quinta Novembris celebrata fuisset, quâ deinceps festum S. Fintani stabilitum.

1660. Congregatio Cùm anno sexagesimo Abbates in Monasterio S. Galli congregati essent, Rector Magnificus Heidelbergæ Valisburgensem commendavit. cui Responsum: Libenter Congregationem nomen suum commodaturum, sed sine expensis, aut ulla obligatione; consilio et auxilio præsto futuram, etiam Professores facultatum submissuram, si necesse fuerit, ejus curare possint Monasteria. Mitti ea propter viri præclarissimi Cœlestinus Hondrati Iurium in S. Gallo, et Augustinus Zeling Einsidlensis, Theologiæ Professores; nomina illius universitatis facile supprema. Constitutum quoque in hoc consessu, ut cum alijs congregationibus præsertim Casinensi, arctior unio in spiritualibus iniatur. Denique constitutum, ut directorium et exercitia spiritualia pro Novitijs mittantur ex Bibliotheca Monasterijs ad P. Priorem Rhenaugiensem, quæ ea in unam formam redactum esset. Fecit id R. P. Prior noster Fridolinus, cujus opus inter Manuscripta conservatur sub titulo: Instructio ad vitam spiritualem

Postulatus Abbas Varsachium

ticalem pro Novitijs. D. P. Gallus Wagner postulatus Prior ad Monasterium Schwarzacense adeo capitulo illius locâ placuit, vt eum sibi incorporare cuperet; quod cùm ab eo obtinere non posset, impetravit saltem à Capitulo nostro Rhenaugiensi, vt si eum ibi eligi contingeret in Abbatem, ipse sine mora consensum præstare posset. Mortuo præsente anno Abbate Adelbo, postulatione ipsa secuta est die decima quarta Julij, perfecitque Gallus à Vicario Generali Argentinensi, et Visitatoribus consensum dedit, his tamen adjectis conditionibus: vt Rhenaugiæ Locum primarium obtineret; vt vivus de mortuus eiusdem loci suffragijs frueretur; vt Monasterium utrumque mutuo fœdere jungeretur; tandem vt Rhenaugiæ aliquot operarios sibi adjungere liceret. Mox P. Fridolino Priori nostro scripsit, Abbatem eum ob reverentiam, ad quam adigebat, variis litteris fatigabat. Ero Abbas magni nominis à debitis, paucis pecunijs, jam mutuo debuit accepere, vt viatica solverem ijs, qui præerant postulationi. Die vigesima sexta Augusti venit Rhenaugiam novus Abbas, et secum abduxit P. Wolfinum Jllinger futurum Schwarzachij Parochum; quo munere quatuor annis perfunctus, domum reversus alijs confratribus locum fecit. Noster P. Prior Fridolinus ad inaugurationem Abbatialem munera præsentavit. Rhenaugiæ die decima quarta Septembris ad præmia æterna vocatus R. P. Maurus Feldegger patriâ Rhenaugiensis cùm quatuor et septuaginta annos vixisset. Cuius loco alius Maurus eidem in novitiorum fratrum adlectus. Filius is erat quondam Archi Præfecti nostri Caspari Göldlin de Tiefenau, et Annæ Mariæ de Mandach, quæ defuncta Novercam nactus est Mariam Sybillam à Ruben, cuius Frater Henricus ex ochsenhausen postulatus Abbas Vallis S. Gregorij in Alsatia, cum sui Monasterij Novitium crearit, sed irruentibus hostibus anno 1662. Rhenaugiam dimisit, cum mandato, vt die Secunda Junij ibi professionem Monasticam pro vade S. Gregorij deponeret. Inde Juvisiacum ad studia profectus, Licentia prælabita dispensatione sacerdos

+ seu Monasteriensis

initiatus, studia sua eodem in Loco absolvit. verum Monasterio à Gallis occupato Carolus Abbatis Successor Henrici dimissorias Sancto impertiit, ut membrum Rhenaugiæ fieri posset, retento tamen jure in pristinum Monasterium, si fata postularent. Renovavit itaque Professionem Monasticam Rhenaugiæ in ede Capitulari die decima septima Junij. contigit, ut decedente Abbate, illig Monasterij Monachorum superesset nemo; unde nonnullis videbatur Rhenaugiam devolutum, quiescentibus bellorum turbis Laudatum Monasterium vallis S. Gregorij Congregationi Cotharingicæ adjunctum in qua ad hodiernum usque diem floret.

Susceptí à Bernardo Abbate.

Opere pretium est, ut et reliquos, quos Reverendissimus Abbas Bernardus in Monasterium suscepit, licèt Successivis annis, hic una simul adnumeremus.

P. Eberhardus Sutor Badensis, professus ā 1646.
P. Ursus Rasmann Lucernensis - ā 1646.
Conv. Geroldus Frue Überlinganus - - ā 1646.
Conv. Franciscus Braun Meerspensis - ā 1646.
P. Basilius Iten Tigurinensis - - ā 1650. + Tugio-Ageri
P. Fortunatus Rüssi Cappellwilang - - ā 1650.
P. Petrus Fründig Lucernensis - - ā 1650.
Conv. Christophorus Intrag Überlingang - ā 1650.
P. Maurg Göldlin à Tiefenau Rhenaugiensis - ā 1660.
P. Placidus à Sonnenberg Luarnensis - ā 1660.
P. Benedictus Besler Uranensis - - ā 1660.
P. Blasius Summerer Badensis - - ā 1662.
P. Gregorius Heiler Wilensis - - ā 1662.
Conv. Antonius Mayer Rhenaugiensis ā 1662.
P. Geroldg Zurlauben Tugiensis - - ā 1665.
P. Bernardus Gallatin Glaronensis - - ā 1665.
P. Bonifacius Herzog Tugiensis - - ā 1670.
P. Edmundus Schiller Eschenbacensis - - ā 1670.
Conv. Nicolaus Keller Oestettensis - - ā 1680.
P. Januarius Haffner Wilensis - - ā 1682.
P. Ernestus Schmid Uranensis - - - ā 1682.

Proventus Martellenses diminuti.

Inter hæc Coloni ditionis Tigurinæ præsertim Martellenses in subtrahendis Monasterio decimis, censibusque pergebant, neque post bellum pace reddita ad solvenda annua præstanda adduci poterant, qui et nostra abduxerant. Adhibita quidem interpositio Catholicorum Monasterij Protectorum; At Magistratus Tigurinus nihil in proprio Territorio sibi præscribi

passus

passus, ratam habuit sententiam in hac causa quondam latam à Praside Liburgi, deinde Reipublicæ Consule, per quam pluri- + decidebat
mùm de annuis redditibus dēbat Monaste-
rio. Diu luctatum, ne sententiæ in opus de-
1661. digerentur, tandem anno sexagesimo primo
die vigesima quinta Februarij comissarij
à Magistratu Zhenaugiam destinati tunc
Liburgi Prases Zhan, et archigrammateus
Escher, quibus agentibus, ne porrò et alijs
defraudaretur Monasterium, et factem con-
servaret, quæ addicta erant, receptæ senten-
tiæ, quibusdam nihilominùs reservatis, quin
imò Martellensibus condonati octies mille
ac septingenti florenj, si factem per interval-
la bis mille solverent, à Bēkensibus sexa-
ginta ducati Loco mille florenorum accep-
ti. Damnum hac controversia Monastério
enatum æstimatum fuit triginta et septem
millibus supra quingentos florenos. Indig-
nationem Magistratus Figurini fovit, au-
xitque quidam ejus discolus Zhenaugien-
sis opificio vitriarius Adamus Burkart,
qui jam sub Abbate Udalrico puer spolia-
se dicebatur statuam B. V. Mariæ. de-
inceps multatitio penitus, carceri inclusus,
honore et armis spoliatus fuerat. Sed cùm
ob nova Crimina graviores panas timue-
ret, in ditionem Figurinam se propripuit;
dum interea res ipsius Zhenaugiæ urgenti-
bus Creditoribus per cancellariam subhas-
tam mitterentur, affixis more solito publi-
cis in locis patentibus litteris. At ille per
mutationem Religionis favorem Figurinorū
nactus comendaticias obtinuit; quibus re-
spondit Abbas, hominem multorum Crimi-
num reum, et jam à multo tempore infame
potiùs tradendum esse Justitiæ. Ingesta-
men gratiam à Figurinis quingenti modij
tritici ex redditibus Monasterij retenti
sunt, eidemque assignati mille ducenti et
quinquaginta florenj. Tandem casu Zhe-
naugiæ captus per Judices impartiales car-
nifici traditus fuisset, nisi ij, quos Catha-
rinæ affecerat, nempe Religiosi nostri impe-
trassent, ut sententia capitalis mitigata,
ipseque per Carnificem cæsus, et perpetuo
exilio mulctatus fuisset. Simile conventus
intercessione Theobaldus Richum obfuta
capitis damnatus supplicio eruptus est,

ad columnam tamen ferro per Carnificem pro ignominia publica ligatus, virgis caesus et exilio mulctatus cum uxore Elisabetha Muscula, cujus familiam, olim numerosa prole Wolfgangus Musculus ex Mondscho Praeco Helvetiae intulerat.

Congregatio. Praedicto anno die decima tertia Julij ex congregatione nostra in aula Wilensi tantùm convenêre Abbates S. Galli Einsidlae, Murorum, Rhenaugiae et Fischingae, ob turbatas nonnihil res Fabarienses, quibus providendis destinati Einsidlenses: Rhenaugiam verò ex eodem Monasterio ab Excellentissimo Domino Nuntio Apostolico comendatus R. P. Antonius Langenstein, per aliquot annos comoratus. Eius

1662. loco vitâ decessit sequenti anno R. P. Januarius Oettinger, cum treo et sexaginta annos vixisset. Et anno sexagesimotertio in Monasterio nostro Rhenaugiensi

1663. à die vigesima sexta septembris plena ac diuturna Congregatio Reverendissimorum Patrum fuit instituta; ubi R. P. Fridolinus Congregationis Secretarius Fabariensibus administrator est datus, et per Abbatem nostrum Bernardum, utpote visitatorem paulò post introductus. Agendum quoque erat de aliis Nobilissimis Monasteriis ordinis nostri conservandis. Imprimis Laborandum, ne Monasteriis Murbacensi et Lucerensi, post Wilhelmum Leopoldum Archiducem Austriae, qui in Comendam ea tenuerat, alius nisi Regularis Abbas praficeretur. Electus erat P. Columbanus ab Andlau Monachus S. Galli, quem Congregatio Summo Pontifici comendavit: at ut paulò post cessit Francisco Egonio Fürstenbergio, cum onere tamen disciplinam reformandi, et Liberam Electionem pro futuro Comodi impetrandi. Fecit utrumque adjectus itezatis Litteris congregationis nostrae ad Supremum Pontificem. Advenerunt quoque Litterae tam à Principe et Abbate Campidonensi, quam ab ordine Equestri ad danubium, quibus petebatur, ut saltem ad septennium pro disciplinae restauratione Decanale illud Monasterium reinderetur nostrae Congregationi: quod quidem concessum missis Reformationibus,

ac visitationibus institutis, quas sæpiùs obivit Abbas noster Bernardus.

Ardebat hac tempestate Bellum Turcicum in Transilvania captum; quapropter Illustrissimus Comes de Sulz facultatem expetijt ab Abbate nostro, cuijus e Militia competebat, impetravitque ut e Milite pro Cæsare in pago Jestettensi conscribere liceret. At in Helvetia res proximæ bello videbantur. Unde conservanda mense septembri Jestettam translata: Abbas verò S. Blasij Franciscus hospitium humanissimis litteris Abbati de Conventu obtulit. die quinto octobris oratores quinque Cantonum Catholica religionis scripserunt Abbati nostro Bernardo sub sigillo Lucernensium, videri propediem capessenda esse arma, proinde à civitate Tigurina, fœderi adhuc juncta, petendum esse præsidium, quod si præter spem negaretur, præsidiarios expeti posse à Schaffhusianis utpote proximioribus. Religio denuò causa turbarum fuit; quidam ex Frauenfeld Petrus Cappelet fidem Catholicam amplexus fuerat; filios mater priori ritui adhærens detinebat, quæ in Comitijs Badena coactis per majora vota adjudicati fuêre patri: Abpauco post nocturnis in tenebris raptis, ac Foregium deportati sunt. Restitutionem exigebant Catholici, et à plagiario pœnas promeritas, nisi utrò daherent, armis sustinendas. dum utrinque negotium magno calore agitatur, Præses Turgavia Arnold die prima Januarij anno sexagesimo quarto monuit Abbatem nostrum, ut ei Badenam ad Comitia profecturo Comitem aliquem adjungeret, qui certiora de bello instante experiretur. At Bernardus ex præteritis cautior factus subrisit die sexta Januarij P. Eberhardum ad Nobilem Virum Henricum Escher Dominum in Berg, amicum, vicinumque, ac e Mansionario Jestettensium Præfectum, rogans, ut apud senatum ageret pro salva guardia e Monasterio concedenda. Rediit ille, nomine Magistratûs perquirens, quibnam nomine salvæ guardiæ intelligeretur? Respondi ei: intelligi patentes litteras, sigillo Reipublicæ munitas, quibus sub eorum

di dispositiones.

1664.

protectione susciperetur Thenaugia, donec necessarium videretur tale præsidium, quamvis propriij subditi pro custodia transitus sufficere possent. obtinuit mox vir laudatus patentes, quæ petebantur, datas die decima quarta Januarij, eâsq; verbis honorificis exaratas, quibus ipse Dominus Escher totius rei Executor constituitur. quievit Nikicomicus à tumultu ad æstatem usque.

At Enim verò die decima septima Julij Escherus P. Eberhardum Letterarium instantis periculi comonefecit, proindeq; necessariam esse salvæ guardiæ confirmationem. Daniel ochsner quoque Martellæ Pastor clam monuit, viros suos Parochianos in armis consistere, qui crederent Thenaugiam denuò esse occupandam. At Schatus Figurinus die decima sexta Augusti non solùm novam securitatis Chartam misit, sed etiam præsidium militare obtulit. Eumor interea spargitur inter Catholicos Balena existentes: Præsidiarios Figurinos Thenaugiam intrasse; unde Dominus Eustachius de Sonnenberg Lucernensis die vigesima ejusdem mensis certiùs reddi ab œconomo nostro cœpit. Respondit ille: Literas securitatis fuisse deceptas, præsidium tamen nondum fuisse introductum, quod declinari vix ex his rationibus sine ruina Monasterij possit; quòd Copiæ Figurinæ districtum concluserint; quòd rustici excidium denuò cominati; quòd Catholici ob distantiam suppetias ferre haud possint, neque locum cum eorum-met proventu defendere; quòd denique ipsi Catholici pro casu necessitatis idonsultum duxerint. Jam porrò extrema non esse expectanda, ne tragœdia ante octeniium prolusa, ob negotium, quod Thenaugiam non concernat, rueret. Replicavit Sonnenbergius, rem à multis Catholicis ægrè percepi; bellum adhuc esse ambiguum. Figurinos sine damno Monasterij loco non insessuros. Hoc sequutæ aliæ Literæ nomine quinque Cantonum in eundem sensum coctratæ; quibus addunt; præsidium Figuriniem quoquo modo avertendum, se ipsos quo-

- que

Abbas LI.

- que Protectores Monasterij eius indemnitati consulturos. Die vigesima quarta Augusti Conradus de Hurlauben Capitaneus Provinciæ [illegible] liberæ, cuius filius Leontius, postea Abbas Geroldus II. jam tum alebatur in schola, easdem querelas ingeminavit, addens: sibi à Catholicis Cantonibus periculo ingravescente injunctum, ut Rhenaugiam adiret eidemque Præsidio Lottvilano provideret; cæterum Radium precis agglomerare, cum Figurini nonnihil cedere videantur, atque delinquentes Turgoviospolenses ad pœnas subeundas traditurus.

Præsidium Figurinum dimittitur.

Reverus è S. Blasio Abbas noster Bernardus, qui defuncto Francisco inaugurationi novi Abbatis Waldonis interfuerat, ad quinque Cantones prolixum dedit responsum, cuius summa hæc erat: Figurinos salvam quardiam concedere nolle, nisi præsidium centum militum condiceretur; neque illud à se admissum, nisi re ipsa arma conferentur. Nullum exinde cæteris Cantonibus præjudicium creari, præcaveri quin tandem extremam Monasterij ruinam, quam octennio Elapso experti fuissent, ipsos à Cantonibus Lucernâ deputatos, dum Rhenaugia situm inspicerent, judicasse, oppidum non nisi militum armatorum præsidio defendi posse, proindeque tutum non fore Monasterium, nisi id cum Tiguinis conveniret. postremò addidit Abbas, se paratum fore ad aliud consilium amplectendum, si magis expediens ad manus daretur. Interea Figurini suspiciones agitati, perquiri fecerunt, an non milites illi Rhenaugiam pedetentim repsissent? Motus inanis ex subitò casu excitatus, qui vigesima secundâ Augusti ex incubia in monte, quem Schmalzelberg dicunt, tabernaculum pro vigilia erectum in flammas abijt; quapropter ibi omnibus ad arma concursum. Martellenses querentur, ait eorum Pastor, qui hæc ad œconomum scribit, quod non sint Rhenaugiam destinati. Procul dubio nonne præda inhiantes. At cum similis tumultus die prima Septembris excitatus esset, Præsidium

Figurinum, nomine salvæ guardiæ, seu
securitatis, reipsa Thenaugium intravit
Ductore Domino Stapfer Centurione, qui
Loco alterius, qui Huber dicebatur, Ab-
bas expetierat, supremo imperio penes
Dominum Joannem Henricum Escher per-
sistente, qui paucis adierat, hospitatus
cum centurione in aula Abbatis, subinde
+ domum unica hora distantem remeans.
Custodias ad portam superiorem et pontem
Theni unacum civibus Thenaugiensibus
observabant, disciplinâ militari severè
coarctati. Ex parte Imperij vigilias quo-
que apposuerat Comes de Lutz. perlom-
modè decidit, ut ipsem diebus Abbas od de S. Blasij
ad invitaret nostros pro more ad Festum
dedicationis Ecclesiæ celebrandum; qua-
propter die quinta septembris magis me-
ticulosi missi Patres Mauritius Sylvester et Ursus cum fratre Benedicto et P. Antonio Fabariensi. redière decima tertia, præsidio jam remoto.

Pax stabilita.

Mox enim Badenæ inter partes pace composita, ictu significavit Domi-
nus de Lutlauber Abbati die sexta sep-
tembris mane Colloquium hora sexta
transiens his verbis: Heri inter undeci-
mam et duodecimam horam pacta fuere
conclusa; Dei Targovia, qui plagium
comiserant, judicio addicti; sequentes
presso pede Frauenfeldam, qui senten-
tiam pronuntient. Addit pacem in are-
na stanciendam procul dubio fortunam
fuisse Catholicis magis propitiam,
cum ex pagis Helvetij magno animo campos
implevissent. Verum ante diem undecimam
septembris Præsidiarij Figurini Thenaugi-
cum non defuerunt, impendio septingen-
torum florenorum, quibus bellum istud pa-
narium, ut vulgò dicebatur, constitit. Ve-
rum tanto redimere periculum fuit licuit.
Peracta Frauenfeldæ Executione, quæ
in mulcta pecuniaria consistebat, quatuor
oratores Eustachius à Lönenberg, Carolus
Emanuel Besler, Josephus am Rhin, et
Præfectus Provincialis Stutz Thenaugi-
am redière; quorum priores duo filios
suos Fratres Placidum et Benedictum,
gratiosâ Abbatis licentia impetrata,

in

in patriam ad aliquot dies reduxerunt, vtique indignatione ob admissum Figurinorum præsidium sedata. Eodem anno conflagravit domus Prædij in Bickenried, quam illicò restauravit Abbas. Circa idem tempus quidam Nobiles Ehenaugiæ obierunt, duo nempe Germani Rembandi sospitis Abbatis Bernardi Joannes Theobaldus, et Joannes Joachimus à Freyburg, quorum ille bello clarus, hic verò inter Benefactores adscribi meruit, cuius Conjux Maria à Bernhausen mox Maritum morte secuta, soror quondam Abbatis Eberhardi. æternitatis quoque iter adijt Joannes Casparus à Waldkirch senior, filijs in dignitate Ecclesiastica claris conspicuus. Item domina Catharina, et altera Maria Anna, ut trés ex familia Göldlin, per connubium Waldkirchianæ, ac præcipuè posterior eximia Ecclesiæ Benefactrix; quibus accensendi Jacobus Müller Prætor Ehenaugiensis, et Bernardus Weiss civis pijs legatis memorandi.

obitus.

1665. Congregatio.

Hoc anno die vigesima quarta Novembris in Monasterio Murensi Prælates nostri congregati fuere; sequenti verò sexagesimo quinto in Fischingensi Reverendissimus illius loci Abbas Placidus bis Jubilæus et sacerdotio et Abbatiali dignitate pro augmento solemnitatis eodem Prælates hospites habuit. Confectum est ibi instrumentum, quo Murbacense Monasterium Congregationi nostræ ad decem proximos annos associatum est, cui propria manu Egon Fierstenbergius Episcopus Argentinensis ibidemque Abbas subscripsit. Eodem anno Ehenaugiæ piè obijt R. P. Michaël Tenner per quatuor et quadraginta annos calligraphiæ solertissimus, cui observata fides, auctos quæ proventus Monasterium plurimùm debet; vir simul Ezat inter tot et tanta negotiorum molimina Eruditissimus, recti secretique tenax, qui totam Monasterij substantiam, actiones, Jurisdictiones, privilegia omnemque deinceps rei notitiam ratione complexus est, prout demonstrant plura eius fragmenta, minuto Charactere exarata, melius facturus, si ea stylo.

stilo prosecutus fuisset. denique sacerdos Jubilæo, pr̃ibus deficiens, ab œconomicis negotijs abstractus, ultimo biennio vitæ morti se paravit, quam oppetijt die octava Januarij, ætatis anno septuagesimo sexto.

Serenissimus Marchio-Badensis Rhenaugiam adire cupit.

Cæterum Memoratus Episcopus Argentinensis causâ reformandæ Murbaci disciplinæ regularis ad congregationem nostram destinaverat suffraganeum suum dominum Joannem Mayer, qui perlustratis plerisque Helveticæ Monasterijs, Rhenaugiam advenit die secunda Junij, unacum Francisco Abbate Ethonis Monasterij Germano Patrio nostri Sebastiani Hertenstein atque per quatuordecim dies omnem ordinis nostri rationem perscrutatus est. Is vigesima nona septembris Ettlinga, quod oppidum est Marchionatus Badensis, literas dedit ad Abbatem nostrum Bernardum, quibus humanissimas pro hospitio gratias agit, simulque novam gratiam pro alio quodam solicitat, cujus tamen nomen reticet, præcipui, ut inquit in Germania stemmatis, qui optat, cum unico famulo in Monasterio Rhenaugiæ aliquandiu delitescere, regulam et vivendi normam nostram experturus. Addit: Illum communi mensa in Conventu fore contentum, cujus vadem offert præexpensis, et modestissima ejus conversatione, jam prope annum ætatis trigesimum jam prætergressi. Intervenit huic negotio noster Gallus Abbas Schwarzacensis, qui cum meritò timeret, ne Rhenaugienses repulsam darent, obtinuit à suo Cancellario, ut ejus nomen et genus Abbati ac Priori Rhenaugiensi aperire liceret, quod literis die 18. octobris datis fecit.

Genus et Acta in Sæculo.

Princeps is erat Gustavus Bernardus Marchio Badæ Durlacensis, filius Friderici V. qui anno 1622. Imperatoris Ferdinandi II. partem superiorem Marchiæ Badensis Wilhelmo ejusdem stemmatis Catholico Principi cedere compulsus fuerat, Executore Leopoldo Cæsareo Fratre et Subexecutore Carolo Ernesto Comite de Fürstenberg. Genuit Gustavum Adolphum ex secunda Conjuge Eleonora Comitissa de Solms Laubacensi anno 1652. die 24. Decembris

cembris, et ex nomine Regis Hispaniæ, cujus partes utpote Lutheranus, sequutus fuerat, atque Patrinum impetraverat, nomen imposuit: duos fratres seniores Gustavus habuit: Fridericum VI. qui Petri in regimine successit, et Carolum Magnum, quacum militiam secutus est. vehetis auxilia contra turcas adduxit. Anno 1655. bello Bohemico interfuit; anno sequenti prætoriæ Cohorti Suecicæ præfectus est; ac deinceps Portussiæ arci præfuit. Patriam revisens anno 1660. in festo S. Bartholomæi 24. Augusti depositio Lutheranismo Hermensheimij in Alsatia propè Molsheimium apud Franciscanos fidem Catholicam amplexus est: occultè tamen fovit, donec anno 1665. Romæ eam publicè profiteretur; ubi nomen Bernardi + Marchionis Badensis, qui olim sanctimonia vitæ effulsit. In Germaniam reversus materiam suæ Conversionis publicè juris fecit; atque anno proximo urgente bello Turcico in comitiis Ratisbonensibus Supremus Exercituum Præfectus electus fuit. Memorabili prælio apud S. Gothardi fanum in Hungaria præsens, duobus sub eo Equis occisis, gravia vulnera in facie accepto, nihilominùs victoriæ nuntium Cæsari Leopoldo detulit. Deinde Canonicus Colonensis, Strasburgensis, et Leodiensis, inquit Schœpflinius nostri temporis Historiographus egregius, à Bello Turcico Vienam obsidente Monasterium intrans Benedictinæ Regulæ se dedicavit, altiora petiturus. /n/ quâ, quâ ratione facta sint, nos enucleatius ex nostris monumentis prosequemur.

+ sibi adjunxit in memoriam

n.

Itaque Reverendissimus Abbas Schwarzacensis Laudatum Principem vehementer comendavit, contestatus, cum magno desiderio flagrare profitendi ordinem Monasticum, ad exemplum S. Fintani nostri, velle autem priùs experimentum de ipsa sumere, antequam id mundo, ac præcipuè Domui suæ innotescat; quapropter celare omnibus cupere; usurpaticium nomen Bernardi de Schlieben nobilis Borussi, atque in habitu Clericali cunctæ ordinis officia peracturum; esse enim canonicum

/n/ Jo. IV. Histor. Zaringo-Badensis pag. 315.

pluribus Ecclesiarum Cathedralium, minoribus sacris jam initiatum, ac pensio horario persolvendo assuetum. Cùm Oppidorio Abbatis et capituli nostri moraretur, addidit idem Abbas secundam et tertiam Epistolam, instantius urgens admissionem. Cùm Princeps more impatiens esset, voluisse illum in quoddam Belgij Monasterium commigrare, verùm rumore pestis accepto, consilio vicarij Generalis Argentinensis immobiliter adhaesse, quò Henaugium praesecundam suasit. Inter alia, propositi illi, ingnit, diaeticam lecti, domi parietis indormit, et se tegit tapete vel pallio: Lineas vestes nihil timet; matutinis ad mediam noctem se assueturum; denique difficultatem ingressus seu admissionis hactenùs haud aegrè tulisse, sed potiùs vehementiùs desiderium excitasse. Tandem trigesima Die octobris capitulariter susceptus, atque ipsi Principi ab Abbate admissio significata fuit; cui ipse eadem hora, quâ Litteras accepit duodecima Novembris Straßburgò humanissimè gratias egit se proximè adventurum spondens. Venit itaque die undecima decembris paucis stipatus famulis, quos protinus omnes posteà die à se dimisit, unico excepto suo Cocco Eudoxio, pro famulatu potiùs, quàm Coquinâ. Habitationem sibi fixit in cella extrema versus hortum superioris dormitorij in Conventu, aliquantulum decoquis longiori, quae Cameram parvam habebat annexam, ubi modo saltem Effigies eius cernitur, cubiculo proximo nomen ipsius retinente. Hic Princeps quamdiu nobiscum moratus est, omnibus etiam legibus vivebat Conformis, omnium cum admiratione in cibo, potu, silentio, atque etiam jejunio; unde nec pluribus fercuIis, nec pretiosioribus tractari voluit, aut permisit, obedientiam non solùm Abbati, sed etiam Priori exhibens, eorumque correctionem expetens. Singulis diebus chorum frequentabat, et pro plumea utebatur culcitra straminea. Verbo: in omnibus se nobis accomodabat; sepè dictitare solitus: Se verum, aut nullum, Religiosum futurum. /o/ Eius Henaugiam adventum,

Venit Henaugiam.

/o/ wan ich ein pfaff will werden, so will ich ein rechter pfaff werden ——.

ac religiosam conversationem paucis suis verbis describit Schannatus in historia Fuldensi: Post hanc domus fidem orthodoxam, à qua parentes eius duxerant, amplexus, non sub alijs, quam divi Benedicti coenobiorum Patriarchae regis deinceps militare constituit, quo propter in Ehenovense [p] coenobium secedens, illinc tanta animi demissione, tanta ad pietatis exercitia quavis obeunda alacritate vitam egit, ut tam solers religiosae vitae sectator, non potuerit non alijs aliquandò praefici.

p.

Hoc ipso anno sexagesimo quinto Controversiae cum Comitibus de Sulz agitatae sunt, qui saepiùs Principem de Baden invisentes, familiari colloquio, praesertim ad concordiam admoniti fuerunt. Confirmarunt illic Monasterio emptionem quarundam decimarum, ac censuum, sub Eberhardo Abbate jam peractam, exceptis decem octo solennium emptionum millibus, praeter quindecim millia in contractu stipulata. Verum aliae lites terminari non poterant, licèt Conventus partium Ehenaugiae per quatuor dies celebratus fuisset, cum agitantibus P. Priore Fridolino, P. Eberhardo Cellerario, et Domino Praefecto Ledergero; ex parte verò Comitum de Sulz, Domino Carolo Ludovico Beck, de Wilmendingen Venatoria Praefecto, Joanne Martino Lienig officiali supremo, et Joanne Leonardo Weigel Cancellariae administratore. cum partes nihilominus ad concordiam propenderent, plurima dehinc scriptis disquisita; donec tandem anno imminente sexagesimo sexto die decima sexta Februarij solenne Concordiae Instrumentum scriptum fuit, cujus summa capita haec. Sunt. Venatio in Sylva quae Coenobio competat juxta pacta de anno 1666. deinde casus expositi, in quibus Ehenaugia Isfluctia et Lichtenburgi jus dicere possit, velut confectio statutorum municipalium, civium novorum susceptio, insolitae appellatio à Judicio Lagensi ad aulam Abbatis, praeter eorum non criminalium

1666. Concordia cum Comitibus de Sulz.

[p] Addit hic Schannatus: quod in Alsatia est, part. 1. pag. 298. Miror, Fridam notitiam non esse Ehenaugiam Helvetio, ab altera Alsatiae distinctam.

nalium, adulterij quoque simplicis cum certis clausulis. Judicijs pagensibusque dam nomine comitum intrusit, quæ morum pate nesciunt, Ehemaligie tractari possint. Præterea Decimæ in districtu Cadelburgi Monasterio restituebæ. Cationibus excipiendis ob Ecclesias in clegovia Monasteria incorporatas officialis Fulcensis intrusit, prodigiotamen seu administratio bonorũ Monasterio competat. Scuta Helvetica pro salva guardia in territorio Sulzensi deinceps non erigantur, sine præscita nempe et consensu Comitum. Denique tempore Caristiæ prohibitio, ne frumentum vinum, aliaque huiusmodi, ex nominatis pagis efferantur, penes Monasterium esto. Instrumentum hoc prolixum signatum à Bernardo Abbate, Joanne Ludovico ultimo Comite de Sulz, et Fridelino ad Fontem Priore nomine Conventus. Concordia reddita Comites de Sulz paneitiam renovarunt, invitato etiam Abbate in arcem Thiengensem, ac pretioso donо argentео pondere gravi honorato. Duplici tamen funere eodem anno domus Fulcensis affecta: Mariæ Carolinæ nobilis de Hochenems, conjugis quondam Udalrici comitis; et Christophori Alsticæ Canonicæ Argentinensis, qui die vigesima Augusti in Arce Isteltensi mortuus, ab Abbate nostro in Ecclesia ibidem depositus fuit.

Princeps Bad. Tyrocinio ord. posito,

Inter hæc prosperè agebat Ehenuæ Serenissimus Princeps Badensis Gustavus Bernardus, sub nomine Bernardi de Sulzbach, Coloni, atque insuper militiæ magnopere proficiens. Curaverat sibi in sylva juxta è regione Monasterij rectra Ehenum sita construi pasvum Eremitorium, in quod sæpè summo mane navicula trajectus fabricatoribus vacabat exercitijs, circa horam nonam ad sumum officium in Ecclesiam reversus. Hujus sanè solitudinis jucundum monumentum sua manu conscriptum reliquit. Mense Junio piam peregrinationem ad Deiparam Eremitandam in pago Suitensi instituit; Turego. Contra voluntatem suam fermè productus, declinatio confestim sibi paratis honoribus.

Mensæ Principio, cum res suæ aliorsum ipsum avocarent, et experimentum disciplinæ Monasticæ disciplinæ Monasticæ satis cepisset, cius rei testimonium omnibus in Conventu dedit, cum Salvatoris exemplum imitatus, ad prandium more nostro officium Ministri Mensæ subijt. Ad cœnam suggestum conscendens, loco lectionis Mensalis, compendium anteactæ vitæ suæ, à seipso conscriptum, recitavit. obstupuêre omnes, præsertim illi, quibus nondum notum erat quisnam sub Bernardo de Schlieben lateret; et maximè dum erratorum conversationis suæ &c. si quæ tamen fuêre &c. omnibus veniam precatus est, atque finita lectione, in modum negligentis alicuius toto corpore in terram prostrato, ipso facto veniam postulavit. Erat tunc præsens Præter Abbatem nostrum, Illustrissimus Comes de Sulz. itaque peracto humilitatis actu, de refectorio egressus Princeps, Depositoclericali habitu, vestibus sæcularibus indutus denuò comparuit, et Mensæ consueto loco accumbens cœnam inter amicos hilaresque sermones absolvit. quidam enim conventualium versibus ex abrupto recitatis Principi valedixit.

Discedit.

Postridie, quæ erat tertia Julij, Jumo mane circa horam quartam serenissimus Princeps secundo Rheno Argentoratum discessit. Ab Abbate nostro facultatem cedendi cum postulasset, simul impetravit itineris socios P. Petrum Gründig Buccinensem, et P. Maurum à Fiessenau, Capellanum; quibus ultrò facultas data est Schwarzachium usque proficiscendi, ubi tunc temporis alij duo Patres nostri Basilius Itlin Augustanus ibidem Prior, et Fintanus Ruf Kaiserslautanus morabantur. Vix autem Princeps Argentinam appulerat, dum ecce reverendissimus Dominus Vicarius Generalis pro officijs eidem, à se alicui commendato, præstitis humanissimas gratias retulit. Idem præstitit Gustavus ipse die undecima eiusdem mensis, præsertim pro duobus Comitibus sibi concessis, quos haud modicam existimationem sibi conciliasse testatur, [1] quod præsentes viderent, in-

g.

[1] sintemahl mir solches nit geringen nutzen

an

-ter ejusmodi viros modestia et gravitate conspicuos eum Conversatum fuisse, quorum Exemplo ad actiora virtutum incrementa provocari potuisset. Abt Chenaugia' no-
-strates, ut Principem adeò praestantem, quem Conversatione et affectu tamdiu veneratifuant fuerant, etiam reipsa efficerent, die decima sexta Julij Capitulariter in consortium fraternitatis adsciverunt, publico Instrumento Communione bonorum operum et suffragijs consuetis adpromissis. Impensissimas ipse gratias reposuit Abbati, / c / Schwarzachio die secunda Augusti, se beneficijs planè ultra modum cumulatum fatsus, subscriptusque Abbati, quem Venerabatur ut Patrem, obediens filius. c.

1667. Anno sexagesimo septimo cum Abbas noster Marchioni novum annum gratulatus esset, missa aliqua pictura, ille propria manu, ut semper consuevit, magnam, scripsit, Benedictionem Chenaugiæ ipsum experturn fuisse, / s / cum tota vita sua nunquam melius tum in corpore tum in anima se habuisset, totam ipsius Prosapi- s. -am

---

an meiner Reputation gebracht, indeme man auf gedachter beeder Herren gutte Exempel gesehen, das ich mich bey solchen Leüthen ein weil lang aufgehalten, durch deren frömbkeit und gute moralische dugenden ich wohl hätte können gebesseret werden. /2/ Confecta litterarum ejus inscriptio haec est: Hochwürdiger insonders geehrter herr Praelat und Herr Vatter. Subscriptio vera: Gehorsamer sohn Gust. Adol. Marg. von Baden m.p. /5/ Es mus ein grosser Segen in euer hochwürden anverthauten Gotshaus seyn, dan ich mein Lebtag nicht an Leib und Seel nicht besser befunden; und ich kan mit Gott bezeugen, das alle meine anverwanten Catholich und uncatholich sich verwundert. /. Damit ich mich euer hochwürden erlaubnus also rede, was die Mönch doch mit mir gemacht, das ich so frisch und gesund, und wohlzufrieden und wohlgelebt aus dem Kloster wider kommen; dis seynd des alten seeligen Margraven seemalden: Euer liebden seynd recht wohl gefahren aus dem Kloster kommen, und ganz fein worden; man mus ... auch hinen schicken.

_ am tam Catholicorum quam Protestantium, mirari, quod tam regetus, moribusque excultus ex Monasterio redierit; Wilhelmum Badæ Hardensem Marchionem dixisse, ipsum jam toto Compositum et humanissimum comparere. Misit eodem anno Princeps Munificentissimus octo candelabra Ecclesiastica in signum Gratulationis, quorum duo argentea altiori ministerium usibus inservirent. Cæterum Augustissimus Romanorum Imperator Leopoldus cum Comparere fecit, hunc suum cognatum, quem in amoribus ferebat, instituto Benedictino abhæsisse eundem missa Fuldam Legato Principi et Abbati Joachimo, atque Capitulo hæmopere commendavit, ut propter singulares, ut inquit, virtutes ac dotes, ac rei Catholicæ studium in Coadjutorem illius Ecclesiæ eligerent. /t/ Et maturius expensa, Capitulum die decima quarta Septembris, haud diu post Gustavi Eberardi discessum, instrumentum edidit, quo promptissimum pollicitus animum, quamprimum Gustavus vota Religiosa Fuldæ nancisceretur, ne privilegiis Fuldensibus præjudicium crearetur, promittit insuper, si forte Joachimus Abbas durante Novitiatu Gustavi obiret, differendam Electionem, donec hic per professionem dignitati idoneus redderetur. Huius instrumenti Copiam fecit, et magna animi lætitia Abbati nostro die Natalitia octobris significavit, se tandem voti sui compotem factum, et à Capitulo Fuldensi ad Novitiatum susceptum in proximo festo S. Placidi inchoandum. die decima octava Novembris, quæ adeo cunctationes intercederant, aut moras sollicitudines accesserat, fusius describit, qualiter non solum die quinta octobris sacrum divi Benedicti habitum impetraverit, sed etiam in futurum successorem Principis Fuldensis unanimiter et capitulariter nominatus fuerit; petit itaque instanter, ut pro obtinenda Spiritus Sancti gratia Eleemosynam Confratres fervidis precibus exorare dignum velint. Laudat Divinam providentiam, quæ ipsum jam pridem voti conceptis damnavit, Regulærem nempe vitam profitendi, prout ipse Bernardo nostro non incompertum fuisset; eo majori se affici solatio,

Fulda susceptus.

/t/. Exanimatus et scrupulosus de hac abbatiæ parcissimè et confusè disserunt.

quòd in posterum verius ordinis Fratu, atys ipsius Abbatis nomine Bernardi vocari posset; denique locum Novitiatûs ysdē Præpositurarū quandam, quæ mons Sti Petri nuncupatur, haud procul Fulda distantem. /u/

Aderat Thenaugiæ superiori anno Mense Augusto Excellentissimus dominus Fridericus de Abaldis Nuntius Apostolicus, campidonam petiturus, inde reversus Mense octobri. hoc verò anno Mense Martio diutius Thenaugiæ moratus alius hospes Illustrissimus Princeps Ægidius Colonna Archiepiscopus Amasiensis Nuntius Extraordinarius, in reditu Romam Vindobona, quâ comitatus fuerat Imperatricem. die decima Maij inter Congregatos Præsules nostros in Monasterio S. Galli comparuere quinque commissarij P. Subprioris Campidonensis, et Decanus Murbacensis, qui tamen non ad comunia, sed ad ipsorum duntaxat negotia tractanda admissi post Abbatis jederunt; qui ritus in aliis quoque conventibus observatus. Iidem inter visitatores rursus Electus Abbas noster Thenaugiensis, qui deinde Murbacum quoque visitavit. Eodem anno cum ob testamentum Christophori Alvici Comitis de Sulz difficultates quædam exortæ fuissent, partem pia ejus legato Frater Joannes Ludovicus exequtioni dedit, unde recepta Fundatio anniversarij duodecim sacerdotium in Oestetten ob Vadii Cauretani in Monticulo vicino Thenaugiam, ubi antiquitus arx quæda conspicua erat Edenberg dicta. Everten-

Congregatio

Dissimu.

/u/ Gottes wunderbahre schickung, das ich den zweck, so ich gehabt, und euer hochwürden wohl bekant, ein religios zu werden, hab mögen erlangen; und freuth mich umbso viel desto mehr, das ich das glück in das künfftig werde haben, mich einen ordens bruder zu nennen, post professionem, und euer hochwürden nahmen tragen möge als Bernardi. Jetzt bin ich in einer probstey dem stifft Fuld gehörig S. Peters berg genant, nechst an der stadt gelegen. Euer hochwürden gehorsamer Sohn, Gustav Adolf Marggr. v. Baden. ord. S. Bened. Novitius.

1668. dissimus nostra ad hoc sæculum primum La-
-rem posuit die decima Aprilis anni sequen-
-tis sexcentesimi octavi, opusque absolutum
-ut die decima quinta octobris à suffraganeo
Constantiensi consecratio fieri posset. Ad Com-
-munitas pagi Jestettensis, ob eidem ab Abbate
impositum, in eas turbas erupit, ut Comitis
Supremæ potestas imploranda esset, qui tan-
-cium Abbate inquietos mulctavit, redegitque
in ordinem.

Incepts Bad. Benefactor. Serenissimus Novitius noster Fulden-
-sis dignitatum huius anni gratulatus Abbati
nostro, optimè se valere significavit, atque
sex alia majora candelabra argentea pro tea
sacra dono transmisit, quæ adhuc hodie sæcu-
-lum Badense ostentavit. Obtinuit enim dis-
-pensante Summo Pontifice prioris canonicatus
ius die vigesima Julij transactionem cum Ger-
-mano suo regnante Marchione Bada-Dura-
-censi Friderico VI. ineit, quâ pensione annua
sibi reservata, successionem quoque in Princi-
-patus fabrum voluit, si utraque linea Ba-
-densis deficeret. Bernardus Abbas gratias
prò tam eximio munere acturus, Fuldam de-
-stinavit P. Maurum Göldlin de Tiefenau,
qui vigesima quarta Januarij Serenissimum
Novitium Janum, optimeque valentem, ac + dedit. Rhenaugiæ totum + reperit. Tractanda quæ-
-dam occultissimè tunc erant, Monasterium
Campidonense concernentia. Verùm Princeps
de fratris solicitus humanissimis litteris da-
-tis vigesima octava Maij invitavit Bernar-
-dum nostrum ad primum Missæ sacrificium
Marchio Badensis celebrandum die prima No-
-vembris, ut quem hactenus Patrem Spiritualem
venerabatur erat, is officium Patris actu perage-
-ret. Tam matura invitatio serium illius ani-
-mum satis demonstrabat; timebat insuper
ne alij id officij ambirent, quibus illas sine
offensa denegari non posset. Cautionem prob-
-vit eventus, nam præter alios se postea obla-
-tit Fürstenbergius Episcopus argentinensis.
Consensu Abbatis accepto die octava Junij
gratias reppendit humanissimas, spopondit
officia sua in promovendis Juvenibus Nobi-
-libus de stirpe Bernardi nostri Monopa-
-tibus in convictu Fuldensi existentibus. Men-
-se Septembri die quinta, instante eodem Se-
-renissimo, habita est Rhenaugiæ Supplica-
-tio publica pro impetranda adeo optimo

Abbatem Patrem spiritualem de-
-posuit.

Masculâ prole Augusto Cæsari.

Susceptis deinde votis Monasticis, Novus Religiosus jam Bernardus Gustavus Badenam se contulit; ubi nonnihil agrotans rogavit Cognatum Marchionem Ferdinandum Maximilianum, ut denuò ad Primitias suas vocaret Abbatem Rhenaugiensem: quod ille præstitit epistola data die decima nona octobris, contestatus, per illig præsentiam non solum Neomystam, sed et totam Serenissimam Domum gaudio fore afficiendam. /w/ dedit se igitur itineri Abbas cum P. Mauro et Nobili Joanne Francisco de Greuth, perveniteque Schwarzachio Badenam; ubi in Ecclesiâ Matrice totius Provinciæ, et Collegiata præstituta die prima Novembris cum pompa celebri, adhibitis ministris omnibus ex ordine Benedicti-no, Abbas noster præcipuo honore affectus tanquam Pater spiritualis adstitit Principi primas hostias Deo Litanti. Interea Campidonæ res in dies magis turbatæ, Capitulo cum Abbate et Principe Romano haud bene convenientes, præprimis ob reformationem disciplinæ Regularis per depictatos Congregationis nostræ introducendam. Unde R. P. Placidus de Freyberg die nona octobris Rhenaugiam confugit; noster verò P. Maurus die 5. Decembris ad Serenissimum Bernardum Gustavum cum duobus Campidonensibus abiit, deprecaturus ejus ad illam Abbatiam Jocalem Principalem adventum.

1669. Anno sexagesimo nono ob similes turbas Monasterij Fabariensis, in Congregatione Einsidlæ habita die vigesima octava Aprilis, Reverendissimi prælatos litteris datis instanter fatigarunt conventum nostrum Rhenaugiensem, pro mittendis Fabariam subsidiarijs; sed id æque constanter à nostro capitulo denegatum. At verò

/w/ Mit dem freundlichen ersuchen, dieselbe unsers geliebten vetters liebten/. als dem sie gar guter alter freund und Patron seynd/ das grösse gefallen erweisen, und unserem ganzen hauss die ehr anthun wollen, Solch dero Fest zu decoriren; massen uns gesambt nichts mehr verlangt, als Euer Ehrwürden einmahl alhier zu sechen.

adjutor
pidonensis
eligitur.

Campidonam Mense Julio Pontificia simul ac Caesarea Commissio advenit, ob Controversias compositit, adscito in Coadjutorem Serenissimo Principe Bernardo Gustavo, cuius rei non minima pars laudatur noster P. Maurus de Göldlich tunc ibi praesens fuit. id demonstrant Litterae tum Decani ac Capituli Campidonensis, tum ipsius Serenissimi postulati, atque data die septima Julij, in quibus illi quidem gratias agunt pro officijs per P. Maurum praestitis, qui egregiam ibi navat operam et strenuam operam exhibet negotio, quod jam feliciter confectum est. Hic vero prolixus etiam est in laudando P. Mauro, quem testem invocat, quòd ipse in toto isto negotio non parcendo, sed solius Dei Gloriam respexerit ordinis S. Benedicti emolumentum, et Congregationis Helveto-Benedictinae Gloriam. px/ Transmisit simul effigiem suam, in qua subscribebatur Depositus in Holzkirchen, qua Praepositura Fuldensis statim post professionem suam adeptus est, ac praeterea coadjutor Illustrissimae Abbatiae Fuldensis, Canonicus Capitularis Coloniensis, et argentinensis, Serenissimus Princeps et Marchio Badensis et Hochbergensis, Landgravius Leuchtenbergae, Comes Sponheimensis et Eberstadiensis, Dominus in Rotteln, Badenweiler, Lahr et Mahlberg &c. Comparet nihilominus in habitu ordinario Benedictino, cum capitio jacente in altero humero, Libriue cum Rosario in manibus tenens, juxta Badensi Insignia. x.

Gustavus Argentinam redit.

Verum is non in effigie tantum, sed propria in persona se Argentinam videndum praebuit eodem anno die decima septima Septembris, adventum suum ita celans, ut eo Majori

---

px/ P. Maurus Göldlin wird aus allem meinem thun vernehmen haben, das ich nichts abgottes ehr, meines heiligen ordens lust, hinfüro stifft und capitels ruhe und frieden, und die reputation der löblichen Congregation gesucht habe. Gott gebe ferner sein gnad, dessen schutz einer hochwürdigen ich, neben dienstlicher danksagung, das sie meinen P. Maurum mir zu einer assistentz, darzu er sich meisterlich gebraucht, und seinen fleiss gespahrt, so lang haben erlauben wollen.

jori gaudio afficeret Confratres. Ad ij prae-
monita ad excipiendum tantum Principem
se paraverant. Reverendissimus Abbas absen-
erat; sed R. Prior Fridolinus cum Equitibus
obviam ivit; Bombardae explosae, civium cu-
stodiae armatae; concurrente tota conventu
intra pontem Monasterij dicta oratione per
P. Basilium Iter salutatus: cui ipse extem-
plo latino pariter idiomate respondit. de-
cantato in Ecclesia hymno Te Deum laudamus,
Princeps sponte sua ad notum sibi hypocau-
stum recreationis conventum deduxit, atq;
omnes ac singulos magno animi affectu am-
plexatus osculum pacis impertijt. Tum
in pristina sua cella collocari voluit, atque
solus in refectorio cum Fratribus nostris ca-
nam sumpsit, hospitibus omnibus in aula
relictis. Altera pariter die sub silentio ibi-
dem prandit. die decima nona ad honorem
tanti hospitis Patres omnes Conventuales in
unam ad prandium cum ipsa evocati sunt.
Vigesima Reverendissimus noster ex visita-
tione Muckbacensi redeuntes, humillimam
salutationem dixit. Tandem die Dominica
ce Serenissimus Missam solemnem decan-
tavit, et post prandium discessit. Paulò
post literas dedit literas, nuntians pre-
matutinum obitum Serenissimi cognati sui
Ferdinandi Maximiliani, de qua tegula, qui
incaute sepulcrum tractans brachium sa-
pricum fecit, ex vulnere defunctus. Candi-
datus ante biennium ille Polonici regni fue-
erat; quippe Casimirum IV. regem abdican-
tem sanguine attingebat. Administrator
quoque fuit Marchiae Badensis nomine Pa-
tris sui Wilhelmi in Comitijs Imperij nomi-
ne Caesaris detenti; cui infausto hoc casu
praemortuus, haeredem reliquit Magnum-
ilium Ludovicum, bellicâ gloriâ postea ce-
leberrimum, qui Parisijs apud Ubetrem
ex regia stirpe ducebatur. Lauretanum
Maximiliano Rhenaugiae solemniter die
vigesima quarta octobris. caterum in qua-
dam Fuldensi dedicatione recensentur
duodecim omnino † regum familiae, ex qui-
bus Serenissimus noster sanguinem et ori-
ginem traxit.

† diversorum

1670. Anno Septuagesimo Bernardus Gu-
stavus Coadjutor et administrator Cam-pi-

donensis

lonensis, ad totam congregationem nostram dedit litteras, quibus eximium zelum pro restauranda disciplina monstravit. Praelecta sunt illa in Conventu Reverendissimorum Praesulum celebrato ante festum dedicationis Majoris in Monasterio Einsidlensi die duodecima Septembris; ubi Electus visitator primarius noster Abbas Bernardus, eique negotium impositum, ut ulteriora cum Serenissimo Principe tractaret, maximè cum urnio Campidonensis Monasterij ad congregationem nostram pro septennio olim facta jamjam ad terminum properaret. Ad finem anni die decima octava Decembris Serenissimus simul ac humillimus Princeps Campidonâ gratulatorijo ad novum annum praevenit conventum nostrum, simul et distinctis litteris Abbatem; ad quem gaudio exultans bonum nuntium addidit, de nepote suo Carolo Friderico, unico filio eius Germani Fratris Caroli Magni, qui nuper Viennae Austriae depositis Lutheranismo fidem catholicam amplexus fuerat, eiusque professionem in manus R. P. Emerici deposuerat. [y] Erat is omne scientiarum genere egregie excultus, atque sub signis suecicis generalis ordinum ductor praeclara militiae specimina ediderat; postmodum Eques Melitensis de Grandi cruce, die quinta octobris anno 1676. paraproperè sed pessimè Basileae mortuus. [z]

Congregatio.

1671. Gustavus

Anno septuagesimo primo die quarta Januarij cum obijsset Joachimus Princeps

---

[y] Ich hab wohl eine überaus stattliche Zeitung zum neuen Jahr von Wien bekommen, das meines herren Bruders seeligen einiger sohn Germanus R. P. Emerich professionem Catholicae fidei gethan, welches mich herzlich erfreuet, bitt euer hochwürden wollen doch auch sich hierüber in choro et foro mit mir erfreuen.

[z] P. Christophorus Stt. S. I. in historia soc. XVII. pag. 831. Schoepflinus in historia Zaringo Badensi to. IV. pag. 313. qui in utroque Caesaris patricio sic scribit: Anno 1671. mense Maio Gustavi Adolphi Petrus exemplo sacra mutavit à Friderico Cardinale Massaeo inductus.

Princeps Fuldensis.

et Abbas Fuldensis, Bernardus Gustavus Wilcius quoque Monasterij ac Principatus plenam administrationem obtinuit, ex quo statim Judæos omnes, quorum quingenti supra millenos fuisse dicuntur, exesse jussit. Die tertia Februarij Abbati nostro præcessissimo Donum transmisit, crucem nempe pectoralem, octo hyacinthis ornatam, annulumque aureum majori hujusmodi Gemma fulgentem. Vicissim petijt Septima Februarij, ut plaustrum optimo vino Rhenaugiensi onustum Fuldam mitteretur. Jam de solemni inauguratione Abbatiali agendum erat; quam ut Rhenaugiæ fieri pateretur Princeps, demississimè Invitavit Abbas noster S. Mauro destinato: Itaque res concluſa fuerat, Nuntio Apostolico Odoardo Cibo ex Principibus Missæ Archiepiscopo Seleuciæ desuper Convento; Cùm tandem prævaluit Auctoritas Principum Balensium, delata Functione Episcopo Spirensi; quò impedito minus imposterum Gabrieli Aug Episcopo Tripolitano, Suffraganeo Argentinensi; /a/ cum alias per breve a.
ve Apostolicum à quocunque Episcopo benedici potuisset. Cæremoniæ solemnissimè peractæ in Ecclesia collegiata Badensi, assistentibus Abbatibus Blasio Schutterensi, et Gallo nostræ Schwarzacensi, die duodecima Aprilis, quæ erat Dominica secunda post Pascha. Authenticum Instrumentum desuper confecit ibi tunc præsens P. Maurus Göldlin itaque Auctoritate Notarius, cujus Copiam nobis reliquit, die vigesima secunda ejusdem mensis Abbas noster Bernardus solemniter primum lapidem posuit pro ædificanda nova Ecclesia Parochiali in Rheinheim, quæ dedicata fuit sequenti anno die quinta ejusdem mensis in honorem S. Michaelis Archangeli. Scutum Monasterij atque Abbatis cujusque lapidi insculptum cum sequenti inscriptione: Bernardus dei et Apostolicæ sedis Gratia Abbas Monasterij Henoviensis, Expensis haud modicis, cùm Parochiani post Diuturnam Litem angarias præstare recusarent.

Decreta Reformatio

At Novi Abbatis Fuldensis præcipua cura fuit, reformatio disciplinæ Regularis. in

/a/ Emendandus Denuò Schoepflinus.

de per Che-
naugienses.

in Monasterium quoque Fuldense introdu-
cenda. quæ le causa R. P. Adalbertum Che-
naugiam destinavit, qui tam salubre ne-
gotium præpararet. Collatis itaque Consiliis
R. P. Maurus noster nomine congregationis
Fuldam destinatus est, Serenissimi mentem
pro Monasterij Fuldensis reformatione ple-
nius exploraturus. Vt vigesima quinta
Septembris, reditque vigesima quinta oc-
tobris, monitisque Abbatibus S. Galli et
Einsidlæ coacta est congregatio Reverendiss-
morum Abbatum in diem decimam octavam
Novembris, quâ Convenêre in aula Wilensi ac
decrevêre instante P. Mauro nomine Sere-
nissimi, ut pro Chenaugiensibus ipsi acceptissi-
mos, auctoritate tamen totius Congrega-
tionis fugientes, dicta reformatio institueba-
tur. quem in sensum rescripserunt Præsuli
ad eius humanissimas et pro Monastico
plenas; petentes simul, ut et ipse quosdam
ex Monasterio Fuldensi pro addiscenda Re-
gulari Disciplina Chenaugiam destinare dig-
naretur. Et gnoniam P. Maurus Princi-
pem Fuldensem in Helvetiam adventurum
nuntiaverat, condixere Patres alium con-
ventum Chenaugiæ in eius gratiam cele-
brandum. Anno sequenti Septuagesimo
1672. Secundo die sexta Martij serenissimus Prin-
Gustavus Cardinalis, ceps litteris humanissimis dementiavit Ab-
bati nostro promotionem suam ad Cardina-
tium dignitatem, factam à Clemente IX.
ad denominationem Augustissimi Cæsaris,
qui eidem pileum rubrum propriis manibus
imposuit die decima nona Aprilis. Chenau-
gia porrò ingenti gaudio exultavit vigo
vigesima eiusdem mensis, quæ incidit in Fe-
riam quartam paschæ, quo major toto an-
no concursus populi fieri solet, de Cathe-
dra promulgatus, officium pontificale cum
hymno Te Deum ab Abbate decantatum
Bombardis Crepantibus. Nec minùs tota
congregatio die 22. Martij Cardinali gra-
tulatus est dignitatem.

Hoc anno in ordinaria visitatione
Monasterij nostri instituta die decima
tertia Maij à Reverendissimis Abbatibus
Gallo S. Galli, et Hieronymo Murensi, sup-
plicavit nobis nostri pro relaxatione tricen-
officiorum, quæ præter officium ordina-

rium

-rium ex antiqua observatione hebdomada-
-tim recitabantur feriis non impeditis quar-
-ta et sexta pro defunctis, et Sabbato voti-
-vum de B. V. Maria. Visitatores censuere
ob rationes graves dispensationem esse pe-
-tendam à Nuntio Apostolico. quapropter
destinatus Lucernam R. P. Murus ab Ex-
-cellentissimo Domino Odoardo Cibo memo-
-ratam dispensationem impetravit, substi-
-tutâ loco dictorum officiorum Missa pri-
-vata per singulas hebdomatas, quam de-
-cretalem vocamus. Missa quoque Conven-
-tualis quotidie in eundem finem appli-
-canda sancitur; addito monito, ut in tri-
-bus solemnibus Anniversariis commemora-
-tio fiat illarum animarum, quæ forsan
dicta illa onera imponere poterant; inter
alias enim dispensandi rationes hæc affe-
-rebatur, quod non constaret de ullo voto
aut fundatione illorum officiorum. Men-
-se Junio rogatus ab Eminentissimo Car-
-dinali Badensi Litteris vienna datis, quâ
proximè rediturus erat, Abbas noster
Bernardus ceu visitator Primarius, una-
-cum Abbate Murensi se Campidonam
pro instituenda visitatione contulit. of-
-fendit ibi præter Principem S. Galli, Emi-
-nentissimum quoque Cardinalem, atque
unionem Monasterij Campidonensis cum Hel-
-vetica Congregatione in aliud septennium
primo expirante, prorogavit. cùm autem
demùm Cardinalis pro destinandis Fuldam
Renaugiensibus sollicitasset, Abbas vix
domum reversus convocato Capitulo, sin-
-gulorumque perceptis votis Reverendis
Patribus Fibtano Rupsi, et Petro Lündig
injunxit, ut se ad abitum pararent.

Reformatores Renaugiâ Fuldam deducit.

At Mense Augusto Ipse Eminentis-
-simus, Campidonâ Fuldam profecturus,
Renaugiam magno cum comitatu advè-
-nit, Reformatores disciplinæ secum deduc-
-turus. Excepties est cum præscriptis cere-
-moniis die sexta eiusdem mensis, oratio-
-ne habita à P. Sebastiano Hertenstein cum
P. Basilius, qui nuperam dixe-
-rat, in Monasterio S. Trudperti Theolo-
-giæ professorem ageret. Aderat quoque
Invitatus Abbas Murensis; Cives arma-
-ti Bombardarum strepitu Lætitiam con-
-testati

testati sunt. die septima, quae erat Dominica, solemne officium a Cardinale decantatum; tum decans convivium in Pontificio Tapetibus strato. Post prandium cum praecipuis hospitibus Cardinalis transivit in sylvam Monasterio oppositam, quae peninsula includitur, quam ibi olim eremiterium exercuerunt. die octava primo mane ratibus ejus profectus est secundo Rheno Spiram usque devehendus, dum interim famuli iter terrestri itinere uteretur. Comitati fuerant Cardinalem, praeter Fuldam destinatos Patres, Fintanum et Petrum, etiam Cellerarium et Archimagirum, Eberhardus et Maurus, qui Helmheimii prandium parare jusserant. Contemplatus Gustavus Bernardus novum Ecclesiae aedificium, promisit pro ara summa picturam S.ti Michaelis Archangeli se pictori curaturum, ac promissis postea stetit. Ad naves cum rediretur, fletus subito inter Confratres exortus hos discessuros, illos redituros; quem Serenissimus familiari loco composuit, veniae ingaiens, Apostoli examen in aegiptum. Eadem occasione noster Pater exaudus Rifer, poëtica arte excellens, duodecim tabulas per Melchiorem Burgifer depingi curaverat, variis vitae statibus serenissimi Principis synoptice adumbrantes quibus hos versus, et hieroglyphica adscripsit, vocatoque Cardinalis inter alia tubos etiam caudatos Sigibergensis.

Et Fulda Rhenaugiam Fratres mittit.

Fuldam appulsus Eminentissimus Rhenaugiam destinavit duos Fratres Valentinum Keller, et Fabianum Benner, qui non tam in studijs quam disciplina Monastica instituerentur. Hos die vigesima quarta Septembris admisit R. P. Placidus de Scheren, professione Einsidlensis, subprior Campidonensis, gravi animam ferme vero morbo peregerunt Rhenaugiae, quos subseveria disciplina coërcere jussit Cardinalis. Tandem tum Lucernetium Constantiae ordinibus emittit. Domum redeuntes. Nostri Fuldae Rhenaugiam scripsere, se valere quidem, et forte sua contentos esse, sed mediocria spirare. unum eorum constituerat Fratrum ac Novitiorum Instructorem exercitiaque salutarissima monita ab Eminen-

-tissimo

tissimo in scriptis data, et articulatim propositis, qualiter Fratres in omnibus Instructori obedire satagant, nec quidquam sine eius Imperio facere, aut ullas litteras scribere audeant. Tandem P. Petrum nostrum toti Capitulo Fuldensi praefecit mandans, ut cuncti ei tanquam Superiori ab eo constituto obediant, et singulis Septimanis Capitulum ab eo instituendum accedant. Manserunt ibi nostrates non integro Sexennio, morte Cardinalis pijssima Consilia intercidente. Eodem anno Reverendissimus noster mense Septembri interfuit Fischingae resignationi Abbatis Placidi ob senium factae, atque Electioni Joachimi Seiler Viri pijssimi, plurimisque asceticis Libris editis notissimi. Inde reduxit Abbas noster secum Thenaugiam deduxit Excellentissimum Nicolaum Cibo, qui memoratis Festis interfuerat.

1673. Gustavus Princeps quoque Campidonensis.

Sequenti anno septuagesimo tertio Romae obijt Reverendissimus Dominus Romanus Abbas et Princeps Campidonensis, Cuius animam Cardinalis precibus nostrorum comendavit, cujus Abbatiam ipse jam pridem administrabat, nunc vero actualis Princeps et Abbas illius Loci effectus. Cum Abbas noster tanquam Visitator Primarius die septima Martij nomine totius congregationis invitarit ad Conventum Thenaugiae celebrandum die decima septimae Aprilis. At ille gratijs pro invitatione actis, ob negotia urgentissima absentiam suam excusavit, nisi prorogari usque in septembrem congressus posset. Advenientibus tamen praefinita die Reverendissimis Praesidibus nomine Sui misit interfuturum P. Placidum de Schenau, Ex Oberbaco oriundum P. Subprior nobilis de Baden. Praesentes pariter erant Reverendissimus Dominus Christophorus Abbas Murisaltensis Praeses congregationis Suevicae, et P. Adelphus Stadelmayer Rector Universitatis Ingolstadiensis. illius studium Thenganum plane celebrem: nec videbatur consultum, ut pro universitate in oppido Zofingensi eligenda votio ex parte congregationis nostrae promitteretur. Nihilominus paulo post ad instantiam eiusdem Congregatio-

nis

nis fuerica datus est noster R. P. Basilius Ilsch, qui primus ibi Theologiam moralem docuit, et aliqua opuscula ad illam facultatem spectantia typis edidit. Vixit ille ex Monasterio S. Trudperti oriundus, quidam quatuor annos proximè facultate Theologica beato fratribus postulatus fuerat à Reverendissimo Abbate Romano, olim Privilegiorum eius condiscipulo: quem in literis sequentibus veluti audiebat. Hunc ego præ omnibus aliis ambio, cupio eximias eius dotes magis, quam ullius alterius noscam, cum virum Religiosum, pium et doctum, non verbo tantùm, sed et exemplo expertus fuerim. Mense Augusti huius anni Eminentissimus Cardinalis de Baden epistola scripta gratulatus est Abbati nostro diem Natalitium S. Bernardi, promissis tredecim missis pro eo legendis. Ut vicesimus Bernardo mensis Bernardo Abbati et duodecim sacrificia, quibus illum ipse Patronum spiritualem exercitia sua humilitate venerari pergeret.

1674. Confœderatio Arisaltensis.

Simul septimo quoque anno arctior confœderatio inter Monasterium Arisaltense et Hemmenriense inita est, dum nuncio bonorum operum communione, promissisque pro singulis defunctis, ut à quolibet fieri velit, pro fine vitæ tam corporum, quam animarum applicatis, fratres officium defunctorum, et Conventiculum pro eis facerent. Perdurat hactenus ista fraterna sodalitia amicitia, et cadentibus annis pro missis depositis pro defunctis, secundum anni tempus caritative concludendi, ut elapsis pro singulis hebdomadibus in mebiscum Romanum delegerentur; quod et factum simul cum quinque Libris, cum Breviario Romano nondum habebatur, alia contrà ebdomada ambabus Conventibus celebranda erunt, ubi Sanctum Bernardum de Abbatibus, de Trophæis, aliaque vestri fori forsan Capitula in refectorium cernitis.

Fervebat hoc tempore gravissimum bellum inter Leopoldum Cæsarem, et Ludovicum XIV. Galliarum Regem, qui inter alios Imperii Principes adhærebat Maximiliano Henrico Coloniæ Electori

CC

de Domo Bavarica, qui Wilhelmum Fürstenbergium, condictorem adsciscere excupiens effecit, ut is captivus Vindobonam deduceretur. Fidus comitatus cum Caesare iniebat Elector Palatinus, cujus proinde terras Turrenius Galliarum copiarum † ductor incendiis praedisque vastabat, vario marte ad superiorem usque Rhenum cum Montecuculo, Caesaris duce, dimicans. Periculum vicinae nostrae imminebat. nam Meuse et Maja infestus exercitus cheporia Comitatum depopulatus et praedis quae ubique Monasterii damno affectis. quapropter Senatus Figuerinus impensius Abbate nostro Rheni transitum comendavit, rejens, ut ceteris Foederatis sibi cum curam comissam advertere. Praesides Provinciales (Aschenum Silburgi) et Festidium Mendelfingae cum Manipulum Praefecto Joanne Henrico Escher domino de Berg, quo, si necessarium judicarent, unius Centuriae praesidium Rheinaugiae imponerent. Cumque eodem die vigesima prima Aprilis simultas Cottae Tahenfeldae à Praefecto Wagner scripta advenisset, qui jussu Cantonum monere se tuerebat, pro cujusque Magistratus figuerino dictum: omne curae ut Rheinaugienses civibus vigilias agi, privatique omissarii explorationem caperent, si major militum copia opus foret, id oppetitionis loco maturè nuntiatum iri. At vero Abbas sobrius quoque pro pagis Istettae et Altenburgi, cum proxima militum comparitio eos videretur, Eundem † Senatum pro tutela implorabit, qui duodecima Maji mandatum dedit saepe laudato domino de Berg, ut subditis pagis sollicite invigilaret, et praesidio utpote extrancarum copiarum incursibus satis quam guardiam, atque protectionem, quae sectum Foederatae Helvetiae Cantonibus super illis pagis competeret, sine mora apponeret. Interea dies perurgebat bellum, et Figura jam jam inducturi erant. Praesidiarios Rheinaugienses cum Abbas amicè convenit eam etiam dominum Escher, ut paratis in

Belli motus in Vicinia.

+ Fratrem Episc. Argentinensis Leodiique addictum

+ Imperator

+ Reipublicae Tig.

vicinia

vicinia ad succurrendum armatis, ij non prius inducerentur, quam signo à Rhenaugiensibus dato, explosis nempe in Monticulo S. Nicolai duobus tormentis, et ære Campano diutius pulsato. Duplex desuper instrumentum datum die decima nona Januarij anni proximi septuagesimi quinti, quò plures Rhenaugiæ exules ex imperio pulsi adfuerunt. Imprimis R. P. Benedictus Gessler disertinensis, ex quadam Parochia Alsatiæ, quam administrabat, pulsus, ac deinde Rhenaugiam, ubi jam senex degerat, reversus, post sexquiannum in Itinere Eremitano morte interceptus. Ex Monasterio Murbacensi R. P. Placidus à Waldkirch, vir ex moribus Religiosis et humanis comendatus; quò post quinquennium Murbacum reverso, illius Loci Nobile Capitulum in gratiæ animi significationem statuam argenteam B. V. Mariæ à pectore donò dedit, cum singulorum Capitularium scutis ac nominibus. Ex Monasterio Gnifalten-

.1675. Exules Rhenaugiæ.

si ultra medietatem huius anni in Conventu nostro transegerunt R. P. Modestus Keiblin, et F. Repertus Aelbling; quorum socius per idem tempus fuit ex Monasterio S. Petri Sylvæ nigræ F. Columbanus Schmeiding. Ex eodem tamen Monasterio recrudescente bello postea per quatuor annos inter nostros morati sunt Religiosi Fratres Joachimus et Placidus Steiger. Ex Monasterio S. Trutperti aliquamdiu etiam exul hæsit Religiosus F. Conversus Josephus. Sæculares plures in oppido securitatem quæsierunt inter quos memorandus dominus Liber Baro de Hornstein ex Writerdingen.

Gustavi Cardinalis discrimen.

Hoc eodem bello maximum discrimen subiit Eminentissimus Cardinalis de Baden, cum enim Leodium cum magna apparatu se contulisset, interfuturus Electioni Episcopi, vulgate illius Ecclesiæ Capitularis, canonicis Religiosum Principem renuentibus, inde reversus ab insidiante milite Gallo universa suppellectile, rebusque omnibus spoliatus fuit: ipse licet multum ac diligenter quæsitus, singulari Numinis beneficio, cum uno alterove famulo effugit, pervenitque coloniam felicitèr. Petierat, utque impetraverat Cardinalis ab

Estradae, Gallici Praesidij Trajecti ad Mosam Praefecto, salvi conductus litteras: Ab fracta fidei causa obtenta fuit, quòd arma dolo malo occultata secum avexisset; quod tamen inscio Cardinale factum Refert Schanatus; [6] certè ipse Cardinalis aliàs non fuit parcus in querelas ad Regem Galliae, ob vim illatam dare litteras. Memorat Schanatus, jactorum ad tot centena florenorum millia aestimatam fuisse. At nihilominus Cardinalis consueta sua munificentia erga Shenagiam non destitit, sed eodem anno dono misit magnum argenteum brachium, scuto eius Conspicuum cum reliquijs SS. Martyrum Simplicij et Agapis, quorum festum in choro nostro licuit celebrari coepit. Alterum Argenteum brachium suis expensis fieri curavit Praenobilis Domina Maria Salome à Stuben, nata à Schwarzach, cui os brachij de S. Fintano inclusum. Haec caeteroquin Conventûs nostri largissima benefactrix hoc ipso anno pijssimè obijt die sexta Augusti. Valetudine permagno ante mortem affecta fuit, diem assidem suam Dominum Joannem Jacobum à Stuben post quadraginta annos ex ducatu Brunsvicensi reducem vidit. De Caesareanum vigiliarum Praefectus dum esset, dynastiam Appelen in praedicto ducatu nactus est, de tamdiu inter Protestantes Catholicus vixit. Senex effectus dynastiam filio majori natu reliquit, atque cum reliquis liberis et uxore, quam Catholicis sacris imbuit, Shenagiam contendit, ubi in domo Nobilium de Syrler per annum moratus, aliam dynastiam Sauerberg comparavit.

Bernardus Abbas noster Campidonense Monasterium die decima tertia Septembris denuò visitavit. Ab anno sequenti Septuagesimo sexto Conventui Praelatorum habito die decima octava

1676.

Maij

---

[6] pag. 294. Schoepflin. to. IV. pag. 318. praeterit arma inscio Cardinale fuisse illustris adjuncta, aliasque affert ex Jubilaeo fidei authoribus accusationes.

Maij in Monasterio S. Galli interesse non
potuit, purgata sua absentia per P. Maurum Göldlin. Ibi tunc unio cum Monasterio Murbacensi in alterum decennium fuit prorogata.
Init nihilominus Bernardus noster ad alterum Cætum die vigesima quinta Martii Coactum, ubi tractatum de Generali unione Benedictinorum per Germaniam promovenda, cuius caput esset Abbas Fuldensis Cardinalis de Baden, qui tunc Romæ pro electione summi Pontificis existebat. Pacta concepta erant, quæ Auctoritatem visitatorum minimè infringeret, et bonum spirituale religionis et ordinis purè respicerent, quæ Romam ex hac Congregatione ad Cardinalem transmissa sunt. Verum alia interim se tulit occasio, quâ Eminentissimus Cardinalis Rhenaugiam invisit, antequam se Romam conferret. quinquagesimus current annus, à quo Bernardus Abbas noster sacerdotio initiatus fuerat: solemnitas pro gratijs deo referendis parabatur celebris; jussusq; P. Maurus noster è cœtu S. Gallensi se conferre Campidonam, ut adventantem Fuldæ Gustavum Bernardum exciperet, atque ad diem vigesimam quartum Junij, quâ indicta erat Festivitas, Rhenaugiam demissimè invitaret, præstiturus officium Patris assistentis, qui olim dignatus fuerat in simili occasione Abbatem Bernardum Patrem spiritualem constituere. Annuit Clementissime Cardinalis: verum eam solemnitatem in diem duodecimam Julij differri petijt, quo Comodiùs suam præsentiam accomodare posset, quod à Rhenaugiensibus gratanter acceptum. venit itaque die undecima Julij splendido cum Comitatu; nam præter Equites nobiles, et à Servitijs Ecclesiasticos et sæculares, tam ex Campidona, quam Fuldâ, tres Barones ab Ulm de Prati, et de Sternstein secum habuit; exceptas sine Ecclesiastica Cæremonia jam aliàs impensa, à Principibus et Abbatibus jam præsentibus pompa Condecenti. Prælegit autem sibi in conventu cellam dilectam, olim inhabitatam, meliora cubicula alijs hospitibus relinquens.

Jubilæum sacerdotale Bernardj Abbatis.

Cardinalis.

Alij hospites.

Erant hi porrò Illustrissimi Prin-

cipes

cipes Gallus S. Galli, et Augustinus Einsid-
lensis; Reverendissimi Abbates Hieronymus
Murensis, Romanus S. Blasij, Martinus
Wiscelensis, et Joachimus Fischingensis.
Gallus Schwarzacensis, et Fintanus Bein-
wilensis fiam purgaturunt absentiam.
ad Curialia his exhibenda præcipuè voca-
ti fuerunt: Georgius Sigismundus à Wald-
kirch Dominus in Schollenberg Capitane-
us Prætoriæ Cohortis Gallicæ; Franciscus
de Greuth; Carolus ab Ostringen; Johannes
Conradus Schultheis übelingæ Prætor; Pau-
lus à Greuth de Diessenhofen; Franciscus
de Waldkirch Dominus in Zuchi; Jacobus
Henricus Göldli de Tiefenau, aliique.
accurrerunt quoque alij hospites, inter
quos memorandi, missi à Comite de Sulz
Franciscus Carolus Beck de Wilmendingen,
rei venatoriæ Præfectus, et Simon Man-
dacker quæstor; Liber Baro de Hornstein
circuli Equestris director; Liber Baro
de Zweyer Præfectus in Reiserstuhl,
qui ab oratore Regis Galliæ commissionem
quoque habebat salutandi Cardinalem.
Antonius Iffiger Canonicus Ecclesiæ Ca-
thedralis Constantiensis, filius Præfecti
Prætorij Papalis, de quo in translatio-
ne S. Basilij Martyris mentio facta.

Celebritas. Dies duodecima Julij, quæ erat
Dominica, festo Sanctorum Angelorum
Custodum sacra, omnium celeberrima
fuit, cui similem vix unquam Rhenau-
gia vidit. Tormentorum strepitu sumo
mane indicta solemnitas. Panegiricam
orationem hora septima elegantem pro
notissima Theologiæ peritia dixit Il-
lustrissimus Princeps + Augustinus de Eding. + Einsidlensis
Tum deducti à toto Ecclesiastico cœtu ad
Basilicam Eminentissimus Cardinalis et
Abbas secundò Neomista. officium sum-
mum maximè splendidum tum à Musica
cum in finem adornata, tum præcipuè
à Ministrorum excellentia. Nam Emi-
nentissimus Cardinalis principalem As-
sistentem in pontificalibus peregit, alle-
quas orationes cum celebrante ad aram
recitans, de reliquo plerumque in fal-
distorio persistens, et annexa facultа-
tem tribuens, quâ sacrificans Benedic-
tiones impertiri, aliaque peragere pos-

-set,

-set, quæ aliàs præsente Cardinale non li-
-ceret. /c/ Archidiaconorum munus in se
suscepérant Ambo Principes S. Galli et Ein-
-sidlensis; Diaconorum verò demandatum
P. Mauro Erler Decano S. Galli, et P. Placido
de Scheriau Subpriori Campidonensi: vice
Aßistentem egit Abbas Fischingensis; Cæ-
-remoniarium verò Primarium Abbas Clu-
-sensis, et Secundarium P. Bonifacius We-
-ber eiusdem Monasterij Prior. Abbates
S. Blasij et Wiltensis stipabant latus
Cardinalis tanquam eius Archidiaconi
aliíque Ministri P. Maurus Senior Ful-
-densis, P. Christophorus de Breitenbach
Capitularis Sigiburgensis, P. Aregustinus
Aburi Murensis, Administrator in Clin-
-genberg, qui hanc solemnitatem peculia-
-ri volumine descripsit. Turiferarij erant
P. Subprior Einsidlensis, et P. Meinradus
à Baden Capitularis Murbacensis; Mi-
-tram gestabat Secretarius Congregationis,
nullus denique erat, qui non honori sibi du-
-ceret, si aliquod Ministerium obire per-
-mitteretur; nam et Capitulum ferè totum
Cleggovia Parochorum suo munere non caruit.

/c/ descripsit hanc solemnitatem Cangius pag.
202 b. ad calcem suæ delineationis antiqui
orbis Christiani; et P. Augustinus Aburi Monachus
Murensis justo volumine, qui et ipse inter Mi-
-nistros cum adstitisset, inter alia ait: ubi Emi-
-nentissimum magis licentiosè intuebar, vene-
-bar gravitatem Majestatemque viri, in Cujus
Corporis habitu nihil Principe minus dignum,
nihil Regio sanguine inferius, in vultu nihil
Religiosum dedecens, et in Persona nihil non
Cardinale aut Summo Pontifice dignum: com-
-mendabat, non dico egregiam, sed egregiam
Personam immensi pretij annulus, digito
gestatus Modernis Imperatoriis munus,
quo in Eminentissimi Cardinalis labores
remuneratus, eundem novo et veteri san-
-guinis jure sibi junctum, multâ amici-
-tiâ arctius devinciendo. Subdit
deinde distichon à nostro Patre Prio-
-re Fridolino ad Fontem tunc pro-
-latum:
Quam bene Bernardo Bernardy convenit alter
Alter et Alterius Filius atque Pareno.

Syb

spectaculo Theatrali concluſa ſolemnitas in foro, ubi inter alios ſex Nobiles ſtudioſi Rhenaugienſes adumbrarunt Fundationem Ducinam, Reſtaurationem Rhenaugiæ, Sanctique Fintani fata. ex his eodem Ægidium de Greuth Cardinalis ſecum Feldam adduxit in convictu educandum, qui poſtmodum ſub nomine Miſſi Cæſarei Helvetiæ, Rhetiæque inclaruit. Mensa reliquis conformis ſub lato fornice inferioris periſtilij parata; finita tamen ante noctis tenebras, ut quisque juxta S. Patris monitum in ſua ſe recipere poſſet. Eminentiſſimus Cardinalis, cui pompæ hujusmodi non peregrinæ, beneplacitum ſuum conteſtari dignatus eſt, Vadem ſe pro omni ſatisfactione offerens. /d

Dona oblata.

Fuit Reverendiſſimus Jubilæus miſſa pretioſis donis honoratus. Imprimis Eminentiſſimus Cardinalis dono dedit Capellam integram viatoriam, in theca ligneæ artis inclusam, in qua nihil deſiderabatur ad Altare aut ad celebrantem neceſſarium. R. Prior noſter Fridolinus nomine Conventûs obtulit integrum ornatum pro officio ſolemni auro contextum, qui ſectum Conventûs imaginem B. V. Mariæ cum Salmone ad pedes adhuc geſtat. R. D. Henricus Rector Parochiæ in Waldkirch, Germanus noſtri P. Eberhardi Cellerarij Celicem ſacrum miræ artis fuſoriæ; venerabile Capitulum Neukirchenſe plures diſcos argenteos. Comunitates in Rheinau, Igelthen et Altenburg alia vaſa argentea; Dominus Balthaſar Edlergerw Præfectus noſter crucem pectoralem auream; alia alij, in quibus memorandi Dominus Joannes Henricus Aſcher ſupremus Figurinæ militiæ in Vilnich noſtra Præfectus, tunc etiam ad Menſam hoſpes; et Dominus Carolus ab Oſtringen, qui tamen paulo poſt die 4. Decembris multo pretioſius donum Monaſterio deſtinavit, quod ex aſſe hæredem ſuæ dynaſtiæ inſtituit. Murenſis Conventus magnam tabulam

/d/ Es ſeye alle Satisfaction geſchehen, und er wolle darfür Bürg ſeyn.

tabulam pictam anagramatibus decoratam appendit, cui similem addidit conventus noster. denique Reverendissimus Joachimus Abbas Tschinghensis Deo suo Abscondito, seu Meditationibus Cardinali hac occasione adscriptis, appendicem adjecit Exercitij Sacerdotis celebraturi, quam Abbati nostro Sacerdoti recèlebranti dedicavit. Die decima tertia Julij Reverendissimi Abbates Helvetiæ, qui tunc præsentes erant, conventum celebrarunt, de rebus necessarijs agentes. Ad Mensam Regularem in Refectorium omnes convenerunt, ubi sub silentio et lectione Mensali prandium, Præsidente Eminentissimo Cardinali, excelsis Sæcularibus, præter duos officiales, qui serico palliolis induti in medio Refectorij mensulæ pro frangendis cibis assistebant, quidam Abbatum discessere. Tertia ab hac nonitate Die decima quarta Julij visitatio ante prandium in conventu est habita, et absoluta ab Illustrissimo Principibus S. Galli et Einsidlensi Cardinalis interim singulis Confratribus ad se vocatis valedixit, fraterniter Collocutus, quibus et singulas imagines sua manu signatas et subscriptas donavit in Testeram amoris. exhibebant ordinatium eius Symbolum, Palmam nempe, cui incumbit grande faxum molare, cum inscriptione sub Pondere. extant nempe cum isto symbolo, signati die vigesima secunda Februarij, et anno 1672. quando nempe à Sanctissimo Pontifice creatus fuerat Cardinalis. /e/ Post prandium hesterno vehe in e.
Refectorio sumptum discessit Eminentissimus Schaffhusium usque comitantibus quibusdam ex nostris. Moestus mox Clemente X. Summo Pontifice die vigesima secunda Julij, Bernardus Gustavus Romam ad Conclave profectus est; ex quo die vigesima prima septembris epistolam scripsit ad nostrum P. Maurum, plenus gaudio totâ Helvetia nuntians, Electionem Cardinalis de Zelada, qui nomen Innocentij XI.

Cardinalis ex conclavi significat Electionem Summi Pontificis.

/e/ apud Schoepfel. to. IV. ad calcem tab. 12.

asrumpsit, addens id non sine singulari Numinis dispositione factum. Ff. Tibi- f.
cum ei imperty't Innocentius Presbyteri Cardinalis S. Susannæ. quam vero impen- sè pro bono tum totius ordinis Benedic- tini, tum pro congregatione nostra ibi laboraverit, explicari vix potest; nam et acrem controversiam ratione Juris- dictionis, quæ tunc cum Odoardo Nuntio Apostolico intercesserat, adhibito Cardi- nale Cibo Nuntij Fratre benignè compo- suit.

obitus. Obyt hoc anno in Conventu nostro Reli- giosus Conversus Josephus Schuer Catharra suffocatus die quarta Martij ætate Sexa- genarius. Cum pia morte insequutus die undecima Novembris R. P. Sebastianus Her- tenstein, cum quinquaginta et septem an- nos religiosissimè vixisset. Vir doctus Con- cionator celebris, sacra musica exercitus, et disciplinæ Regularis zelosissimus. A tempore, quo Decanatum Disertinensem + inlesti nonun
deposuit, terminibus identidem diversis, confessionib
ijsdemque patientissimè tolleratis tandem confectus. Diuturna Devotione plenissi- mum scriptum reliquit. Obyt pariter Thenaugiæ Frater Reverendissimus Mart- mannus à Freyburg; Fraterque Petrinæ R. D. Abraham Zufsi Parochus in Watter- Monasterij nostri Benefactor. Adam Höfs- li cum corrupisset monetas Thenaugiæ comprehensus, et suspendio necatus est.

Ff. aus dem Conclavi den 21. Sept. 1676.
Gesteren abens, Gott sey Lob, haben wir ihro Emi- nentz den Cardinal odescalco zu einem Bapst bekomen, hiemit, wils Gott, nach verrichten Ceremonien werden wir aus dem conclavi gehen. ich habe es wohl getroffen, bin nur 19. tag hierin gewesen. dises mus zur nach- richt vor die gantze Schweitz. wir haben alle ursach Gott zu danken vor einen solchen Bapst; es ist wohl ein Miracu- lum, das er zu solcher dignitet unanimiter ist erwellt worden, indem er subditus von Spanien, und bey vorigem Conclavi schon einmahl exclusivam bekomen. Laptim. Gott mit uns. Ich grieße alle. vale. Ber. Gust. Card. v. Baden. à tergo: Reverendo Patri Mauro Göldlin à Theinau.

Neque

Bellum finibus imminet

Neque hoc anno tuta à belli tumultibus Ehe-
nburgia. Cùm Carolus Lotharingiæ Luxen-
burgum Gallici exercitus Ductorem Lupe-
ram ejset, occupata Philipopuli, denuò bel-
lè tempestas ad superiorem Rhenum protrusa
urbesque sylvestres nobis vicinæ ab hostibus
videbantur occupandæ. quapropter omnes
Fœderatorum Legati Badenæ congregati
die duodecima octobris litteris datis hor-
tati Abbatem sunt, ut Custodiæ Rhenani
pontis omni vigilantia prospiceret. peri-
culo ingravescente subsidium à proximis
Figurinis peteret; reliquosque Fœderatos
commoneaceret, ut finds Patriæ tutos redde-
re possent. Eodem argumento die decima
quarta scripsit Præses Turgoviæ Nobilis de
Beroldingen: die decima Novembris Ar-
chiprefectum suum Abbas Turegum desti-
navit pro impetranda securitatis charta,
pagis Jestettensi et Altenburgensi pro-
fectura; quâ concessa, non desitit Magi-
stratus monere Abbatem, ne quidquam ca-
tione transitûs negligeret; pontem pensi-
lem singulis noctibus, aut quoties opus,
elevari procuret; auxilium vicinorum
ex eorum subditis ad arma paratis voca-
re quovis minimo discrimine non differret.

Lucam

1677. Anno sequenti Septuagesimo Septimo
Cùm Galli Friburgum Brisgoviæ occupas-
sent, ac periculum recrudescere videretur,
Bernardus Abbas Litteras dedit ad Illustris-
simum Comitem de Hetz Durlachij como-
rantem, quibus significabat, erigendas
esse pro securitate proximorum pagorum
columnas Scutis Fœderatorum munitas,
quibus significaretur militibus palantibus
Loca illa sub Helvetiorum protectio-
ne esse constituta; neque tamen hoc ac-
tu ullum præjudicium abtæ Comitis Ju-
risdictioni creandum. dedere officiales
Comitatûs mandatum Durlachio Comiti
Præfecto Jestettensi, ut interesset huic
Erectioni, ne fieret, ultra Comites Basiæ
Monasterij Jurisdictionis. Constitutæ
de ipsa fuerunt certis ac publicis locis
quibusque ejusmodi columnæ, datis Comi-
tis Universalibus, in quibus dicitur, Cæsa-
reis Copias quidem adhuc esse præsen-
tes, sed timendam esse Gallorum irrup-

tionem.

tionem.

Per idem tempus Conventio spiritualis inita fuit cum Monasterio Eschenbacensi, cuius Abbatissa Ursula Danglezin, moderni Reverendissimi Abbatis Januarij Proamita crucem argenteam, in summis festis ad aram Majorem adhuc conspicuam cum scuto Danglisiano dono misit, cum quibusdam velis acupictis et unionibus intextis. Alterum Jubileum sacerdotale parabatur hoc anno Plurimum Reverendi Prioris nostri P. Fridolini ad Fontem, Jussuque Reverendissimi Abbatis invitati plures Decani et Priores, ex quibus Thurensi Panegiris delata; Reverendissimus verò Gallus Schwarzachensis pro Assistente rogatus. verum cum in tantissimis calculi doloribus premeretur Nea-mista secundò futurus, absentes domi manere monuit. Tandem undecima Julij, fermè annua ab Abbatis simili celebritate, Festo Commemorationis SS. P. Benedicti, quæ in Dominicam incidebat, aram Iriol veteranus consendit, atque Gratiosissimus eius Abbas honorem assistentis impendit. Addidit descriptionem hujus solemnitatis per modum appendicis Jubilæi Abbatis Bernardi vir clarissimus R. P. Augustinus ab Urì Monachus Murensis, ubi nobilem familiam Zum Brunnen dictam, eiusque Gesta pluribus prosequitur, prout de Friburgiana fecerat.

Hôtus Cardinalis.

Inter hæc reversus Româ Fuldam Eminentissimus Cardinalis Bernardus Gustavus de Baden, die Septima Julij precibus nostrorum comendavit defunctum Serenissimum Marchionem Badæ regnantem, et Cameræ Spirensis nomine Cæsaris Præsidem Wichelmum, cui solemniter parentatum. Inde Campidonam adiens pro Novitijs quibusdam suscipiendis Patrem nostrum Petrum Lundissium Comitata habuit, et Rhenaugiæ die decima nona Julij suos invisere permisit. Is Campidonam relegens Cardinalem morbo correptum invenit, ac nihilominùs Fuldam repetentem comitatus est. Adux Cardinalis arci Salek ex opposito Loci Hamelburg illatus, dispositionibus pro regulari disciplina Fuldæ promovendis

factis

factis, ad æternitatis iter feliciter obeundum sese accinxit, illudque die vigesima sexta decembris pijssimè ingressus est, cum duos dies supra quadragesimum et sextum ætatis annum supergressus fuisset. Annatus /g/ monumentum Fuldæ æri incisum exhibet cum sequente Epigraphe: Anno christi 1677. die 26. decembris obiit pijssime Serenissimus et Eminentissimus Dominus Bernardus Gustavus S. R. E. cardinalis Presbyter, Abbas Fuldensis, S. R. I. Princeps, Divæ Augustæ Archicancellarius per Germaniam et Galliam Primas, Marchio Badensis et Hurlacensis, cuius anima requiescat in summa pace; Huic pius successor Placidus Abbas eiusdem Ecclesiæ S. R. I. Princeps, hoc monumentum fieri curavit. Stat sua cuique dies, et irreparabile tempus omnibus est vitæ. Laudes eius prosequitur Buccelinus in Benedicto Sedivivo Congregationi nostræ /h/ Helveticæ dedicato anno 1679. ubi meritò eius extollit zelum reformandæ disciplinæ, cuius vivum Exemplar ipse fuit. Paupertatis amorem in vilibus etiam consuetis vestibus ferendis, Mansuetudinem in tollerandis injurijs et dicterijs, quæ ipsi ob mutatam Religionem jurgata fuerunt. denique humilitatem, cum eidem Buccelino dictum opus ipsi consecraturo inhibuerit, ne quid de ipsius Gestis publici Juris faceret, nisi ipse prius cognovisset.

g.

h.

Successor ejus in Abbatia Fuldensi Princeps Placidus à Dorste, suam Electionem et Decessoris mortem significavit die duodecima Januarij instantis anni Septuagesimi octavi. Abbas noster ei gratulatus est dignitatem, et Benaugienses Fuldæ degentis comendavit. Addixit ille iteratis litteris suam gratiam: At nostri Patres Petrus et Fintanus decessum Clementissimi Cardinalis haud obscurè, nec leniter experti sunt, quibusdam Capitularibus etiam

1678. Nostri Fuldenses domum remeant.

/g/ In Historia Fuldensi pag. 295. in pluribus emendandus, præsertim dum scribit, Cardinalem annum ætatis trigesimum nonum nondum explevisse.
/h/ pag. 309. et 311.

etiam consilia congregationis Helveticæ Cardinali suggesta exprobrantibus. Certior de his factus Abbas noster, cum porrò nihil utiliter acturos Fuldæ nostros perspiceret, subtracta manu, quæ tandem omnes difficultates perrupisset, die quinta Aprilis datis litteris nostros religiosos à Principe repetiit, qui eos gratiosè quidem dimisit cum attestato optimæ eorum conversationi dato die decima quinta Maij: At illi secunda Junij incolumes redière. Hoc ipso anno ex Serenissima domo Badensi in itu reditúque ad Eremum hospitata sunt Ehenaugiæ vidua relicta Marchionis Wilhelmi, eíque filia cum Moniali Nobili de Schenk ex Monasterio Alba dominarum, aliísq; comitibus. Erat illa secunda Conjunx Marchionis nata Comitissa de Oettingen, dicta Maria Magdalena; hæc verò vocata Maria Anna Wilhelmina nata 1655. desponsata anno 1680 1680. Principi Lobkowitzio. Campidonæ novus Princeps electus fuerat Rupertus, qui ad Præsules nostræ Congregationis Fischingæ die undecima Maij adunatos perhumaniter scripsit, deinceps tamen reformationis negotium secundùm votum nostrum pariter intermisit. Sic inter varias vicissitudines ad finem pervenit sæculum Ehenaugiæ nonum, restaurata tamen in Monasterio nostro, et constanter conservata disciplina Monastica.

Sæculum X.

Sæculum X.

Rhenaugiensis Monasterij.

1678. Initium huius sæculi à Monasterio nostro condito Decimi, clarum reddidit præcipuus Benefactor, post Fundatores ac priorum temporum Dotatores, Præno-
Benefactor Insignis. bilis dominus Carolus ab Offtringen, qui postquam Rhenaugiam testamento eligisse hæredem scripserat, uno adhuc anno ac duobus mensibus vixit; tum febri acuta correptus, omnibus morientium sacris more Christiano munitus pijssimè in domino obijt die nona Februarij anni Septuagesimi octavi supra Millesimum et Sexcentesimum. Juvat grati animi ergò nonnihil de nobili tanti Benefactoris genere præfari, quod nomen Gentilitium derivatur à Dynastia, quam offtringen vocant, in Landgraviatu Stülingensi ad amnem Wutachum sita. [i] Schimg omnium ex hoc stemate accurrit, alcis, quandò à nobis memoratus ad annum
Eius Prosapia. 1251. Hugo de offtringen Arbiter inter Episcopum constantiensem et Nobilem dl Lupfen in lite quadam, ratione Castri Kyburg, et Advocatiæ feudalis à Rhenaugia dependentis in dang-
stetten. Secundus est H. J. Henricus de offtringen testis adductus in charta Annæ Conjugis Rudolphi I. Romanorum Regis, quâ anno 1277. die 2. Maij Illigiosis dominabus in die Zenhoven donat triginta marcas Argenti. [k] Tertius poterit esse Frater Ezebel de offtringen Nobilis miles J. Edl. Knecht. qui occiso ad Arulam Alberto Rege anno 1309. sacellum ibi cum socio coluit, donec Monasterium Regij campi fundaretur. [l]

---

[i] Bucelinus in indice Helveticæ Nobilitatis, ubi ait: offtringen antiqua Dynastia et Nobilis familia, cuius initium nescitur.

[k] Emendandus Hergottus in charta huius anni; nam originale habet offtringen, ubi ipse scribit ostringen.

[l] Stumpf. to. II. pag. 228. Der was auch etwas beym adl geachtet.

Bernardus I.

Anno 1362. Henricus de offtringen pariter Nobilis miles eiusque filius Burchardus donationem fecerunt sanctimonialibus in Berau. Anno 1394. Fridericus de offtringen habitans in Mettingen, contractum quendam emptionis celebravit, cuius Authographum superest cum sigillo referente tres Lunulas, hodie adhuc pro dynastia illa usitato. Consensum huic contractui eodem anno præbuêre Burchardus et Fridericus de offtringen, habitantes in stühlingen. Tschudius inter alios Nobiles vvittoduri ab Helvetijs anno 1460. obsessos, numerat Henricum de offtringen: anno 1466. Hamma, seu Hartmannus de offtringen et uxor ipsius veronica de Tuschdek fundant anniversarium vvaldshuti. Denique in nostris monumentis sæpius occurrit quidam Vicarius Generalis Constantiensis circa annum 1515. Joannes de offtringen.

Dynastiæ Possessores.

Verum dynastiam ipsam non semper possederunt ijdem Nobiles de offtringen; nam anno 1428. Joannes de Tuffen eam vendidit Nobili Henrico de Ertzingen; penes cuius familiam illa perdit 4 usque ad annum 1507. quo Barbara de Ertzingen, relicta vidua Simonis, Ludovico Fuchsio de Hüffingen, ex cuius familia orta erat, vendidit. Tandem anno 1523. ad eiusdem nominis Sofiam de offtringen redijt, quando eam emit Nobilis Adalricus de offtringen, dictus Guthjar, habitans vvaldshuti, cuius antecessores Jugiter de offtringen vocati sunt. Emptionis charta exprimit vicum et arcem, cum omnibus pertinentijs, hominibus, fundis, censibus, Jurisdictionibus, mortuarijs, telonijs, /m/ tributis, angarijs, aquis, piscationibus &c. m.

/m/ auch alles das, so zu genanten dorff und Burckstall gehörig, mit eignen leüten und güettern, zinsen, vogteyen, gerichten, frevel, gefällen, bußen, hauptrechten, gebotten, verbotten, zöllen, steüren, frohndiensten, wäßeren, fischentzen &c.

Anno 1538. haeredes Udalrici fuerunt eius filij Panerabius et Jacobus de Offringen; anno vero 1588. filij Panerarij Joannes Henricus, et Hartmannus, qui ita haereditatem partiti sunt, ut senior frater consequeretur bona transtorrentem Wolfachae sita cum molendino, jurisdictione nobilibus, dicto Leuenthal, quae tandem ad filium quendam Nothum devenere anno 1662. cuius posteri ex Schwerden adhuc possident. Carolus tamen ultimus Offringensium anno 1697. Jurisdictionem Vogtam ibi quoque coëmerat, hactenus, nescio, quo fato, avulsam. Frater Junior Henrici Hartmannus arcem cum vico detinuit, qui filio suo Michaeli de et in Offringen eam reliquit anno 1595. Frater huius Michaelis vir Eximius Rudolphus nomine, Constantiensis Vormatiensis, aliquam diu post mortem Michaelis hanc dynastiam administravit nomine nepotis sui Caroli filij Michaelis: alia vero soror Maria Magdalena uxor erat Henrici Göldlin de Tiefenau Praefecti Monasterij nostri, quae obijt Zhenaugiae anno 1642. Anno 1619. Joannes Conradus de Offringen factus est Capitularis Murbacensis, qui Nobilem progeniem suam demonstravit Coram Leopoldo Archiduce Austriae et Alsatiae tunc Monasterij nostri Abbate. Conradus filius erat Henrici, Nepos Panerarij Pronepos Udalrici, Abnepos Joannis, Propatruelis seu in tertio gradu junctus Carolo nostro. Hic Parentes habuit supra positum Michaelem Dominum in Offringen, qui obijt 18. Maij anno 1592. et claram Annam Offingerin de Grandek mortuam anno 1630. 10decus erat dynastiae haeres, fratre Joanne Conrado maturè praemortuo, et sorore Anna Maria in Matrimonium collocata Ferdinando Back de Wilmerdingen, ex qua prodierunt Joannes Jacobus Professus ad S. Blasium, et Maria Gertrudis Monialis in Berau.

Testamentum, quo Zhenaugia et ejus haeres scribitur.

Saepè fatus Praenobilis Dominus Carolus de Offringen ab anno 1633. in Schola Zhenaugiensi per triennium educatus fuit; deinceps cum cognato suo

742.

Bernardus I.

Domino Capitaneo Theobaldo de Fryburg. Italiam adijt militiam exposturus, quem per undecim annos fidâ, stabilique fustinuit. Anno 1647. instigante Fabrio Rudolpho, Matrimonio sibi copulavit Nobilem Margaritham Agatham Eckerin de Eckerstheim, electus postea Supremus Militiæ Capitaneus in Landgraviatu stück-Cingense. Sepius Rhenaugiam sibi amicissimam inhisit, ac post sacerdotale Jubilæum Abbatis Bernardi die quarta decembris anno 1676. uxorem Conjugem sua testamentum condidit, et Monasterium Rhenaugiense omnium bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum hæredem ex asse instituit, atque pro majori firmitate singulas paginas suo nomine subscripsit, et sigillo munivit, nec non subscriptione et sigillo dilectæ suæ consortis roborari fecit.

/n/ Pro hac verò tam liberali donatione n. testator

/n/ Hisinter alia verbis usus: solle ein Ehrwürdiges Gotteshauss Rhenau zu einem rechtmäßigen ohngezweifelten, mit allen der Rechten gemäs erforderlichen Clausulis durch gegenwertig auffgerichtes testament vollkommen Erb, auch zumahl, als ein dotation ad pias causas, eingesetzt seyn, und zu ewigen Zeiten verbleiben: und zwar mit heiterem anhang, das alles dasjenige nichts ausgenomen, was ich und mein liebste Ehegemahl, mit vorstehender verschreibung vertestiert, und vermacht haben, als das Schloss offtringen, mit allen seinen pertinentijs und zugehör, als Jurisdiction, Güetteren, Lehen, höffen allen hausrath, Silbergeschir, passiv und activ Schulden, eigend und fahrendes, bewegliches und unbewegliches, in summa, was ich bereits eigenthumliches besitze, oder künfftig noch besitzen möchte, davon nichts ausgenomen, und auch als freywilliger, ungezwungener übergab von tods wegen zu meiner Seelen heil und trost, als ein Geistliches orth ... hiemit zu Ewigen Zeiten vermacht und vertestiert seyn solle, ohne männigliches hinderung,

testator nihil aliud à Monasterio postu-
-lavit, nisi ut particeps fiat bonorum
operum, necrologio ut Benefactor inscri-
-batur, et tam pro ipso, quam pro ejus
Conjuge, cum ex hac vita migraverint,
justa in Monasterio persolvantur ad mo-
-rem, quo fieri consuevit, cuique alij Con-
-ventualium. Motiva hujus Donationis
adducit: propriæ animæ salutem, titu-
-lum gratitudinis, cum se multis bene-
-ficijs in Monasterio affectum fatetur,
denique carentiam liberorum, aut hæré-
-dum necessariorum, cum ipse ultimus sit
suæ familiæ. Neapoli verò ex sacro do-
-natus Jacobus, et Maria Gertrudis, de-
-cimi quorum statum sortiti sunt ingressi, quorum
Monasterijs S. Blasij et Berovensi jam
plenè fuerit satisfactum. Paucis item
Legatis testator hæredem gravavit. Do-
-mesticis et familiaribus aliqua impar-
-tiri jussit, sacellum domesticum ut sar-
-tum tectum conservaretur, injunxit;
Reverendos Patres Capuccinos pro hospi-
-talitate. Comendavit, Corpus suum, sine
ulla pompa aut fractione funeris et ga-
-leæ, in Parochiali Ecclesia Degernbgi-
-ensi sepeliri ordinavit, ibique annua-
-tim pro se et conjuge sua, nec non Pa-
-tris Rudolphi et Magistræ Barbaræ de
Schleitheim tria anniversaria cum sex
Presbyteris celebranda constituit. Exe-
-cutor testamenti designatur Celsissimus
ordinarius auctoritate, qua pollet,
ex decreto Concilij Tridentini, et tan-
-quam circuli subditi director. Nobilis
uxor Margaretha Agatha, cujus Pa-
-ter Christophorus Ignatius de Schleitheim
consiliarius Austriacus fuerat, Matre
verò Sophia de Almanshausen, hæres
universalis usufructuaria ad dies vi-
-tæ constituitur, si viduam ultra mari-
-ti obitum præduxerit. Præcavetur
tamen, ne bona majoris momenti sine
gravi necessitate alienentur. Ipsa

quoque

---

hinderung, sperrung oder einreden, so Sie
ihnen ihr Leib und seel auch Seeligkeit ist wel-
-che wider diese verbesserung handlen, oder sich
auflassen wollen, sollen vor den strengen Rich-
-terstuhl Christi dessen sie sich und andern gebun-

quoque Monasterium haeredem instituit, etiam quoad dotem suam, quæ pro meliorationem dynastiæ impensa fuit; maximè cum ipsius Sorores tot hactenus beneficia offringæ acceperint, quæ dotis æstimationem excedant. Legat nihilominus Fratri suo Fideli Francisco triplicem Catenam auream, cum Jacobus æmillis aureis, insuperq; annuos quinquaginta florenos. Item unicæ filiæ ex fratre Mariæ Sophiæ congruum victum assignat, quamdiu celibatum coluerit, aut dotem congruentem, si Monasterium aliquod intraverit. denique subjiciuntur testamento Clausulæ et Cautelæ salutares, ut saltem in vim codicilli, aut dispositionis ad pias causas valeat.

obitus Testatoris. Henaugiæ ut morbus Domini Caroli percrebuit, missus est P. Placidus à Wallbürch Capitularis Murbacensis, qui per ea tempora Henaugiæ degebat, sed cognatum jam defunctum reperit. Ejus obitum R. D. Joannes Henricus Feiler Decanus et Parochus in Degersau significavit; ac ideò ad exequias quoque destinatus P. Maurus Archimandritus, qui reversus undecima Februarij retulit: Dictum Nobilem in ultimis jacere Decumbere, et cùm admoneretur de dispositione in temporalibus, dixisse: se curam eorum deposuisse, quippe testamento à semetipso conscripto. At vidua post Mariti mortem solicita die quarta Martij solemnitates testamento addere curavit, adhibito Notario ac Septem testibus; quod ita firmatum Dominus Decanus Henaugiam attulit, deponendum ad alios res pretiosas, quæ ob terrorem militum ex Offringen depositæ fuerant, clavibus tamen ad viduam relatis. Die vigesima quarta ejusdem Mensis destinatus ad Illustrissimum Comitem Maximilianum de Fürstenberg in Stühlingen P. Maurus, qui inde reversus narravit tam Comitem, quàm primarium ejus Ministrum Doctorem Bildermann propensum in Monasterij favorem esse,

atque

atque ad apertionem testamenti admittendis Monasterij deputatum. Consilio itaque cum Seniorebus Henaugiæ habito, concluſa eſt hæreditatis aditio; apertumque teſtamentum Stühlingæ omninò validum, juſtum et perfectum à Comite, eiusque officialibus præſente P. Mauro fuit declaratum, qui hæreditatem nomine Monaſterij reſervato tamen beneficio inventarij, acceptavit, ſtatimque Henaugiæ ex more et norma teſtamento defuncto Benefactori parentatum.

Comes Maximiliano Dynaſtiam ſibi arrogat.

At Comitis animus paulò poſt totus à priori mutatus, qui P. Mauro ad explorandum ſubmiſſo ſecunda Junij apertè declaravit: dynaſtiam oppringenſem, expirante familia, ad ſe tanquam dominium territoriale fuiſſe devolutam, legata à ſe præſtanda, aliquid etiam Abbati Henaugiensi ex bona voluntate largiendum. Fruſtrà facte Comiti demonſtrationes: teſtamentum ab ipſomet agnitum, Nec Monaſterium Juri ſuo renunciare ullo modo poſſe. quapropter P. Maurus Celſiſſimum Epiſcopum Conſtantienſem Franciſcum Joannem de Raſtberg, tunc Meinge degentem imploraviit, ut tanquam rogatus teſtamenti executor juſtam Monaſterij cauſam protegere dignaretur. quē quidem voluntatem promptiſſimam conteſtatus, ſed ſimul faſsus eſt: timendum, né effectu deſtituatur ſua protectio, niſi altiori Authoritate fulciretur. Implorandam igitur Cæſaream Majeſtatem et eius gratiam per interceſsionales Foederatorum Helvetiorum promerendum. Ivit recta P. Maurus ad Comitia Badenſia opportunè tunc coacta, nec gravatè Litteras expetitas impetravit. Grafſante tunc in vicinia utroque milite, quædam denuò ex oppringen Henaugiam in tutum collocata, vidua tamen perſuaderi non potuit, ut ſedem deſereret. Cæſareani ſub generali Cappelauffenbergam occupabant, Galli verò obſidebant Henofeldam. Cùm Figurini conſuetam vigilantiam comendaſsent, Præfectus noſter Balthaſar Ledergerw juſſu Reverendiſſimi cives convocavit, eisque ordinem militarem prælegit. Nullus eximebatur à vigilijs, omnes diſtributi in decem turmas, quarum ſingulæ per vices Rheni pontem tuerentur; Naves denique ex ad-

- verſo -

- verso littore subducta, et ad Monasterium vel pontem collocatæ. die octava Julij copiæ cæsareæ repulsæ à Gallis, quibus ad Chenoseldam cuentibus pons ab ipsis Præsidiarijs incensus, plurimis ex utraque parte submersis; qui inter monumenta nostra numerant Marchionem quoque Badensem Carolum, Filium Wilhelmi, optimæ spei et egregiæ indolis militem; de cuius proin interitus modo non amplius dubitet Schœpflinus.

Interea Maximilianus Stühlinga Dominus aggreditur viduam Dominam Margarethan de Ostringen, suadens, ut testamentum à marito factum, et ab ipsa confirmatum irritum reddere, ac retractare velit. quod cum ipsa modis omnibus respueret; venatorem ille arci imposuit, qui Chenaugienses arceret, à vidua tamen paulò post exactum. denique manifestam chartam publici Juris fecit, quâ evincere conatus est, Carolum de Ostringen contra constitutiones Imperij, et Stühlingensis comitatus mores, alienare dynastiam, et maximè in extraneos et Helvetios, non potuisse; egregiè tamen à quodam Juris-perito nomine Monasterij refutatam. Mense Novembri sæpè Laudata Nobilis vidua graviter ægrotare cepit. undequædam legata nova testamento priori adjecit. Die secunda decembris agente P. Mauro administrationem dynastiæ tradidit Monasterio, reddendam tamen, si convaluerit. Fuit igitur Administrator constitutus R. P. Bernardus Gallatin, et quidem ad mortem usque Dominæ viduæ tam domui, quam dynastiæ præfuit, quæ ad initium sequentis anni subsequuta est. Interim die vigesima nona decembris decretum cæsareum Chenaugiam delatum, quò negotium imponebatur Illustrissimis Principi Campidonensi, et Comendatario in Altshausen Domino de Rosenbach, commandatis, ut partibus citatis, atque auditis, studeant eas amicè componere; secus informationem ad suam Majestatem transmittant. dies indicta partibus Constantiam prima Martij. Interim Comes de Stühlingen sexta decembris privatam

conventionem

conventionem Monasterio datis litteris obtulerat: verum pro responso datum, seriùs eam offerri, cùm Cæsarea comissio jam sit decreta.

obitus. Cæterùm eodem currente annoalia Benefactrix Rhenaugiæ die vigesima Septima Junij obierat Prænobilis Domina Anna Maria de Wald Kirch, soror Abbatis Murensis, virgo admodum pia et devota, quæ statuam argenteam S. Basilio fieri curavit; B. V. Mariæ obtulit catenam auream, et seriem longissimam Margaritarum, et præterea in exornandis sacris Reliquijs, aliisque ultrà mille florenos impendit. In conventu nostro obierunt secunda Aprilis Frater Conversus Geroldus Früe ex diuturna hydropisi Sexagenarius; die sequenti tertia Aprilis, quæ erat Dominica Palmarum R. P. Mauritius Wierioth ætatis anno quinquagesimo quarto, et quidem placidissimè in præsentia totius Conventus. Erat vir doctus, et Concionator Egregius, cujus memoriam Einsidlæ et Wisfuldæ reliquit. Mortuo P. Michaële cum Œconomus constitutus esset, ille post breve spacium relicta Lia ad speciosam Euchelem deversus studia litterarum resumpsit, nam pluries Philosophiam ac Theologiam docuit. Denique Dies prima Julij ultima fuit R. P. Fidolino ad Fontem, Sacerdoti Jubileo, triginta ac duorum annorum Priori, postquam Septem supra Septuaginta annos vixisset, vir omni scientiarum genere, ac pietate Laudatissimus, Monasticæ disciplinæ propagator studiosissimus. Scripsit Jussu Reverendissimæ Congregationis methodum instituendi novitios; Catalogum Abbatum Nostrorum et Alphabetum Documentorum, Isagogem Musicam de arte componendi, ac denique Diurnum ab 1656. quò præsens fuit Monasterij direptioni; aliquando ex patria uraniensi Redux. Manuscripta quædam ad Jus publicum Helvetiæ pertinentia cum thesaurum Rhenaugiæ intulit. Ei in Prioratûs munere suffectus R. P. Nicolaus Landart. Anno proximo pia morte sequutus est R. P. Bonifacius Herzog, ætatis anno vigesimo sexto, magno sui desiderio relicto, cùm magnæ spei specimina de-

1679.

- disset,

disset, atque vel inter morbos excelsum animum demonstrasset. cum aliquando ex Thermis Fabarienſibus reduce naufragium in Rheno passus esset, strenuè natando tunc evasit quidem, sed ingravescente corporis infirmitate domi in corona fratrum diem extremum oppetiit.

Hoc anno septuagesimo nono pax Neomagensis concluſa; Lotharingia restituta, sed Friburgum Brisgovia à Gallis retentum, Wilhelmus de Fürstenberg pro colonienſi mitram argentinenſem est nactus. verùm alius Fürstenbergius Maximilianus, nempe

obitus Testatricis. speciem belli intulit Monasterio nostro, occaſione mortis Benefactricis nostræ Praenobilis Dominæ Margaritæ Agatæ de offtringen, natæ Keller de Schleitheim, quæ cum christiano more die decima Februarij, ac ferè annua ab obitu Mariti contigisset; P. Bernardus noster nomine Monasterij, utpote ex ipse hæredis, coram Notario et quinque testibus solemnem possessionem arcis, et ad eam pertinentium apprehendit. Eadem die Rhenaugiæ cæptum est parentari eiusdem animæ, ac reni ex nostris, missique offtringam ad diem depositionis decimam tertiam Februarij. Reverendi Patres Meinradus et Gregorius, officiales quoque Stühlingenſes invitati, quorum nomine advenit Dominus Scherli simulatâ eorum, quæ parabantur, ignorantiâ. vix enim elatum est funus ad sepeliendum in Degernau, solo P. Bernardo domi manente, cum ecce ingreditur arcem Dominus Kegel Secretarius Stühlingenſis cum tribus venatoribus, et P. Bernardo Instrumentum obtulit, quo summarie continebatur, provisionalem possessionem offtringæ ad Comitem tanquam dominum territorialem pertinere, ad quam adeundam à creditoribus fuerit rogatus; exequutionem verò huius rei Secretario Kegel esse demandatam. ad quæ P. Bernardus: offtringam minimè bonum vacans dici posse, cum ipse nomine Monasterij Rhenaugienſis, utpote hæredis per testamentum declarati, et ab ipso Comite pro tali agniti, jam solemnem possessionem eiusdem adierit; creditoribus

Pugna de possessione apprehendenda.

porrò

porrò juxta normam juris ab hærede satisfaciendum. Tum deris concertatio, utroque pro possessore se gerente, et alterum hospitem nominante. Eadem urbanitas nostris Patribus cMeinrado et Gregorio ex Degernau à fœnere revertentibus exhibita; cum enim venatores portam majorem arcis claussam tenerent, nulli intrare permissum, nisi qui se hospitem fateretur, quod cum nostri negarent, coacti sunt frigidissima tempestate in pranst in degernau repedare. soluto in arce prandio iterum nova contentio. Dominus Ischerni majorem portam aperiri petijt, ut equester egredi posset. quod quum P. Bernardus fraude latente postulari suspicaretur, negavit principiò claves, quas tandem Domino Decano comisit, post usum receptas. circa noctem duodecim armati rustici pro custodia arci impositi.

Vis Administratori infertur.

Illis per P. Gregorium Chenaug ice Nuntiatis, Reverendissimus de consilio seniorum decretum P. Bernardo submisit, quò vetabatur, ne possessionem justè captam deserere, neve claves tradere, aut arci excedere præsumat. verum Eadem die, quæ erat feria tertia quinquagesimæ, decimâ quarta februarij; novo similiter decreto recepto, secretarius Fegel claves à P. Bernardo postulavit, vim comminatus, si ulterius resisteret. quò fortiter resistente venatores jussu secretarij manus violentas, non attenta persona Ecclesiastica, injiciunt, clavesque scrutantur. At mox subito clamore periculo eripitur Bernardus. ægrotavit pariter in arce Nobilis virgo Sophia neptis defunctæ testatricis. Hinc animam agere domestici clamant, ac P. Bernardum pro ultimis sacris impendendis accurrere urgent, non dimissurum à secretario, donec ad Judicium Superiorum provocasset. At facto Stühlingam significato, venit denuntius cum mandato: nisi P. Bernardus sponte claves traderet, cederetque possessionem, educendum eum ex arce esse. Quod etiam si reluctaretur, adhibita vi deportandum. Legit P. Bernardo mandatum secretarius, et ne vim expectaret, admonuit.

+ Heberin de Elleithein

-nuit. Nil perterritus P. Bernardus denuò egit virum constantem, mox vim expertus, dum jussu Kegelij cum duo rustici hinc et inde utroque brachio constrinxêre, et utcunque reluctantem, divina humanaque jura inclamantem, in præsentia viginti circiter hominum, eoremque cum scandalo, ex arce atrioque eduxêre. Postremò ille contra injuriam protestatus relictis omnibus Thenaugiam contendit, ubi sera nocte relatione facta Reverendissimo Abbati, claves ad arcem, pro quibus conservandis tantum laboravetat, cum sigillo Dominæ viduæ præsentavit. Collato super his Thenaugiæ consilio, Missus est Dominus Præfectus Ledergerw Notarius Cæsareus, qui coram testibus postridie scriptam protestationem Kegelio oppossuit offlingæ. destinatus quoque ad Celsissimum Episcopum P. Cellerarius Eberhardus, qui querelas deponeret, propsegue fuit, ut proscriptioni Ecclesiasticæ subjiceretur cum suis aggressoribus Kegelius, nisi sathùsvisiem suisset, instantem cæsaream commissionem præstolaret.

Comissio Cæsarea.

Die vigesima sexta Februarij cum Credentialibus constantiam profecti sunt Reverendi Patres Maurus et Bernardus cum Secretario Monasterij ad commissionem Imperiale mandato Indictam in diem primam Martij. Verum Celsissimus Episcopus, perceptis ijs, quæ interea acciderant, consultius duxit, cum ipse Principalis Comissarius esset, prorogandam diem usque ad vigesimam Martij, cum mutato causæ statu procuratores nondum satis instructi forent. Comparuêre Constantiæ denuò illa die ijdem nostri deputati, ex parte verò Illustrissimi Comitis stühlingensis. Sobus Cancellaria administrator. Aderant quoque commissarij subdelegati duodecim Equitibus stipati, primáque sessio habita eadem die vigesima Martij in domo doctoris Sax. urgebant Thenaugienses restitutionem à violenta spoliatione: legatus verò stühlingensis violationem Jurisdictionis territorialis per invo-

- catam

latam possessionem realem dynastiæ oppositi; quanquam Judicio commissionis se submittere recusarit, salvo alias respectu, quòd ea à Rhenaugiensibus subreptitiè, ut inquiebat, impetrata fuerit, provocans ad Dux Austregarum, quò scilicet Comes Judex simul in propria causa esse posset. Commissarij Citem compositurj Cursorem cum Litteris ad Maximilianū Comitem destinant, promisso adjecto, se effecturos, ut Rhenaugia debito respectu ad Dominum territorialem habito, immissionem in dynastiam ab eo expeteret soluto etiam non contemnendo honorario. Sed nihil ab eo impetrarunt, qui ipsam Dynastiam quaritabat. Itaque infecta re Commissarij relationem actorum datam die vigesima sexta Martij, juxta decretum Cæsareum, Vindobonam miserunt, addita narratione de violenta manuum injectione in P. Bernardum, ipsius manu scripta. quin et ipse Episcopus die decima nona Aprilis Cæsareæ Majestati nostram causam specialiter comendavit.

Dynastia à Comite occupata.

Inter hæc Secretarius Kegel post mensem circiter ab occupata Offringa inde discessit quidem, et Nobilis virgo Sophia Kellerin de Schleitheim, cum convaluisset, rem domesticam curabat: sed hæc quoque die quarta Julij, Licèt vi testamenti inde alimenta percipere debuisset, à Stühlingensibus abscedere jussa est, quòd faveret Rhenaugiensibus: cujus Locō Procurator cum tota familia arci impositus, Sophia verò Rhenaugiæ benigne excepta ac sumptibus Monasterij de necessarijs provisa. Mandatum insuper à Comite, ne ullus ex civibus seu Colonis Offringensibus aliquod commercium cum Rhenaugiensibus haberet. Imploratus à nostris Illustrissimus Comes Franciscus Carolus de Fürstenberg in Donæschingen, Rhenaugiæ amicissimus, licèt sua officia impendisset, nihil tamen effecit apud Maximilianum, qui per Bullam quandam auream Dominium Offringæ se obtenturum non dubitabat; unde privilegiō Landgravij de Stühlingen præditi essent, rot cuncta bona arcubia sui territorij per triginta annos

veluere

zeluere, et ad manus propias zetrahere posset. Eius privilegij certiorem faciam Cæsaream Majestatem propediem in favorem Comitis pronunciaturam.

Altera Imperialis Commissio.

Descriptam Cæsaream satis matutè advenit, per quod, rejecto prætenso Austregarum jure in propria causa, præcipiebatur Commissarijs, ut denuò concordiam inter partes tentarent; quæ si non proficeret, privilegium comitis Vindobonam dirigeretur. Dicta dies iterum constanticam septima Septembris; sed comite zegnante prorogata ad vigesimam quartam octobris. Missi Ehenaugiâ priores: ex parte Comitis itidem Præfectus cancellariæ, et vulgò notus Hieronymus, ut acta sonant. Præcipuus labor subdelegatorum comissionis eò collimabat, ut Monasterium æquivalens Cocò Dynastiæ à comite oblatum acceptaret. Id et Episcopus, et Procurator causæ nostræ Doctor Moos, sed frustrà, suadere conati sunt; cum deprecati nostri se prohiberi instructione obtenderent, quam in scriptis ab Abbate et Capitulo produxerunt. Probatum eo magis cum tempore istud consilium, postquam constitit, comitem ne quidem medietatem valoris pro Dynastia soluturum fuisse; Ejusque bullam auream, quam crepabat, jus retractus soliùm concedere in bona territorij sui empta vendita, nequaquàm verò hæreditate delata; præterquam quòd ipse contra Monasterium magis et antiquiùs privilegiatum, privilegio se munire haud posset: concedunt autem bullæ ac diplomata nostra conceptis verbis, ut quæcunque bona Monasterio nostro tradi possint. Concluserè itaque subdelegati Cæsarei, totam causam deferendam esse ad facultatem Juridicam universitatis Ingolstadiensis, eiusque desuper consultum audiendum. verùm universitas acta intacta remisit, noluitque negotium, quod fatum utrumque collidere potuisset, perscrutari. Interim Comes ostringæ res prolibitu disponere pergebat, atque Mense Novembri novem boves abigere jussit, ex quibus duos retinuit, reliquos ven-

didit

didit pretio ducentorum, et nonaginta florenorum. Capitulo Zhenaugiæ desuper convocato, destinati sunt Stühlingam Reverendi Patres Basilius et Geroldus, qui causam, ut putabatur, feliciùs evincerent. Excepti sunt Comites, ad prandium et cœnam adhibiti: cæterùm jussi sunt à Maximiliano, curam de bobus deponere, cùm ipse de rebus propriis pro libitu disponere valeat; offringam loco domûs venatoriæ sibi percommodè sitam; nihil omninò Zhenaugiæ deinceps pro æquivalenti tribuendum, quod jam generosè oblatum respuisset, atque pervia inviolatam propria auctoritate possessionem, jure omni, si quod habuisset, excidisset. Ita vacuè domum remissi non secùs atque alij. At Comes negotium toti Collegio Imperij Comitum commendavit cujus Director Joannes Ludovicus de Sulz, qui tamen informatus per Patrem Mauzum propensus videbatur in favorem Monasterij, cui sua officia adpromisit.

1680. Testamentum validum per sententiam declaratum.

At Celsissimus Dominus Episcopus cum Commissarijs, elisso consilio decisionis per facultatem Juridicam, perquisivit ex Abbate nostro: quanam via contra Comitem jam agere placeret? an rem tota Cæsari committere, vel ad Summum Pontificem recurrere placeat? concluſum in capitulo, ut testamentum prius ab Episcopo validum per sententiam declaretur, cùm referente Illustrissimo Comite de Sulz, Maximilianus jam mutata mente illud impugnaturus esset, ajens, ex errore à se factæ approbationem; unde et subditos quosdam ex Sulzensi eleggovia comitatu examinari petierat, fuerunt quoque nostrates ad illud examen invitati. Sed noluerunt hi à commissione Cæsarea recedere. Condixit Reverendissimus Dominus Episcopus petitioni nostræ, et in hunc finem Mense Aprili anni 1680. destinavit Doctorem et Canonicum Olaw, qui testes examinaret, præsertim Reverendos Dominos Parochos in Degernau, Stühlingen, et obereggingen. Maximilianus, licet litteris propria manu ab Episcopo scriptis, monitus, eggingen. nullos

nullos officialium suorum huic examini interesse permisit, imò contra protestationem opposuit. In tempore hoc examen institutum; nam die tertia Maij piissimè obijt ex diutina tabe R. d. Joannes Henricus Seiler Decanus et Parochus in degernau, sacerdos per exemplaris, ut monumenta nostra loquuntur, qui multum laboravit pro Monasterio in negotio obtringano. die itaque decima nona Junij Celsissimus Dominus ordinarius instrumento publico legitimum declaravit saepè dictum testamentum, tanquam ad pias causas factum.

Confœderatio cum Congregatione Suevica.

Die decima quarta Maij coetus Reverendissimorum Abbatum celebratus fuit in Monasterio S. Galli; ubi decanus Murbacensis querelas obtulit, quòd à Ministris Regis Galliæ vis inferatur Juribus Monasterij, quibus tamen nisi comendationibus medela afferri non potuit. Actior praeterea confœderatio inter utramque congregationem Helveticam et Suevicam stabilita, et praesentibus Reverendissimis Abbatibus Adolpho Weingartensi, et Joanne Martino Zuifaltensi, publico Instrumento sequentibus articulis firmata: Imprimis amplissima bonorum operum ac privilegiorum communio concediter; statuitur secundò, ut singulis annis deputati alterutrum significentur, et singuli pro omnibus factum applicent; Tertio in magnis necessitatibus mutuum consilium et auxilium adpromissum; ac proinde quartò susceptio exulum tempore belli, aut alterius necessitatis; quintò denique ordinatur, ut capita congregationis utriusque in loco alternatim designando singulis triennijs conveniant de ordine tractaturi. obierat ad initium huius anni ex hydropisi R. P. Carolus Rifer die tertia Januarij, aetatis anno quinquagesimo nono, Poëta clarissimus, qui cum P. Thoma Mezlero vario carmine certavit, praesertim in opere, quod inscripserunt Milesias seu Jocos populares. Emblemata eius ornant parietes nostros, quibus viris eximijs tam extraneis quam indigenis gratulatus est. Scripsit

obitus.

præter alia pulchro charactere maximum Antiphonarium, cui versus, suamque propriam imaginem præposuit, facie liberali, oculis perspicillio armatis, prout semper incedere, atque etiam indormire solebat. Cæterùm gratus omnibus, sua sorte contentus, vixit simplex et bonus religiosus, pondus diei et æstus portans, suisque laboribus intentus, viris etiam in dignitate constitutis honorandus. In ea philosophiæ parte expertissimus, quæ Mechanicam, herbarum, animaliumque naturam tractat, bruta aliàs pugnantia conciliare solebat; volucres cantare, Merulas et sturnos loqui docuit, ex quibus unum pauci ante obitum Mensibus celsissimo Principi Constantiensi obtulit, et gratias magnas retulit. In supremo agone hæc eius ultima verba ad laudem Dei creaturas excitantis fuisse feruntur: Benedicite omnes volucres cæli Domino. obiit quoque Kenaugiæ quinta decembris Generosa Domina Elisabetha Felicitas de Waldkirch, uxor Caspari Sigismundi, nata Holzapfel de Herzheim Monasterij Benefactrix.

1681. Anno octogesimo primo cùm argentoratum ex improviso à Gallis occupatum fuisset, scripsit more solito Magistratg Figurinies ad Bernardum Abbatem nostrũ monitorium, contestatus, nuper in comitiis Confœderatorum comitijs decretum fuisse: Transitum Reni primò per Dominij Abbatis subditos, deinde per proximè sitos Figurinos, postremò per alios quoq; à reliquis cantonibus submittendos custodiendum esse: ut quod omnes tangit ab omnibus simul curetur. Mense septembri cùm vocatus Abbas noster fuisset ad Congregationem Einsidlæ celebrandam excusavit absentiam suam senio et morbis pressus. Rogati Patres instanter ab Episcopo Argentinensi, et Capitulo Murbacensi, vt Monasterium hoc perpetuò in suam societatem adsciscerent, assentiri noluerunt, sufficere existimantes, si temporalis unio prorogaretur. Procul dubio, si captassent occasionem, Monasterium

-sterium tam nobile, nostra ætate ab ordi-
-ne divulsum non fuisset. concluſa est
tamen ibi incorporatio temporalis Mona-
-sterij Fabariensis, incendio, aliisque malis
afflicti, cum Monasterio Einsidlensi, bo-
-nis tamen manentibus distinctis, donec
post triginta annos Fabaria in integrum
restitueretur. Hæc res postmodum dif-
-ficultate non caruit, quam tamen per-
-rexit moderni Reverendissimi Abbatis nostri
Januarij Roarunculus. die Sexta Septembris
Ehenaugiam advenit hospes sanctitatis fa-
Venerabilis P. Marcus de Aviano. -ma celebris, venerabilis Pater Marcus de
Aviano ordinis capucinorum cum Patre Pro-
-vinciali de Schönau. Vocatus is fuerat Ro-
-mâ Constantiam à Reverendissimo Episco-
-po Constantiensi, quatenus quâ verbo pro
Concione efficaciter dicendo, quâ imponendo
-do suam sacram Benedictionem operare-
-tur mirabilia. Et hæc quidem nec Ehenau-
-giæ defuerunt, ubi duos energumenos pue-
-rum ac fœminam et aliquos infirmos, ict
Patrem nostrum Basilium et Dominum Præ-
-fectum Benedictione impertita sanavit.
Die altera P. Marcus circa horam tertiam
in Basilica celebravit, pluribusque tam
de Conventu quam alijs Sacram Synaxim
Impertiit, quos inter fuere Illustrissimus
Comes de Kelz cum sua conjuge, et Barones
de Hornstein, Zweier, Schenau &c. Fertur
et Illustrissimum Comitem Maximilianum
de Stühlingen, vehementi ac diutino Capi-
-tis dolore Laborantem monuisse, ut à vex-
-ando Monasterio Ehenaugiensi desineret.
/m/ m.

Equidem Negotium istud anno præsen-
-ti octogesimo primo nonnihil retardatum
in aula cæsarea fuit, quæ ob pestem Vindo-
-bonæ grassantem Lincium migraverat.
Missa tamen inde per tabellarium quæ-
-dam decreta ad Principem Campidonen-
-sem; vota quoque Ehenaugiæ faventia
à subdelegatis ad aulam destinata; ac
tandem indicta quies dies quinta Novem-
-bris in Zofingia oppidum pro Imperiali
Mos Comitis Maximiliani. commissione resumenda. verum hæc
celebrari non potuit ob mortem inter-
-venientem Illustrissimi Comitis Maxi-
-miliani

/m/ Editum est hoc item R. P. Marci, qui Vindobonæ in fama sanctitatis obiit 13. Augusti 1699.

miliani, qui vigesima quarta octobris Argentorati obierat ex gravi lapsu per scalã, quem pridie fecerat in solemni ingressu Regis Galliæ Ludovici XIV. in dictam urbem. Meminimus aliquando, Eum Schaffhusij natum Anno 1634. Patre Rudolpho de Fürstenberg, Matre Maximiliana filia unica et hærede Maximiliani de Pappenheim, Landgravij Stühlingæ, et Dominiæ in Engen, atque per sacerdotem Rhenaugiã submissum Catholicè Baptizatum. Reliquit ex Conjuge Maria Magdalena de Bernhausen, cognata quondam Abbatis nostri Eberhardi, tres filios, inter quos Prosper Ferdinandus Moderni Serenissimi Principis Josephi de Fürstenberg Avus extitit. Tutore pupillorum constituto Illustrissimo Domino Frobenio Comite de Fürstenberg, Mes-Kirch, Patruele defuncti Maximiliani, jam mõtiùs ex parte Stühlingana negotium obstringere tractari cæpit, maximè postquam Celsissimus Episcopus causam Abbatiæ justam Eidem tutorio impensiùs commendavit, atque arci in obstringen anno sequenti

1682. octogesimo secundo die vigesima prima Februarij œconomus impositus, qui dynastiam quasi Sequester administraret. Resumpti deinde amici tractatus, quos tamen mors quoque Reverendissimi Abbatis nostri Bernardi interrupit.

Et Bernardi Abbatis. Hæc contigit vigesima quarta Aprilis anno præmembrato, cùm jam per aliquot annos senectute, varijsque morbis, præsertim pedum ac calculi doloribus divexatus fuisset. vir sanè præstantissimus, religiosa in Superos pietate, felici in arduis Monasterij rebus peragendis prudentia, ergà hospites, pauperes, et Exules beneficentia maximè commendandus, omnibusque gratus; Monasterio ob Thesaurum Ecclesiæ amplificatum, ædificia extructa, census, vineas, prædia, aliaque coempta magnoperè proficuus, ætate grandævus, exhausto infirmitatibus corpore, obijt siniens vitam, non tamen gloriam, ut monumenta nostra loquuntur. Regimen eius Nobilitavit Dignitas Visitatoria,

quâ diutiùs functus est, singulis fermè annis Monasteria non solùm Congregationis, sed etiam adjuncta, visitans, in Electionibus, et processibus formandis plerumque adhibitus. Nobilitavit pompa solemnis Jubilei sacerdotalis. Memorabilem reddidit expilatio Monasterij bello Vaperfivilano facta. Comendabilem Benefactorum, præsertim de offringen Munificentia. Denique Illustrem fecit incolatus non solùm Serenissimi Marchionis Gustavi Bernardi de Baden, sed et aliorum Religiosorum scientia et virtute præstantium, qui alijs quoque Monasterijs subsidia eximia præbuerunt.

Ædificia ab ipso condita, potiora saltem, suis annis retulimus. Præter ea autem plurima alia reparavit, unde eius structura et inscriptio præfixa non solùm foribus Monasterij, sed etiam Portæ altiori supra pontem. Ecclesiam cum sacrario prorsus spoliatam non tantùm quotidianis necessarijs pro tot Sacerdotibus plenissimè instruxit, verùm quoque ornatibus Pontificalibus locupletavit, quorum quidam eius insignia adhuc retinent. Pedum pastorale majus totum argenteum, margaritica navicula, quatuor candelabra ex argento, eius operâ adsunt. Capita Sanctorum Blasij et Mauritij decoravit superpositis statuis â pectore eorundem sanctorum ex argento, quod auro obductum est. Similis métalli est statua S. Leontij. Plurimas alias Sacras reliquias, præsertim S. Januarij et Sociorum, theecis seu ostensorijs inclusit, quæ caminis argenteis ornantur. Fundatores ac præcipuos Benefactores nostros diversis tabulis depingi curavit, ut qui antiquiùs in Ecclesiæ parietibus visebantur, deinceps in aula Abbatiali, gratum animum in contuentibus excitarent. Denique omnem supellectilem Monasterij planè direptam, ita supplevit, ut non modò nullum jacturæ vestigium supereset, sed etiam abun-

dantiùs

dantiùs necessaria ac condecentia
præstò essent. /n/ n.

Corpus Reverendissimi Abbatis
Bernardi conditum fuit in medio cho-
ri S. Fintani cum Lapide sepulchra-
li, cui elevato opere ex ære scutum
infixum est Monasterij et familiæ Fri-
burgianæ cum sequenti subscriptione:

Cum Nardo moris lilia sternit
Reverendissimi et Amplissimi domini
Domini Bernardi à Freyburg,
qui Monasterio triginta novem annis
Præfuit et Profuit;
Neo-Missa Jubileus,
octogenario Major,
obijt vigesima quarta Aprilis
Anno 1682.

Addendi sunt in hac inscriptione
regimini quatuor Menses et octo
Dies; vitæ verò dies quinque et
viginti cum octo Mensibus. In nova
et Moderna Ecclesia sepulchrum
eius Loco priori superstitit, quod mo-
do ante crates ferreas extra cho-
rum conspicitur.

/n/ Er hat das ausgeblünderte gottshauss auf
das beste mobilirt hinterlassen.

Jacobus, quus Abbas
Jacobus deceßit
Jacobus Abbas
Jacobus Abbas
Jacobus Abbas

Basilius Itten,

Abbas LII.

1682. Tempore, quo Abbas noster Bernardus Thenaugia decessit, Excellentissimo Dominus Odbardus Cybo Apostolicus ad Helvetios Nuntius degebat Domæ; quapropter rogatus, ut Electioni futuri Abbatis interesset Dominus Internuntius Cherubinus de Cherubinis, locum tamen cessit Illustrissimo domino Gallo Principi Sangallensi, qui et orationem præviam ad Capitulum nostrum habuit, Electionem tamen pronuntiante Internuntio.

Electio. Tertius Scrutator et compromissarius Aderat Illustrissimus Dominus Augustinus Eding Abbas et Princeps Einsidlensis; Notarium agebat R. P. Leodegarius Burgisser Subprior S. Galli; Testium munere functi Reverendi Patres Beda Schwaller Einsidlensis, et Placidus Steiger, qui cum socio ex Monasterio S. Petri Sylvæ nigræ tunc Exul Thenaugiæ morabatur. Capitulares viginti duntaxat eligebant, quorum nomina ex actis Electionis, speciali libro comprehensis subjicimus

A. R. P. Nicolaus Landart Prior.
R. P. Felix Seiler Subprior.
R. P. Meinradus Hohegger.
R. P. Wolvinus Iffinger à Granegg.
R. P. Sylvester Gyss.
R. P. Eberhardus Hetor.
R. P. Ursus Tassman.
R. P. Basilius Itten.
R. P. Fintanus Tüfsi.
R. P. Petrus Kündig.
R. P. Maurus Göldlin à Tiefenau.
R. P. Placidus à Sonnenberg.
R. P. Benedictus Besler.
R. P. Blasius Kümerer.
R. P. Gregorius Seiler.
R. P. Geroldus Zurlauben.
R. P. Bernardus Gallatin.
R. P. Edmundus Schilter.
Cl. F. Januarius Haffner.
Cl. F. Ernestus Schmid.

Electus est igitur die trigesima Aprilis in secundo scrutinio, per majora vota, et occulte, scripto calici immissa

Basilius

missa Abbas R:. P. Basilius Itten Tugio-
agerienſis, annos natus quadraginta
et novem, Patre Landamanno Reipublicæ Tugiensis
ac quondam Tiergaviæ Præſide, vir Exi-
miè doctus ac pius, qui ſtudia ſua pro-
baverat, dum non ſolùm domi, ſed et fo-
ris, nimirum Schwarzachij, ad S. Trutper-
tum, et Rottwilæ Theologiam docuit, ope-
ribus in publicam Lucem editis, atq; hoc
ipſo tempore ad ſimilem Cathedram
ſcholaſticam Salisburgum expetitus
fuerat. Agrè conſenſit Electioni Ba-
ſilius, poſtquam humi proſtratus lach-
rimans tempus deliberandi petijſſet,
introductus in poſſeſſionem Abbatiæ
Confirmatio. à Principe S. Gallenſi. Proceſsus Elec-
tionis juxta Concordata à celſiſsimo
Epiſcopo Francisco Joanne à Rasberg
demandatus fuit Reverendiſsimo Abba-
ti Joachimo Fischingenſi, qui eundem
perfecit die vigeſima ſexta Maij, quò
præſentibus pluribus hoſpitibus ſi-
mul celebratus fuit Trigeſimus depoſi-
tionis Abbatis Bernardi. Inſtrumen-
tum Confirmationis à memorato domi-
no Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ
Delegato, datum eſt die Secunda Junij;
Petente P. Mauro Göldlin, cui decer-
tandum erat ratione taxæ quadrin-
gentorum florenorum, quos curia Epiſ-
copalis fruſtrà in majori valore, ultrà
communem acceptionem, expetebat.
Benedictio. Inaugurationem ſacram impertitus eſt
Reverendiſsimus Dominus Georgius
Müller ſuffraganeus Conſtantienſis, Epiſ-
copus Heliopolitanus, et Cathedralis
Eccleſiæ decanus, die vigeſima nona
Junij feſto SS. Apoſtolorum Petri et Pau-
li, Monaſterij Patronorum, aſſiſtenti-
bus Abbatibus Joachimo Fiſchingen-
ſi, et Auguſtino ex Petra Mariana.
Præter alios hoſpites interfuêre depu-
tati à Magiſtratu Tugienſi Beatus
Caſparus Knopflin ~~vicarius~~ Reipubli- † Proconſul seu Ralkenus
cæ, et Nicolaus Cetler eiusdem quæſtor,
ex oppido Rottwilano, veteris amicitiæ
ergò, Conſul, et Superior Academiæ.
Ex vicinia gratulatum miſsi à Magi-

Stratu

stratu Schafhusiano, Comite de Sulz, et de Fürstenberg.

Protectio Foederatorum. Nec minùs Foederatorum oratores Badenæ Congregati, gratulatorias ad Neo-Electum destinarunt: verum cùm in ijs Litteris protectio quidem oblata fuisset sed cum mentione alicuius Dominij aut superioritatis; /a/ Eos desuper Abbas per P. Eberhardum œconomum, et P. Geroldum Zurlauben moneri fecit: id nec stilo veteri, nec Monasterio Libero consentaneum esse, quòd sponte, reservatis Juribus Helvetios in Protectores elegerit. quapropter mox aliæ datæ sunt Litteræ die undecima Julij, titulo Convenienti /b/ instructæ, adhibita excusatione, quod scriba formulam aliorum Monasteriorum, ijs privilegijs non gaudentium, præ oculis habuerit. Gratias tum primùm Abbas scripto egit humanissimas, addens, proximè missurum se, qui protectionem eorum expeteret. Sine mora id factum; nam die vigesima quinta eiusdem mensis datæ sunt Litteræ Protectoriæ more præcedentium, quibus cuncta Monasterij privilegia confirmantur, et protectio promittitur non Jam Dominij, sed Advocatiæ et tutelæ. /c/ Mox Abbas Homagium à Subditis tam Ecclesiasticis quàm alibi more solito recepit. a. 6. c.

Devotio Erga B.V. M. Ceterùm primitias serventissimij sui Zeli Basilius operibus pijs sacravit instituta inter populum confraternitate sacri Rosarij, in qua solemnitate primum officium Pontificale die secunda Augusti ad aram B. V. Mariæ, Monasterij nostri singularis Patronæ, habuit; cuius præconium ipse sequenti Festo Assumptionis eius de Cathedra dixit, solitus idem munus deinceps sæpiùs obire. decrevit, ut semmo mane sacrum quotidie in eadem ara populo legeretur, Rosario publicè recitato, cui ipse nullo non die, dum domi esset, in Ecclesia adgeniculans interfuit. Addidit posteà alteram sodalitatem sacri Scapularis; ac denique tertiam pro felici agone sub invocatione S. P. Benedicti

/a/ der obrikeitliche Schutz. /b/ Ihr Gnaden. /c/ Kraft obhabenden Schutz pflichten.

nedicti, obtentis in eum finem à Summo Pontifice inductis Spiritualibus. Ingenti tempestate bellum Turcæ christianis intulerant, obsessa Vienna Austriæ Metropoli, quanquam fortiter defensa, et die duodecima septembris liberata. Publicæ hinc preces cum Expositione Sanctissimi ab Episcopo indictæ, Jubilæum à Pontifice concessum, et mos renovatus, hora meridiana signo dato ter recitata precatione dominica cum salutatione Angelica Dei Adjutorium contra christiani nominis hostem implorandi. Supplicatio solemnis ad S. Nicolai templum instituta, ubi Abbas ipse ad populum dixit: Liberata vindobona Deo Gratiæ persolutæ decantato solemniter hymno Te Deum Laudamus.

offtringa

Inter temporales porrò Basilij Curas prima facilè offtringa fuit, quæ à Comitibus Fürstenbergo-Stühlingensibus detinebatur. Missus ad Celsissimum Episcopum testamenti exequutorem S. Mauritius die decima quarta Maij retulerat, suadere Episcopum Loco Dynastiæ acceptationem pretij toties oblati. At nondum acquiescendum Consilio Abbas cum capitulo Judicavit, cùm Spes affulgeret, per Illustrissimum Comitem Joannem Ludovicum de Sulz bonum ipsum stabile acquirendi. destinatus die vigesima sexta Maij P. Eberhardus Cellerarius Comitem ad officia paratissimum invenit; Unde commune de Consilio scriptum Frobenio Messkirchensi Comiti ac Pupillorum Stühlingensium Tutori. At hic cum in denegandâ possessione persisteret, Comes de Sulz die sexta Julij per Præfectum Juchum primarium capitulo declarari fecit, non esse sperandam pacem, nisi receptâ pecuniâ Renaugia redemptionem Dynastiæ admitteret. Cessit tandem Abbas cum majori parte capituli, nimias processûs prosequendi expensas reformidans, et sententiæ, tametsi in favorem Monasterij caderet, exequendæ difficultatem.

Post multa obstacula,

Inter hæc Gallus Princeps S. Galli totius rei statum penitiùs edoctus, cum

bona

bona Episcopi venia causæ patrocinium in se
suscepit, atque die decima septima Augusti
virum Egregium Nobilem Dingg de Baldenstein
cancellarium suum destinavit, qui cum Abba-
te nostro in Paradysi Parthenone colloquentes
animum fecit, stimulosque addidit, ne in præ-
judicium status Ecclesiastici jus certum eripi
pateretur. Neque Comes de Sulz opem suam
subtraxit, ne, ut inquiebat, et ipse aliquando
in piergatorio Luere cogeretur: Non obtinuit
tamen à Fürstenbergijs, repetita licèt instan-
tia, nisi ut pretij sæpè dicti solutionem ad-
promitterent. opportunè accidit, ut vidua
Maximiliani Comitis de Stühlingen, nata de
Bernhausen, mense octobri domum propriam
in Feuerthalen propè Schaffhusium inviseret.
unde perhumaniter in Monasterium invitata
cùm comparuisset, eique negotium ostringen-
se postremò strictim comendaretur, suasit,
ut cum ipsius officialibus Sthülinganis Ding-
gero et Balbachio humaniùs conveniretur,
quod consilium non sine proventu per Paro-
chos in obereggingen et Sthülingen exequu-
tioni mandatum. Cùm enim Dinggius ipsdem
officialibus, nec non comitissæ viduæ Justi-
tiam causæ demonstrasset, id saltem effecit,
ut condicerent, arcem ostringensem Rhenau-
giæ cedendam, intra octo tamen annos relu-
endam, aut æstimationem pretij numerata
pecuniæ statim solvendam, quâ tamen carere
videbantur.

1683. Rhenaugia cedit.

Indicta dicis partibus decima nona Ja-
nuarij sequentis anni octogesimi tertij ad Ja-
catium Thiengense, ubi per tres integros dies
acerrimè pugnatum, sustinente clusum Rhe-
naugiæ præter Dinggium ipso Abbate cum
~~Abbate~~ cum Cellerario. Ad ultimum favorem
suum quoque impendente Comite de Sulz
recessus hisce articulis comprehensus:
Imprimis Monasterio concessa imissio in dy-
nastiam ostringen per octo annos duratu-
ra; quibus elapsis relui possit à Comitibus
de Sthülingen, titulo tamen venditionis,
ne Juri Ecclesiastico noxa exinde enascere-
tur, solutis in parata pecunia Septen-
decim Millibus ac quadringentis florenis.
Solutione post terminum præfixum non se-
quuta, ipso facto in jus perpetuum Mona-
sterij transijsse intelligatur dynastia cum

omnibus

omnibus pertinentijs, datis tamen pro consolidatione mille florenis domino Territoriali, denique Feuda offringæ adhærentia eo pacto in jus Monasterij transfussa intelligantur, ferantur, ut teneatur Nobilem Vasallum substituere, atque trecentos florenos loco caducitatis numerare. Consensit Abbas eò citiùs, quòd officiales Sthülingenses fatérentur, relictionem non fore timendam, tametsi pretium minus fuerit determinatum. Die vigesima tertia Aprilis prædictum recessum ratum habuit tam comitissa de Sthülingen, quam Capitulum Rhenaugiense. Fiobenius Messkirchensis Vindobonam discesserat, unde reversus Balbachius eius tutorio nomine assensum attulit die vigesima quinta Maij; cui denique accessit confirmatio Episcopi ut exequatorio testamenti. Imperio tealis subsequuta die trigesima Ienij per officiales Landgraviatûs Sthülingensis, præsente Cancellario Ringg de Baldenstein, postea Præside Toggenburgi, ac demum Supremo Aulæ S. Galli Præfecto; ubi subditi homagium solemne præstiterunt Abbati Basilio. Nobilis de Greuth Præfectus Iestettæ substituitur homine Monasterij feudatarius ratione juris ~~præstandi~~ piscandi in amne Wuttach, et aliquot agrorum. Reversus offringâ Rhenaugiam Reverendissimus secunda Julij armis et explosione bombardarum exceptus est, ut Iam Dominus offringæ: ubi primum administrationem reliquit quondam ejectum P. Bernardum Gallatin, atque simul Rhenaugiâ evocavit Nobilem virginem Sophiam, quæ simile fatum experta fuerat, ut rem domesticam sibi notam curaret, utpote Benefactorum offringensium Neptem. Gratias denique deo retulit Abbas, què interventu Deiparæ virginis, optatum, sed fermè insperatum, negotio finem concessit, ordinavitque, ut quotidiè in sacello offringano Rosarium publicè recitaretur. Statuam quoque argenteam eiusdem Gloriosæ virginis ex voto effici curavit, quæ adhuc usque diem in supplicationibus circumfertur. Huic præter insignia Symbolè loco inscribi jussit: Pro Te, et omnia tecum.

Die.

visitatio. Die vigesima nona Maij Eiusdem anni visitationem Thenaugiæ instituit Illustrissimus Princeps Gallus, qui recessum sua manu in hunc modum exorditur: Visitando hoc celebre Monasterium Thenoviense ego infrà scriptus post accuratum examen deprehendi in illo veraciter reflorescere bonitatem, disciplinam et scientiam, si pergatur, ut cœptum est, cum magna consolatione omnium eorum, qui ordinis nostri, eiusdemque membrorum incrementum et progressum desiderant. Inde Comitatus Abbas noster

Congregatio. Principem est ad Monasterium Murense, ubi Reverendissimi Patres reliqui pro congregatione instituenda convenerant; ubi non solùm in societatem allectus, verùm etiam mox visitator electus fuit. Recitatum deinde Breve Apostolicum ad Congregationem nostram directum, quò exigebantur collecta contra turcas totum Regnum Hungariæ inundantes. Rescriptum sumo Pontifici propositis difficultatibus, parata nihilominùs fore congregationem, si et Reliquus Helvetiæ clerus eidem legi subjiceretur. Monasterio Disertinensi concessum, ut pro necessario conventûs ædificio Religiosi ad biennium in alia Monasteria mitterentur. Thenaugiam venerunt R. P. Meinradus Moos, et Conversus Petrus Soleer, atque per quatuor annos nutriti. Econtra ex nostris Schwarzachium in subsidium missi, olim in Monasterio Fuldensi Collegæ Reverendi Patres Fintanus Ruf si, et Petrus Kündig, qui ibi per quinquennium Parochiæ curam egit. Et eodem Monasterio postea Thenaugiæ Theologicis studijs imbuti Religiosi Fratres Athanasius Geiger, et Maurus Roth. Congregationis Suevicæ Reverendissimi Patres convenêre cum nostris Rapaci die vigesima sexta Junij, egeruntque de communi Procuratore Romæ Constituendo; de breviario ordinando, et novis festis recipiendis. deputati super his Religiosi utriusque congregationis quinta octobris in Monasterio ad vineas confluêre, recipienda illa festa, maximè quæ essent ordinis.

1684. Anno octogesimo quarto die vigesima quarta Augusti in Congregatione

Einsidlæ

Basilius

Einsidlæ habita susceptus est novus Abbas Murensis Placidus Zurlauben; in cuius locum substitutus secretarius Congregationis eius frater Germanus R. P. Geroldus, noster, qui trigesima Aprilis in solemni illius inauguratione ad populum dixerat assistente Abbate nostro Basileo. Plurimum debet congregatio huic nostro Geroldo, non solum ob gravissima negotia paulo post susceptæ, sed etiam propter acta Congregationis spisso volumine accurate digesta. Summo Pontifici comendata causa Wiblingensis Monasterij contra Advocatos Comites de Fugger; et Respondit Pontifex clementissime, eandem Causam se cæsari Comendaturum. Cæterum eodem anno die vigesima quinta Aprilis per Dominum benedictum Effinger Einsidlensem illatum est Chenaugiæ sacrum Corpus Theodoræ Martyris Romanæ, ex Cemeterio Ciriacæ cum notis confectis elevatum, quod sequenti die romanis authenticis coram Notario et toto Conventu apertum est, solemni translatione in aliud tempus dilata. Sequenti ano Advenientem Nuntium Apostolicum Cantelmum ex finibus populi Archiepiscopum Cæsareensem Lucerna excepit nomine Congregationis R. P. Geroldus, adjunctis sibi socijs ex S. Gallo, et Muris. Cum Legatus instantius urgeret subsidium contra Turcas, cum novis obstaculis Missus est denuo Secretarius Lucernam: quibus tamen Roma rejectis, cum ipse Pontifex subsidia præbuisset, Missa per Patrem nostrum Geroldum Summa pecuniaria nomine Congregationis Vindobonam.

P. Geroldus Secretarius Congregationis.

Translatio S. Theodoræ Martyris.

1685.

obitus.

Die prima Augusti Chenaugiæ pijssime obijt R. P. Wolvinus Iflinger à Granegg, qui licet Natalibus Nobilis, Nobilior tamen humilitate et obedientia Religiosa fuit, S. Josephi Nutritij Christi cultor eximius. vitam produxit ad annum usque Sexagesimum primum. Eum in

1686.

Itinere æternitatis sequenti anno die quinta Julij feliciter sequutus Dominus Joannes Balthasar Ledergerw wilensis Monasterij Archipræfectus per duos ac viginti annos; cui post resignationem

officij

officij ob fidelitatem et præstita servitia Larga pensio assignata. Exinde Monasterio legavit statuam argenteam S. Josephi, sepultus ad S. Nicolaum ante aram B.V. Mariæ, quam ipse condiderat. Ei in Præfectura substitutus Nobilis Dominus Joannes Franciscus Schultheis Dominus in Mamerzhoven; cui post biennium ad Patriciæ überlingana consulatum vocato Successit Doctor Mathæus Werentz Eottwilicanus, Consiliarius Principis Fürstenbergij. Hoc porrò anno octogesimo sexto Consolidatum est Monasterio Dominicum Dynastiæ offringensis termino octennij nondum elapso. Cùm enim Comites de Schlüsselingen mutuas pecunias postulassent, Colloquium desuper primò cum Illustrissima Comitissa, eiusque filio Antonio Chenaugiæ habitum, deinde conferentia cum Balbachio Mense Martio instituta; tandem die vigesima quarta Junij Instrumentum solemne Consentientibus tribus Fratribus Comitibus obsignatur, quò in perpetuum memorata Dynastia Schlüsselingen Chenaugiæ dotio mille florenis, ac totidem pro jure venandi feris minoribus, quod tamen Dominus Testator Carolus aliàs sibi competere affirmaverat.

offringa stabilita.

Translatio S. Deolati M.

Mense octobri die vigesima quarta alterum sacrum corpus ex Cœmeterio Catacombarum Romæ ad Abbatem nostrum Basileam translatum est, cum vase Sanguinis, lucernâ fictili floribus ornata, et Lapide Sepulchrali ex alabastro, cui littera græca Sigma, Delta, et Mi insculpta; quapropter dictus est Sanctus Deolatus Martyr. Ornamenta parata ad fucturam translationis solemnitatem. Celebris festivitas habita est in Monasterio S. Galli die tertia Maij, cùm Illustrissimus Princeps Gallus annum quinquagesimum Sacerdotij supergressus fuisset. Comparuêre ibi Reverendissimi Patres Congregationis nostræ, atque negotium Murbacense tractarunt, ubi Mortuo Francisco Egone + Fürstenbergio, ex Christianissimus Insserat, ut Unus ex tribus Sæcularibus Comendatis Abbatis locò reciperetur: Econtra Clemens Pontifex, ut Electio Canonica

Congregatio

celebraretur

celebraretur, in mandatis deterat. Congregatio indignante Rege præferendum censuit Pontificis mandatum, electúsq; debuit fuit Reverendissimus P. Columbanus ab Andlau. verum temporalia à Regio administratore occupata, et Abbatia Comiti de Lewenstein comendata. Et Abbas quidem noster cedendum tandem Regi existimabat: Fabariensio verò Abbatis ac Monasterij patrocinium in se suscepit. qua de causa tractatum, conventumque est
1687. à Reverendissimis Patribus anno proximo die 18. Februarij Lucernæ coram Excellentissimo Domino Nuntio; ubi Locò Principis S. Galli admodum senis et infirmi adfuit Reverendissimus Cælestinus Sfondrati ex Monacho et officiali S. Galli Nominatus à Pontifice Episcopus Novariensis; qui mox resignato Episcopatu die decima septima Martij electus est sui Monasterij Princeps et Abbas, præsentibus visitatoribus Augustino Einsidlensi, et Basilio Rhenaugiensi: Secretarius Congregationis Noster P. Geroldus Gratulatorias dare jussus est electo Cardinali Josepho Saenz de Aguirre, qui gratijs actis viginti exempla operum suorum dono misit. Gratulatoriæ item Datæ ad Serenissimum Philippum Wilhelmum Neoburgicum, factum Electorem Palatinum, cum supplicatione, ut Monasteria ordinis nostri restituere dignaretur: quibus ille Gratiosissimè respondit, vehementer dolens, quòd ob Militem Gallum, qui obtentu mobilium exhæreditate prætensorum immobilia invaserat, obsecundare modò non posset, jussit tamen præstolari meliora.

obitus. Rhenaugiæ hoc anno obierunt Religiosi Frater Conversus Christophorus Intbag überlinganus die vigesima quinta Martij, anno ætatis sexagesimo tertio; et R. P. Ursus Easman Lucernensis, Musicæ artis peritissimus, cuius specimina scripta reliquit, præter alia tum ad eruditionem, tum ad devotionem, præsertim ergà Deiparam Virginem spectantia; vir omnibus acceptus vitam produxit ad annum ætatis quinquage-

-simum

simum octavum, diem decimam tertiam Aprilis. ultimus quoque Nobilissimi stematis Illustrissimus comes. Joannes Ludovicus de Sulz, die vigesima prima Augusti vitam pijssimam clausit assistente sibi nostro P. Mauro Göldlin de Tiefenau, quem à quinque Mensibus nunquam à latere suo dimiserat, amicus ac Patronus Monasterij specialis; cui proinde mox solemni officio parentatum. Reliquit duas filias: Mariam Annam, matrimonio junctam anno 1674. Ferdinando Principi de Schwartzenberg, cui pinguem dotem Landgraviatum Clegovie attulit; Et Mariam Theresiam copulatam quinta die Junij 1690. Jestettæ à Basilio Abbate, Pontificalibus ornato, Illustrissimo Comiti Frobenio de Fürstenberg et Meskirch. vidua relicta Comitissa Maria Francisca Regina, nata de Manderscheid, deinceps habitavit in arce Jestettensi, defuncta ultima die memorati anni 1690.

Mamera Emitur, cuius fata recensentur.

At Basilius Abbas noster alteram Dynastiam in Turgovia Mamerendicta anno octogesimo septimo possessionibus Monasterij mediante contracta emptionis adjecit; de cuius antiquis possessoribus aliqua præmittere juvat. Traditur duodecimo jam sæculo [d] Nobiles de Mamerer, Mamoren, aut Manbüren [.] quæ diversa nomina eiusdem familiæ sunt.] Dominos Cognominis Dynastiæ ad lacum inferiorem vicetum sitæ, extitisse, ex quibus anno 1124. Margoldus Abbas S. Galli electus, seu intrusus à Conrado Duce Zaringensi. Anno 1339. Alberti Fratres de Castelle, unus Rapositus ad S. Stephanum Constantiæ, alter Canonicus Cathedralis Ecclesiæ, ex præsenti Dynastia feudum oblatum effecerunt sub certis conditionibus ac libertatibus eam offerentes Monasterio S. Galli, ut tamen eam denuò reciperent, tam pro se, quam pro alijs, quibus eam alienare contigerit. Ad annum 1389. memoratur Dominus huius Dynastiæ

d.

[d] Stumpfius L. V. cap. XIII. pag. 7.i.

Basilius

Nobilis Eques Ioannes de Eberhardi villa, Sæculo decimo quinto feudum istud acquisierunt Nobiles de ulm, ex quibus Georgius et Henricus prodiuntur. Altera medietate eiusdem feudi possessores erant Hugo, Franciscus et Melchiör de Hochenlandenberg, Sæculo proximo Conradus de Fischach, et Georgius de Hewen, quo tempore facta est conventio cum Magistratu oppidi Stein quà Mamerenses eximuntur à Telonio præstando, ac vicissim illi spondent, se ibi forum frequentaturos.

At invalescente in Turgovia Religionis Avitæ mutatione, quidam Civis ex proximo oppido Steckborn cum hanc Dynastiam emisset, anno 1529. vitæ cum Decem communitatibus vicinis Mamerenses quoque plerique antiqua sacra abjecerunt, crucesq; et sanctorum statuas in lacum projicientes, quarum vena S. Blasij Patroni. Primæij in alterum recta è regione littus delecta est. Anno sequenti trigesimo Dynastiam emit Nobilis Marcus de Kirchen, sub quo cum post cæsos novæ Religionis fautores, libera facultas profitendi fidem Catholicam restituta fuisset, sex saltem familiæ, et in his quadraginta personæ, fidei pristinæ adhærentes sacra in proxima Ecclesia Tavmaturgæ Virginis in Clingencell percipiebant; neque juxta publica pacis pacta propriam Pastorem consequi poterant, cum et sequentes Loci Domini Protestantium ritus profiterentur qui erant Nobiles de Thun Ducatûs Würtenbergici Marescalci hæreditarij, et per integrum fermè sæculum Mamerdæ Domini

Verum Catholici Cantones Turgoviæ Condomini diutiùs non ferentes, gregem quamvis parvum Pastore destitui, anno 1619. legatos destinarunt, qui sacra Catholica in Ecclesiam Parochialem inferrent, Comissa interim Parochia Canonico Regulari ex proximo Collegio Kreuzlingensi, qui primam denuò missam celebravit, aliaque sacra administravit,

non

non obstante protestatione Legatorum Tigurinorum. /e/ Tremebatur aliunde quo- e.
que Professor Mammeræ Fridericus De Thum, quòd feudum à Principe S. Galli requirere neglexisset, illudque debitis prægravasset, necnon venalem sine consensu habuisset; mulctatus fuit inter alias pœnas ad onus providendi catholicis subditis de Pastore congruo. quapropter is cum bona venia dynastiam vendidit Nobilibus Fratribus de Roll, Bernau, et Bötstein, Joanni Petro Equiti et Landamanno uraniæ, Joanni Waltero Equiti ord. S. Stephani, et Comendatario Administratori in Tobel, et Carolo Emanueli olim Præsidi Turgoviæ. Ex quibus Joannes Walterus suo ac Fratrum nomine non solum dynastiam Mamerensem Egregiè administravit, sed etiam cœptum opus veræ reformationis catholicæ totis viribus perficere adlaboravit, Ecclesia adornata, ara erecta, et constituto proprio Parocho R. d. Mathia Brüttsch, anno 1622. /f/ quin imò Invictissimus f.

/e/ Præco illius temporis in oppido Stein Ulrich Sequentia libro Baptismali intulit: Die Mammeren im Turgew waren etlich, die der Mess begehrten, darum kamen daher der fünf orthen Rathsbotten, und der Landvogt von Lucern einer von Sonenberg, der brachte auch mit ihm den nachrichter. Ein Ehrsamer rath von Zürich schickte hinaus herren hans Ulrich Schmeisser, und Junker Conrad Grebel, die begerthen, das die Eidgenossen mit dieser sach still haltind bis auf künfftige Jahrrechnung zu baden: aber si antwortind, was si da handlind, vermög des landsfriden, und habend si ihrer herren und oberen bevelch, da dannen nit zu wiken, bis die Mess da ingeführt, und gehalten werde: alsbald nahmens bald von öhningen Priester, die mit grossen freüden und fracken die erste Mess hieltend.

/f/ Hottinger hoc factum perperam in Eccles. hist. refert ad an. 1632. Inscriptio Aetatis sic legitur: Im Jahr 1621. ward diser altar durch die gebrüder herren von Roll widerum aufgebauet, und die Kirchen gezihrt.

ille fidei Catholicæ propugnator Valterus reducta Majori parte subditorum ad institutam Romanam, post quinquennium anno 1627. Præconem Alterius Religionis Jacobum Burkart prorsus ex dynastia eliminavit, persuasis reliquis, qui immoti perstiterant, ut in posterum Ecclesiam in burg propè oppidum Stein frequentarent, cuig Præconi annuum quoddam stipendium pro labore adpromiserat. Adeuntibus arcem ad scalam apposuit sui Imaginem adgeniculantis ad pedes Crucifixi, cum inscriptione, quâ edocerentur simplices homines, non adorari picturam, ut falsò persuasi erant, sed eum, qui picturâ repræsentabatur, Christum. /g/ Cùm nihilominùs omnes ad Ecclesiam Catholicam reducere non posset, non quievêre Tigurini, donec Præco ad pascendas paucas oves Mamera restitueretur. Quem in finem conductus à Domino Waltero anno 1633. Salomon Teuterer. Ipse verò piissimus Eques mortem oppetiit die decima Septima Junij anno 1639. cum sexaginta annis vitam christiano Militi Dignam vixisset, monumentum Insigne consequutus in choro Ecclesiæ Parochialis, Cui ipsius statua cataphracta ex solido Lapide affabrè sculpta imminet. /h/

g.

Ex eo tempore Duo Parochi Mameræ utriusque Religionis sacra administrarunt, ita tamen, ut Catholici munus interdum subirent Sacellani comensales Dominorum in arce, subinde etiam committeretur Canonicis in Öhningen, aut Reverendis Patribus in Klingencelli. Anno 1667. dy-

h.

- nastiam

/g/ Die Bildnus ist Gott selbsten nit,
Er wird allain beteüt darmit;
Auf den es anzeigt, richt den sin,
Dess bildnuss ist, verehr darin.

/h/ Inscriptio sequens Lapidi incisa:
Allhie ligt unter disem grabstein, der wohlwürdig, wohl Edl, und gestreng herr Hans Walter von Zoll, S. Stephanus ordens Ritter, et Comenthur, herr zu Bernau, Neuburg und Mameren, starb den 17. Junij 1639. seines alters im 60. Jahr.
Gott tröst sein Seel.

nastiam Mammerensem comparavit à Nobilibus de Zoll, Dominus Wolfgangus Eudolphus Reding, Archigramatheus Turgoviæ, cuius uxor Regina Ester, pia fœmina, instituit Morem recitandi quotidie in sacello ad Lilia Rosarium, et Confraternitatem sacri Scapularis. obiit die animarum anno 1674. et sepulta est in Ecclesia Parochiali juxta monumentum superiùs descriptum. ji | ubi et alij plures Mammeræ dynastæ utriusque Religionis quiescunt. Cùm Laudatus Nobilis Dominus Wolfgangus Eudolphus de Reding dynastiam hanc sicam venalem haberet, inductus est Abbas noster Basilig ut Emptionis tractatum iniret; quo diutiùs protracto tandem conventum est de pretio, et adiuncta obligatio anniversarium cum Duobus sacerdotibus pro familia de Reding celebrandi, quod post festum Scapularis fieri consuevit. Præter Consensum Capituli, accessit etiam à singulis Cantonibus Turgoviæ dominantibus; moxque Abbas Homagium à Subditis eodem anno octogesimo septimo, quo facta est emptio, recepit. Distincto deinde tractatu Prædium Hinterweierhoelz, quod sibi venditor reservaverat solutis tribus millibus florenorum accessit. Constitutus primus œconomus seu administrator R. P. Benedictus Bessler, venditori cognatus. Cives protestantes tunc Mammeræ thes duntaxat superserant, quorum tamen gratia Græco beneficium possidebat; Parochus Catholicus erat R. D. Joannes Viggenmann, successor R. D. Osvaldi Gurtanner Camerarij, ac Fidei Catholicæ promotoris, quoadusque per tractatum cum Celsissimo Domino Episcopo Concessum, ut per Religiosum sacra Catholica administrarentur.

Interea tumultus bellici ad vicinam usque nostram delati. Buda quidem inferioris Hungariæ Metropolis post aeteram obsidionem à Cæsare Turcis ereptadie nona septembris annè superioris, qua de Cau-

ja

ji | unter disen Stein ligt die hochedl gebohrne Frau Regina Ester Reding von Berolding zu Mammeren, gebohren zu Bernau.

1688. Tumultu Bellico

Cavetur Rhenaugiæ.

-sic hymnus Te Deum Laudamus Rhenaugiæ decantatus, ac sequenti anno octogesimo octavo repetitus ob Albam Græcam occupatam: verùm infestus Gallorum Exercitus transmisso Rheno obvia quæque vastabat, cremabatque, obtentu inter alias causas protectionis Wilhelmi Egonis Fürstenbergij Fratris Francisci Egonis, pro quo defuncto, utpote Abbate Murbacensi justa pridem à nostris persoluta. Revocato igitur ex Hungaria Cæsareo exercitu, Belgradum quidem amissum, sustinente tamen cum parvo Milite Wilhelmo Ludovico Marchione Badensi Turcas, quin et victorato prælio vincente: verùm superiores quoque Rheni ripæ reddebantur infestæ, atque fines ipsi Helvetiorum periclitari videbantur. quapropter Senatus Figurinus Litteris die Decima nona Septembris datis hortatus est Abbatem nostrum Basilium, ut maxima cura transitum Rheni custodiri procuraret. Postulavit vicissim Abbas à Fœderatis Badenæ congregatis opem atque consilium, ut qui primus externo militi objectus esset. Responderunt illi vigesima octava octobris epistola nomine omnium Fœderatorum scripta: petitam fuisse ab utraque Majestate tam Cæsarea, quam Gallica exactam Neutralitatem, cujus securitate obtenta, eam mox Abbati significandam fore. Mittunt interea Salvam guardiam, seu Litteras patentes, quibus testificantur, omnia Monasterij Rhenaugiensis bona sub eorum protectione esse constituta, adeoque certantibus inter se abstinendum esse, non solum ab Istetten, et Altenburg, sed etiam ab Erzingen, Rheinheim, Ostringen, Bukenried, aliisque, quæ nominatim exprimuntur. ut finibus tamen suis prospicerent Helvetij, castra quædam juxta Constantiam posuerunt, et alia è regione quatuor Sylvestrium oppidorum, quæ contra Gallos defendere in animo erat; monitis interim cunctis, qui ex patria stipendia aliena merebantur, ne ultra Rhenum infestis armis progrederentur. Nihilo-

-minus

minus decima decembris dux Militum Claromontius Waldishutum occupavit; sed collectis tributtis ad instantiam Helvetiorum recessit. Inter hos tumultus die trigesima prima octobris Carolus Franciscus Comes de Fürstenberg à Wilhelmi Egonis negotijs plurimùm distans, pulsus à Gallis Thenaugiam profugit, ibique amicitia cum Monasterio contracta per medium anni spacium est moratus. quò tempore et alij exules, praesertim ex Monasteriis S. Trutperti, et S. Petri ex Sylva Hercinia aderant.

Lis cum S. Blasio.

Excruduit occasione huius belli antiqua lis cum Romano Abbate S. Blasij ob tributta ex Praedio in Burgnried perenda. Basilius noster nondum subjectum eidem legi existimabat, aut saltem uetà debitum exigi. At contra Monasterij illius officiales manus tandem injecerunt in Mobilia, ex quibus satisfieret tributis; nec quidquam contra vim illatam profuere litterae ad S. Blasium pro Thenaugia scriptae à tota Congregatione Helveto-Benedictina, nec in particulari à Coelestino Sfondrati Principe S. Galli, et à Nuntio Apostolico, nec denique à Foederatis Protectoribus. quin imò multis alijs in rebus juribusque Monasterij moras injicere non omiserunt officiales S. Blasij, donec tandem die septima decembris in Arbitros conventum est, Laudatum Principem Coelestinum, ac Illustrissimum Comitem Frobenium de Fürstenberg; quibus dissentientibus decideret Celsissimus Episcopus Constantiensis; quamvis et hoc adhibito remedio non omnes sopitae fuerint Controversiae. Eodem anno in Thenaugiensi nostro Monasterio celebratus est conventus Reverendissimorum Patrum Congregationis nostrae à die trigesima prima Augusti, ubi non solùm agitata Conservatio Monasterij Murbacensis, sed et aliorum plurium in Regno Hungariae, quae Iam sub dominium Christiani Imperij redacta erant. Anno sequenti octogesimo nono nomine eiusdem Con-

1689. gregationis Excepit Lucernae Excellentissimum

simum Dominum Nuntium Apostolicum Bartholomæum Menatti Episcopum Laudensem noster P. Geroldus Zurlauben Secretarius; qui gratulatorias quoque ex mandato scripsit ad Neo-Electum Summum Pontificem Alexandrum VIII. Clementissimo rescripto honoratus.

Cœlestinus Sfondrati Princeps S. Galli Visitator primus singulis hisce annis Monasterium nostrum visitasse reperitur.

obitus. Mortuo die Septima Martij Celsissimo Constantiensi Episcopo Francisco Johanne à Stafberg, successit die decima Septima Aprilis Marquardus Rudolphus à Rodt. Rhenaugiæ maligna Febri correptus vitam finijt die trigesima prima Julij R. P. Gregorius Keller Wilensis ætatis anno quadragesimo tertio; qui cum Parochus Celsus esset, magno Labore ac pulchro charactere omnium Parochiarorum Genealogias digessit, speciali tractatu Nobilitatem Rhenaugiensem complexus, initiumque, quantum poterat, ab altero usque sæculo deduxit. Defectum Morientium Religiosorum ut Suppleret Abbas Basilius, imò ut augeret etiam, plures in Monasterium suscepit, quos annotatis successivis annis hic simul una producimus.

R. P. Marianus Romeyser Tapperswilanus professus anno 1682.

Religiosi à Basilio Abbate suscepti.

R. F. Ildephonsus Aklin Lucernensis ano 1684.
R. P. Rupertus Keller, Helveto Badensis 1684.
R. P. Anselmus Baumgartner Tyrnacensis 1684.
R. P. Beda Lindau-Zollwilanus 1684.
Conversus Hermannus Rey Murensis 1684.
R. P. Mauritius Tscharandi Solodorensis 1685.
R. P. Wolvenus Göldlin de Tiefenau in Neuenguttingen Tapperswilang 1686.
R. P. Deodatus Dietler Solodorensis 1686.

Conversus Henricus Fech Augustanus 1686.
R. P. Josephus Rogg Frauenfeldensis 1688.
R. P. Joachimus Letter Aqua Regiensis 1688.
Conversus Joannes Käppelin Milaviensis 1688.
R. P. Fintanus Knopflin Tugiensis 1692.
R. P. Placidus Besler Uraniensis 1692.
R. P. Ursus Duggelin Lachensis 1692.
R. P. Ildephonsus Andermatt Subsylvanus 1692.
Conversus Gabriel Weniger Murensis 1692.

1690. Ex senioribus anno Nonagesimo die quarta Aprilis piè obiit R. P. Placidus à Sonnerberg, ex Nobili familia Lucernensi, vir prudens, et honoris divini zelosissimus, œconomus seu administrator in offtringen, ibidem maligna Febri consumptus, ætatis anno quadragesimo septimo, sepultusque in Ecclesia Parochiali Degernauensi. Ei brevi Intervallo morte adjunctus R. P. Fintanus Lüssi Rapperswilanus die decima quinta Maij, annos natus quinquagintà et octo, ex maligna pariter febri, quam cum Parochus esset, ex provisione alicuius infirmi contraxerat. Fuldæ semel, atque bis Schwarzachij disciplinæ subsidiarium egerat, vir spiritu, et fervore sancto plenus, ac præcipuè in observatione silentij exactissimus. Eodem anno die vigesima secunda octobris maxima cum solemnitate celebrata est translatio sanctorum Deodati et Theodoræ, Martyrum Romanorum, postquam eorum Corpora pretiosissimè ornata fuerunt. Arcus triumphales erecti, scena theatralis exhibita, aliæque Cæremoniæ ad Conciliandam novorum Patronorum tutelam peractæ. ornatum quoque Lyturgicum rubri coloris, multo auro gravem in hunc finem fieri curavit Basilius Abbas,

Sancto

fecto Gentilitio notatum, prout in hodiernum usque diem cernitur. cMajores tamen expensas fecit in Emptione Dynastiæ Neoburgensis, cuius tractatus Conclusus die trigesima prima Julij, consensu Foederatorum desuper impetrato. Arx est in subcimi cMonte Lacui veneto imminens, cuius turris antiqui operis procul visitur. Contigua ex superiori parte cum sit Dynastiæ cMamerensi, eosdem quoque possessores plerumque habuit, [K] licet Jura cum fundis ac finibus distincta sint. Nobiles de Zoll utramque tenebant; Sedingij Solam cMamerdn; Solumque Neoburgum Nobiles de Pöntener: ex quibus Dominus Josephus Antonius Capitaneus et Archigramateus Reipublicæ Uranensis accepto pretio Dominium in Rhenaugiam transtulit: unde utraque Dynastia rursus rejuncta ab eodem administratore regitur. Contingit versus orientem oppidum Steckboren, à cMeridie dynastiam Gundelhart, ab occasu cMameren, et à Septentrione Lacum, unde Insulam Augiensem cum cæteris adjacentibus intuentibus offert.

Neoburgum Emitur.

Tumultus Bellici.

Interea in Imperio belli calamitas perduravit. Elector Bavariæ in vicinam nostram ad pellendos Gallos advenit, sed mox cMense Septembri ad Inferiorem Rhenum descendit. cum per id tempus quidam Grieshaber Waldishutò Rhenaugiam confugisset, is noctu per Capitaneum Pflueg ex domo ripæ Rheni imminenti vi ductus, deportatus, ac proditionis, ùt dicebatur, reus Capite mulctatus fuit. Abbati ac Foederatis violationem territorij causantibus, datum Responsi locò: Capitaneum ignorasse scilicèt Helvetiorum Juris esse Rhenaugiam. Proximo anno cMensc cMartij denuò Helvetij in defensionem receperunt constantiam cum quatuor oppidis Sylvestribus ad Rhenum sitis:

concessum

[K] Stumpfius l. v. cap. XIII. Neuwenburg das Schloss ob Mamoren, diser Zeit ein ansichtig und gar herrlich hauss, ligt am See auf einem zimlichen hochen berg.

Concessum insuper Cæsari, ut duo Millia peditum per Tribunum Bürklin ad eius servitia conscriberentur. Finibus Jestetta et Altenburgi Columnæ cum scutis Helvetiorum præfixæ, ut Milites extranei arcerentur, vijsque publicis remoræ apposita.

Forum frumentarium. Cum occasione huius belli ingens vis frumenti Rhenaugiam in tutum locū deportata esset, cupierentque possessores illud pretio exponere, Abbas omne subsidium tam vendentibus, quam Ementibus præbere constituit; unde jam anno 1683. Instructio Inspectori huius fori data reperitur, ipse quoque Magistratus Figurinus jam tunc cum Litteris commendatitijs suos deputatos pro Emendo frumento destinavit. Verum ut Major opportunitas negotiantibus esset, Abbas magnam insignemque Domum ex solido Lapide à fundamentis ad introitum inferioris pontis exædificavit, qua simul Prospectum præberet appenso Salmonis seu Esonis signo, simulque frumentum depositum servaret. Præfert hæc domus in fronte Insignia Abbatis et Monasterij Lapidi incisa cum anno 1691. 1691. quo ordinem et taxam constituit quæ servaretur in exigendo telonio pro illatis mercibus, ac specialiter pro debendo frumento, decretumque, quantum cuique pendere conveniat, qui utitur area, vasis aliisque necessarijs. deputatis ex civibus, Jramento in cancellaria depositio, qui onera portarent, cum id ipsi negotiatores postulassent; quibus et assignata Meta est, prout et Nautis, quam pro deportando frumento exigerent. Cunctis porrò ea moderatione ab Abbate ordinata sunt, ut ea in Magnum publici boni emolumentum cederent. cui plurimum adjumento fuit Loci situs, et vectura terra Rheno, opportunitas.

Congregatio. Die vigesima nona Maij Congregatione in Monasterio Murensi habita, discussa primum fuit causa Murbacensis, consultumque, ut Capitulares Leuvensteinium postularent, addita tamen

cautela

cautela, si Summus Pontifex assensum præstiterit. deinde absente Augustino Principe Einsidlensi opportune tractatum negotium Fabariense; et quia Reverendissimi visitatores testabantur, florentem modò esse utrumque illius Monasterij statum, optabant Patres, ut unio illa omnino tolleretur. quapropter rogatus Abbas noster Basilius et visitator, ut in Eremum se conferret, votumque Congregationis Augusti no Principi aperiret. Multo labore opus erat, ut Princeps Fabariam Emanciparet, spes tamen facta, tandem illud Monasterium in pristinam libertatem posse restitui. Conveniendum nihilominus fuit denuò hac de re Abbatibus S. Galli Benedictinensi et Fischingensi in Oppido Wilensi; cumque Interea Augustinus fatis cessisset, eiusque Successor pronum se ad dissolvendam unionem profiteretur, obtentum est Romæ decretum dissolutionis à Sacra Cardinalium Congregatione de Regularibus die vigesima prima Junij anno sequenti, ipsaque dissolutio mox Executioni mandata per Abbates S. Galli Sponratum Placitum Murensem et Basilium Benedictinensem. obiit superiori anno Schwarzachij Reverendissimus Dominus Gallus Wagner, nativitate, professione, et jure perpetuo, quod sibi reservaverat Benedictinensis; cujus vitam ejus in regimine Successor Reverendissimus Abbas Joachimus sua manu descriptam ad nos misit, ubi inter alia sic prosequitur: Durante Galli Regimine quum vis bis durissima bella, et exinde bonorum Alsaticorum confiscationes aliquibus annis incidirent, ultra quadraginta florenorum Millia sunt soluta. Bona sua œconomia auxit etiam reddidus. Ingruente sævissimo bello Gallico in depositum misit Benevium aliquot florenorum Millia, quibus post mortem suam data pace Redempta sunt decima in Wiversheim, et Kleinfranckenheim, quæ ab anno 1617.

obitus Abbatis Galli in Schwarzach.

1617. contractu Antichreseos oppignoratæ, et à Monasterio alienatæ erant. Actiones et negotia nunquam nisi præmissis sacris precibus est aggressus, et plerumque in omnibus optatum finem obtinuit, Deo strenuum servum suum protegente. Tempus otiis nunquam, sed semper scribendo, aut legendo, aut dando tribuit, in labore indefessus. Schwarzacensibus etiam Religiosis bis Philosophiam, et semel Jus Canonicum docuit. Erga pauperes vixit Misericors; pietate et virtutibus christianis præluxit toti vicinia; Religiosis autem in observatione sacræ Regulæ, et Regularis disciplinæ exemplariter præfuit; quotidie Missæ sacrificium celebravit; chorum præsertim Matutinum frequentavit; Regularia jejunia etiam in senectute observavit, humilitatis amans omnis splendoris osor fuit. In Morbis acerbissimis, quos subinde patiebatur, mirâ patientiæ exemplo enituit; Tandem æterna memoria dignus, labore et senio fractus, omnibus sacrosanctis Ecclesiæ sacramentis provisus, obdormivit in Domino, sepultus à latere chori in Capella S. Eufinæ Martyris, in cuius pariete juxta sepulchralem lapidem à Religiosis fratribus, mortem amarè lugentibus, Epitaphium affabrè factum, et Eleganter pictum, cum sequenti inscriptione appositum est.

Reverendissimus Præsul ac Dominus
Gallus
Ex Monasterio Rheinau postulatus
14. Julij anno 1660.
Schwarzacensis Abbas
Magnus in scientijs,
Major virtutibus Religiosis,
Incomparabilis in æconomicis,
Fluctuantem Abbatiam
Liberavit ex magnis debitis.
Mortuus est 7. Dec. Anno Christi 1691.
ætat. 79. Religiosæ vitæ 63.
Sacerdotij 54. Abbatiæ 32.
Quamdiu præfuit, semper profuit.
Requiescat in Pace.

Hactenus

Hactenus dignissimus eius Successor Joachimus, qui cum lachrimanda mortem decessoris, electionemque suam significasset die vigesima nona decembris, simul petijt, ut Benedictionem Abbatialem ipsi impertiri dignaretur, facultatem impetraturus ab Eminentissimo ordinario Argentinensi, qui eidem quoque taxam ducentorum Florenorum donavit, præcipiens, ut reliquum pauperibus erogaret. Expectavit Abbas Joachimus usque ad festa Paschalia, quâ Comodiùs Basilius noster iter peragere posset; qui Profectus cum P. Anselmo et P. Geroldo Benedictionem contulit die decima tertia Aprilis dominica in albis assistentibus duobus Prælatis. Conclusa est demum confœderatio inter utrumque Monasterium, quam dudum Abbas Gallus desideraverat, quâ non solùm bonorum operum Comunio conceditur, sed etiam pro singulis defunctis mutuò spondetur Sacrificium à quolibet applicandum; præterea Exules recipiendi, aut etiam pro studijs admittendi Fratres, alyque subsidiarij, si necessitas urgeat, et opportunitas permittat, mittendi; denique in temporalibus quoque, quantum Comodè fieri possit, auxilium mutuum non denegetur. quæ quidem diutius inter ista Monasteria ex ipsa observata fuisse constat.

Fœdus cum Schwarzach.

Lites cum Episcopo.

Balterswila defuncto Parocho dom^no Christophoro Schweitzer, patriâ Zenaugiensi, sine prævia redemptione Abbas Basilius ex jure Spolij, et plùs quam Centenaria possessione, jus obsignandi sactem cumulativè prætendit. Cui ductore R. d. Caspare Bodmer Decano et Parocho in obereggingen contradixit vicarius Generalis. Tandem decima Maij præsentibus deputatis Zenaugiæ apertura facta, et spolium Monasterio assignatum. simul occasionaliter monitus decanus, ut à visitatione Sacelli offtringensis abstineret, utpote domestico, nec unquam sub prioribus possessoribus visitato,

cui

cui monitioni Decanus paruit. Verùm eùm eodem anno nonagesimo ad finem Augusti Mensis praepropera morte similiter Rhenaugiensis R. D. Michaël Mayer successor Baltersvilæ obiisset, jure praeventionis utendum ratus Abbas, per suos relicta mox obsignari curavit. At Decanus vicinum officialibus clegyovie rescidit obsignationem, alijs sigillis appositis. quapropter Imploratus Illustrissimus dominus Menatius Nuntius Apostolicus monitorium direxit die vigesima octava septembris ad officiales praedictos, et alterum ad Decanum Capituli Neü-
kirchensis vigesima octobris. Ac ad Celsissimum Dominum Episcopum delata, hic causam ad suum forum trahere nitebatur; cum verò nec secundo monitorio paruissent adversarij, Menatius vigesima secunda Novembris mandatum dedit R. P. Eugenio Speth Notario ex Monasterio Salemitano, ut apertura hereditatis defuncti Parochi cum inventario faceret, atque relicta apud personam tertiam interim deponeret. Hæréque res Consanguineis Rhenaugiensibus donata, retentis paucis praecipuè libris æstimatione octogenta florenorum.
quærelis à Decano ad vicarium Generalem, et ab hoc ad Episcopum delatis, hic graviter se offensum sensit: et cum Abbas amicè monitus à Reverendissimo Domino Blau vicario generali, ut Episcopum irritatum conciliaret, ille autem à tribunali S. Nuntiaturæ se deficere non posse respondisset; die quarta februarij anno
1692. nonagesimo secundo petente Episcopo interdictum in omnes proventus totius Clegoviæ ab officialibus in Thiengen, ob alias causas tunc offensis, promulgatum fuit. Invocatus Nuntius Apostolicus frustrà suasit reconciliationem cum Episcopo. Foederati Protectores in auxilium vocati graves quidem hac de re ad Episcopum dedere litteras: sed hi pro responso acceperunt, invulnerata jura Episcopalia esse ante omnia vindicanda. Interea Menatius Lucerna discesserat, et In-

ter-

-ternentius dominus Pisani, à Basilio fatigatus, ad Leggovia officiales monitorium destinavit, ut intra novem dies arrestum solverent. quò nihil proficiente, tandem Abbas excusatorias ad celsissimum Episcopum die quinta Aprilis dedit litteras; responsumque illi fuit: satisfaciendum per restitutionem hæreditatis, aut equivalentis in locum pristinum, tunc demum, quod æquum foret, statuendum.

Adventante paulò post novo Nuntio Apostolico Marcello de Aste Archiepiscopo Athenarum, Abbas censuras contra detentores proventuum Monasterij obtinere nitebatur. At ille informatus à constantiensibus respondit, mandatum sui predecessoris fuisse ultra tenorem extensum, adeoque spolium ad manus tertij restituendum, facilem deinde fore arresti relaxationem. Parendum jam erat Nuntio. Itaque æquivalens hæreditatis comissum manibus Illustrissimi Sfondrati Abbatis S. Galli, qui demum suo interventu permovit Episcopum, ut relaxata arresti impositione Conferentia Marisburgum se mediatore indiceretur. habita illa est ad initium sequentis anni, ac sequentes articuli ad viginti saltem proximos annos acceptati: Imprimis decedentibus sine previa redemptione Parochis, quorum spolia ad Monasterium pertinent, obsignatio, apertura, et inventarium fiat præsente deputato Thenaugiensi. Secundò, Parochia Balterswilana secularis esto; Mamerensis econtra regularis, etiam quoad partem Acatholicorum, si eos Ecclesiæ uniri contingat. Tertiò regularis Mamerae Parochus per litteras dumtaxat præsentandus Curiæ Episcopali, solutis pro taxa quinque florenis, juramento in præsentia decani præstito, ad Nutum tamen Abbatis amovibilis. Providerat tunc Abbas Basilius Parochiæ Balterswilanæ per P. Bedam Lindau post mortem Domini Michaëlis Mayer; ac deinceps P. Bernardum Gallatin præsentaverat, non aliter, quàm sub conditione in instrumento de anno 1515. admissum. Mamerae R. D. Joane

Componuntur.

Eichenmann

Xistmann ad aliud Beneficium in Lach-
en promoto, oves pascendas comisit R. P.
Gerardo Zurlauben. Verum contradicen-
te curia Episcopali Collatum Beneficium
R. d. Joannis Baptistæ Segismann; qui
post memoratam Conventionem promo-
tus fuit in Balterswil, ac vicissim ex
Balterswil Mameram translatus R. P.
Bernardus Gallatin.

Fata Converji ad fidem.

Eodem anno ad Sacrum typocini-
um Basilius Abbas suscepit Nobilem do-
minum Joannem Nicolaum Klingenfues,
Monasterij vasallum, ac Cæsareæ Aulæ
Aulæ Comitis Magistrum; qui cum Augustæ
Vindelicorum ad intuitum prodigiosæ S.
Hostiæ apud Canonicos Regulares ad Fi-
dem orthodoxam conversus fuisset, cela-
vit animum aliquo tempore, spe inducen-
di ad simile propositum uxorem suam:
At nihil proficiens, obtinuit ab ea chy-
rographum, quo liberè renuntiabat con-
sortio Maritali, in finem, ut Maritus
Monastico Instituto Einsidlæ se devove-
re posset. Sed susceptus Rhenaugiæ ad
Novitiatum, causam suam ad S. Huntia-
turam scripto detulit, et hæc ad Summum
Pontificem; qui per congregationem Cardi-
nalitiam de Regularibus Rescripsit, non li-
cere marito profiteri ordinem Monasti-
cum, nisi uxor idem institutum profite-
retur. Unde Rhenaugia dimissus ad præ-
fatum Collegium Canonicorum Augustæ,
deinde ad Petri domum Constantiæ, ac po-
stremo Beirense Collegium aditum tenta-
vit, quem tamen per memoratum Rescriptum
Pontificium ubique præcludi expertus, rur-
sus Abbatem nostrum Basilium, quem Pa-
trem Spiritualem venerabatur, fatigavit,
questus Pontificem non fuisse satis infor-
matum, neque nisi Rhenaugiæ votorum
metam sibi consequendam. Comendatus
tandem ad Monasterium Weissenau ordi-
nis Præmonstratensis, per contractum vita-
litium sine votis admissus est, procuran-
te res suas temporales Abbate nostro Ba-
silio. Feudum in Osterfingen, quod ex Mo-
nasterio nostro tenebat, post mortem ipsius
gratuitò collatum est anno 1708. ipsius

Genero

Genero Nobili Conrado de Feyer, cum onere tamen, octingentos florenos numerandi quæ Socer olim Monasterio debebat. Vitam quoque Rhenaugiæ finierunt anno nonagesimo secundo R. P. Meinradus Honegger Bremgartensis die vigesima Maij, ætatis anno septuagesimo secundo, Parochus quondam zelosissimus, ac concionator populo gratissimus; nec non Religiosus Frater Idephonsus Aklin Lucernensis Diaconus, optimæ spei Juvenis anno ætatis vigesimo quarto die vigesima octava septembris. quem

1693. sequenti anno ad beatam, ut speramus, æternitatem sequutus R. P. Mariano Dumeyser Appenzellanus, postquam triginta ac duos annos vixisset. severiores sententias cum docuisset, administrator offringa constitutus, post unius ani spacium pie obiit, reductus tamen, prout petierat, ad confratrum sepulturam in Monasterium.

Lites in Cleggovia. Inter hæc ingens Contentio inter Abbatem nostrum, et officiales cleggoviæ agitata. Cum enim novus Dominus illius Landgraviatus, nempe Serenissimus Princeps Schwarzenbergius vindobonæ morari consuevisset, difficile erat cum illius officialibus, sæpe nimium domino suo placere cupientibus, concordiam alere. Primalis de præcedentia fuit: qua vix sopita altera multo gravior occasione officinæ Lateritiæ exarsit, quam illi, contra jura, ut putabat, Abbatis, Istettæ constituendam concesserant Udalrico Albert, civi ejusdem Loci, et eorum nomine Juraci Præfecto. Prohibuit Abbas opus inposita pœna, subditumque inquietum a Ministerio Casponæ amovit, commissione data Archipræfecto suo Werentz tunc Augustæ Vindelicorum degenti cum litteris ad Serenissimum: Istettensibus autem inhibuit, ne operas suas novo opificio præstarent. At officiales interdictum frustrarunt decreto ad valvas Ecclesiæ affixo, cui mox oppositum Mandatum jussu Abbatis ex altera parte appensum est. Datæ secundæ litteræ subscripto etiam Priore et Conventu ad Serenissimam Mariam Annam natam

de

de suo Monasterio ab Infantia deditissimam, eo saltem proventu, ut ædificium officinæ tantisper suspenderetur. Verum cum tentata compositio negotij non processisset, officiales ex Thiengen celebrato Iudicio Provinciali Abbatem sub pœna centum ducatorum in pagum Griesperi citarunt. Basilius rem indignatus provocat ad Summum Pontificem, protestatione officialibus denunciata; simul S. Nuntiaturæ, et Helvetijs protectoribus injuriam sibi factam conqueritur. Mora Bartholomæus Menatus Nuntius Apostolicus monitoriam in Thiengen destinat, quo sub pœna quinquaginta ducatorum præcipitur, ut à citando Abbate ad tribunal sæculare desistant, neque præsumant eum ab exequutione suæ Iurisdictionis impedire. cum postremo ipsi Iudicio Provinciali Lottstettæ congregato Citatio Apostolica proposita fuisset, cum declaratione excommunicationem fuisse incursam, officiales sacellanum ex suis Lucernam miserunt, qui citationem memoratam purgaret, demonstrando, Abbates Rhenaugiæ sæpius in Iudicijs Provincialibus comparuisse. At Basilius duobus consilijs Iuridicis pro causa sua obtentis ostendit: Prædecessores suos, non nisi ut actores, non verò ut reos, unquam præsto fuisse; eoque multò potiori ratione ex privilegijs particularibus renatum subditis suis à quocunque Iudicio extraneo, ac nominatim à Provinciali eleggovia exemptos. Pergebant nihilominus officiales Principis Abbati diversis modis adversari, tot proventus Monasterij in eleggovia denuo detinerent. quibus nihil fractus Abbatis animus non cessit, nec monentibus etiam Nuntio Apostolico, Barone de Lagenegg Præfecto Sylvestri Waldishuti, Patre Mauro nostro, qui officio sacellani aulici in Thiengen fungebatur, aliisque, passus est, nisi invito sibi, quidquam de Iuribus Monasterij eripi. Itaque citatus denuo Abbas, cum non comparuisset, in Judicio Provinciali Griesheimij, Præsidente

Domino

Basilius

Domino Henrico de Anethan supremo cancellariæ directore, damnatur Abbas ut contumax, jubeturque omnes expensas præter centum ducatos solvere. At Basilius Imploratus officiales sæpè memoratos citavit denuò, jussitque, ut pœna decaxata arrestum impositum in bona Monasterij dimitterent.

Componitur. Interposuit se hisce turbis Illustrissimus Princeps S. Galli Sfonratus, scriptis litteris tam ad Serenissimum Schwarzenbergensem, quàm ad eius officiales. Et illum quidem inclinatum ad concordiam reperit, hos autem duriores, ut qui et ipsi consilium facultatis Iuridicæ, tunc Friburgo Constantiam translatæ ventitarent. Tandem anno nonagesimo tertio dominus Zingg de Baldenstein jam Præses Comitatûs Hoggenburgici, articulos conventionis proposuit, qui die decima tertia Julij in hunc modum à partibus acceptati, ut nimirum opificium Caterictium ab utroque domino tam altæ quam Basse Iurisdictionis Iestetta Ioanni Udalrico Abend cumulativè concederetur, sub onere, ut ante singulas Caterium electiones in signum subjectionis pendat tot num Talerium Monasterio; Caterisque eodem, quo Principi, pretio venales sunto; materia autem limosa sine damno tertij aut certè compensato, effodiatur; denique pœna in Udalricum Cata remittatur, deprecatione tamen Abbati et Conventui facta; expensis haud levibus utrinque compensatis. Sopita hisce potiùs quam extincta fuit contentio inter Abbatem Basilium, jurium suorum tenaciorem, et officiales Principis, animis nunquam plenè coalescentibus; excrevit enim damnum Monasterij ex detentione fructuum nondum solutorum ultrà duodecies mille frumenti modios, præter census ex capitalibus pecuniarios, quibus toto regiminis tempore, ob varia etiam belli obstacula, carere coactus est Basilius. Dominus Henricus de Anethan, inter officiales præci-

-puus

-pius, promotus tandem est ad Præfectu-
-ram Principatûs Schwarzenberg in Fran-
-conia, quæ ante mortem vehementer do-
-lens de turbis cum Monasterio Cœli olim
habitis, epistola data veniam ab Abba-
-te ac Conventu petiit, unacum remissio-
-ne, si quid forte damni Monasterio sua
culpa illatum fuisset, destinato proani-
-mæ suæ solatio, quodam pio legato.

Præfectura Flacensis.

Electandum quoque Abbati Basilio
fuit ratione Præfecturæ in vallem Fla-
censem, pagosque Flach et Volken cum
adjacentibus prædijs, quæ ab Alberto I.
Cæsare Monasterio donata primâ in feudum
concessa est Comitibus de Sulz, deinde ad
varias familias Nobiles ac tandem ad Com-
-gios de Wildenberg Schaffhusianos pervenit.
Sita illa est in territorio Magistratûs Tigu-
-rini, cum quo variæ controversiæ ratio-
-ne jurisdictionis exercendæ vasallis inter-
-cessêre. Cùm Dietegen de Wildenberg sine
masculâ prole decessisset, Fratri Conrado
deinde Joanni impositâ laudemio quin-
-quaginta talerorum feudum non sine dif-
-ficultate concessum. Cùm interea non ces-
-sarent perpetuæ cum Magistratu Tigurino
Contentiones, facultatem idem Joannes
iteratis vicibus à Senatu expetijt,
Præfecturam vendendi. at mora ingesta,
quòd feudum non esset cuiquidam; Nam
Joannes memoratas pecunias non solverat,
Consilium cepit, Præpotenti Senatui Ti-
-gurino Præfecturam offerendi, atque con-
-tractum venditionis anno nonagesimoquar-

Tigurinis Concessa.

-to revipsa, receptis triginta florenorum
millibus celebravit. Gravamina suaquidem
interposuit Senatus, addito, licitum non
esse, sine altioris consensu, observatisque
solemnitatibus, alienare feudum jam plu-
-ribus ex titulis caducum: nihilominùs
in respectum Magistratûs Consensum tan-
-dem præbuit sub conditione, ut non so-
-lùm Joannes stipulatam Laudemij taxam
quinquaginta talerorum solvat, sed etiam
apud Senatum efficiat, ut familiam
similem sistat feudum suscepturam, qua
mortuâ denuò liberum evadere possit.
Præstitit Joannes dictam pecuniam,

testatúsque est, se non alia conditione Præfecturam Turegum alienasse, quàm quâ ipsius antecessores possederant. Significavit sæpè laudatus Magistratus die duodecima Aprilis anni nonagesimi
1694. quarti emptionem Præfecturæ, causatus multiplices dissensiones cum pristinis possessoribus, quibus in posterum hoc pacto via præcluderetur, atque investituram sistendo â se nobili dō Abbate impertiendam postulavit. Post aliquas demoras tandem dies dictus sextus decimus septembris, quō Rhenaugiæ compauit Nobilis Joannes Caspar Escher, olim Andelfingæ Præses necessaria instructus Comissionis charta. Collato feudo jusjurandum deprecatus, manu porrecta fidelitatem spopondit, ejus sub obligatione servandam. Laudemium ducentorum talerorum propter feudi translationem ipsi quidem impositum; sed intervenientibus Comendatitijs tum ab ipso Magistratu, tum privatis Domini Henrici Escher Reipublicæ Consulis Monasterij Amici, pro hac vice remissum.

Belli Motus. Inter hæc cum Austriacis copijs vicinia nostræ ditionibus, frumenti deportatio in Helvetiam prohibita fuisset, per Illustrissimum Comitem Franciscum de Fürstenberg, jam Superiorem anno Rhenaugiæ exulem, impetratum. à Tribuno militum Barone de Steinauer ut certa quantitas Rhenaugiam deveheretur. Revocata postmodum ea facultate, Basilius Abbas egit apud Foederatos Protectores, ut comendatitias suas adjungerent supplicationi, hoc et conventus nomine scriptæ ad Supremum exercitûs Ducem Marchionem Wilhelmum Ludovicum de Baden. Concessa, post iteratas instantias, liberi comeatûs licentia, et ex territorio quidem Fürstenbergensi frumentum allatum ex cleggovia verò ecs difficultate non non detruct, cMinùs cMonasterio faventibus officialibus, quin et sex plaustra jam onusta Erdingæ detenta. Dum ista Abbas non solùm pro cMonasterij, sed

etiam

Civium querelæ.

etiam prò oppidi emolumento curaret, ingrati cives Thenaugienses in seditionem propè eruperunt. cum enim more solito Præsidi Turgoviæ juramentum præstitisset, eidem gravamina quædam contra Abbatem proposuerunt, quibus postea Abbas per Præfectum responderi jussit. At illi non contenti ad Consulem Figurinum easdem quærelas detulerunt, qui litteris trigesima octobris perhumaniter datis rogavit Abbatem, ne cives instar mancipiorum haberet, aut eos novis oneribus prægravaret. Respondit Basilius: Thenaugienses Monasterii proprii dubio mancipia esse, cæterùm fassos queri de novis gravaminibus. Cum apud Consulem nihil se effecturos cernerent, redierè ad Præsidem Frauenfeldæ, eumque variis artibus accuparunt. Hic novam Instantiam fecit Abbati, nonnihil minarum addens. At verò Basilius responso dato decima octava Decembris docuit, Præsidi nullam Thenaugiæ esse authoritatem, neque negotijs civilibus se intromittere debere. Detulit ille monitioni, atque cives die quinta Januarij anno nonagesimo

1695. quinto graviter hortatus est, ut ab injustis cæptis moribus tandem serio desisterent. Hæc porrò querelarum ista fuit. Galbinas annuatim dias injustè exigi; sylvas ac pascua deberi ipsis præprid, non secùs ac reliquis comunitatibus olim Thenaugiæ ritis; jus admittendi novos cives ipsis competere; toti et macelli ac negotiationis universim, præsertim salis ac vini sub mensura vendendi. Jam quondam sub Abbate Bernardo litem moverant ratione sylvarum: sed Præside Kiburgi arbitro reversales litteras Monasterio consignarunt, quibus fatebantur, nihil sibi juris in lignatione esse, solâque ex gratia Abbatis ipsis permissum ligna decidua colligere. Ratione salis in eam audaciam prolapsi sunt, ut Prætor cum socijs non dubitarit, eam negotiationem nomine oppidi cuidam committere, pro merito hinc ab Abbate perstrictus. Nec minùs tota societas mulctata, quòd tempore interdicti vinum venale in domo sommuni

muni haberi permiserit: pœnâ tamen remissâ, postquam lapsi essent, etiam societatem mandatis Abbatis obtemperare debere. Semina hæc erant ingentium controversiarum, quæ quidem Electo Abbate Geroldo II. iterâ motæ, sed sub successoribus Benedicto et Bernardo II. nobis inspectantibus in apertam seditionem eruperunt.

Circa idem tempus Basilius Abbas Serenissimæ Principissæ Mariæ Annæ de Schwarzenberg vrbidobanam misit particulam de Cranio S. Mauritij Thebeorum Ducis, quam illa Augustissimæ Imperatrici ad diem Natalitium obtulit, satisfecitque eius desiderio, quò frustrà hactenùs aliunde compos illius fieri laboraverat. Ecclesiæ nostræ hæc Principissa dono dedit vestem auro gravem, ex qua duæ Capæ chorales, seu pluvialia cum insignijs Schwarzenbergijs facta sunt. extat pariter Casula pretiosissima, quam hoc ævo Serenissima Marchionissa de Baden Magni Ludovici Conjunx Ybernegiam per transiens reliquit, propriumque Manuum ipsius opus secum traduxit. die trigesima Junij anno nonagesimo quinto advenit venerabilis Pater Bernardus Gastini ab Aretio ordinis Capucinorum Generalis, atque miro rum factorum, et sanctitatis memoria relicta prima Julij discessit. Abbas verò noster Basilius interfuit vigesima quarta Novembris Electioni Reverendissimi domini Augustini Abbatis S. Blasij, nec non octava Decembris eiusdem inaugurationi, ubi Colloquio de Controversijs Habito, Augustinus ipse causas discordiarum in officiales rejecit.

Eodem anno inter utriusque Religionis Fœderatos Deo proxima bello visa sunt quando Præses Largavij Redingius exercitium Catholicum in Villam Wartau introduxit, ubi nonnulli ad Fidem Converst. Abbas consueta solicitudine Monasterium non solùm Catholicis, sed et proximo Magistratui Figurino comendavit: verùm Deo dante quievere arma reunione restituta. Frumenti tamen Caritas cùm ob bellum Gallicum perduraret, molestia

Frumenti Caritas.

Domui

Domui frumentariæ Rhenaugiensi creatæ à quibusdam vicinis, qui illam civilo intuebantur oculo. Negotiatores Rhenaugienses, ac præsertim Andreas Müller Tigregum delati, ibidemque, cum frumentum venale haberent constituti, quòd causam inopiæ, Caristiaque præberent. At Basilius Abbas prolixam ad Senatum scripsit purgatoriam, contestatus, falsos et indues fuisse delationes; forum Rhenaugiæ vi Iurium ac privilegiorum pro bono Patriæ, ac proximæ Figierinæ Ditionis esse constitutum; singulos frumenti modios tribus batzijs vilius Turegum Rhenaugiæ quam Schaffhusio deferri; Negotiatores libentius frequentare Rhenaugiam, quòd non adeò graventur præstandis, prout nuper in singulos tritici saccos nova Telonij exactio unius batzij ê cataractis Rheni imposita; itaque potiùs defendendum à Protectoribus Rhenaugiense forum contra Invidorum Machinamenta esse. Descripsit ad hanc Epistolam Senatus verbio humanissimis; promisitque officia sua pro Concordia cum dissidentibus conciliandâ. Tandem conclusa pace Helvicensi sequenti anno interdictum comeatûs ex parte Imperij solutum, querelarumque forma subcatus. Cessit Fürstenbergius Maximiliano Bavaro Coloniam, retenta Argentina, quæ prorsus in jus Galliæ Regis transijt, restitutis tamen Friburgo, Brisaco, et Philippopuli. ultimo articulo comprehensi quoque Helvetij cum eorum adjunctis.

obitus. Obijt Superiori anno die decima tertia octobris, omnibus necessarijs provisus, religiosus Frater Conversus Hermannus Dey, patriâ Murensis, ætatis anno trigesimo septimo: sequenti verò anno huius

1696. sæculi nonagesimo sexto die quarta Aprilis vitam pijssimè finijt P. R. P. Nicolaus Eendart Zollvilanus per aliquot olim annos postulatus Decanus Disertinæ, postea per quindecim Parochus Theraugiæ, ac per tredecim Conventûs nostri Prior, Successorem nactus, cum anno 1690. designasset R. P. Eberhardum Rutor. Totum deinceps Conjunctis pietatis exercitijs se

dedidit

dedidit; erat quippe rigidus disciplinæ
vindex, præsertim jejunij regularis, quod
neque in extrema infirmitate violare sus-
tinuit, duro solitoque lecto contentus;
ajens: nihil interesse, an hora citiùs aut
tardiùs moreretur, quam anno ætatis
septuagesimo secundo attigit. Inter hæc
ad finem anni superioris duodecima decem-
bris Illustrissimus Princeps S. Galli Cæ-
lestinus Sfondrati, ab Innocentio XII. Pon-
tifice Maximo Creatus fuerat Cardinalis.
Is in oppidum suum vrilense ad diem sex-
tam Januarij anno Nonagesimo sexto con-
vocavit reliquos Abbates Helvetiæ, con-
gregationem celebraturos, ubi inter alia
quædam acta sunt exactiones sæculares,
spectantia, quæ in quorundam Monaste-
riorum omninodum perniciem vergere
poterant. Resignavit Cardinalis Abba-
tiam, facultate à Pontifice accepta, suc-
cessorem nactus decima Januarij Principem
Leodegarium†. Profectus est deinde Romam
Sfondratus, rebusque præclarè gerendis
præpropera morte subtractus est die quar-
ta Septembris, cùm annum ætatis quinqua-
gesimum tertium nondum explesset, ma-
xèmo sui desiderio relicto; cuius itinerari-
um mortisque descriptio extat in Musæo
nostro Authore R. P. Hermanno S. Galli
Monacho, eiusque individuo socio. Litte-
ræ à Procuratore Roma ad Patrem nostrum
Geroldum Secretarium Congregationis
anno 1696. datæ testantur, jam tunc
Sfondratum suffragia ad summum Pontifi-
catum habuisse, cùm nondum Cardina-
lis esset. aliæ eiusdem Procuratoris lit-
teræ ad eundem exaratæ referunt Inno-
centium audita Cælestini morte excla-
masse: Magnum lumen Ecclesiæ perdi-
dimus. Populus Romanus virum celebra-
vit ùt Sanctum. Leopoldus Imperator
quàm maximè indoluit, cùm ille jam
destinatus fuisset Legatus pro pace cum
Gallia rum Rege componenda, quæ tamen
proximè subsequuta est. Erat Sfondra-
simul Protector totius ordinis Benedic-
tini, quem in hoc munere excepit Cardi-
nalis Panciatici, cui pariter nomine Con-

† Bürgisser.

-gregationis

gregationis gratulatus est Geroldus.

1697. Basilij Abbatis. Annus nonagesimus septimus nostro quoque Reverendissimo Abbati Basilio fatalis fuit. Die enim vigesima tertia Januarij apoplexia tactus, sequenti die omnibus morientium sacramentis fuit premunitus, contestatus confessario suo P. Anselmo, nihil potiùs esse, quod conscientiam suam graveat. Accedente Febri acuta, rursùs apoplexia tactus, inter convulsiones non modicas spiritum creatori reddidit, cui magno fervore deservire studuerat. Monasterio profuit, non solùm Conservata ac promota disciplina Monastica sed etiam re temporali adaucta, coemptis quibusdam fundis ac censibus, ac præcipuè dynastijs Mamerensi ac Roburgensi, quamvis ab alienum ob eam causam contractum, ob temporum penuriam expungere non potuerit. Restabant in Cleggovia plurima recolligenda, ipse tamen frumenti cumulum non spernendum deliquit, cuius curam reliquis anteponere consuevit. Ædificia quædam, præter domum frumentariam, construxit, ut fornicem Lapideum ibidem ad inferiorem pontem; Molendinum superius restituit, et cellam vinariam pro quotidiano usu infra ædificium Abbatiæ; hucusque enim illo comodo caruit Insula nostra ob proximam humo aquam. Decorem domus Dei magnoperè adauxit, prout ex decursu historiæ perspeximus. Nam præter ornatum rubrum auro textum, alium pretiosum ex holoserico + pro defunctorum officijs fieri curavit. Inter Casulas pondere suo ac splendore reliquas superat illa, quæ S. Basilium refert, Margaritis, auro, variisq; floribus acu pictis mira arte contexta. Præcellenti eruditione cum fulgeret, primus ipse doctrinam Thomisticam in hocce Monasterium induxit, constituto primo eius Professore R. P. Geroldo Zurlauben. Primus itidem Jurisprudentiam in Monasterio nostro publicè docuit, turbulentis licèt citibus exagitatus. Jurium Monasterij acerrimus Defensor, in continuis ferè processibus ac persequutionibus, nihilominus egregia—

+ viloso

Christianæ

christiana mansuetudinis specimina dedit. Cultu Erga Beatissimam Virginem fuit prosus singulari, eamque sub titulo Immaculatæ in ore et corde semper habuit. Reliquit plurima manu sua scripta, inter quæ numeratur Philosophia tripartita, ac Theologia Scholastica universa. Eminebat in Morali præcipuè, unde sequentia ipsius opera typis impressa: Anatomia scilicet Speculativo-practica, Actus humani; Testimonium conscientiæ bonæ; Fasces piorum votorum; Parochiale denique Sacramentale practicum. Fertur eius Cadaver post mortem vivente pulchrius ac vivacius apparuisse, quod Conditum est die vigesima octava Januarij in Basilica ante aram SS. Apostolorum, in quam collocaverat corpora SS. Deodati ac Theodoræ, cum sequenti inscriptione, Characteribus, præter insignia ex ære capidi infossis.

Hæc Requies
Ad SS. Deodatum et Theodoram
Rvdmi et Amplmi Præsulis ac Dñi
D. Basilij Itten,
Fugio Agerensis.
qui studio ac Labore fractus,
Pater Pauperum,
Et Mariani cultûs Propagator,
Pie in Domino obijt
Anno 1697. Jan. 27. æt. 64. Reg. 16.

Præfuit enim Monasterio nostro quatuordecim annis cum octo Mensibus, et octodecim diebus. In nova nostra Ecclesia Lapis Sepulchralis ad introitum chori Jacet, ædificiô versus Septentrionem dimotô. —

800.

Geroldus II.

Zurlauben de Thurn et Gestellenburg

Abbas LIII.

1697. Prosapia Geroldi.

Prosapiam huius praestantissimi Abbatis superius attigimus, ubi de Geroldo I. eiusdem stematis Abbate actum. Erat itaque filius Beati Iacobi, cuius ex fratre Henrico nepos pariter Beatus Iacobus prae reliquis gloriam gentis ad summum usque culmen provexit. Cum enim Dynastiam Wyllerthal, à rege Christianissimo in comitatum Alsaticae erectam obtinuisset, Tribunus Legionis Germanicae Mareschallus, anno 1701. Praefidij Montisacuti Praefectus, ac primi ordinis exercitûs Dux, quem Generalem Locumtenentem Galli vocant; anno 1704. cum Hochstadij Caesareanos iterum iterumque repulisset, pluribus vulneribus confectus ultimo die vigesima prima septembris obiit. Porrò Beatus Iacobus huius nominis primus, Pater Geroldi nostri secundi, Tugij Landamannus, Capitaneus Provinciae liberae, et eiusdem Cancellarius hereditarius, anno 1656. Vilmergae cum alijs Catholicis victor, obiit anno 1690. habuitque ex duabus uxoribus Duos supra viginti liberos, ex quibus Praecipuè memorandus Placidus Princeps primus Murensis, illius Monasterij Restaurator, immortali memoria dignus: Beatus quoque Iacobus huius nominis Secundus, Landmannus Tugij, et Praefes Turgoviae, frater Geroldi nostri nobis dedit R. P. Augustinum, virum pietate doctrina et eloquentia clarum; et ex filio Beato Ludovico nepotem eruditissimum Dominum Baronem Beatum Fidelem Antonium natum anno 1720. qui exemplo hactenus quoad extraneos insueto, Nobilium Juvenum Collegio à rege Christianissimo associatus, anno 1744. praetoriae cohortis Capitaneus, et jam inter Reliquos primus, titulo Mareschalli ab anno 1752. cum pensione fulget, socius honoris Regiae Academiae de inscriptionibus et bellis Litteris, nec non Romanae arcadicae, plura eruditissima opera publici Juris ~~fecit~~ fecit

fecit, ja[m] mihique monumenta solidissima a.
pro illustranda Monasterij nostri historia
suppeditavit. Alius Geroldi nostri Secun-
di ex Beato Jacobo nepos, Beatus Placidus
Franciscus non minus ad summos in aula
Regia honores pervenit, anno 1770. Pari-
is defunctus, Tribunus Legionis Prato-
riæ, et Primi ordinis militum Praefectus,
~~ex conjuge sua [illegible] genuit filium, qui etiam est Anto-~~
~~nij de Costal, pariter Generalis [illegible]~~
~~nentis et inspectoris Portus Ulmini Navar-~~
~~de Grace~~. Caeterum Geroldus noster in Sacro
fonte nomen Leontij sortitus fuerat, in me-
moriam S. Martyris Murensis Patroni, cu-
ius invocatione non sine numinis beneficio
in lucem effusus est, periclitante Matre
Maria Barbara Zeling de Biberegg anno
1649. Post professionem Rhenaugiæ emis-
sam, missus ad S. Gallum cum Fratre Ber-
nardo Gallatin, sub Professore Coelestino
Sfondrati Theologiam et Jurisprudentiam
edoctus est. Reversus post quinquennium
Rhenaugiam easdem facultates prælegit,
Secretarius totius Congregationis, et ab an-
no 1691. Cellerarius magnus constitutus,
cuius electionem ad Abbatialem digni-
tatem jam prosequimur.

Electio. Praefixa à Capitulo die sexta
Februarij anno Nonagesimo Septimo, ad fu-
turam electionem Invitati fuerunt per
R. P. Geroldum Excellentissimus Domi-
nus Michael Angelus de Comitibus Nun-
tius Apostolicus, postea Pontifex
Maximus Innocentius XIII. et Reveren-
dissimus Placidus Abbas Murensis; nec
non per R. P. Petrum Capituli Secreta-
rium Illustrissimus Princeps S. Galli Leo-
degarius, quorum socij testium loco essent.
Notarium verò ageret R. P. Aegidius Effin-
ger Einsidlensis. Cum Dominus Nuntius
pridie seriùs advenisset, in alteram
diem dilata est solemnis exceptio. Prin-
ceps verò S. Galli Missam de Spiritu
Sancto celebravit, et Capitularibus Su-

- cram

[s]ubvidatur de hoc aliisque Durandijs Dictio-
narium Advocat editionis Ulmensis to. IV. à
pag. 1155.

cram communionem impertiſt. Sermonem ad Electores, ipſamque poſtea electionem Nuntius promentiavit, quæ facta eſt per vota occulta ſcripto Calici immiſſa, ſcrutinio tamen per compromiſſum mixto, juxta morem caterùs obſervatum. Capitulares porrò ſequentes erant.

R. P. Eberhardus Suter Prior.
R. P. Felix Seiler Subprior.
R. P. Sylveſter Gios.
R. P. Petrus Lündig.
R. P. Maurus Göldlin à Tiefſenau.
R. P. Blaſius Sumerer.
R. P. Geroldus Zurlauben.
R. P. Bernardus Gallatin.
R. P. Edmundus Schilter.
R. P. Januarius Haffner.
R. P. Erneſtus Schmid.
R. P. Eupertus Keller.
R. P. Anſelmus Baumgartner.
R. P. Beda Lindau.
R. P. Mauritius Tſcharandi.
R. P. Wolvenus Göldlin à Tiefſenau.
R. P. Deodatus Tietler.
R. P. Joſephus Zoug.
R. P. Joachimus Cotter.
R. P. Urſus Düggelin.
F. Finianus Knopflin.
F. Placidus Beſler.
F. Ildephonſus Ackermann.

Primo ſtatim ſcrutinio evidenter id habet inſtrumentum Electionis, majora accepit R. P. Geroldus, ætatis quadrageſimo octavo, qui non ſine terſiverſatione, ac invocatione Sanctiſſimi Nominis Jeſu, cujus feſtum ea die occurrebat conſenſum præſtitit. Mox promulgatio de more facta, et Neo-Electus ſibi eccleſiam et conclavia Abbatialia introductus in poſſeſſionem immiſſus eſt.

Confirmatio. Die undecima Februarij R. P. Anſelmus + fuit ad Celſiſſimum Epiſcopum Argentinenſem de Rodt cum litteris quibus petebatur, ut commiſſionem proceſſus inſtituendi Reverendiſſimo Placido Murbenſi Abbati demandaret. quâ Commiſſione obtenta die vigeſima octava Ejusdem Menſis denuò adveniens Abbas Murbenſis ſolemniter trajectum prodefunc-

+ miſſus

to

-to Abbate Basilio celebravit; simul et et Processum Electionis formavit, Instrumentum scribente R. P. Joachimo Hegner Notario Murensi, testibus autem R. D. Joanne Henrico Suter Rectore in Wyld-Kirch, Generosi Domino Joañe Casparo de Waldkirch, aliisque. destinatus die decima Martij pro confirmatione obtinenda constantiam R. P. Eberhardus Suter Prior cum P. Anselmo, eam obtinere nondum potuit, donec vigesima nona eiusdem Mensis P. Bernardus eam impetravit quidem sub nomine Episcopi tanquã Sedis Apostolicæ Specialiter delegati: verùm solus vicarius Generalis adscriptus erat, secus ac in concordatis exprimitur. Missus itaque denuò secretarius Joañes Georgius Mantz à Geroldo constantiam, qui aliam chartam confirmatoriam ab ipso Episcopo expeditam postularet; sed à vicario Generali pro responso accepit, id factum fuisse ex memoriæ Lapsu, certò facturum Episcopum, si prævie monitus fuisset; cum porrò vicarius de expresso mandato Episcopi subscripsisset, nihil porrò dubitandum

Benedictio. de valore confirmationis. pro Benedictione solemniter impertienda primum constituta fuerat dies vigesima prima Aprilis: verum Nuntio Apostolico infirmitate detento, dilata fuit ad diem primam Maij. Adstiterunt Excellentissimo Domino Reverendissimi Abbates Placidus Murensis, et Augustinus S. Blasij. Aderant quoque à Cantone Turgoviensi deputati Beatus Casparus de Zurlauben Landtammann et Eques Auratus, Neo-Electi Frater, et Johannes Jacobus Andermatt itidem Reipublicæ officialis. Cæterea alij Abbatis Fratris initiati actum decorarunt, Beatus Jacobus Præses Turgoviæ, et Fidelis Capitaneus, nec non R. P. Ludovicus Magnus Cellerarius Wettingensis, Vasalli Monasterij, præsertim Schaffhusiani citati Comparuêre: Nomine tamen Nobilis Domini Nicolai de Klingenfues, Pastarum Magistri, de quo alibi egimus, substitutus fuit Dominus

Regionum ordinum Michaëlis Gabbio Mauritij et Lazz Sabaudiæ, et Cantonis generalis provinciæ Libertatis Argoviæ,

Wyscher

Wiscker. Conventus gratulatus est pictura quadam versibus et emblematibus aureis litteris exornata. Comites Excellentissimi Domini Nuntij inter alios erant nobilissimi Domini Passerini et Fagnani.

Protectio. Legati Helvetiorum Badenæ congregati die octava. Julij litteris Geroldo gratulati sunt, sua officia ac protectionem offerentes: quibus Abbas gratias egit, promittens, proxima hebdomada se missurum, qui Chartam Protectionis expeteret. destinatus R. P. Prior cum P. Bernardo querelam movit de titulo consueto in litteris ad Abbatem omisso. Aliquot diebus tenuit altercatio, asserentibus legatis, ab anno 1684. quo titulorum mutatio universim facta, nulli Abbatum gratiæ nomen abjectum. Tandem nostri vicerunt, obtinuerunt[que] Literas optata forma conceptas privilegiorum confirmatorias, dato pro tutela honorarijs, quas tamen + Cassarius de Zurlauben orator Tugiensis recipere recusavit. Homagia à subditis mox Abbas Ami sorijsque suscepit. At Cives Rhenaugiæ prævia quædam gravamina obtulerant, quibus Geroldus sumatim respondit: nullis novis oneribus eos esse gravandos sed tanta gratia usuros, quantam sub Abbatibus Eberhardo et Bernardo experti fuerant. habito desuper capitulo consilio, die secunda Augusti decretum, nihil de Juribus Monasterij remittendum esse, posse tamen alteram ex duabus Gallinis, quas singuli Cives jam à quadraginta annis præstiterant remitti, si morigeros se exhiberent. die ad homagium præstitutâ civibus Congregatis per Secretarium prælecti fuerunt articuli oblatis omninò contrarij, Præfecto Tschoven gravem admonitionem adjiciente. At Abbas benignè allocutus, gratia sua securos esse jussit, effecitque, ut absque mora in verba præscripta jurarent; et sic tempestas iste prioratu ejus regimine gravis, reversa sub successoribus.

+ Beatus

obitus. Eadem die, quâ Rhenaugia Geroldus electus est, R. P. Benedictus Besler, adfelicem, ut speramus æternitatem assumptus est, ætatis anno quinquagesimo quarto, Mammere, quam Dynastiam primus per decennium

insigni

insigni prudentia et Laude administravit.
Nobili is Genere urania procreatus erat, Patre Carolo Emanuele Landamanno, et Matre Maria Barbara de Zoll; à Basilia Abbate statim æconomicis negotijs, præsertim Granario adhibitus, solertissimum se æconomum probavit, ut tamen omnibus præsertim pauperibus et indigentibus acceptus esset. Hydropisi consumptus, ritèque provisus, sepultus fuit in Ecclesia Parochiali. Socium nactus est ad æternitatem venerandum et Amandum Seniorem Patrem Sylvestrum Gio. Cappersvilanum die Septima Maij, cùm. septuagesima duoque annos vixisset, quorum potiores in sacræ Suppellectilis custodia transegit; Diuturnis morbis fractus, suffragium in Abbatis Electione in Infirmitatio Notario et Testibus comisit. Eodem tempore absens erat Geroldus Abbas, profectus ad Eremum, ubi in cœtum Congregationis assumptus est. R. P. Ambrosius Pintener Eo eodem Monasterio Loco Geroldi Secretarius congregationis constitutus; Campidonenses visitationem postulaverunt, sine culpa congregationis frustrati; R. P. Benedictus Closner Decanus Fabariensis, vir in agendis industrius, pro alijs negotijs Romam destinatus, operam suam non sine fructu impendit, periculum à Monasterijs avertens, quibus bona Ecclesiastica intentione fabyci poterant.

Forum Frumentarium propugnatum.

Inter primas exteriores curas Geroldo forum frumentarium fuit, cui diem Mercurij per singulas hebdomadas assignavit, civibus data negotiandi facultate quâ aliàs carent; renovatisque mandatis, quibus modus in foro tenendus præscribitur, taxa Telonij determinatur, præcipiturque ut naves ad littus appellerentur, ad præcavendum defraudationis periculum. Rectis rei nauticæ Schaffhusij præceptis ea res displicuit, querelis primùm apud Magistratum Jucum, deinde ad comitia Badensia deductis. Monitus Abbas, ne jura sua aut privilegia transgrederetur, memoriale requisitis instructum ad consulem Figurinum destinavit, qui illud reliquis cantonibus Communicaret; ipsis verò exactoribus die octava Januarij anno nonagesimo octavo rescripsit, regalia ista ex diplomatibus re-

1698.

gijs

Abbas LIII.

-gijs et Imperialibus, Foederatorum Confirmatione roboratis, Monasterio competere, ostendítque suas ordinationes publico bono nihil officere, sed proficere plurimum. Tandem ad iteratas senatûs Tigurini instantias Convenit Abbas cum Schaffhusiæ nautis de modo præstandi Telonij taxam, ut tamen et illi desisterent à navibus suspensò ex altera parte Rheni propè Monasterium pellendis, quod contra antiquum morem, sine ullo compendio, sed cum magno rerum Monasterij periculo illi tentaverant. In Rhenaugiâ oppido ex ijsdem privilegijs Abbas Geroldus opificum societatis præscriptis legibus ordinavit, ut non minùs quàm in alijs Civitatibus ad Magisterium pro more Germaniæ in suis artibus et opificijs pervenire possent. Monasterij autem ædificia extrà insulam muris claussit, extructâ forinsecùs porta, cui custos adv-gilaret, magno suo scuto Gentilitio conspicua; compluis quinque Cerium domibus, dirutisque, cellam majorem vinariam, hortumque exteriorem claussit. Inter horrea in atrio equilia constituit, aliamque portam vineæ proximæ præfixit. Et hæc quidem initia structurarum, quibus fermè innumeris tempore Regiminis sui Geroldus aliam ac pulchriorem formam Monasterio nostro dedit.

Ædificia.

Benefactores. Eodem anno ~~octogesimo nono~~ 98vo die decima nona Julij obijt Illustrissimus Comes Franciscus Carolus de Fürstenberg, Monasterij amicus, olim Rhenaugiæ exul in domo propria, quam Fronschegg vocant. Cum à Conventu in fraternitatem assumptus fuisset, moriturus grati animi ergò donum per Dominum de Neustein transmisit. Eadem fermè die decima octava Julij anno sequenti Vindobonæ diem extremum claussit Serenissima Domina Anna Maria Principissa de Schwarzenberg, nata de Helt, cui uti Benefactrici parentatum. Hâc faventè per virum nobilem et Eruditum Dominum Aydium de Greüth consiliarium ejus auticum, Conventio facta cum Regimine Cleggoviæ; ratione plurimorum censuum Restantium, ut nimirum Juricolæ duos integros penderent proximis quatuor annis,

1699.

prox-

præstando singulis dimidium supra ordinarium; ex capitalibus verò pecuniarijs tres census dilucrent, reliquis condonatis. Cùm verò eadem tempestate Suma annonæ penuria deseviret, Imperij Sueviæque Proceres prohibuêre, ne frumentum Helvetiæ inferretur, nisi tesseris datis licentia impetrata fuisset. à qua tamen lege, quæ venditiones respiciebat, exemptæ manserunt clegyriæ decimæ cum censibus. At inter alios quidam Civis Zhenaugiensis Andreas Müller, Campo ad Signum Bovis, nullum non periculum, laborémque subijt, ut aliquid frumenti ex Suevia nanciscaretur, ulteriùs Helvetijs vendendum. quo facto non solùm in Suevia, sed et in Helvetia adversarios sibi conscivit, qui in perniciem eius videbantur fœderati. De per quosdam Schaffhusianos ad Senatum Tigurinum delata, misit ille Zhenaugiam Jacobum Escher Senatorem, qui Andream apud Abbatem denuntiaret, quod frumentum in terris Imperij emeret, ac illicitis modis distraheret. Ferebatur ille magna Caristiæ causa, ut qui ingentem frumenti Copiam in meatibus subterraneis detineret. quamvis hæc postrema à veritate aliena esse constaret, prohibuit tamen Abbas ipsi, cæterisque eius socijs ulteriorem frumenti negotiationem, et Magistratiæ subsylvaniæ, qui eodem tempore per Andream frumenti emptionē expetiebat, suasit, ut alium ex suis Commissarium constitueret.

Controversia ob annonæ Caristiam.

Verùm non quievit tempestas, quin in proximis Comitijs Badensibus quibusdam incentoribus in magnam protruderetur procellam. Etenim oratores de annona solliciti, accusatum denuò tanquam Auctorem pretij aucti Andream Müller die Sexta Julij litteris patentibus ad Suum tribunal citârunt. At Geroldus, qui à se Judicandum rem, aut certè requirendum existimabat, statim ire non est passus, sed litteris ad oratores datis eius purgavit absentiam. Non tulêre repulsam legati, sed indignatione concepta destinarunt domicilium de Dupplin Frauenfeldæ Landamannium, qui peremptoriè

torie exposceret reum, alias vi adhibita deportandum. Connivere itaque Abbas coactus est, atque permittere, ut Andreas Badenam se conferret, simul tamen litteris ad oratores datis die decima septima Julij jura Monasterij reservavit, constituto procuratore Hermanno tunc Parthenonis Paradysi officiali, qui excipiendo cum moderatione et respectu ad Protectores Monasterij, reum sive civiliter, sive criminaliter judicandum repeteret; die vigesima sexta Julij à quatuor ex oratoribus deputatis quæstioni subactus est Andreas, et in honestam custodiam missus, quidquid opponeret Hermanno. die vigesima nona sententia lata mulctatus est quingentis taleris, insuper in omnes expensas condemnatus, interdicta in perpetuum frumenti negotiatione, nec dimissus ex custodia, quidquid horum cum liberis precaretur, nisi pecuniâ priùs numerata. Ad Geroldum verò Abbatem nostrum prolixam dedêre Epistolam, Auctore Propræfecto Badenæ Schnorpf, quâ eidem quidem altam et Bassam jurisdictionem non inficiantur, at Supremam Fœderatis competere docent; proindeque jus ipsis esse, in rebus patriam concernentibus, cives Thenaugiæ citare, atque proadmissis punire, maximè cum Justitiæ administratio ab Abbate negligitur; quem hortantur, ut in reliquos Andreæ Complices animadvertat; addunt denique protestationem interpositam, quæ frivola videtur, se ad Magistratus proprios relaturos. cæterùm in recessu Comitiorum istorum Nundinas etiam hebdomadarias Thenaugiæ juxta privilegia adimi non posse, professi sunt, quidquid Schaffhusiani ratione frumenti venalis opposuerint.

Ne quid tamen suo muneri deesse pateretur Abbas, ad singulos Cantones Protectores litteras dedit, additis copijs nonnullorum documentorum. Nec minùs prolixam apologiam obtulit eorum legatis die septima septembris iterum Badenæ congregatis Auctore domino Le Grand tunc Auditore et Cancellario

Generalis

Generalis Bürkle Figurini, ac paulò post Archipræfecto Thenaugiæ. is privativam quodammodo Jurisdictionem in subditos probare missus est ex homagio, quod Abbati Cives tanquam naturali Domino annuatim præstant, longèque antiquius est illo, quod præstari solet Præsidi Turgoviæ, qui advocatorum et tutelarium personam repræsentat; his enim omni ævo, mox ut liberè electi erant, jurare tenebantur Subditi Monasterij, non in illius detrimentum, sed emolumentum potiùs. qua de re videri potest Lesingius in historia Imperij to. I. pag. 577. Hoc ipsum porrò juxjurandum longè diversum esse ab eo, quod incolæ Turgoviæ, vel etiam cives Diessenhovij emittunt, qui naturalis [b] Dominij mentionem faciunt, omissam in formula Thenaugiensi. Deinde pluribus Foederatorum chartis decerni, Thenaugiam nec Turgoviæ, neque Argoviæ accensendam esse imò pacis publicæ non esse subjectam. [c] Exceptam conceptis verbis fuisse à conventione cum tribus civitatibus facta anno 1556. qua ad alicuius regiminis participationem in Turgovia admittuntur. Ipsos dominos Protectores pluries fateri, se fuisse in advocatos liberè adlectos, [d] prout Duces Austriæ immediatè præcedentes, inter plures competitores liberrimè adsciti sunt; in quorum tutelaria jura successerunt Cantones selecti, et quidem alio tempore, quam dum serviebat cum memoratis ducibus bellum, reservatis Monasterij Imperialis prærogativis, quibus antea fruebatur. Executionem Capitalis sententiæ præscribi nomine Abbatis, ob statum Ecclesiasticum impediti, ob cuius compensandas expensas jus fisci fuisse concessum ab Abbate, qui et jus aggratiandi haud semel exercuerit. Jus Helvetiæ aliàs Monasterio proprium,

b.

c.

d.

Fœderatos

---

[b] Ihren rechtmäßigen obristen, und natürlichen herren.
[c] de anno 1564. et 1581.
[d] Nit anstößig, noch in keinem weg mit schuldigen pflichten verbunden.

Foederatos tamen concernere, quantùm ad defensionem Patriæ est necessarium, qui publicis Instrumentis Abbatem Abbatiæ Dominum vocant, eiusque Jurisdictionem superius dominium, Oberherrlichkeit. [c] Tandem quod ad præsens factum attinet, non omnes Andreæ Müller delationes veritati consonas fuisse inventas; neque Abbatem in corrigendo eo negligentem fuisse, pœnâ quinquaginta talerorum in eos lata, qui aliorsum quàm in Helvetiam frumentum venderent, ac tandem negotiatione ad tempus prohibita. His tamen rationibus non obstantibus ex proximo conventu Foederati scripserunt Geroldo Abbati: standum superioribus actis, nec causam remitti ad eum posse, quod objectiones extraordinarias ad supremum jus meritò delata fuisset. Itaque Andreas non solùm huic, sed et alteri Judicio in suevia succubuit, quo conventus ob illicitè frumentum emptum fuerat; unde ad incudas redactus, jus tabernæ feudale Monasterio cedere coactus est, restitutus postliminiò honori, et ex uxoris patrimonio tandem etiam bonis.

Prænemorato anno nonagesimonono Reverendissimorum Patrum congregationis nostræ cœtus coactus est die decima tertia Maij ad Monasterium Fabariense, ubi quædam disciplinam Regularem spectantia decisa sunt. Excellentissimus quoque dominus Julius Piazza Archiepiscopus Rodiensis, qui in munere Apostolici Nuntij superiori anno Angelum Conti excesserat, egregiam pro congregatione impendit operam, postea relatus Cardinalis. obierat Ebenaugiæ R. P. Ernestus Schmid uraniæ nobilibus Parentibus natus, vir pius et Innocens, Archimagiri et Archivistæ munere functus, apoplexia tactus, ætatis anno trigesimo nono die nona Januarij. Proximo anno Septingentesimo supra Millesimum Confratrem

obitus.

à 1700.

Sequutus

[c] In divisione territoriali altæ jurisdictionis anno 1679. inter Magistratum Figurinum et Monasterium.

Geroldus II.

Sequutus est pia morte die vigesima sexta Septembris senior septuaginta quinque annorum R. P. Felix Heller Wilensis natus Joane Jacobo Consiliario Aulico Principis S. Galli, in cuius Monasterio Frater studijs, magis autem Religione, et arte pulsandi organum profecit. Unde Novitijs ac Conversis, toti quoque Conventui subprior per annos omnino quatuor et quadraginta summa laude ac zelo praefuit, tam verbo, quam Exemplo ceteris praelucens, nec nisi per obedientiam ob senium et infirmitatem à communi oratione abstrahi passus; nunquam tamen alias aegrotus, aut medicinis usus. Abbas verò noster Geroldus Isfettae Molendinum inferius totum ex fundo construxit, cuig

1701. frater Germanus Placidus Abbas Murensis ab Augustissimo Imperatore Leopoldo sacri Romani Imperij Principis titulo sequenti anno est condecoratus, tum ob praeclara merita, tum quod Monasterium illud celeberrimum ex Progenitoribus Habspurgicis Ratebotone et Ita, in monumentis quoque nostris occurrentibus fundatum fuisse constaret. Fratris Zenaugia denuo notatur obitus ad diem undecimam octobris Religiosi Fratris Conversi Nicolai Keller Isfettensis, qui Ecclesiae Ministerium usque ad annum aetatis 82. sedulus obivit.

Belli motus. Recruduit hac tempestate bellum inter Leopoldum Caesarem, et Ludovicum XIV. Galliae Regem ob successionem in Regnum Hispaniae mortuo Carolo II. ultimo Austriaci Sanguinis Rege. Helvetij Neutri parti adhaerentes, privati tamen stringue militabant. unde facultatem conducendi militem à Geroldo Abbate Zenaugiae impetrarant tum Bürglius Tribunus Caesareus, tum Schullenburgius nomine Ducis Sabaudiae, qui favebat Gallis. Initio res prospere cessere in Italia Caesari, fuso die nona Julij Villaregio, rex Duce de Ville Gallio Marsa et occupata Mirandula ab Eugenio Duce

Caesareo

1702. Cæsarco; quin et sequenti anno occupation per Romanorum Regem Josephum Landavium. At Villaregius haud procul Basilea superato Rheno, infestam armis reddidit vicinam nostram; obsistente Ludovico Marchione de Baden, ne in Sylvam Hercyniam penetraret, ubi Helvetij duas Legiones quatuor urbibus conterminis præsidij loco imposuerunt; /f/ Maximilianus interea Elector Bavariæ, Gallis fœdere junctus, cum antea Belgium nomine Hispanico administrasset, occupata per astum ulma, tentabat per Helvetiorum terras, aut Villaregio Copias jungere, aut penetrare in Italiam, negantibus tamen transitum Helvetijs, apud quos res austriacas tunc curabat Ægidius de Greuth sæpè nominatus, loco Comitis de Trautmansdorff Cæsarei oratoris. /f.

Exules. His turbis in Suevia invalescentibus plures Exules, præsertim Religiosi, Rhenaugiæ Refugium obtinuerunt. Primæ erant Religiosæ Moniales ex Monasterio Amptenhausen ordinis S. Benedicti, quæ in domo extra insulam, pro hospitibus huiusmodi destinata, cum Domina Abbatissa liberaliter per plures annos, non continuos quidem, sed per intervalla, habitæ sint, beneficium grato animo agnoscentes. Has pone sequutæ sunt Cistercienses ex Monasterio in Veidingen, quæ primò apud quemdam civem, deinde in Domo Fürstenbergica Fronsehegg dicta habitarunt. Abbatissa ex Zollenmünster veracem Socia admissa fuit in arcem inferiorem Mameræ, quæ haud procul horto extabat. Arcem Neoburgensem exul insedit Constantinus liber Baro de Ulm. Ex Monasterio S. Trudperti Religiosus Frater Marianus Keller à Reverendissimo hic Commendatus per biennium studijs Theologicis inter nostros incubuit. Ejus condiscipulus fuit F. Leopoldus Berger ex Monasterio Schutterano, uterque triennium Rhenaugiæ hospes, necnon R. Pater Maurus Buch ex eodem Monasterio, qui tamen citiùs discessit. Ex Monasterio

ochsenhusano

/f/ waldkirch pag. 738.

ochsenhusano ultrà annum hospitatus P. R. Hieronymus Lindau postea Abbas Frater Germanus nostri R. P. Bedæ. Reverendissimus dominus Wolfgangus Abbas Zwifaltensis Religiosos Fratres ad studia commendavit Cœlestinum Frey, Casimirum Muller, et Mauritium Boog; quibus tamen revocatis et cum maiore dimissis substituit Reverendos Patres Rupertum Hebbling, Michaëlem Knitel, et Willibaldum Pflaumer.

Rhenaugiæ providetur.

Periclitantibus itaque Helvetiæ finibus Senatus Tigurinus Abbatem monuit die decima quarta Septembris anno ipsius Sæculi secundo, ut Rheno invigilaret. quapropter Cives Rhenaugiæ in decem turmas distributi jussi sunt pontem per vices Custodire. Senatui verò rescriptum: in promptu esse vigilias, ære Campano ac Mortariorum strepitu signum dandum, si necessitas immineat, ut proximi Tigurini suppetias ferre possint. Eâdem solicitudine et Religiosi Fœderati scripserunt, datis Mandatis Præfecto Martelensi, ut paratus esset ad succurrendum, donec hoste urgente et ipsi pro defensione suas copias immitterent. Ne quid interea negligeret Abbas, pro immunitate Locorum in Imperio sitorum misit ad Gallicæ Regis oratorem Ludovicum Guyzieulx, ~~exhibet~~, Supremi ordinis Ducem, qui vigesima octobris Litteras patentes sua manu subscriptas concessit, in quibus omnes tam clerogviæ quam Ulpegoviæ pagi numerantur, qui aliqua ratione Rhenaugiæ subsunt; testatur quoque, negotium ad Summum Exercitûs Ducem villa-Regium fuisse delatum, qui respectu Familiæ Furlaubianæ omnem amicitiam foret exhibiturus. Ad finem anni trigesima decembris finem vitæ fecit Benefactor Monasterij Prænobilis Dominus Christophorus Jacobus à Waldkirch, cui ter mille florenos testamento legavit.

1703. Anno Septingentesimo tertio bis Cæsi Cæsariani ad Spiram et Hochstadium. Villa regies occupatis in valle Künzingana oppidis Haslach et Wolfach, superatisque Hercinæ montibus, castra

Castra ad villingam metatur. Elector Bavariæ Brigantium cum überlinga in potestatem redigit, junctisque Gallis denuò solicitat Comeatum in Italiam per Helvetiorum ditiones. Verùm frustratis Gallici oratoris laboribus, infausto consilio per tyrolim irrumpere parat, obviam sibi Fridentum usque progresso duce Vendomio, nam ab accolis Tyrolensibus magna suorum strage, nec minori vitæ periculo viam deligere compulsus est. Die sexta septembris Brisacum post brevem obsidionem ex subsidiorum defectu à Præsidij Præfecto Comite Philippo de Arco deditum Tallardo, qui ea propter in quæstionem vocatus, propria manu literas dedit ad Abbatem nostrum Gerolduem, quibus obnixè postulat, ut mittere sua expensis pro defensione sua dignetur Archiprafectum Monasterij Le grand, quocum totam causam communicasset. Detineri se jam per tres hebdomatas Brigantij, quod Judices officiales Bellici inter quos Tribunq Bürsfle. nondum convenissent; sperare se proximam de inimicis victoriam. At res contra accidit; nam properata sententia cervicem amisit, quam non minus Christiano ac forti animo dedit. Interea ingravescente periculo Abbas Geroldus scripsit ad Serenissimum Principem de Schwarzenberg, Origendas esse Vendas extra pontem ad tutelam Rhenaugiæ contra irruentes Gallos atque Bavaros: Nec venit Princeps, addita tamen monitione ut pace restituta una cum custodibus removeantur. Gratias simul humanissimas retulit pro impetratis à Gallorum ducibus Immunitatis teseris, quibus Clegovia subditi fruerentur. Eodem anno Geroldus domum frumentariam ad inferiorem pontem, quam antecessor struxerat, totam comoditati negotiantium ac hospitum relicturus, novam ad Rhenum molitus est, ex qua cum laboris compendio naves onerari possent, tabula deinde ampla pro equis, qui ex Suevia frumentum advehirent, adjecit.

Geroldus privilegiorum

Cæterum Geroldus inter tot intestinaque pericula, pro conservatione

Monasterij

Confirmationem â Cæsare petit.

Monasterij, eiúsque Iuriam ac privilegiorú, necessariam duxit Chartarum Confirmationem â Cæsarea Majestate impetrandam exemplo antecessorum suorum, quod tamen proximi duo Superiores omiserant. Concredidit itaque quatuor chartarum transumpta Illustrissimo Comiti de Trautmansdorff oratori Cæsareo, ut officijs suis postulatu promovere dignaretur: quod postulatum repetijt, cum orator vindobonam peteret, Renaugiam pertransiret, addita simul supplicatione ad Augustissimum. Verum cum ille diutiùs moram protraheret, urgereturque per Egidium de Greuth, eig interea negotiorum gestorem in Helvetia, rescripsit vienna Mense Novembri anni tertij supra septingentesimum et millesimum chartas creditas fuisse amissas, unde nova transumpta esse mittenda. quibus tandem Consilio Aulico praesentatis, die vigesima prima Augusti anno sequenti emanavit Decretum in haec verba: Fiat confirmatio in Conformitate illius de die decimo Septimo Maij anni 1624. quandò nimirum Eberhardus noster Abbas tertius ab Augustissimo Imperatore Ferdinando II. Confirmationem Cæsaream expetierat. Verum forma illa Brevis nimium et Generalibus duntaxat verbis concepta erat, cum Geroldus cuperet Chartas quasdam praecipuas in Diplomate formando integras recenseri ac roborari. Has itaque Comes de Trautmansdorff Vindobona reduxerunacum Egidio de Greuth, ex mandato Cæsaris, Renaugiae in superiori aula concavi propríjs oculis inspexit, ac probavit. Negotium tamen ipsum per hanc moram retardatum, maximè cùm bellum Hispanicum undique ferveret.

1704.

Prælium Höchstettense.

Maximilianus Elector Bavariae restauratis copijs Augusta occupata, junctusque Gallorum copijs vicingam obsederat. Verum duce Marlaburgio cum Anglis Batavisque subsidijs se jungente Principi Eugenio die decima sexta Julij obsidionem levare cogitur. Tum Marchionem de Baden Imperialis exercitus diecam infelici marte aggreditur, dum ille ingolstadium obsidere pararet; nam

Marlbruggio

occurrentibus

occurrentibus propè Höchstettam cunctis utriusque partis copijs die decima quinta Augusti penè ad internecionem delentur. Gallis Bavarisque reliquis prolixa fuga Alsatiam petentibus, die vigesima quinta eiusdem Mensis Magistratus Figurinus Rhenaugiam destinavit Senatorem et Capitaneum Dominum Henricum Escher, qui simul etiam transitus in Feürthalen invigilaret, ne quid detrimenti Patria per palantes milites subiret. Cæterum prælium Höchstettense Cæsareanis incruentum non fuit, præcipue †Zurlaubio dubiam aliquotis victoriam reddente atqs Eugenium cum copijs repellente. Tandem pluribus vulneribus confossus acie cessit, Ulmam deportatus, ubi generosum spiritum die vigesima prima Septembris exhalavit, sepultus rito Catholico apud Wengenses, corde Tugium delato, pro quo Rhenaugiæ in respectum reverendissimi eius Patruelis solemnes exequiæ celebratæ. mox evacuata milite vicinia nostra fuit; Bavaria Cæsari dedita; Caroli Augusti Filius Secundo natus per Angliam Lusitaniamque in hispaniam penetravit.

obitus. Constantiæ eodem anno die decima Junij Celsissimus Episcopus Marquardus Rudolphus de Rodt vitam meritis plenam posuit, successorem nactus Joannem Franciscum Schenk de Stauffenberg, Geroldo nostro aliqua cognatione junctum. obijt quoque Rhenaugiæ Praenobilis ac pia virgo Maria Sophia Hellerin de Schleitheim, Benefactorum nostrorum astringentium neptis sepulta ad Sanctos Felicem et Regulam; ubi monumentum quoque consequutæ sunt duæ religiosæ Monialles ex Parthenone Neidingense in doma Fürstenbergica mortuæ; quas sequuta est devota virgo Maria Käblerin benefactrix. At sequentem annum huius

1705. Seculi quintum funestavit Mors Augustissimi Imperatoris Leopoldi, qua mediis inter victorias, pietati ipsius præcipuè attributas, accidit die quinta Maij, Josepho primogenito sceptrum suscipiente. Pro illo solemnis exequiæ Rhenaugiæ habitæ. Ex nostris Septuagenario Major mortem oppetijt R. P. Maurus Göldlin à Tiefenau,

† Beato Jacobo Comite de Zur-Lauben dubiis iteratis agentibus victoriam reddente, atqs Principem Eugenium cum copijs repellente. Tandem septem vulneribus confossus acie cessit, Ulmam deportatus, ubi generosum Spiritum die 21. Septembris exhalavit Statis anno 48. Sepultus Ulmæ Catholico rito in Ecclesia Canonicorum Regularium ord. S. Augustini, corde Tugium ad Majores Suorum tumulo delato, pro quo

vir

vir industrius, nec minus honori quàm utilitati Monasterij profuturus. Is ab Abbate Basilio ad petitionem Serenissimæ Principissæ de Schwarzenberg Mariæ Annæ natæ de Sulz facellani aulici in Thiengen munus suscipere permissus est, post mortem R. D. Ulsger Bremgartensis beneficium weissenheimense adeptus, ubi urbaria Ecclesiæ Thiengensis in ordinem redegit, quod pridem cum proventibus Monasterij nostri in cleggovia fecerat. Interea simul œconomus Dynastiam astringensem administrabat. Cujus cubiculum in arce Thiengensi adhuc nomen Göldlini retinet. Piè ibidem animam placidit die decima Nona Augusti, sepultus in Sacello S. Michaelis. die vigesima quinta Maij in nostro Monasterio Thenaugiensi convenere Reverendissimi Domini Congregationis Abbates, atque studia litterarium commendarunt, monentes, ut ad disputationes publicas ex mutuis Monasteriis Professores invitentur. Noster Abbas cum Principe Einsidlensi die septima Septembris interfuit conferentiæ habitæ in S. Gallo cum visitatoribus Congregationis Suevicæ Weingartensi, et Augiæ Brigantinæ, quæ fortasse fuit ultima.

Geroldus novam Basilicam molitur.

Sed enim Geroldus majora divini honoris molimina animo versans, constituit novam et ampliorem Dei domum ex fundamentis Monasterio adjicere; quod propositum una cum novo conventu aulæque ædificijs pro excipiendis hospitibus incredibili felicitate perfecit. Præhabito igitur Capitulj consensu anno currentis Seculi quinta die tertia Rogationum quæ erat †tertia quarta Pentecostes, celebrato officio solemni de Sanctissima Trinitate destructa fuit vetus Basilica Monasterialis, postquam sexcentis propemodum annis, nimirum ab anno iiii

tum est die quarta Junij, integroque mu-
-rato opere inventum, in quo servabatur
capsa minoribus reliquijs de eiusdem sa-
-cro corpore plena; majores enim ornatæ
pro speciali cultu in sclerario extabant.
Interea chori ministeria in veteri æde Ca-
-pitulari peragebantur, Parochialia verò
ad S. Nicolaum, quædam etiam officia ad
Sanctos Felicem. et Regulam. Nova Basi-
-lica è medio Insulæ ad septendrionem pro-
-ducta, nec non versus orientem ex parte
posteriori longior effecta, habens ex latere
meridionali turrim à Theobaldo Abbate
constructam, cui è regione nova simili is
apposita est. Altaria præter summum
numerat decem; Crucemque format, quæ
brachijs chorum complectitur, amplam
planitiem pro cæremonijs in vertice de-
-linquens; coronata quoque per totum
ambulacro superiori. Passus numerat
in longitudine decem supra centum, in la-
-titudine quadraginta, et quinquaginta
in cruce. Lapis angularis die vigesima se-
-cunda Julij ab Abbate solemniter positus,
Architectus operis constitutus Dominus
Franciscus Beer Brigantinus; Capsea-
-ria comissa Francisco Schmuzer Wessofon-
-tano; Pictura Francisco Antonio Gior-
-gioli Italo. Organum Ingens fecit Jo-
-annes Christophorus Leuw Augustanus;
Altare verò majus, quod oculos intran-
-tium Ecclesiam sua majestate occupat,
Thadæus Schelbein Wangensis; altarium
picturæ varios artifices habuêre auctores
Stauderos, seniorem, juniorémque; Bergmül-
-lerum, Hermannum, aliosqs. Cæterum Sepul-
-chralia omnia Abbas in nova Ecclesia omisit
præter quorundam Abbatum, Fundatorum,
atque Hartmanni Rudolphi I. Romanorum
Regis filij. ossa Fundatorum Gerold us
ipse præmissa Benedictione levavit una-
-cum sarculo lapideo uno et dimidio pede
longo, et uno pede lato: Epitaphium verò
nostrum Hartmanno Habspurgico fieri cura-
-vit, Comite de Trautmansdorff in consili-
-um vocato. Sancti porrò Fintani Sepul-
-chrum in priori loco novo et eleganti
Mausoleo condecoravit ex lapide ana-

-gliphico

glipsico opere vitam eiusdem Sancti exhi-
bente, per statuarium vilinganum Anto-
nium Josephum Schupp; qui haud minori
arte majores statuas in fronte Ecclesiæ
B. V. Mariæ, S. Petri, et S. Blasij dedola-
1706. verat. Anno proximo initium quoque da-
tum novæ Turri, quæ per omnia antiqui-
ori similis cum Angelo in vertice fulgen-
ti evasit. ei spacium quæsitum per de-
structionem veteris Palatij seu cancellariæ
cuius sola rotunda turris ad ripam Rheni
superest. Lapidem primum Abbas posuit
eiusdem anni mense Maio die nona. Ec-
clesia elegans Parochialis in Bühl una æ-
1707. state anni Septimi surrexit, operam suam
egregiè navante R. D. Joanne Stephano
Schweizer Parocho Zelosissimo patria De-
stettensi, qui et devotionem erga S. Noth-
burgam Patronam eleggoviæ ibidem
præsentem insignitet auxit. Is olim
Lucernæ studijs vacans quinque annis sti-
pendio Fortmañico ad comendationem
Abbatis usus est, quod ex monumentis
constat, subditos Monasterij specialiter
respiciendos, cum duobus florenorum
millibus alios tot mille florenos ex hæ-
reditate huic pio operi adjecerit.

Belli motus in Helvetia.

Inter hæc dissensiones haud mo-
dicæ gliscebant inter Principem S. Galli,
et subditos Comitatus Toggenburgici,
quòd mutuo violationem jurium quere-
rentur, assistentibus Abbati Cantonibus
Catholicis, protegentibus econtra dog-
gios Turega et Berna. quapropter mul-
ta solicitudine et providentia opuserat
Geroldo nostro, ne et ipse cum Monaste-
rio belli periculis involveretur. Præsen-
ti anno Stadlerus senator Lucensis capi-
te plexus, quod partes Doggiorum con-
tra S. Gallum fovisse deprehenderetur.
Consilium itaque petijt à quinque Can-
tonibus Catholicis Abbas noster, cum Ti-
gurini ad arma parati esse juberentur.
Simul Archipræfectum Le grand cum
simili mandato Turegum destinavit.
unde hic retulit: apparatum belli prop-
ter controversam hæreditatem castri
novi, vulgò Neu Schatell, indictum

Scisse

fuisse, ubi gallicis molitionibus praca-
vendum, quibus non obstantibus illa
provincia Regi Borussiæ adscripta.
Addidère Catholicos quoque in armis com-
parere, quamvis omne infringendæ pacis
periculum declinaturi sint; maturè dis-
crimen significaturos; modò Rhenaugien-
ses transitum Rheni custodiant, nec se im-
misceant aliorum negotijs, nullum ipsis
detrimentum fore timendum. Nihilomi-
nùs Abbas præfixa cum archivi docu-
mentis in Festetia arces deponenda esse
censuit. Interim supplicationes publi-
cæ pro avertendo à patria bello in Eccle-
sia S. Felicis et Regulæ instituta. In-
1708. stante anno octavo Geroldus in eundem
finem Grandium destinavit Badenam ad
Federatorum oratores ibi congregatos.
qui die vigesima quinta Januarij reversus,
Catholicos dixit censuisse, ab utraque
parte Litteras Securitatis, vulgò Salva
guardia, esse petendas; Tigurinos insu-
per præsidium pro tutela obtulisse, li-
cèt remotum adhuc videretur belli peri-
culum. Cum Nihilominus vicini Comi-
tatûs Liburgensis accolæ minas in Mona-
sterium spargerent, denuò Grandius Se-
natui Tigurino vigesima secunda Apri-
lis demonstravit: Rhenaugiæ nihil com-
mune esse cum negotio Toggenburgico; cum
periculi plenam fore, si Monasterium Ju-
stitiis defendendum, seu potiùs depopu-
candum crederetur; suffecturum unum
vel alterum Tiregi deputatum, qui au-
thoritate sua Rhenaugiam protegeret.
Ad quæ prospecturum se in tempore, de-
spondit Magistratus; arma modò pro so-
la defensione fuisse parata, cum ab ex-
traneo hoste imminere periculum spar-
geretur. Verùm fama illa aut fundamen-
to, aut certè effectu caruit.

Morte Leopoldi Cæsaris primum,
ob negotia mutationisque publicas, ac
demum obitu etiam vice cancellarij Im-
perialis impedita cum fuisset confirma-
tio privilegiorum Monasterij nostri jam
olim decreta; novas instantias Abbas

fecit

Diploma Josephi Imp.

fecit tum oratori Comiti de Trauttmansdorff, tum novo vice cancellario Friderico Carolo Comiti de Schönborn, tum denique Augustissimo ipsi Imperatori per novum libellum supplicem vindobonam transmissum. Res consilio supremo aulico per agentem unrath proposita, ac tandem diploma ipsum in nova ac venustissima forma die trigesima prima octobris anni octavi expeditum, subscripto manu propria, cum sigillo Majori Majestatico, Cæsare Josepho, nec non Comite de Schönborn, et Referendario de Consbruch. Continentur in eo de verbo ad verbum descripta ac ratificata tres chartæ, nimirum Ludovici Regis Germaniæ de anno 852. Friderici II. Imperatoris aurea Bulla de ano 1214. ac denique Instrumentum Præsidis de Zonenegg nomine Austriæ Ducum concessum anno 1374. cùm in illis occurreret titulus Principis Abbati nostro datus ac confirmatus, ea res difficultatem afferre videbatur, sed facilè superata est, chartis originalibus ab ipso oratore Cæsareo inspectis. Missum postea fuit, persoluta taxa, vindobona Rhenaugiam diploma per Clarissimum virum P. P. Blasium Bender, Monasterij S. Blasij Magnum cellerarium, et negotiorum Austriæ anteriorum Gestorem, qui non omisit gratulari Abbati Geroldo de Principis titulo, cuius non minùs ipse, quàm Frater eius Placidus dignus esset, cuiusque renovandus usus nunc facilis esset, postquam de prærogativa ipsa veteri constaret: verùm humilis Abbas ab ulteriori negotiatione consultò abstinere jussit.

Eodem anno conflagravit domus pecuaria in proxima vinea Lorb, incuriâ pecuarij, quæ statim reparata. Ad Monasterium verò Murbacense, instante Reverendissimo domino Coadjutore in subsidium missus P. P. Josephus Togg, Locò Reverendi Patris Fintani Knopflin, qui priùs ibi fuerat. Functus est autem per biennium ferè P. Josephus officio subprioris, ac deinde ad Monasterium Lucellense ordinis Cisterciensis translatus,

Theologiæ

Theologiam per duos ac dimidium annum docuit. Thenaugiæ prematura morte decessit die 7. Martij venerandus Pater subprior ac Juniorum Fratrum Magister Idelphonsus andermatt subsylvanus, ætatis anno trigesimo septimo, vir planè religiosissimus, cujus bonus odor ad nos usque pervenit, maxima severitate erga se ipsum, benignitate erga alios usus; de quo mira etiam post fata narrantur. Die decima aprilis pium Magistrum pia morte sequutus Juvenis simplex et rectus viginti ac septem annorum R. P. Romanus dossenbach Tugiensis. quibus mors non contenta mox rapuit die nona Maij virum eximium R. P. Bernardum Gallatin Glaronensem, cum munus Prioris vix per triennium administrasset, sexagenario Major, apoplexiâ tactus, qui prudentia sua non minùs, quàm mansuetudine Pater Conventûs dici meruit, successorem nactus R. P.

1709. Joachimum Cetter. Nec sequenti anno mors nostris pepercit, quin die sexta Februarij apoplectico pariter morbo vita privaret R. P. Blasium Summerer Helveto Badensem, quam produxit ad annum sexagesimum quintum inter religiosos labores et œconomicas curas, quas tum offringa, tum Thenaugiæ obierat. Majoris porrò Cellerarij officium per viginti ac septem annos explevérat olim R. P. Eberhardus Suter, cum Prior Conventûs constitutus non minori cum laude per quindecim annos præfuit; quam tandem curam resignanti Abbas Gyroldus publicè gratias habuit, et tanquam optimè merito honorem impendi voluit. Tum Hydropisi, aliisque morbis per quatuor annos diversatus exemplum patientiæ evasit, ad præmia æterna vocatus die decima quarta Aprilis ætatis anno octogesimo secundo. Jubilæum sacerdotale is celebraverat die 24. Junij anno 1703. Assistente Germano Fratre R. d. Joanne Henrico Suter canonico Seconensi et Rectore in Waldkirch qui præter alia dona aliàs facta hac occasione insigne ostensorium Sanctissimi Sacramenti Thesauro nostro intulit,

atque

atque hoc eodem cum Fratre anno defunctus novum pium legatum fecit, in confratrum piorumque operum consortium adscitus.

Conventus Reverendissimorum Patrum in Monasterio Muriensi pro Conservatione disciplinæ regularis die 24. Septembris institutus, qui deinceps propter motus bellicos in patria excitatos aliquot annis omitti debuit. Cum enim Princeps S. Galli quasdam arces in comitatu Toggenburgico, Yberg, Schwarzenbach &c. munisset, eisdem Toggij obsederunt, suosque illis armatos imposuerunt. Geroldus noster à Serenissimo Principe Schwarzenbergio, supplicciter expetijt arcem inferiorem, olim pro emptione oblatam, qua loco perfugij sibi deserviret; cui ille descripsit, totum territorium pro refugio humanissimè offerens, nulla tamen intentione quidquam alienandi, cum potiùs emere in animo sit. Consultis quoque Catholicis Cantonibus, per Præfectum Helgrand Senatum Figurinum deprecatus est, ne plures armatos pro salva guardia Rhenaugiæ immitteret, qui per longum tempus necessarijs caruisse essent; hyems enim severa fructus terræ consumpserat: periculum quoque fore, ne ex parte Imperij regnè multi pro custodiendo exitu destinarentur. At Figurini adhuc bellum imminens dissimularunt in patria, sed econtra monuerunt Abbatem die duodecima octobris, ut propter bellum externum de Rheno custodiendo solicitus esset; et ne de discrimine dubitaret, litterarum copias fecerunt, quibus nuntiabatur: advenisse in oppidum Thiengen ter Mille Cæsaris milites, sequaturum propediem Tribunum Mercium, jamque visos ad pontem Abij Tiberij armatos. Penetrabat nempe Mercius per Rhenofeldam et Basileæ ditionem in Sungoviam. Interim ab Abbate Senatui Responsum: Periculum Rhenaugiæ videri exiguum, cum copiæ per sylvestres urbes obviam irent Gallis. Anno imminente die vigesima octava Februarij quidam locum tenens circuli Suevici Joquin obtentu prohibitionis, ne frumentum in Helvetiam deportaretur, plaustra cum plu-

Belli periculis obviatur.

1730.

vibus equis ex oppidis et Ertzingen ad Mo-
nasterium nostrum tendentia arresto afficit.
Scripsit Abbas Frobenio Comiti de Möskirch
Patrono amicissimo. At ille humanissimè
respondit, sua Potestatis non esse, taxare
detentionem, negotium tamen mox delatu-
rum ad Episcopum Constantiensem circuli
directorem. Interea Abbas jam miserat
Marisburgum Praefectum Lesgrand; unde
Equi quidem jussi sunt dimitti, frumentum
verò ulteriùs detineri, donec factem expen-
sa soluta essent, quas milites cum equis
et pusticis ultrà centum talerorum jam fe-
cerant; Locumtenentem sua munere satis-
fecisse, cùm plaustra nulla liberi comea-
tûs tessera instructa fuissent. Geroldus
hac responsione non contentus, cùm hacte-
nùs decimæ et Census Monasterij sine ulla
remora fuerint collecti, detentionis lege
sola empta aut vendita respiciente, cau-
sam ad Conventum circuli Suevici detulit,
Scripsitque ad Ducem Würtenbergiæ, et ad
omnes fermè Imperij Praelatos. Tandem
post annum litis fere integrum, excrescen-
tibus expensis solutisque frumentum
Zhenaugiam deductum est. Simile de cau-
sa Abbas vigesimâ quarta Novembris mi-
sit P. Priorem Joachimum Liccernam ad Nun-
tium Apostolicum Jacobum Carraccioli
Archiepiscopum Ephesinum, cuius interven-
tu decimæ in ulteregginen Comitatûs stüh-
lingensis, quæ contractu pignoratitio specta-
bant ad Monasterium, fuerunt adnitente
Episcopo Constantiensi restitutæ. exteriùs
cùm ex illa prohibitoria ad pagos quoque
Jestettensem et Altenburgensem extende-
tur, impositio milite, qui vecturas frumen-
ti vendendi observarent; Abbas contrapro-
testatus est, cùm id adversaretur pactis de
anno 1666. quibus ob annonæ penuriam
dispositis Monasterio relinquitur; jurè ~~quo~~ insuper
~~ad~~ Helvetiorum, quorum Protectio co-
usque se extendit. Inferiori ~~quoque~~ etiam ar-
ce in dominium de Greuth Jestettæ trans-
cata, jura quædam soli Monasterio com-
petentia usurpari videbantur. quapropter
die decima Augusti conventus pro de-
cidendis litibus celebratus est, præsenti-
bus ex parte Principis domino Henrico

de

de Anethan Sumo officiali et Provinciæ Comissario, necnon secretario Heichlinger. Pro Abbate aderant P. Prior Joachimus, P. Fintanus Cellerarius, Præfectus le grand, et Secretarius Lang; ubi fusè omnes controversiæ discussæ, atque aliquæ etiam utcunque compositæ. Domino Henrico de Anethan postea ad Præfecturam in Schwarzenberg translato, Successit Frater Germanus Adolphus paulò mitior, et erga Monasterium propensior.

Dedicatio novæ Basilicæ.

Inter hæc structura novæ Basilicæ nostræ adeò perfecta est, ut jam ipsi sacro apta esse videretur: unde Abbas in Festo Pentecostes simplici ritu eam benedixit, solemne tamen officium pontificale apparatu decantavit. ad Autumnium parabantur omnia consecrationi necessaria, quam die quinta octobris peregit Reverendissimus Dominus Conradus Ferdinandy Geist Episcopus Tricallensis, suffraganeus Constantiensis. Patroni, quorum nominibus dedicata ecclesia, sequentes fuerunt: Imprimis Beatissima virgo Maria in cælos assumpta, unacum S. Josepho; deinde S. Petrus Apostolorum Princeps; S. Blasius Episcopus et Martyr S. P. Benedictus, et S. Fintanus Confessor et Confrater noster. Tota porrò octava celebris fuit. Prima die Panegirin dixit Insignis orator R. P. Mauritius Müller Sangallensis, Ypis comissam, Pontificalia exercente Episcopo; Altera die delatum officium Reverendissimo Mauro Abbati Beonvilensi, quod Feria tertia, tenuit Abbas noster Geroldus; Sabbato Reverendissimus Abbas S. Blasij Augustinus sacra fecit, Dominica seu octava Illustrissimus Princeps Murensis Placidus; cujus Frater Abbas noster sequenti die collectam celebravit. Hospites plurimi cum vasallis Monasterij Festum decorarunt, quibus in memoriam distributa numismata aurea et argentea, speciem novæ Basilicæ cum insignijs Monasterij et Abbatis repræsentantia, quæ Geroldus magno numero hunc in finem cudi curaverat. Vix domus Dei absoluta erat, cum nova pro Religiosis habitatio ædificari anno

1751. sequenti undecimo cæpit. Secabat olim aream conventus structura Bibliothecæ, domus Capitularis, et Sacristiæ; jam Abbas toti Monasterio

nasterio versus orientem praefixit amplis-
simum aedificium, centum et quinquagin-
ta passus longum, quantum nempe insula
tota spacium in latitudine complectitur,
cuius cornua utrique Rheno altum immi-
nent. Praecipuè Rheni parti incumbunt cu-
bicula cardinalitia, alteri verò Bibliotheca
nova cum Archivo, fornicibus benè munita.
utrumque superiorem tractum viginti et
octo cellis implent. In imo peristilium
amplum, domus capitularis, fenestrina, alia-
que hypocausta. Rectitier hoc aedificium
tum veteri Conventui ab Eberhardo III.
constructo, tum ex altera parte Ecclesiae no-
vae per aulam amplissimam, Musaeum, et in
imo Sacristiam testudine forti tectam. Eodem
Anno Abbas alteram quoque Ecclesiam Alten-
burgi, Rhenaugiensi subjectam, Sanctoque
Jacobo dedicatam a fundamentis excitavit.

1712. Bellum Doggenburgicum. Annus duodecimus istius Saeculi bel-
co Doggenburgensi inter Helvetios notissi-
mus est. cum enim septem communitates
memorati comitatus mandatis Principis
S. Galli parerent, res ad extrema deve-
nit, amboque Cantones Turegi et Berne
missis armatis reliquos Doggios tueri
aggressi sunt. Undecima Aprilis Rhenau-
giae sub coena percrebuit rumor, Figurinos
aliquot armatorum millibus versus Eggen-
bach moturos. unde per totam noctem pra-
tiosa convasata, et sequenti die summo mane
festetam abducta. Post matutinum media
nocte persolutum convocavit Abbas ad con-
clave P. Prioris conventum, expositoque re-
rum statu, inquisivit, an placeret in Monaste-
rio permanere, quos annuentes adhortatus est
ad cultum divinum, et disciplinam observan-
dam, atque cum Benedictione dimisit: ipse
verò summo mane offringam profectus est,
dato mandato officiali le grand, ut in arce
Lauffen conveniret Capitaneum Escher; qui
respondit: armatos ire adversus S. Gallum,
de Rhenaugia nihil decretum, moniturum,
si qua decernerentur. occuparunt dicta
die cum quatuor millibus peditum, et ter-
nis equitum turmis, Monasteria in Doggen-
burgo Magdenau, et S. Joannis in valle
Thurae; septem communitatibus, quae defece-
rant, cum reliquis acolis sese jungentibus.

Catholici Cantones Badam, Melingam, et Bremgarten præsidijs firmarunt. Abbas die decima quinta aprilis domum reversus, grandium ad ipsum Senatum Turegiensem destinavit, ubi ab utroque consule Holtzhalmio et Æschero sponsionem accepit, Monasterio Rhenaugiensi nihil incommodi illatum iri, neque concludum adhuc, ut ratione transitus præsidio muniretur Rhenaugia. Die decima octava venit Præfectus Æscher ex Lauffen, qui de mandato Senatus ratione pontis custodiendi cum præfecto nostro diutiùs contulit, tandemque convenit, ne præsidiarij adducerentur, nisi necessitas cogeret. Die sequenti Beatus Jacobus de Durlauben Tugij Landamannus à fratre suo Geroldo nostro perquisitus rescripsit: ex Lucernensi Cantone eadem luce armatos versùs Cappersvilam movisse, mox ipsos Tugienses sequuturos; benè agi Rhenaugiæ, si pro securitate cum Figurinis conveniretur.

Præsidia Rhenaugiæ,

Inter hæc cives nostri in turmas distributi fuerunt, quorum duodecim jugiter advigilabant, custodijs ultrà inferiorem quoque pontem productis. quo comperto, regimen comitatus cleggovia præfecto Zuali Cottstetta præcepit die vigesima aprilis, ut per rusticos extremam pontis partem occupare curaret. At missus eapropter secretarius noster Lang regimini demonstravit, iminere periculum Monasterio, si id fieret, venturos enim Figurinos, quibus promissum fuerat, per solos Rhenaugienses totum pontem fore custodiendum. desitère officiales à proposito, receptis tamen 22. aprilis reversalibus, ut si Figurini Rhenaugiam intraturi essent, ipsorum subditi alteram pontis partem custodirent. Significavit hæc grandius æschero, qui his finibus nomine Figurinorum præerat, qui sequenti die gratias retulit, idque dominis suis denuntiaturum promisit. Eadem die Figurini Bernatibus juncti adversùs Lucernenses ad Melingam et Bremgartam moverunt. Solicium + atque Forum Fiberij jam occupaverant, ne ex hac parte suppetiæ ferrentur S. Gallo, aut eorum ditiones invaderentur. verùm Josepho Cæsare superiori anno die secunda Maij præmatura morte

+ Losaris

abrepto, cui Rhenaugiæ quoque parentation, Carolus VI. eius Frater, ex Hispania-rum Rege jam proclamato, Imperator Electus, grauioribus negotijs implicitus erat, à socijs quibusdam desertus, aliamqs faciem rebus bello inducente, quamvis vehementer cuperet, Principi S. Galli, eiusque Monasterio consulere. Leodegarius Princeps die 23. aprilis Zofingam epistolam scripsit ad Abbatem nostrum, quâ inopinatò à domino exercituum se visitatum fatetur, dispersis undequaque religiosis suis; oppidum vilè præsidio à se munitum, præstolari Tigurinos ex Elch, vbi magno numero et munitionibus subsistant, Catholicos Cantones juxta fœdera in auxilium adproperare. Claudit Epistolam hac exclamatione: Infelix ego homo solum belicis temporibus reservatus! At præsidiarij vilè per aliquot dies tormentis Bellicis à Tigurinis exagitati, urbem clam deseruerunt. qua occupata die vigesima prima Maij, mox Gossavia cum Zofingam in deditionem recepta. Leodegarius cum Archivo, rebusque pretiosis prima lindaviam, deinde Lauffenburgum se contulit. Monasterium S. Galli penitùs desertum, oppidanis S. Galli, neutralitatem amplexis, comendaverat: at mutato consilio die vigesima sexta Maij Tigurinis atque Bernatibus permissum, Bibliotheca, campanis, omnibusque rebus spoliatum.

Tigurina, Interea à Magistratu Tigurino decretum, ut Rhenaugia quoque præsidio militari muniretur. die vigesima quinta Aprilis Festo S. Marci, cum populus pro more supplicationem in Jestetten instituisset, nunciato Tigurinorum adventu Reverendissimus Dominus Abbas cum P. Leontio et secretario Lang transmisso Rheno Altenburgum evasit, adductisque equis Jestettam perrexit, ubi in domo Parochiali tradueta nocte offringam se contulit. Tigurini in binis Cohortibus centurionum Hartmanni Escher, et Wipfij Martellensis quadringenti et quinque supra triginta armati, cum ad finis territorij acti Rhenaugiensis pervenissent, miserunt,

qui adventum nuntiarent, peterentque Archipræfectum nostrum, cum quo colloquerentur. obviam illis ivit grandius, et intrantes oppidum duos vigiliarum Præfectos Henricum Werthmüller et Zhan, è Castris prætorianis submissos offendit. ~~cum~~ A quibus ad copias delatus, cùm nullo hostili animo, sed ad protegendum duntaxat Zheni transitum, et quidem sine Monasterij aut oppidanorum molestia, se advenisse testarentur, in sequentes articulos convenit. Imprimis ne ullæ inimicitiæ exercentur, liber omnibus comeatus concedatur, neve structura novi conventûs impediatur. deinde ne cives in juribus, aut consuetudinibus suis, præsertim publico Religionis exercitio perturbentur, aut ullis ignominijs afficiantur. Tertiò, ne intra Septa Monasterij milites introducantur, aut Religiosi in officijs divinis quoquo modo impediantur. quartò ut Præsidiarij omnes, juxta conductum, Figurinorum expensis alantur, sine ullis sumptibus aut damno Monasterij et communitatis. quintò, ne Cives cogantur jus jurandum præstare, aut arma deponere, imò decem ex cêtus in turmas distributis per vices cum triginta Figurinis vigilias agerent. sextò denique, ut Figurini delinquentes, aut injuriam inferentes ab eorum officialibus, cives verò à Præfecto Monasterij judicentur ac puniantur. His utringue stipulatis copiæ intrarunt in oppidum, ubi in area extra insulam Monasterij Militum Duces benevolè excepti sunt à R. P. Priore Joachimo et Fintano cellerario in præsentia Rectoris, et Senatorum, majoriscque partis Civium. Ibi prædicti articuli renovatè, et à Werthmullero quidem militibus, à Grandio verò civibus explicati, et pro observantia seriò comendati fuerunt. Hos monente Capitaneo Escher, Præsidij Præfecto, pro subscriptione cifferio publicis expressurus erant Grandius: sed Werthmüllero atque Zhanio vigiliarum Præfectis moram negantibus, omissum tunc quidem est, quòd dicerent, testes huius rei plurimos adesse, fidem militarem ac No-

bilem se interponere; quò dictò, ne quidem ex equis descendentes reversi properarunt ad castra Figurinorum in E&K, renuntiaturi, quæ Thenaugiæ facta fuerant.

Tum decem ~~ex civibus~~ + cum triginta + cives
præsidiarijs occupata inferioris pontis custodia, revertentibus ex Sepplicatione Jestettensi Parochianis nostris honorem consuetum præsentatis armis exhibuerunt, reliqui verò in civium domos distributi, quorum octoginta in domo societatis sub officialis potestate constituti; Ascherus verò cum præcipuis Caponariam ad Signum bovis occupavit. Monasterium nullg militum intravit, præter officiales octo, qui cum eorum servis quotidie fermè ad prandium humaniter invitati. Semel tamen Conventûs ædificia lustrarunt, ne qui externi milites lateren; unde ut omnis suspicio tolleretur, tandem murarij Brigantini ad tempus à structura conventûs dimissi. Cæterum ut etiam Gregarijs humanitas ex parte Monasterij exhiberetur, nonnunquam potu Kondrario refecti sunt, quibus et vilissimo pretio vinum submissa vendebatur, cum cæteroquin nihil exigerent, stipendijs à Senatu Tigurino submissis. Huic Præfecti militum beneficia ex parte Monasterij percepta mox grato animo significarunt, litterasque patentes obtinuerunt, quibus fides liberi comeatûs negotiantibus fiebat, ut quas vellent merces, præsertim frumentum sine ullo damni periculo Thenaugiæ inferrent. die vigesima tertia aprilis Diessenhovium à Tigurinis occupatum. Moniales ex valle S. Catharinæ, et Paradyso fuga properâ elapsæ advenerant, quæ tamen brevi reversæ, maximè postquam posteriores salvam guardiam à Schaffusianis obtinuerunt. At Heroldus noster solicitus, ne mutata belli facie cogeretur tandem suos religiosos ex Monasterio dimittere, pro hospicio diversos solicitavit Abbates; inprimis Augustinum S. Blasij, quò humanissimè annuente, mox denominavit Patres datisque litteris mandavit P. Priori, ut eos Jestettam dimitteret. At ille prudenti

œconomica usus, rem dissimulavit, ne et reliquis terror cum pruritu discedendi incuteretur. Wolfgangus Abbas Zwifultensis non solùm Monasterium suum obtulit, licèt jam aliquos Fischingenses susceperit, verùm etiam ter per expressum postulavit ut tandem Rhenaugienses venirent. Hieronimus ochsenhusanus, germanus nostri P. Bedæ, et ipse olim Rhenaugiæ Exul, quoscunque libuerit, spopondit suscipere. Similia scripsere Maurus S. Petri, Placidus Schuttera, Augustinus S. Trutperti, qui jam aliquos ex S. Gallo admiserat. Wicibaldus Abbas S. Udalrici Augustæ requisitus pro reni co Fratre converso patriâ Augustano negavit locum superesse in diversorio ob annum Septimum secularem in ipsius Monasterio celebrandum. Verùm Deo duente alienis hospicijs pro hac vice non indiguit Rhenaugia; omnes enim salvi perstiterunt, vocati tamen per vices ad Abbatem in ogtringen.

Et Imperialia. Nuntiato Regimini cleggovia adventu Præsidij Figurini, missus est Rhenaugiam Dominus Reichlinger Secretarig Principis de Schwarzenberg, qui postulavit, ut tam media, quam extrema porta pontis, etiam nocturno tempore aperta relinqueretur, ut Custodijs, quas ex rusticis denuò apposuerunt, usque ad medietatem liber pateret accessus. Responsum à Præsidij Præfecto Escher, nostroque Le grand: Custodiam transitûs utique integri, spectare ad Rhenaugiam jure perpetuo, ac praxi Continua; proinde eam curam incumbere Figurinis, qui nomine protectorio id faciant; Pontem totum sumptibus Monasterij construi, nec ab alio conservandum et custodiendum esse; claves portarum hucusque à teloniario servatas, quas noctu, et vel maximè infestis temporibus, clausas esse opportaret. Hæc Secretarig Regiminii in Thiengen se relaturum promisit; monitus à Grandio, ne majora incommoda à Regimine acerserentur Monasterio. Jus Principis per reservalia jam data satis tutum tectumque esse. Ad hæc ille excusabat Regimen actioni mandato, atque pru-

denti

-denti cautela; venturos enim sexcentos Imperij milites, qui fines Sueviæ à lacu Constantiensi tuerentur. Unde missus quoque Secretarius noster trigesima Aprilis in Thiengen, qui prospiceret non solùm adventuro militi Cæsareo, sed etiam archivo, rebúsque prætiosis Istettæ depositis. Retulit ipse: Custodiam finium Imperialium declinari non esse, quamdiu Tigurini non procul abscederent. Cæterùm rerum in Istetten depositarum omnem curam habituros Principis officiales, nihil ex hac parte timendum à milite Cæsareo. Nihilominùs Præfectus Le grand proprias res suas hactenùs Istettæ asservatas per filiam deportari fecit ad eius maritum Nossirchij officialem. Pro nostris autem depositis Dominus Adolphus de Anethan Summus elegoriæ Præfectus quarta die Maij aliquas litteras patentes misit arcibus aut Domibus affigendas, jussitque, ut subditi advigilent, si Abbas id postulaverit. Venêre simul littera à Domino Dürler Lucernensi Archiprofecto Episcopali in oppido Kleiserstuhl, quibus significabant, pontem itidem jam Imperij militibus occupatum, quidquid contrà opponerent Federati cum Episcopo. Misetat illos dux Würtenbergia approbante Cæsare, qui et litteras destinavit ad Tigurinos atque Bernates, quibus certiores facit, Imperij seu Sueviæ fines quidem observandos per milites fore, nihil tamen detrimenti Federatis inferendum, quam amicitiam vicissim abillis exigit.

venit Itaque die quinta Maij festo Ascensionis Domini Centurio Klein cum quadraginta militibus ex legione Sueviæ Perillustris Tribuni de Eodt. At cum in pontem inferiorem penetraret, ibi à Custodibus Rhenaugiensibus ulterius propedè prohibitus est, donec porta media pontis clauderetur. Postulavit ille præsentiam Præfecti Præsidiariorum, cum quo in medio pontis loqueretur. Ut ne vis inulta inferretur, hic omnes in armis ad Rhenum procedere jussit, simul destinato Centurione Wipf, qui cum Præfecto Le grand postula-

-ta

-ta perciperet. Proposuit Kleinius, se à Se-
-renissimo Duce wirtenbergia jussum Cimi-
-tes imperij impositio milite præmunire.
Cum igitur Jurisdictio Principis schwarzen-
-bergij medio Rheno terminetur, velle se
medietatem pontis militibus custodien-
-dam tradere, hæc à Centurione ipsa
relata Æschero. Multis ultro citroque
dictis, tandem agente grandio in hæc pacta
Conventum: ut Præsidiarij Figurini exirent,
Milites Cæsarei ex altera parte vigilias
agerent; porta exterior versus Imperii
etiam noctu sit pervia, medii verò claude-
-tur, sed à solis custodibus ex Rhenaugiæ
civibus, qui et pensile tabulatum noctur-
-no tempore attollerent; Cæterum neutra
pars alteri quidquam molestiæ inferret.
Abscessit Kleinius decem militibus pro
custodia relictis, reliquis in proximis reg-
-giovie pagis distributis, qui per vices cu
decurione vigilias agerent. Paulò post
revocatus Centurio. Klein successorem
habuit Colonellum Reding cum cohorte ex
Legione Reischachia; qui et ipse articu-
-los adductos accuratè servavit, licèt
scripto exarati non essent; et cum statio-
-nem suam fixisset in Lottstetten, sæpè
amicè revisit Rhenaugiam hospes gratus
usque ad belli Helvetici finem. Missus
quidem Rhenaugia Turegum fuerat Lo-
-cumtenens Wiser ad referendum, quæ
acciderant, indeque reversus cum amica
salutatione à Senatu ad Conventum no-
-strum nuntiare jussus est, Mox ad Ducem
würtenbergiæ Literas fore destinandas,
quibus exoraretur, ut milites omnes ex
tota ditione Abbatis revocare dignare-
-tur; At conatus iste effectu caruit. Ma-
-gistratus Schaffhusianus nulli bello con-
-tendentium parti adhærebat: populus
tamen, qui religionis causam implicari
existimabat, non omninò quietus per-
-stitit; unde dicteria quædam ac scom-
-ta contra Monasterium nostrum, nostrós-
-que subditos prolata; imò in wilchlin-
-gen et Frauentingen ditionis Schaffhu-
-siana rustici plaustra quædam onusta
ad Rhenaugiam spectantia aggressi sunt.

quibus

quibus de rebus querelas movere jussit Abbas die decima octava Maij coram Senatu. Rescripsit ille humanissimè, rem quæstioni addictam pro satisfactione præstandâ, mandatumque denuò renovatum, quò sub gravissimis pœnis prohibeantur omnes Schaffhusiani, ne quid adversi aut detrimenti inferrent Rhenaugiensibus, neve verbis ullis eos lacesserent.

Eadem die decima octava Maij Dominus Hartmannus Escher Præfectus Præsidij mandatum Turego acceperat, quò jubebatur, à Civibus Rhenaugiensibus arma, sine strepitu tamen, exigere. Id Præfectus legit in Monasterio S. Priori atque Grandio, qui negotium ad Reverendissimum detulerunt, et ex eius jussu ad totam communitatem oppidi. Tum Turegum profectus Grandius Magistratui molas à populo difficultates, quo minùs arma deponerent, proposuit: id adversari Capitulationi initæ, atque etiam alteri cum militibus Imperij, qui non passuri forent, ut soli Tigurini ad pontem invigilent; denique ad propriam Civium securitatem arma necessaria esse, cum gregarij quidam ex Figurinis minas protulerint. Convocati ad hanc quæstionem non solùm Turegi Senatores, sed etiam cives, qui tandem ex singulari gratia mandatum suspenderunt, confisi, Rhenaugienses maximè nocturno tempore fore quietos, quales et suos esse vellent; superflua tamen arma Grandius adimeret. Id fecit Præfectus noster vigesima quinta Maij. Nam quidam Civium bina et terna Schopeta habebant, à quibus sibi metuebant Figurini, quamvis in hac recensione non plures quàm undecim supra centum armati Rhenaugienses numerati sint. Inter hæc Figurini juncti Bernatibus, in Comitatum Brutensem progressi, ducentos præsidiarios imposuerunt Monasterio Wettingensi. Tum subacto oppido Mellingen, cùm Bernates versùs Bremgarten copias movissent, vigesima quinta Maij in saltu quodam insidijs Catholicorum primò oppressi, demum victores Bremgartam infidem recipiunt, ac subinde Badenam obsidione cingunt. Erat ibi adhuc dum orator Cæsareus Comes de Trautmans-

Figurini victores,

-dorff

dorff, qui minas et dehortatoria jam aliquoties contra Protestantes sparserat; tandem cum globi ignivomi domum ipsius attigissent, libero comeatu recepto Waldishutum se contulit. Beatus Antonius Schnorf Proprefectus Argoviæ, de quo alibi, jam discesserat, male sibi conscius, quòd libellum contra Tigurinos vulgâsset. Catisbonæ causam Principis Sangallensis in Comitijs imperij agebat. Die prima Junij oppidum cum arce Badensi potestati obsidentium permissum, reservata Religione Catholica, et præsidiarijs Mille decentis cum Præfecto Zeding ex Cantone Lucensi exire permissis.

Præsidium minuunt, arma deposcunt.

His incrementis aucti Tigurini acrius decretum Senatus destinarunt Sexta Junij, quò subducatur, præsidiarijs gratis alimenta præberi cum in modum, quò Wettingæ alebantur. Mox destinatus Turegum grandius, qui demonstraret, tot alendis hominibus subsidia deesse, timendumq; ne si pacta non observarentur, pruritus in vicino excitaretur imperio. Decretum à Senatu, Præsidium minuendum usq; ad ducentos homines, si cives Thenaugienses arma deponerent: Cæterum Capitulationem protensam non esse scriptam, nec eorum consensu initam aut confirmatam. Cùm alia instantia à P. Priore et cellerario Turegi facta fuisset, denique Conventum tertia decima Junij, ut singulis militibus hebdomatim sesqui Florenus prostipendio detur, officiales autem prandeant Cœnentque in Monasterio. Postulavit insuper Magistratus, ut omnes expensæ in Præsidiarios ex erario Reipublicæ factæ, ex Monasterij bonis compensentur. unde accuratum computum per Hermannum Escher fieri curavit, quem Abbati traderet. Cives nostri Decima Septima Junij arma ad grandium deticuerunt, hicq; Custodiæ Escheri comisit recepta apocha: Effecit tamen, ne homagium præstare cogerentur, quale in Reliquis oppidis totâq; Turgovia præstitum fuerat, utque claves ad portas pontis retineret Teloniarius,

quæ

qui et in posterum illius clausit, aperuitq;. Præsidiarij ex utraque cohorte ultra mediam partem domum dimissi, ut non ultra isti. remanerent. vigesima Junij Præfectq Præsidij juxta mandatum Figurinum misit Abbati compactum hactenùs expensorium quater mille sexcentorum et septuaginta septem florenorum, quos gravatus est solvere Abbas, resq; ad finem belli dilata. Vigesima quinta eiusdem mensis decretum affertur, quò altera cohors Centurionio vipsf jubebatur ad castra Figurina pergere. cùm media pars utriusque cohortis abesset, vocati sunt absentes Henaugiam, manseruntq; ad sehero parentes, reliquis per Henum abeuntibus. Postridie aliud decretum Frauenfelda ex decreto prætorio Figurinorum allatum, quò exigebantur quædam militaria in Turgoviam præstanda. Nihil profuit exceptio facta, quòd Henaugia nulla ratione ad Turgoviam pertinet, quò minùs Lafater, qui ibi præerat, per Præfectum Præsidij in Diessenhoven vegelinum exequtionem comminaretur. Tandem re ad Magistratum Turicensem delata, desistere ab iniqua exactione coactus est.

Per hos dies R. P. Beda Lindauadministrator in Ellamnären invisit Abbatem, eique statum dynastiæ suæ exposuit. Is fuga ultrà lacum acronianū irruentibus Figurinis sibi consulendum ratus, absterso tamen terrore mox reversus, nihilque detrimenti est passus. Instante messis tempore Senatus Figurini mandato decimæ omnes eorum ditionis per comissarios deputatos recipiendæ, ac deferendæ erant. Facta demonstratione, quòd ipsi Præsidiarij necessarijs forent carituri, responsum: nihil singulare Henaugiæ imponi, cum illud mandatum omnia monasteria etiam extra territorium sita afficiat: permissum tamen, ut dictæ decimæ per Præfectum le grand elocarentur, ac per servos monasterij collectæ deponerentur in horreis Dominisque Præfectorum rurialium illius ditionis. Interhæc affe-

- rus

- ius militari disciplina Gregarios suos ab omnibus excessibus severè coercuit, cuius specimen exhibuit in quodam milite Joanne Bernardo Müller Bensensi, qui cùm de scomatibus quibusdam in Abbatem et Conventum, nec non in Beatissimam Virginem Deiparam accusatus fuisset, vinculis ferreis primò constrictus, deinde sententia cata condemnatus fuit ad palinodiam coram P. Priore aliisque præsentibus canendam; Tum machinæ asininæ per horam coram suis impositus, fustigatione accepta, sonantibus militaribus instrumentis ex oppido, præsidióque ejectus fuit; gratiis insuper ab Eschero P. Priori actis, quòd hac satisfactione fuerit Contentus; ~~fuisse capitis reum deliquentem, nisi Blasphemias inter pocula ejectas de Crucifixo in imagines, statuasque, exceptis Superis in cælo viventibus.~~

De pace agitur.

quod acta publica attinet, post subactum à Protestantibus Badenam statim agente comite de Luc oratore Regis Galliæ agi cœptum de pace in oppido Arau Ditionis Bernensis, ubi convenêre Legati Cantonum omnium, exceptis Tuitensibus. Verùm Protestantibus nimia postulantibus mora longior negotio ingesta. Propositum inter alia ad conciliandas partes fuerat: Ditiones communes esse inter utriusque Religionis Fœderatos dividendas, et retentis Liberis provinciis cum valle Rhenana ex parte Catholicorum, Protestantibus solis Turgoviam esse relinquendam. ubi tamen excipiuntur, quæ ad eam non pertinent; et nominatim Rhenaugia Monasterium, oppidumque cum pertinentiis. Ja/ ~~ubi tamen~~ cùm conditum spargeretur, esse Figurinorum Præsidiarios relinquendos sumptibus Monasterij, quousque de pace plenè conventum esset; Protestatorias Abbas offtringa dedit Litteras, ut cui nihil Commune cum negotio Toggenburgico, neque cum ullis pugnantium Civibus. Tandem vigesima octava Julij in hac pacta convenêre partes. Primò cedituir Protestantibus Badena cum

a. + gnter hs

/a/ Auch Rheinau, Gotteshaus, Statt, und Zugehörd.

Bremgarta, reservata tamen Religione cum Monasteriis, præsertim collegiata ecclesia Zurzachij, ubi per vices substituantur Canonici, qui ex Cantonibus et alijs Helvetiæ locis oriundi sunt. Secundò in Turgovia et valle Rhenana esto deinceps Religionis paritas, demptis prærogativis, quibus gaudebant Catholici. Tertiò in Regalium juribus, et supremo tam politico quàm Religionis Dominio majoritas votorum inter Cantones abolita. quartò ex tribus proponendis Candidatis unus ad Beneficia alterius Religionis à collatoribus eligendus, additis ulterioribus declarationibus. quintò emptiones immobilium ad manus mortuas prohibitæ sunto, exceptis Cantonibus, qui tamen casu eveniente consensum reliquorum petant. Sextò Abbas S. Galli, Decanus et Conventus, nisi pacem ineant, deserantur à Catholicis. Septimò denique sumptus belli per respectum ad oratorem Galliæ pacis conciliatorem condonantur. Subscripsere his pactis præter Tugienses et Bernates, etiam Uranij et Lucernenses, et horum nomine Laurentius de Flekenstein tunc vicarius nox Prætor, Parens nostri P. Ildephonsi.

+ Tigurinos

Seu Statthalter, mox Prætor seu Schultetus

At verò reliqui tres Cantones Catholici novo fervore concepto arma Protestantibus denuò intulere, præsertim Suitenses, quorum mille duce Heller, cæsis plurimis Tigurinis eadem die decimâ octava Julij arcem Wetisweil occuparunt. Tugienses quoque juncti Suitensibus et subsylvanijs apud Sins in cœmeterio octingentos Bernates vigesima Julij trucidasse feruntur. Lucernates suos Subditos cohibere dictis non valentes, duce +Pfiffera Protestantes apud pontem Sinsianum repulerunt. Tandem et Uranij reliqui sequuti Vilmergam usque progressi sunt, ubi pugna conserta vigesima quinta Julij adeò fortiter à Catholicis dimicatum est, ut Bernates pluries cedere coacti sint, donec inclinata jam die incautiùs in Insidias delati, victoriam protestantibus plenam relinquerent. Cæsa feruntur Catholicorum duo Millia, hausti fugientes in fluviolo Bünz mille. torrente Brunbach Mille. Nec pauciores ex adversarijs desiderati dicuntur.

Ludovico Pfiffer de Wyker

Cæsis Catholicis,

amissa à catholicis septem tormenta, cum quinque signis militaribus. cùm parta victoria Tigurini copias in ditionem Tugiensem movissent, primi fuêre hi, qui pacem peterent, subscribente articulis vigesima octava Julij Beato Jacobo de Zurlauben: mox sequuti Lucernates et Subsylvanij, ac denuò Lucernates cum uraniensibus, cùm interea Zaperswila quoque dedita esset Protestantibus reservata religione ac privilegijs. Pax stabilitur. Diebus nona et undecima Augusti instrumentum pacis conclusum, ac prioribus articulis sequentes additi: Primò Fines ditionis Badensis in Protestantium comodum extensi. Secundò Zaperswila reliquis conquisitionibus addicta. Tertiò Berna inter reliquos cantones antiquiores ad regimen provinciarum communium secundo loco admissa. Mox in Turgovia pace promulgata novus ordo inter religionis dispares introductus. R. P. Beda administrator Mamerensis à Commissarijs mitiores conditiones ob speciales rationes obtinuit. S. Gallo, Wilæ et Rorschaco Administratores à Tigurinis et Bernatibus impositi, tentata diu nequidquam concordia, atque Egidio de Greith restitutionem Principis et Capituli nomine Cæsaris urgente. Abbas noster Geroldus per dominum Escher Præfidij Præfectum Magistratui Tigurino supplicari fecit, ut jam inutiles ac sumptuosos Præsidiarios revocare dignaretur. Sublato Præsidio. quâ facultate obtenta die decima nona Augusti pompa militari excessêre, comitante eos honoris gratia Archiprefecto nostro Le grand, et Colonello Imperiali Leggin. Pons deinceps Rheni per viginti cives nostros turmatim custoditus, hinde per decem receptis armis, quousque Præcandatus Colonellus mandatum obtinuit, suos milites à vigilia Rhenaugiensi abducendi; quod contigit decima Septima Septembris, postquam ille Vale cum humanissimis gratijs dixisset.

Solutisque expensis. Restabant expensæ Senatui Tigurino refundenda, quas ille ex ærario suo in Præsidiarios Rhenaugiæ usque ad vigesimam diem Junij fecerat; abhinc

enim

enim alimenta cum stipendijs à Monasterio præstita fuere. Has cum exegisset Magistratus, Abbas misso Præfecto le grand deprecatus est, causatus plurium millium jam impensorum damnum; stipulationem illam, quam militum ductores fecerant, sine ullo Monasterij aut oppidi damno alendum præsidium fore, conformem fuisse litteris publicis, quas manifestum vocant sub initium belli publicatis; idque observatum in alijs Præsidijs Keiserstuhl et Frauenfeldt; denique annuos Monasterij redditus ex ditione Figurina non expleri summam isto bello, Rhenaugiam non attinente, impendendam. Verùm die vigesima octava septembris magno Senatu Turegi habito à ducentis decretum fuit, ut omnes proventus totius istius anni quorumcunque Monasteriorum, quæ bona in eorum ditione sita possiderent, in compensationem expensarum belli detinerentur. quia de re gravamina sua denuò interposuit Abbas per Præfectum decima octobris, qui postridie saltem impetravit, ut vini decimæ, quæ in pagis asservari non possent, ad Monasterium deportarentur, ratione tamen quantitatis Magistratui reddita: frumenti verò decimæ, quæ in locis Figurinis servabantur, usque ad ulteriora mandata illic permanerent. datæ deinde litteræ vigesima septima octobris à Senatu ad Abbatem, quibus perhumaniter quidem postulat, ut si liberos redditus ex ditione Figurina recipere vellet, solveret prius jam pridem postulatos quater mille et sexcentos florenos. Abbas factorum se reposcit, quidquid per præsentem penuriam ac necessitatem posset; meminisse tamen dignarentur, in pacis articulis contineri condonationem mutuam expensarum belli, neque ullum aliud Monasterium deinceps adigi ad sumptus defendendos; Præstiturum se tamen bis mille florenos, si census decimasque permitterent, cum ex præcedentibus annis adhuc non soluta restarent debita; cùm nihilominùs ex parte Imperij perduraret interdictum inferendi frumentum. Consensit tandem clementer Magistratus,

soluto

solucto proventuum arresto: cum verò alia Monasteria belli Molestias satis experta fuissent, Hhenaugiam pro custodia saltem Præsidij stipendia solvere debere; quapropter bis mille florenos, concessa tamen dilatione, numeraret, aut interim consuetas præstaret usuras. Sic tandem etiam Reliquiæ huius pro Catholicis infausti Belli Hhenaugiæ expeditæ; adscribendumque præcipuè Hartmanno Aschero Præsidij Præfecto, quòd â Majoribus damni præservatum fuerit Monasterium, cui proinde Abbas gratijs actis debitum præstitit honorarium. Vix enim ille Hhenaugia cum militibus excesserat, cum Geroldg Abbas Jestettâ domum Reversus est; ibi enim in arce Superiori Serenissimi Principis Schwarzenbergij, ex eius gratiosa permissione ultra Mensem moratus est Abbas, offeringâ in vicèniam declinans ut præstò esset negotijs.

Exules Hhenaugiæ.

Interhac Illustrissimus Princeps S. Galli Leodegarius instanter petijt, ut cum ex Monasterio suo ~~cum Religiosis~~ exulare cogeretur, aliqui eorum ad conventum nostrum admitterentur: quorum primus advenit die tertia decembris R. P. Mauritius Müller, orator notissimus, amicissimusque Hhenaugiæ. Hunc sub initium anni sequentis decimi tertij Subsequutus R. P. Nicolaus Schmier, qui magno Litterarum proventu Fratres nostros studiosos Lingua græca imbuit. Tertius subinde advenit R. P. Andreas Pocher; omnes post septennium anno 17.18. in Monasterium proprium restituti. una cum S. Gallensibus recepti etiam alij ex Monasterijs Imperij exules, cum Galli denuò Friburgum Brisgovia occupassent, ex cuius urbis Partheronibus S. Dominici et S. Ursulæ Moniales Hhenaugiam confugerunt. Domina Wiliburgis Abbatissa in Zotenmünster cum socia Nameram dedijt. Reverendissimus Dominq. Augustinus Abbas S. Trudperti Fratrem Trudpertum Eltis adduxit, cui mox adjunxit R. P. Bernardum Gervig. Ex Monasterio Schutterano suscepti Religiosi Fratres Isidorus Emle, et Hieronymus Steizman. His pro studijs severioribus adjunctus

+ Religiosorum,

1713.

Religiosus

Religiosus Frater Benedictus susceptus ex Monasterio S. Petri Silvæ nigræ, eoquo insuper aderant R. P. Henricus Tueglin, et Religiosus Conversus Marcus Zeiner. Caterùm eò libentiùs hi omnes admissi fuêre, tametsi locus satis Angustus esset, ædificio novo conventus nondum absoluto; quòd anno superiori bello in patria exorto, nostris quoque Asylum promptissimè condictum fuisset, licèt deo propitio usi non fuerint. Non solùm autem Renaugiæ, sed et ostringæ hoc anno Abbas Geroldus instruendis novis ædificijs prorexit, posito bino horreo uno in Monte, in valle altero. Mamera die vigesima tertia Decembris piè obijt quinquagenarius R. P. Januarius Hafner Wilensis, cum Parochiam illam, et antea Renaugiensem Religiosissimè administrasset, sepultus in Ecclesia Parochiali. Eodem anno opera Clarissimi P. Blasij Benor, magni cellerarij S. Blasiani obtenta est à Serenissimo Imperatore Carolo VI. nova confirmatio privilegiorum nostrorum, data die quinta Octobris, ac per omnia similis superiori data ab Augustissimo eius Fratre Josepho.

Diploma Caroli VI.

1714. Pax Badensis.

Anno decimo quarto Davenspurgi Princeps Illustrissimus et Abbas S. Galli Leodegarius celebravit Jubilæum Sacerdotale, simul ac undecimum Sæculare Monasterij S. Galli: ad quam Solemnitatem deputatus noster R. P. Fintanus. Interim de pace restituenda actum inter Imperatorem et Regem Galliæ primùm Rastadij, deinde Badenæ Helvetiorum; quò se cum conferret Plenipotentiarij Cæsareus Comes de Sclieren, deputatus P. Prior noster Joachimus cum Archipræfecto die decima sexta Maij cum Schaffhusij excepit, nec non et Comitem de Goes commissarium Primarium subsequutum die decima nona eiusdem Mensis. At Serenissimum + Principem Eugenium Sabaudiæ ducem salutavit ipse Abbas Geroldus die quinta Septembris occurrens facto ad pontem, qui torrenti Wolfenbach imunet. Subscripta pax eodem

+ Sabaudiæ

Mense

Mense die septima, et publicata undecima; Missique à Geroldo, qui laudatum Principem Thenebegiam invitarent. Condixit quidem, sed absente Abbate ob Electionem Principis et Abbatis Einsidlensis, Priori obviam facto haud procul Monasterio se excusavit, tormentorum strepitu honoratus duodecima Septembris: Mox tamen viennâ humanissimas ad Abbatem scripsit Litteras. Memoratæ paci inclusi quoque Helvetij. Anno
1715. sequenti cùm speciale fœdus Catholici cantones cum Rege Galliæ iniissent, ea res motus quosdam apud Protestantes excitavit, qui videbantur ad arma propensi. quapropter documenta cum debitis sacris Cuortvilæ S. Blasij dynastiæ commendata. Impetebantur quoque bona Monasteriorum Hinc ab Helvetijs, illinc ab Episcopo Constantiensi, quæ tamen non sine magno Geroldi nostri labore
1716. Romæ vindicatæ sunt. anno decimo sexto tandem celebratus denuò fuit Conventus Reverendissimorum Patrum nostræ Congregationis die decima nona Septembris Fischingæ, cùm diu post bellum Helveticum restitutio Monasterij S. Galli expectata fuisset. Ibi Electus Visitator Abbas noster Geroldus. Eodem anno diem extremum obijt apoplexia tactus Mamerœ, ubi Patochulm agebat R. P. Mauritius Tscharandi Solodorensis ætatis anno quinquagesimo tertio die secunda aprilis, sepultus in Ecclesia Parochiali, postquam œconomiæ, et curæ animarum per plures annos operam vir promptus impendisset.

Inappellabilitas Monasterio asserta.

Litem hoc tempore intentaverat Joannes Casparus de Waldkirch Dominus in Goldenberg et Reuthe, Rhenaugiæ incola, affini suæ Dominicæ de Waldkirch natæ de Greuth, cuius marito Sigismundo Capitaneo mortuo, casparus fratris hæreditatem impetiit, licèt filia patri superstes, matrem moriens hæredem reliquisset. Lis per cancellariam in favorem Dominicæ decisa, quæ Sententia in Judicio appellatorio ab Abbate confirmata,

postquam

postquam consilium Iuridicum â Francisco et Benedicto Schmier Doctoribus Salisburgi obtinuisset, quo Fratrem Geroldum Müller ex sorore nepotem suum prostudijs Iuridicis miserat. Ad Caspahus magnis consilijs usus, appellationem ulteriùs ad Cantonis Monasterij Protectoras interposuit, facto hactenus inaudito. Eo ex Comitijs Fraenfelda ab oratoribus delata ad proprios Magistratus. Nec segnior Abbas per deputatos suos jura Monasterij defendit, demonstratis plurimis de non avocando privilegijs, quæ ipsa urbario, in quo idem jus continebatur, à Foederatis Confirmata erant; præterquam quòd perpetuus usus Monasterio faveret, ipse quoque Caspanus de Waldkirch in Litteris Reversalibus, quandò in Rhenaugia oppidum admissus fuerat, luculenter renuntiasset omni decursui extra Abbatis Judicium. Magistratus Tigurinus die decima sexta Novembris /g/ primus fuit, qui Litteris publicis, tanquam advocatus Monasterij liberè Electus, privilegia ista conservanda, atque Waldkirchij appellationem rejiciendam esse deberet. quorum exemplum sequuti sunt vigesima eiusdem Mensis Suitenses et Subsylvanij tam superiores, quam inferiores, ijsdem verbis et expressionibus usi. In eandem sententiam ivit Magistratus Uranensis die quinta decembris ac denique Lucernensis decima quarta, cum nova Sponsione conservandi Monasterij jura ac Consuetudines. His accessere postliminio Glaronenses utriusque Religionis, charta desuper expedita, qua et ipsi

g.

/g/ in der alainigund Gottgefälligen absicht mehr erwentes löb. Gotshaus Rheinau, als dessen erbettene, und getreuwe schutzherren nach der Zusag und rühmlichen exempel unser in Gott ruenden altforderen, zufolg der ausgegangenen Confirmationes, und schirmbriefen, bey seinen alten freyheiten possession und gerechtigkeiten, wie bis anhero, also auch ferner zu beschützen, und handzuhaben.

e

se fatentur rogatos Monasterij Protectores. Repulsam itaque sæpius est passus Waldkirchius, cum duntaxat superesset votum Turicensium atque Bernatium, quos Abbas noster Geroldus hoc anno + utpote ab ultimo bello jam reliquis antiquis Cantonibus pares effectos, Protectores elegit rogavit, atque Monasterium in tutelam suppleæ comendavit. + die 14. Novembr.

Visitationes Monasteriorum, per aliquot annos ab ultimo bello Helvetico interruptæ, resumptæ, atque sedulo continuatæ fuerunt, in quarum vena habita
1717. anno sequenti decimo septimo visitatores Principes Thomas Einsidlensis, et Bonifacius Fabariensis, recessum his verbis inchoarunt: Nos infra scripti visitatores in hujus venerabilis Monasterij visitatione Disciplinam Monasticam in optimo statu deprehendimus. Thenaugiam die decima nona Maij advenit Perillustris dominus Angelotus Reichle de Meldegg Capitularis Campidonensis causam pertractans juris eligendi Coadjutorem, susceptæque est regue ad vigesimam primam Septembris sequentis anni, quo denuo Roman adiit. Inter nostros obierunt die
Obitus. vigesima prima Januarij Frater Conversus Joannes Käppelin, Midaurensis ætatis anno quinquagesimo quarto, hydropsi absumptus, homo industrius atque pius. Et R. P. Edmundus Schilter Tschenbacensis sexagesimum ætatis annum agens, die octava Aprilis, apoplexia tactus, scriptor elegans, concionator Egregius et Parochus celeberrimus. Ac cum præcedentibus à tempore destructæ veteris Ecclesiæ Monasterialis sepulti fuerunt ad Sanctos Felicem et Regulam; Verum anno decimo
1718. octavo istius sæculi Reverendissimus Abbas Geroldus novum cœmeterium ad latus novæ Basilicæ benedixit; cui primus illatus fuit Religiosus frater Conversus Antonius Mayer Thenaugiensis, orationi assiduæ admodum deditus, postquam die Secunda Novembris senio ad septuagesimum sextum rego annum confectus fuisset. Eodem anno Mortuo Leodegario Principe S. Galli, electus est

Josephus

Abbas LIII.

Josephus†, qui mox in pacta cum Federatis cum conveniisset, cum capitulo in pristinam possessionem Monasterij, ac Dominiorum Helvetica est restitutus. † Rudolphi

Reverendissimus Abbas noster Gerol-
dus de augmentatione boni gregis solici-
tus, cum securitate pacis frueretur, denuò
1719. plures ad sacrum ordinem et Monasteri-
um sequentis anno suscepit, numerumque
Religiosorum adeò adauxit, ut tandem
post mortem suam venum supra quadra-
ginta Professos relinqueret, qui tempore
Electionis suæ septem duntaxat et vigin-
ti invenit. Nos omnes simul hoc loco in
conspectum dabimus anno Professionis
præmisso.

Professi sub Geroldo II.

1698. R. P. Basilius à Greuth Diessenhorensis.
1698. R. P. Leontius Lienberger Wilensis.
1699. Conv. Aegidius Steigmeyer Clingnovensis.
1700. R. P. Benedictus Ledergerw Wilensis.
1700. R. P. Romanus Dosenbach Tigiensis.
1700. R. P. Cœlestinus Schindler Lucernensis.
1700. R. P. Bonifacius de la Tina Nuidong Friburgens.
1700. R. P. Cleinradus Vogler Engensis.
1702. R. P. Conradus Müller Wilensis.
1710. R. P. Joannes Baptista Wurmer Feigerstuhlens.
1710. R. P. Gallus Weller abbatiscellanus.
1710. R. P. Martinus Zumstein Helveto-Badensis.
1710. Conv. Nicolaus Wettiger Rotznacensis.
1712. R. P. Geroldus Müller Tigiensis.
1714. R. P. Gregorius Lew Horheimensis.
1714. R. P. Augustinus Zurlauben Tigiensis.
† 1714. R. P. Hieronymus Natter Bildsteinensis. † 1714. R. P. Amborius Graf è S. Fide.
1719. R. P. Romanus Effinger Einsidlensis.
1719. R. P. Adelphonsus à Fleckenstein Lucernens.
1719. R. F. Bonaventura Küfferlin Turicensis.
1719. R. P. Carolus Besler de Wattingen uranens.
1719. Conv. F. Michaël Landwing Tigiensis.
1720. R. P. Bernardus Tuscon Lucernensis.
1722. Conv. F. Felix Ebbe Donaueschingensis.
1724. R. P. Petrus Schedler Einsidlensis.
1724. R. P. Gallus Waldman Tosacensis.
1724. Conv. F. Fridolinus Fiedler Glaronensis.
1727. Conv. F. Stephanus Engist Tellensis.
1727. Con. F. Laurentius Baumgarter Wolmirstetens.
1729. R. P. Paulus Meichlner Engensis.
1729. R. P. Blasius Hartmann Lucernensis.
1729. R. P. Placidus Delger Subsylvanus.
1729. R. P. Maurus Frautsch Monensis.
1729.

Geroldus II.

1729. Conv. F. Franciscus Schiel Aichensis.
1730. R. P. Dominicus Buchman Neukirchensis.
1731. R. P. Beatus Muos Tiegiensis.
1733. R. P. Deodatus Müller Thenaugiensis.
1734. R. P. Januarius Herter ab Hertler Constantiens.
1734. R. P. Mauritius Hochenbaum van der Meer Norimbergensis.
1734. R. P. Henricus de Arethan Trevirensis.

Prænemorato anno decimo nono cùm R. D. Joannes Jacobus Fridrich Parochus in Bühl sine previa redemptione obiisset, Abbas per suos deputatos hæreditatem Conobiigna-
-li curavit, eandemque nomine spolij adivit.
1720. Sequenti anno dictæ Parochiæ unitus fuit pagus undariederen, qui ad Erlingensem pertinebat; fundata quoque Capellania in Dettikoven, eiusdem Parochiæ pago, per R. D. Joannem Conradum Parochum in Schön-
-berg, ex Dettikoven oriundum. In Conven-
-tu Reverendissimorum Patrum, in Monas-
-terio Einsidlensi die nona Julij celebrato, admodùm utilia pro studijs Monasticis ac
1721. litterarijs agitata. Anno vigesimo primo mortuo Sancto Pontifice Clemente XI. Electus est Michaël Angelus Conti, dictus Innocen-
-tius XIII. Ad quem Geroldus Abbas noster, animo ex pristina amicitia concepto, ut qui dum nuntium ad Helvetios ageret, ipsius Electioni et Benedictioni interfuisset, gra-
-tulatorias demississimas die vigesima-prima Maij destinavit, et gratias clemen-
-tissimas vigesima sexta Julij retulit, fac-
-ta spe alicuius gratiæ singularis obtinen-
-dæ. Non omisit Abbas oblata occasione
-rati, tum per Cardinalem Spinolam, tum per Bernardum Conti Pontificis Fratrem, qui ex Monacho Benedictino creatus fuerat Cardinalis. verùm cum alij postulatis inter-
-cederent, res pro informatione Comissa Re-
-verendissimo Domino Dominico Passionei Nuntio Apostolico, qui in relatione sua Romam destina sic inter alia infert: Re-
-ligiosi omnes dicti Monasterij [Rhenoviensis] sunt absque exaggeratione disciplinæ Mo-
-nasticæ observantissimi, imò maximum exemplum hæterodoxis circumvicinis; hæc prærogativa sanè cum primis Reveren-
-dissimo Rhenoviensi ac dignissimo Præsuli

Debetur

debetur, utpote qui Sanctitati Domini nostri jam tunc in amicitijs et cognitione fuit, dum canonicae eiusdem assisteret electioni, ac eundem Benedicteret tempore suae Nuntiaturae. absit Praejudicium! omnia insuper inter Monasteria Religionis Helveto-Benedictinae hocce est, in quo Sancte vivitur, sub exemplari vita Monastica perfectissimo. videbatur Pontifex pronus in favorem Monasterij: verum adversarijs extrema moventibus negotium ad mortem usque Innocentij protractum, quae triennio rotundum elapso intercessit, atque spem omnem extinxit. + Hunoergs Bassionaeus.

Inter haec praematura morte abreptus est inter neo-professos Religiosus Frater Bonaventura Häfferle Zuzachiensis die sexta Martij, aetatis anno vigesimo, Calida febri licet corpore vegeto consumptus, cum non modicum sui desiderium reliquisset tum ob regularis Disciplinae observantiam, tum ob sedulam ad seria studia applicationem. Hunc sequenti anno duo Conversi ad aeternitatem sequuti Henricus Fäch Augustanus die octava Martij, natus annos quinquaginta et octo, qui chorono- vaque Ecclesiae opere Seriniacio exornandis plurimum insudaverat; Et Aegidius Steigmayer Clingnoviensis, quinquagenarius die vigesima secunda octobris, qui memoriam sui in plantatis à se hortis reliquit. Adiecit huc anno Ab Abbate suo Bernardo Baillie comendatus ad studia et disciplinam ex Monasterio Ratisbonensi ad scotos Religiosus Frater Columbanus Grand scoto montanus, ad biennium in respectu S. Finiani gratis susceptus; qui postmodu ex comissione superiorum, patriam suam revisit. Habita est in Monasterio Murensi Congregatio die sexta Maij, ubi agente Domino Anselmo Reichlin comendatitio ad summum Pontificem destinatae sunt pro salvanda libera electione Coadutoris in Monasterio visigni, ac Principali Campidonensi, cum Abbas jam designatus Cardinalem de Schönborn: Res feliciter cessit, et sors cecidit super Anselmum, quem- postea Abbas noster Geroldus invitatus.

vocitus

1722.

invisit

1723. invisit, multa ab eo humanitate exceptus atque honoratus. Anno vigesimo tertio, cùm quidam Jacquin seu Schram Controversias Schaffhusianis non minùs, quàm Renaugiensibus olim, movisset, res ita composita est, ut solutis bis centies ac quinquaginta millibus florenis Schaffhusiani altam jurisdictionem obtinerent in Buech, Talingen, Herblingen, Stetten, et Biberach, cum jure armorum, homagij, collectandi, religionis, servato tamen Domui Austriacæ Feudo Franco, quolibet vicennio per septuaginta quinque florenos redimendo; facultate etiam emigrandi sine detractu, qui in posterum Catholici esse vellent; Excepto denique ab hoc contractu Feudo Nobilium de Thurn in Bruesingen, quod jure pristino Conferetur.

Mors Placidi Principis Murensis.

Attigit Reverendissimus Abbas noster Geroldus quinquagesimum Sui Sacerdotij annum, quem grato in Deum animo solennem esse voluit. destinata celebritati dies vigesima nona Septembris Sancto Michaeli Archangelo sacra: verum mors inopinata Illustrissimi Principis Murensis eius Germani mordm ingessit, qua in arce Landegg Turgoviæ die decima quarta eiusdem mensis Evenit. Triennio elapso hic ipse Princeps similem celebritatem peregerat, assistente nostro Abbate, à quo jam multum expectabat obsequium: verum cum præproperè adventurus nuntiaretur, occurrit ei Germanico Geroldus nescius defunctum in lectica asferri, monitusque vix cogi potuit, ut regrederetur. corpus ipsius, licèt peterent Murenses, transmisso corde in Basilica nostra sepultum fuit ad Aram S. Benedicti juxta Geroldum X. Abbatem nostrum eiusdem Familiæ de Zurlauben, cum sequenti Magnifico Epitaphio:

Ne expectant Justi,
Donec Retribuas.

D. O. M. et Immortali memoriæ
Illmi et Rmi D. D. Placidi Zurlauben
L. B. de Thurn et Gestellenburg,
Abbatis Murensis, Primi S. R. I. Principis,
Primarij post Fundatores Murorum Restauratoris,

Abbas LIII.

Sacerdotis Jubilæi,
qui ano ætat. 78. Profes. 60. Presbyt. 54. Regim. 40.
Partæ salutis 1725. die 14. Sept.
In arce sua Sandegg mortis ingressus arenam
Raptus est
Quoniam Placida erat deo anima illig,
Corde Muris, corpore Rhenoviolegatis.
Siccine separat amara mors?
Imò conjungit arctiùs
Fratrem Fratri Germano Geroldo.
Nominis ac stemmatis Secundo,
Abbati Rhenovienfi, Sacerdoti Jubilæo;
qui isthoc piæ recordationis monumentum
Fratri optimo mœstissimus posuit,
ut qui in vita sua dilexerunt se,
in morte non sint separati.
Viator utrique benè precare.
Amen.

Parentatum fuit, Principi Placido Rhenaugiæ non secùs atque uni ex nostris Abbatibus, ciem in Consortium Fraternitatis ob beneficia collata adscitus fuisset. At Geroldo nostro pergendum fuit ad Electionem novi Abbatis Murensis, quâ nemus Princeps eiusdem nominis Geroldus ~~creatus~~ † Haimb Stüllinganus creatus fuit, qui nomen Geroldi assumpserat in gratiam animi signum, quòd à Geroldo nostro olim ad Muros comendatus fuisset. Abbas verò noster, sic volentibus, quæ præsentes erant, ibidem prævie in festo S. Michaëlis Jubilæum suum solemniter celebravit. Mense octobri denuò ad Muros de-

Jubilæum Sacerdotale Geroldi II.

vectus Benedictioni Abbatiali adstitit, indeque Rhenaugiam rediens solemni apparatu exceptus est, cum imineret dies trigesima prima octobris præcipuæ solemnitati destinata. Interea parabantur pro tanto festo decorando necessaria; quorum minimum non est Calix aureus adamantibus et rubinis fulgens, nec nonnumi aurei pondo unius, ducorum ac quatuor ducatorum, cum pluribus argenteis, in quibus species ipsius Abbatis Jubilæi, in kleyn. I. Fintani Fidelaris nostri, cum convenientibus scutis conspicitur. Eorum ectipa æri incisa ex Numophilacio Cæsareo Vindobonensi proftant.

Hospites invitati ac præsentes Erant plurimi; inter quos eminebat Excellentissimus D. Dominicus Passionei Nuntius Apostolicus, quem comitati sunt

Ioannes Baptista Lucius Auditor Generalis, Barcellinus Abbas, Castoreus cancellarius, et clarissimus P. Marquardus Hergott Monachus S. Blasij, cuius viri Eruditio consortio dictius fuerat usus. Illustrissimus Geroldus Princeps Murensis comites secum habuit Reverendos Patres Fridolinum Kopp suum postea in Abbatia successorem, S. Dominicum Müller Neomystæ nostri nepotem, et P. Leodegarium Mayer postea Decanum, virum non minus Eruditione quàm Musica præstantem, qui cum P. Anselmo Frey, concentum vocum cum strepitu instrumentorum ex arte Musica miscebat. Reverendissimus Abbas S. Blasij Blasius III. præter Dominum Thomam Melchiorem Schmidfeld Supremum officialem, alios que Seculares, quatuor ex sua congregatione Monachos adduxit Ignatium Gumpp fidum Abbatis Achatem, Stanislaum Müller, vastæ eruditionis virum, Engelbardum Wetter, et Bernardum Lang. Reverendissimus dominus Franciscus Abbas Fischingensis socios habuit Reverendos Patres Joachimum Seiler et Meinradum Honegger. Ex Wettingen Reverendissimum Abbatem Albericum Comitatè sunt Reverendi Patres Martinus Baumgartner, et Ludovicus Durlauben cellerarius, ac Neomystæ nostri Frater Consanguineus. Durifuldensis Abbatis vices explevit R. P. Aurelius Fischer Prior, cum Patre Mauritio Borg olim Rhenaugiæ exule. Reverendissimus Bernardus Schwarzacensis† cum P. Priore et tribus Religiosis jam ad festum S. Michaëlis advenerat, atque octo diebus exactis discessit. Is ante aliquot annos secum adduxerat Religiosos Fratres Cœlestinum Stächelin, et Joachimum Gumpler, qui ultra triennium† studijs Theologicis, Juridicis et græcanicis imbuti viri admodum præstantes evaserunt, priorque Bernardi successor fuit. Inter Sæculares hospites præcipui erant deputati Magistratus Tugiensis D. Oswaldus Kolin Rolandamannus et †† Militaris Præfectus, atque Bernardus de Brandenberg Senator Reverendissim

† Abbos

† Rhenaugiæ

† Brandereus vulg. Branerker,

verendissimi nostri †sororius. Proprio verò ac Familiæ nomine aderant Dominus Fidelis Zurlauben Landamannus Tugij et Capitaneus Liberæ Provinciæ Frater consanguineus Geroldi; nec non D. Damianus Müller Capitaneus et quæstor Tugij cum Conjuge sua Salomea Sorore Reverendiss. Domini, denique Capitaneus †Landwing Placidus Zurlauben Archicancellarius Provinciæ liberæ, et Beatus Jacobus Zurlauben nepotes Jubilæi. Primi ordinis hospites excepti fuêre per militiam in armis paratam ex Rhenaugiensibus Altenburgensibus et Iestettensibus.

† ob neptem uxorem Nepos.

† Joannes Franciscus Landwing postea Landamannus, Equites aurati Placidus Zurlauben Archicancellarius provinciæ liberæ, et Beatus Jacobus Zurlauben Nepos Jubilæi.

Die Dominica ultima octobris mane hora quinta omnibus Campanis atque tormentis signum datum, quæ etiam pridie crepabant. Media octava panegiricum dixit R. D. Erhardus Leiker Parochus in Thiengen, Decanus et orator insignis. Post nonam Romysta Jubilæus ex aula ad Ecclesiam procedente clero et populo deductus est medius inter Reverendissimos Abbates Murensem et S. Blasij. Excellentissimus D. Martius ex choro S. Benedicti comitatus reliquis Abbatibus eundem ante Summam aram excepit. officium ipsum de SS. Trinitate decantatum, adjuncto in fine hymno Te Deum Laudamus. Expletis omnibus sub strepitu Bombardarum per peristilium et superius ambulacrum conventûs in aulam rediêre, prandium solemnitati decens excepturi in triplici mensa parata in nova et amplissima aula Conventûali propè Bibliothecam. In foro fons Fini albi et rubri decurrens populum recreavit, præter Missilia et Comestibilia. Abbati verò varia dona tum ab hospitibus, tum à subditis, et à Capitulo Neukirchensi oblata sunt. Patres Murenses picturam magnam fieri curarunt quinquaginta symbolis ornatam, quæ præter Effigiem Geroldi nostri, ostentat alteram sui fratris Germani Principis Placidi. Huic adjuncta est altera nomine Conventûs nostri satis elegans, à R. P. nostro Augustino Zurlauben Abbatis nepote, mirando potiùs quam æstimando labore, plurimis Cabalisticis versibus compositâ.

Sequenti die Festo omnium Sancto-

rum

-rum solemniter in Pontificalibus celebravit Excellentissimus Dominus Passionevs, quò ea occasione consecravit quoque novum Sacellum Abbatiale. Is tum quarta vice Thenaugiæ fuit, Abbati familiarissimus, Bibliothecam nostram, ac vetera Manuscripta diligenter scrutatus, quin et choro psallentium tam media nocte, quam interdiu se sociavit. Erat jam ab anno 1714. Abbati notus, cùm Nuntium extraordinarium ad Congressum Badensem pro Conciliandâ pace inter Cæsarem et Regem Galliæ ageret. susceptus fuit in consortium fraternitatis à capitulo nostro, cujus solemniter parentatum, ~~cum nuper Cardinalis Dataricus obiisset~~, postquam orbem sua eruditione implesset†, Abbas verò noster Geroldus paulò post à Monialibus Valdis S. Catharinæ expetitus die duodecima Novembris tertiò celebravit Sacerdotale quinquagenarium decantata Missa cum hymno Ambrosiano, ubi hostiam patenæ imposuit Domina Josepha Dominica de Totenberg Priorissa, quæ in opinione sanctitatis perhibetur, ut sua manu scripsit Abbas in diurno vitæ illius, cujus consilijs sæpiùs usus est Abbas, typis edita est à R. P. Maximiliano Du Frenes, cùm postea novam et Elegantissimam Monasterij structuram moliretur Laudata domina Priorissa, primum lapidem posuit Geroldus noster. quod et

1724. fecit anno vigesimo quarto pro Monasterio Schwarzacensi. quo Thenaugiam invisit Serenissimus Princeps Frobenius Fürstenbergo Mößkirchensis, cum filio unico Carolo, et lectissima Conjuge Maria Theresia, filia natu minori ultimi Comitis de Sulz, Monasterio nostro addictissima.

1725. Sequenti anno die vigesima Aprilis pijssimè in domino obijt R. P. Wolveng Göldlin à Tiefenau Lapersvilanus propè obitus. Sexagenarius. quem ad Beatam, id spero, vitam secutus anno vigesimo

1726. sexto die vigesima quarta Julij R. P. Placidus Besler uranensis, postquam Parochiam Thenaugiensem per tredecim annos

† alijs obijsset anno ætatis 79. S. R. R. nalis Bibliothe- et Brevium Secr- sepultus ad S. Pe- dum ad Thermas Patres Cisterti-

Abbas LIII.

annos solertissimè administrasset, concionator extemporaneus, et infirmis non solum spiritualibus, sed et corporalibus medicinis succurrere assuetus. Instituit sodalitatem sub invocatione S. Josephi. Nutricij Salvatoris sub cuius Patrocinio plurcidissimè obdormivit aetatis ano quinquagesimo quarto. dies prima decembris pariter ultima fuit R. P. Anselmo Baumgartner Sirnacensi, cùm annos vixisset novem et quinquaginta, vir litteratus et Concionator Egregius, chori et S. Regulae studiosissimus, prudens tamen et discretus, Novitijs primùm ac Fratribus, deinde Conventui Subprior praefectus; quo munere abdicato soli Deo animaeque suae sancti vacavit. Eodem anno Abbas Geroldus aedificium amplissimum inchoavit pro hospitibus excipiendis secundum Rhenum in superiori parte insulae, contiguum prioribus aedibus, destructis Equilijs, quae à veteri Burgo hoc Loco steterant, constructisqs novis ante molendinum, cui pulcherrimam aulam superimposuit. Structura primùm domino Petro Dum, deinde domino Michaëli Beer commissa, qui etiam Laniariam superposito prospectu fine tecto in Rhenum produxit. Picturam triumphantis Josephi Aegyptiaci in aula fecit dominus Carolus Stauder; Caqueariam verò elegantì opere Jacobus Appiani Mediolanensis.

aedificium Aulae.

Die Decima Junij eodem anno celebratus fuit conventus Reverendissimorum Patrum in Monasterio S. Galli. Excellentissimus dominus Passionerio congregationi dedicavit oratione prolixa et erudita. Praeterium impressum cum notis Venerabilis Tomasini, quo singulos Religiosos uti voluit. Eodem exarserat Contentione ratione Electionis Abbatis Engelbergensis, quae ipso absente, cùm die praefixa non fuisset praesto, facta fuerat. Missus hac de re Roma à Congregatione R. P. Josephus de Coll Einsidlensis, vir eximius, tunc Praepositus Bellinzonae, qui à sumo Pontifice Benedicto XIII. faventibus Cardinali Conti

ordinis

ordinis Protectore, et Illustrissimo Lambertino, breve favens Congregationi die quinta Julij hoc anno obtinuerat, quod tamen Passionei postea sub successore Clemente XII. revocari fecit, confirmatis caeterum congregationis privilegijs et exemptionibus. Anno sequenti octavo decimo Kal. Jun. pijssimè obijt Nobilis ac strenuus
1727. D. Fridericus Le Grand, natus in Weisweiler Ducatûs Juliacensis, qui per viginti et quatuor annos Praefecturam Monasterij eximia prorsus peritia atqs industria administravit, relicta unica filia ex Conjuge nata de Pappenheim. Eo resignante jam ab anno Praefecturam administravit eius in officio successor Nobilis Dominus Adalbertus Lucas Antonius Werner Feldkirchensis, Parens moderni Archipraefecti Geroldi, nati Matre Antonia Baronissa de Almanshausen.
1728. Anno vigesimo octavo restauravit Abbas
cum S. Blasio foedus renovatum. Geroldus die secunda septembris antiquissimum Foedus cum celeberrimo Monasterio S. Blasij, eiusque Reverendissimo Abbate Francisco secundo, paulò post primo S. R. I. Principe. de Cuius foederis antiquitate sequentia in monumentis Sanct Blasianis leguntur: Fratribus de Rynaugia faciendum est, sicut illis de Hirsaugia. Monasterio Schwarzacensi pari foedere
1729. juncto anno sequenti in subsidium missus est R. P. Benedictus Ledergerw, mox Prior constitutus; cui deinde adjunctus R. P. Geroldus Müller, qui Theologiam docuit. usi sunt eximio favore Reverendissimi Abbatis Caelestini olim Rhenaugiae studijs imbuti, triennio exacto domum reversi. Congregatio eodem anno die decima sexta Maij Rhenaugiae celebrata; ubi statutum, et decreta congregationum pro ratione materiae in capita S. Regulae eiusque primaevas notas distribuantur; jutqs expositi, et officiales annuatim sacra exercitia peragant.

aedificia- Ecclesia Parochialis in Baltersweil ruinosa cum esset, conventum cum Parochiano, qui in fundatione Parochiae ad conser-

vationem

-vationem Ecclesiæ se obstrinxerant, ut ipsi cunctis cMaterialibus comparatis operas necessarias seu angarias præstent, Abbas fabros cMurarios, Lignarios, cæterosqs Artifices cMonasterij expensis conducat, sine jurium tamen præjudicio, præsertim conservationis, aut necessariæ reparationis, ad quas ipsi Parochiani teneantur. Sequenti anno 1720. -ti anno extincta sumptuosam horreum haud modicis expensis ædificatum est. Quo anno die vigesima quarta Aprilis in nostro cMonasterio divertit Reveren-dissimus P. Hartmannus à Brixia Tyro-Censis ordinis Capuccinorum Generalis cum ~~comitatu~~ duodecim sociis. Cæterùm cùm obitus. febris maligna grassaretur, duos viros eximios Parochorum munere functos, morbo à moribundis contracto abstulit, R. P. Gregorium Lex Horheimensem ætatis anno trigesimo quarto die vigesima secunda cMartij, postquam philosophicum et Theologiam summa Laude percurrisset vir in cunctis scientijs experientissimus, orbi litteratio, ac dignitate præfulgidis viris notissimus, inter quos Reverendissimum præpositum Ecclesiæ cathedralis Augustanæ invitatus invigilat. Erat insuper Regularis disciplinæ observantissimus, gravitate et zelo summam venerationem secum consequutus, sed nimijs laboribus robusto suo corpori inimicus. Eius hæres in officio, fatoque fuit R. P. Ambrosius Graff S. Gallensis è S. Fide, alias cMusices peritissimus, qui simili cum zelo animarum ardoret animam bonus Pastor cum et pro ovibus posuit, natus annos triginta tres, die sexta cMaij. Hoc senio et morbis fractus insequutus die decima octobris R. P. Rupertus Keller Helveto-Badensis, ætatis anno sexagesimo sexto, cum choro Laudibusque Divinis indefessè inservijsset.

Controversia ratione fabricæ Ecclesiarum.

Exarsit hac tempestate ingens controversia inter Celsissimum Episcopum Constantiensem Joannem Franciscum, et Abbatem nostrum Geroldum, ratione redditum fabricæ Parochiarum cMonasterio incorporatarum. Cùm enim R. D. Carolus Josephus Henseler Vicarius, seu Parochus

in

in Rheinheim pecuniis eiusdem fabricae sine praescitu Monasterii usus fuisset, atqs claves ad casam restituere remisset, missus est R. P. Prior Beda Lindau, Supremus Fabricarium inspector, cum R. P. Augustino Zurlauben ad Excellentissimum Dominum Possessionem Altorfium veranio-randum, quò se ob lites cum lucernatibus contulerat, obtinuitqs decretum die decima nona Junij, quò praecipiebatur vicario, ut non solum claves, reditus, sed et pecunias ablatas restituat. At vicario decreto per Praefectum Dominicum Werner insinuato parere detrectans, negotium detulit ad Consistorium Episcopale Constantiense, quod appellationem ad Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum interposuit, resfragante Nuntio Apostolico, qui causam prius coram se discutiendam esse die septima Julij contendit. Subornatis quoque Regimen Serenissimi Principis Schwarzenbergici in Thiengen à Domino Henseler; quod tamen informatione accepta per P. Priorem atqs Praefectum condixit, huic causae, reservatis Juribus Principis, se non interpositurum. Igitur undecima Septembris apud S. Nuntiaturam pro Renaugia possessorium demonstratum est, atqve monitorium contra sapè dictum Vicarium impetratum, quò sub poena quingentorum ducatorum, et suspensionis à Divinis jubebatur intra decem dies aut respondere, aut claves ad cistam fabricae dimittere. Sed cum neutram à vicario praestaretur Excellentissimus verò Nuntius Viennam destinatus jam esset Romam profectus, nec tamen eius successor Joannes Baptista Barni in Helvetiam appulisset. Dominus Interventius de Lucijs, rejecta appellatione Romana, die secunda Decembris sententiam pronuntiavit: Abbatem posse omnes fructus fabricae Rheinheimensis Ecclesiae incorporatae in proprios usus convertere, Vicarium verò expensas litis teneri refundere. quin imò undecima Januarij anni instan-

Pro Monasterio decisum à S. Nuntiatura.

tis

1751. tis trigesimi primi aliud decretum à sacrâ Nuntiatura emanavit, quò declaratur, vicarium in Rheinheim defacto-penas, ac Nominatim suspensionem à divinis incurrisse. Facta illius debita insinuatione Dominus Henseler Mandato episcopali se excusans, à legendis quidem sacris abstinuit, vocatis pro administratione Parochiæ capucinis, causam verò totam Consistorio Constantiensi commisit.

Cuius Forum Romæ agnoscitur. Arbitrabatur celsissimus dominus Episcopus, causam pro tribunali suo fuisse discutiendam, atque adeò S. Nuntiaturam de supergressis limitibus jurisdictionis Romæ sententiavit apud Prosperum columnam Generalem Cameræ Auditorem, qui secunda aprilis Abbatem nostrum Geroldum citavit, suspensa Nuntiaturæ sententia; vicarium verò Rheinheimensem imposita pœnitentia à suspensione absolvit. Constitutus itaque ab agente nostro Reverendissimo Abbate Laurentio Baltarello Procurator Angelus Eleuterius Renaugia causam procurante R. P. Augustino Rierauben, viro Eloquentia, ac juris peritia insigni; quorum demonstrationibus, ac præsidiis Excellentissimi domini Passionei testimonia, cuius informatio à Judice expetita fuerat, tandem rejecta fuit Fiscalis Episcopalis postulatio, ac pronuntiatum, causam non pertinere ad curiam Episcopalem, sed ad S. Nuntiaturam, atque adeò ad Internuntium. Provocante Episcopo ad Tribunal Signaturæ iterum vigesima secunda decembris prior competentia fori confirmata est. Denique ad ipsum Sanctissimi Auditorem causa ab Episcopo delata, cùm Competentia fori ultimato ratificata esset, causa principalis per modum appellationis à prima instantia scilicet à sacra Nuntiatura ad Cameram auditorem tanquam Judicem in Curia Romana primum rejecta est. Jam denuò ab ovo processus inchoandus erat

erat, Romæ; pro quo multis ex utraque parte scriptis, et agitatis sententia lata est die vigesima prima Junij anno trigesimo secundo in hunc modum: ut quidem prior ab Internuntio pronunciata confirmaretur, reservaretur tamen Episcopo Constantiensi facultas, se ingerendi in implicatione redditicum fabricæ ad comodum fabricæ. Appellante Episcopi Procuratore ad signaturam, Procurator Abbatis appellationem interposuit ad tribunal Rotæ; licèt enim Dictatellus scripsisset, eam reservationem Episcopo factam nihil, aut parùm operari, displicuit tamen valdè Rhenaugiæ, ut cui cibera atque omnimoda administratio proventuum istorum competebat. Pars adversa tribunal Rotæ pariter sequuta est, ubi plurima sequentibus annis tam scriptis quàm typis agitata fuère; donec tandem sanctè obtè mortem Reverendissimi Abbatis Geroldi sententia decretoria in sacra Rota ferretur: Competisse, et competere Reverendissimo Abbati facultatem percipiendi omnes fructus illosq; erogandi in usus ipsi bene visos absq; ulla subjectione, et redditione rationis faciendæ præfato Celsissimo ac Reverendissimo Loci ordinario; partemque victam victrici in expensas condemnandam. Verum hæc non ultima in præsenti causa victoria fuit, quæ ob omnimodam rationem non solum Fabricam Ecclesiæ Rheinheimensis, sed et reliquarum Parochiarum incorporatarum afficiebat.

1752. ubi in appellatorio sententia anceps Emanat.

Reformatur tamen integrè pro Monasterio.

Intersuit nihilominus Abbas Geroldus Rheinheimij solemnitati S. Joannis Nepomuceni in ornatu Pontificali, non sine curiæ Episcopalis indignatione. Ejq verò Sancti Martyris statuam elegantem ponti Monasterio proximo impositam solemniter dedicavit, quem in Monasterij Patronum adscivit; Parentatum est quoque hoc anno trigesimo secundo solemniter Serenissimo Principi Schwarzenbergio Francisco Adamo, nato Maria

Anna

Anna Comitissa de Salt^a, quem Impe-
ratior Carolus Sextus die duodecima
Jenij infelici casu globo in venatione
trajecerat, cum ille Stationem deseruisset
ac proprius † luctum Imperatoris lugeret.
1733. sequenti anno trigesimo tertio edifi-
cavit Abbas Pistorium, cujus opera domi-
ni Michaëlis Beer, ad ripam Jheni sep-
tendrionalis, quæ proxima ponti in-
trocortibus occurrit; nec non aliud adi-
ficium ad portam Vineæ Corb, recipien-
dis plaustris, aliisque rebus aptum. Eâm
eo anno bellum ingens inter Cæsarem et
Gallicæ Regem exercuisset, ob duos Reges
Poloniæ electos Stanislaum Lesinskj,
et Augustum III. Saxoniæ Electorem,
ne infesti exercitus ad Jheni fines dam-
num Monasterij rebus inferrent, Abbas
Geroldus per oratorem Gallicum † de Marchionem
Bonac Litteras patentes immunitatis, vul-
gò dictas Salva guardia obtinuit, et
quidem singulas pro singulis locis, sub-
scriptas à belli Supremo Duce de Seckj,
quas Domino de Thirkeim Archiprafec-
to Eleggoviæ misit, ut ijs instante neces-
sitate uti posset. Interdicta tamen
Jhenaugiæ ab Abbate militum con-
ductio, ne alterutri parti umbram ob-
duceret. cum prohibita esset in Impe-
rio frumenti ad Helvetios translatio,
simile interdictum Helvetij, et Abbas
Jhenaugiæ statuerunt. Sequenti quo-
1734. que anno permissa Helvetijs emptio-
ne frumenti in quibusdam vicinis Im-
perij locis, hi vetarunt, ne quis hac de
causa patria exiret, aut dicta fora
frequentaret; quod pariter Jhenau-
gicæ ab Abbate statutum. die vigesi-
ma nona Augusti Serenissimus Princeps
Emanuel, Patri suo Lusitaniæ Regi
reconciliatus, cum reduce ab aula vien-
nensi, cujus Tribunus militum erat,
Schaffhusij pernoctasset, Mane in Ec-
clesia nostra Sacro interfuit, exceptus
ante fores ab Abbate, ad cujus pedes
venerandi Senis Princeps genu flexo Be-
nedictionem expetijt.

† ob luctum Impe-
ratoris lugeret.

Eodem

Geroldus II.

obitus. Eodem anno die vigesima sexta Maij Rhenaugiæ pie obÿt Nobilis Dominus, Clemens Damianus Weber, Eques auratus, et Landamannus Tigiensis, monumentum in Ecclesia S. Nicolai consequutus; Ex carcere is Tigio elapsus fuerat, [more secuò ac alter Landamannus Andermatt, qui] ob tumultus populares diutius Rhenaugiæ perfugium invenerant cum Viro Reipublicæ de Brandenberg, Colonello ultiger, Capitaneo Landwing, Præfide Weber, Doctore Müller, decoribusq; ac Uberis. Anno sequenti trigesimoquinto Mortalitatem exuit L. P. Conradus Müller Wilensis, natus annos duos supra quinquaginta, laboribus indefessus, vir Doctus, Bibliothecæ Præfectus, edidit summam capitum totius sacræ bibliæ versibus contractam, Prælóque paraverat seriem cum elogijs Abbatum nostrorum.

1735.

Geroldi II. Abbatis. Is tandem annus fatalis quoque fuit Reverendissimo Abbati nostro Geroldo II. cum annum ætatis octogesimum sextum attigisset. Cum in Festo Cœnæ Domini more solito officium cum mandato in pontificalibus peregisset, ob senectutem adeò defecit viribus, ut deinceps se continere in cubiculo Abbatiali cogeretur. Ad extrema paulatim deducto Feria tertia Pentecostis in sella reclinatus præsente Conventu omnibus sacris fuit munctus. die Sabbati decima octava Junij post nonam omnes ad morituram convocati: At ille resumptis viribus absedere nos ad breve tempus jussit, postquam iteratis vicibus solitâ suâ cohortatione his verbis nos monuisset:

Servate disciplinam, et ipsa servabit vos.

tandem post canam accurrentibus cunctis brevissimo agone placidissimè expiravit. Funus magna pompa curatum vigesima Eiusdem Mensis, accurrente tota vicinia ipsumque corpus, quod molle et tractabile mansit, certatim singuli inspexêre.

Erat

cujus concionem [illegible] typis impressam [illegible] quentia dixit [illegible] gustinus Isenbeck

Stalkalter

+ Jacobo Bernard Brandenberg, co lo Beato cæsareo capitaneo Joane cisco Landwing gantij Ex prof Caspare Leonhio Medicinæ Doct Fideli Müller ribusq; ac libe

Abbas LIII.

Res Oeconomicæ.

Erat statura procerus, corpore macilentus, facie ad Majestatem composita, naso aquilino, vertice calvo, verbo. qui veneratione cunctis ingereret. Merita eius in Monasterium nostrum ingentia sunt, cui novam speciem tot ædificijs amplissimis induxit. Templum novum magnificentissima altari summo, organoque instruxit; præter ornamenta plurima Vestes Pontificales totas ex filo aureo contextas fieri curavit. Candelabra majora argentea pulcherrimo opere eius expensis adfuit. Pyramides item quatuor pro exponendis sacris deliquijs, pedum Pastorale, pectoralia plura Gemmis fulgentia, plures calices arte præstantes, et ostensorium innumeris fermè Gemmis splendidum, quod septingenta auri grana appendet, expressis opere anaglyphico miraque arte sacris historijs. Census annuos Monasterij adauxit, debita plurima expunxit, nec solum ærarium numerosum reliquit, sed et majorem summam procensu annuo elocavit, cum nihilominus ingentem pecuniæ vim tempore regiminis sui in pauperes et egentes erogasset.

Pietas.

Verum Major Geroldi II. Caus non consistit in ædificijs et rebus œconomicis, quibus Monasterio in temporalibus plurimum profuit, sed vel maximè in Pietate et disciplina regulari, quam olim à Geroldo I. eiusdem stemmatis plantatam egregiè conservavit ac promovit. Assiduam eius curam, quam singulis et omnibus de conventu impendit, perspicere licet in diurno regulari, quod præter politicum separatim scripsit; ex quo constat, nihil ab eo neglectum, ac pro minimorum observantia indefessè solicitum fuisse. Exhortationes, quas ad Conventum habuit, ultra centum conscripsit; pias meditationes proprio marte elaboratas reliquit; singulos etiam fratres ferè hebdomadatim invisit, paternè et amanter monens ad bonitatem, disciplinam et scientiam sacrarum. Circulis seu Disputationi-

-bus

bus menstruis non solùm semper interfuit, sed etiam ad extremam usque senectam argumenta proposuit. quibus ac praecipuè propriæ vitæ exemplo id consequutus est, ut Chenaugia sub tanto Abbate longè latèque celebraretur. Sacrum quotidie legit, ut ob debilitatis periculum sacerdos ultimis annis assistere cogeretur, cum quo etiam precationes horarias interposita pausa devotissimè exsolvebat. Pauperitatis adeò amans fuit, ut non verereturvilibus, detritis et consutis vestibus incedere. pixide pro tabaci pulvere ferrea utebatur; calceos corrigijs coriacijs stringebat; pileo undequaque defluo itinera peragebat. quid castitatem laederet, nescisse jactabatur; certè præter flagra consueta perpetuò camisia lana utebatur, corpusque effetum cilicio ferreo constringebat, quod non sine vi ac vulnere quatriduo ante mortem avulsum fuit. quot annis, usque ad Supremam senectutem sacra die rem exercitia peregit. Tanta extitit humilitate, ut paucis ante mortem diebus quibusdam veniam rogantibus responderit, se potiùs causam postulandi veniam habere; humanissimus cunctis præsertim hospitibus, quorum consortio admodùm delectabatur.

Monumentum. Monumentum consequutus est in Basilicæ à se constructæ choro S. Benedicti, ubi duos suæ familiæ Zurlaubianæ collocaverat Abbates, nimirùm Geroldum I. reformatæ disciplinæ Auctorem, ultra seculum jam defunctum; et Illustrissimum Placidum Germanum suum primum Murensis Monasterij Principem. His tertius associatus est Geroldus noster undequaque secundus, Immortali Memoria Dignissimus, cui meritò adscriptum est sequens Epitaphium.

Sta Viator
Heic jacet viva
veræ virtutis imago
Rmus, Perillis, et Amplissimus Dñs
D. Geroldus II.
Zurlauben L.B. de Thurn et Gestellenburg

Monasterij

Abbas LIII.

Monasterij B.V. Mariæ Rhenovensis
â rebus præclarè et utiliter Gestis
Abbas Gloriosissimus.
Â Sapientiâ et ætate Grandæva
Senior Venerandissimus.
â Primitijs bis Deo solemniter Litatis
Sacerdos Jubilæus.
â Cultu Scientiæ et Zelo Disciplinæ
Ampliator Vigilantissimus.
â Pietate in Superos, Subditos Pauperes
Pater omnium Amantissimus.
Cujus si Laudem homines tacuerint,
Lapides Clamabunt.
obijt 1735. die 18. Junij æt. 86.
Profess. 70. Presb. 62. Reg. 39.
Et Sub mista hac urnâ
omnium in Sui Laudem corda
In Memoriam excitat.
R. I. P. A.

Panegirin ad diem trigesimum R.
D. Lenhart Decanus et Parochus in
Thiengen, in Jubilæo Geroldi quondam
orator, meliorem tamen in Anniversario
R.P. Mauritius Müller S. Gallensis,
olim Rhenaugiæ per plures annos in-
cola, Typis impressam dixerunt; in qua
cum secunda Laudatur Geroldus tan-
quam Secundus Monasterij Rhenaugiensis
Fundator.

Mor
-in capitula
-futura Ele
-illud decret
-secreta pe
-fori libert
-Smetium a
-tra mentem
-Lucernam a
-Apostolicu
-Archiepisc
-est R. P. Fin
-Illustrissim
-Geroldum
-retur. Ad
-fito R. P. B
-structor; u
-se humanis
-Chilominus
-cio Major
-tione fiorc
-P. Augustin
-mum Nico
-destinare,
-Abbatiali
-tito gratio
-gremio fore
-achimis, et
-Principum
-nij ad Seram
-nus Nuntiu
-ceptus à Co
-R. P. Placid
-lectionem de
-legit Illustri
-tam ad aulam
-omnibus itur
-R. P. Beda
-R. P. Fintanus
-R. P. Josephus
-R. P. Joachimus
-R. P. Basilius
-R. P. Leontius
-R. P. Benedict

Benedictg Ledergerw
Abbas LIV.

1735. Mortuo Abbate Geroldo II. plu-
ra capitula ex more celebrata sunt pro
Electio. futura Electione adornanda; in quibus
illud decretum est, ut in posterum vota
secreta per calculos in capitulis pro Ma-
jori libertate servanda dentur, ne quis
ob metum reverentialem suffragium con-
tra mentem viva voce ferre cogatur.
Lucernam ad Excellentissimum Nuntium
Apostolicum Joannem Baptistam Barni
Archiepiscopum Edessenum destinatus
est R. P. Fintanus Subprior; qui simul
Illustrissimum Principem Murensem
Geroldum rogavit, ut comparere digna-
retur. Ad S. Gallum missus eodem pro-
posito R. P. Benedictus Tum Fratrum in-
structor; ubi tamen Josephus Princeps
se humanissime excusabit, permisso ni-
hilominùs R. P. Romano Schertli cellera-
rio Majori, qui Notarij munere in Elec-
tione fungeretur. Nec ipse fuit ergò R.
P. Augustinum Gurlauben ad Illustris-
simum Nicolaum Principem Einsidlensem
destinare, qui tunc pro simili electione
Abbatiali in Fischingen morabatur, et pe-
tito gratioſè annuit. Interim electi ex
gremio scrutatores R. R. PP. Josephus, Jo-
achimus, et Basilius; Testes verò futuri
Principum socij. die vigesima octava Ju-
nij ad Seram venit Excellentissimus domi-
nus Nuntius, sequenti die solemniter ex-
ceptus à Conventu oratione habita per
R. P. Placidum Zelger. die trigesima ad E-
lectionem destinata Missam de Spiritu S.
cegit Illustrissimus Abbas Einsidlens is-
tiem ad aulam superiorem conventus ab
omnibus itum, erantq; sequentes Capitulares.
R. P. Beda Lindau Prior.
R. P. Fintanus Knopflin Subprior.
R. P. Josephus Togg Parochus Mamerc.
R. P. Joachimus Letter ibidem œconomus.
R. P. Basilius à Greuth Custos.
R. P. Leontius Hienberger cellerarius Major.
R. P. Benedictg Ledergerw Instructor Fratrum.

Benedictus

R. P. Cœlestinus Schindler Capellæ Magister.
R. P. Bonifacius de la Fina celerarig conventus.
R. P. Meinradus Vogler Granarius.
R. P. Joañes Bapt. Wurmer Parochg Zhenaugiæ.
R. P. Martinus Zum stein culinæ Præfectus.
R. P. Geroldus Müller Philosophiæ Professor.
R. P. Augustinus Zurlauben secretarig Capituli.
R. P. Hieronymus Nater Vestiarius.
R. P. Romanus Pfinger Theologiæ Professor.
R. P. Ildephonsus à Flekenstein Moderator Scholæ.
R. P. Carolus Pfeffer de Wattingen.
R. P. Bernardus Busconi Cæremoniarius.
R. P. Petrus Schedler Bibliothecarius.
R. P. Gallus Waldmann.
R. P. Blasius Hartmañ.
R. P. Placidus Zelger.
R. P. Maurus Frauensch.
R. P. Dominicus Buckmann.
Sel. F. Paulus Meichsner.
F. Beatus Muos.
F. Deodatus Müller.
F. Januarius Herter ab Hertler.
F. Mauritig Hochenbaum Van der Meer.
F. Henricus de Anethan.

Erant igitur Capitulares triginta et unus, præter R. P. Ursum Düggelin, qui ex apoplexiâ mutus cum esset, et ex uno latere claudus, missso notario cum scrutatoribus ad infirmariam renuntiavit mutibus voto suo. Primo scrutinio quatuordecim suffragia collimârunt in R. P. Benedictum, quinque in R. P. Romanum, ac totidem in R. P. Bernardum, reliquis per varios dispersis. Verum cum mutus prerì scrutinij canonici Electus esset à Capitularibus, repetenda erat schedularum in calicem immissio; Unde accedentibus ad eum, qui jam eminenter plura suffragia obtinuerat, R. P. Benedictum Zedergerw per tria super viginti vota salutatus est Abbas. Ætatis quinquaginta ac duorum annorum, Erecto ac procero corpore, ac morum elegantia reliquis cunctis præstantior. Consensit modestè electioni, licèt fateretur se in œconomicis inexpertum, Illud Salvatoris pro Symbolo usurpans:

quærite

quærite primùm Regnum Dei, et Justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis. natus erat in valle S. Catharinæ, Patre illius Sertenonis officiali, aliàs patritiâ familia Arbilensi, quæ jam occubuit sæculo decimo quarto nexu fœudali Monasterio nostro juncta. Memoria dignus Joannes officialis Monasterij S. Galli, qui anno 1602. 6 fidem Religioni et Principi servatam globo per insidias trajectus occubuit. tres habebat Fratres, unum ibidem officialem, alterum P. Fintanum decanum S. Galli, tertium Medicum Excellentissimum ab Electoribus Moguntiæ atque Coloniæ Consiliarij intimi titulo honoratum. ex ejus sororibus una Maria Anna Abbatissa in Paradysi Cœnobio, cui successit Catharina ex altera sorore neptis.

Confirmatio. Missus à Neo-Electo Marisburgam R. P. Romanus obtinuit à Celsissimo Episcopo Joanne Francisco, ut vi concordatorum examen confirmandi Committeretur Illustrissimo Abbati Murensi; quo perfecto solutisque annatis, confirmatio subjecta ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ specialiter delegato. Benedictio Abbatialis dilata est in diem septimam Augusti Festum Sacrarum Reliquiarum, quo solemni pompa peracta à vicario et Suffraganeo Constantiensi Reverendissimo Domino de Sirgenstein assistentibus Reverendissimis Abbatibus S. Blasij et Fischingensi. Eadem occasione consecratæ fuerunt novæ Ecclesiæ in Baltersweil, et valle S. Catharinæ, ubi paulò post Reverendissimus noster Abbas primum officium Actu Pontificali peregit. Interea jam litteras protectorias, solutis solvendis, obtinuerat Abbas ab oratoribus Foederatorum opportunè tunc Frauenfeldæ congregatis. ubi cum Dominus Udalricus Franciscus Josephus Segisser de Brauneck Lucernas, Turgoviæ tunc Præses, congressus esset, quòd Electio ipsi significata non fuisset, aboratoribus quiescere jussus est, cum Thenaugia legibus Turgoviæ non subjaceret. Ceterùm Regimen Abbatis Benedicti descripturo plerique occurrunt adversa, quæ illi ante electionem prædicta sterebantur

Protectio.

Benedictus

â pijssima illa Vallis S. Catharinæ Priorissa Josepha Dominica de Cottenberg, ut cum Paulo dicere potuerit: Foris pugnæ, intus timores. quæ tamen invicta patientia ac fortitudine toleravit.

Cives Homagium negant.

Primum arietem eumque validum intulerunt Cives Rhenaugienses; qui cum vigesima prima Novembris una cum Altenburgensibus ad homagium more solito præstandum vocati essent; hisultro motem gerentibus, illi jussa exequi detrectarunt, nisi priùs illorum prætensa privilegia ab Abbate confirmarentur. Fuisse illorum gravamina ad initium Regiminis Geroldo decessori oblata; quibus ille remedium afferendum spopondisset: at præstitisset nunquam. Audito civilem postulato, Benedictus Abbas per officiales pretensorum Iurium nullitatem, atque inanem Litterarum sensum demonstrari curavit. Verum illis in proposito obfirmatis promisit quidem, si ex debito præstiterint homagium, gravamina objecta maturiùs fore perpendenda: sed surdos admonuit, qui eò audacia processerunt, ut propria auctoritate Vigilias ad pontem Rheni abrogarent, id onus extra bellipericulum in Monasterium rejicientes, imò contra expressam Abbatis prohibitionem conventus Civicos celebrare non erubescerent. Elegerant quosdam causæ propugnatores, inter quos eminebant tres filij Andreæ Müller quondam Bauponis ad signum Bovis, in historia nostra nominati, Franciscus, Andreas et Joannes, quorum primus inter duriora verba asserere non dubitavit: â Dominis Escher Senatore Tigurino consilium sibi suggestum, ne homagium novo Abbati præstaretur, nisi quale Dominis Minoris Jurisdictionis præstari solet. Missus hac de re Tigurum Dominus Werner Archiprafectus noster, fuit die Decima nona Decembris, qui opportunè Franciscum Müller hac eadem de causa advolantem apud Præfatum Dominum Escher offendit, atque in præsentia Procuratoris Corrodi falsi convictum

adegit

adegit, ut non solùm dicta revocare promitteret, sed et homagium, prout exigebatur, sine mora praestare. At ille domum reversus primùm aegritudine se excusare, deinde etiam negare se unquam condicta facturum.

1736. Die decimasexta Januarij iminentis anni trigesimi sexti sub poena gravissima omnes cives pro homagio praestando citati ad Monasterij aulam consuetam: At illi praeviè in tabernam ad signum Bovis convenientes, descenderunt tandem in Monasterium protestatione interposita, se non juraturos in verba, nisi antea securi redderentur de restituendis juribus pretensis. Jussis omnibus ex hypocausto egredi, solus retentus est Franciscus Müller atque increpitus, quòd palinodiam indictam non praestitisset. cumìlle immotus persisteret, jussus est solus in silentio domum obsedere, neque civibus usque ad ulteriora mandata se jungere. At vix pede extra limen posito, cum verba quaedam querulosa effunderet, omnes simul secum ad domum Societatis abstraxit; unde habito consilio deputatos miserunt, qui dicerent: homagium ab ipsis praestandum, si saltem Abbas scripto caveret, remedium querelis asserendum, aut Judici causam committendam. Respondit Abbas, se consuetum. se id scripto post homagium persolutum. Accitis omnibus per eosdem deputatos ad aulae conclave, cum contentio invaleseret, utrum praemittenda, vel subjungenda esset Scriptura homagio? fortuita contigit, ut Procurator Corrodi in atrium Monasterij adequitaret. quem per fenestram intuitus Franciscus Müller, et nescio quid Monstri sibi imaginatus, illicò ad pedes Abbatis corruit, passisque manibus veniam deprecatus, perperam dicta revocavit. Nec mingì relictis civibus omnes conterriti, id solùm precabantur, ut ex veteri consuetudine homagium fieret in atrio domûs Societatis. Nec moratus Abbas cum Aulicis conscenso monticulo homagium more solito excepit, atque hausturn ordinarium cunctis praeberi jussit. quia etiam

Eandem praestant.

post prandium promissa apocha per cancellariam Scripta cuiùt, seriò perpendenda esse eorum gravamina aut etiam ad arbitrium vel Foederatos Protectores defferenda. die decima Sexta Januarij cum votis exceptis majora suffragia in Franciscum Müller collimassent, eundem licèt turbarum Auctorem jussit esse Praetorem. seu Schultetum, obiérat enim Stephanus Mayer Monasterio cum filijs fidelissimus.

Litem Contestantur.

Die duodecima Junij juxta sponsionem factam vocati cum Praetore Senatores eisque demonstratum, quam imbecilli fundamento niterentur eorum postulata, ac nihilominus quedam gratiae sponte oblata cum edoceri nulla ratione possent, eadem declaratio repetita vigesima quinta eiusdem mensis, ac die sequenti coram tota Comunitate. cunctis abeuntibus ad deliberandum in domum societatis, remissi ad Abbatem deputati, qui litem contestarentur, professi se jus apud Judicem quaesituros, quando nullem Littere ab Imperatoribus civitati date naüci atqs nihili fierent. Postera die vigesima septima Junij ex Praetore et Senatoribus perquiri jussit, quemnam causae Judicem adire vellent, ac unde litis expensas solviturii essent, cum ex bonis communibus id Abbas permissurus non esset? respondérunt illi: viam ad Syndicatum Foederatorum ab ipso Abbate eis fuisse demonstratam, expensas non ex civitatis, sed ex singulorum Civium bonis dilruendas.

Causa Caduntur.

Itaque Controversia Frauenfeldam delata oratores utriusque Cantonum die septima Julij Literis decenter exaratis monuerunt Abbatem, ut per Submissos comparere vellet, civibus ad quaestiones responsuros. destinatus Dñus Praefectus Werner R. P. Romanus tunc Archivarius, Abbate in Mameren, ut propior esset, consistente. Agitata in publico Consessu causa die vigesima secunda Julij sententia in omnibus articulis pro Monasterio decreta, solis ligatis Figurinisatque Bernatibus quoad aliqua discrepantibus. Articuli porrò fuêre sequentes:

Primò

Primò jura civitatis, magistratus nempe atque Judicium forense prorsus dependens esse à Monastrio, atque arbitrio Abbatis subjectum. 2do vini jus mensura vendendi, praevia requisitione facta facultas ex vineis proprijs duntaxat sit civium; neque taberham ad signum bovis à civitate, sed Monasterio dependere; quòd tamen ex gratia permittat Civibus, juxta ultroneam sponsionem, Macellum, Pistrinam, Bacchum, et Fabri ferrarij officinam. Tertiò distributio sylvarum civibus denegata, confirmata verò ordinatio lignationis de anno 1677. quartò salis negotiatio civibus interdicta, comenda-ti tamen pro libera emptione ad usum domesticum. Reliquis articulis Cives exigebant immunitatem à quibusdam decimis; potestatem hereditates dividendi et datas habendi emptiones rerum immobilium; pensum majorem annuum ab inquilinis, qui civium jure non utuntur; negabant praeterea se esse homines Monasterij Cigios, aut teneri ad custodiam portis ordinariam: quae omnia per hanc sententiam ipsis abrogata, et Monasterio addicta fuit, cassatis eorum Litteris, quatenus huic sententiae adversantur: contra Monasterij jura ac consuetudines confirmantur, praesertim productum urbarium et sententia Fecleratorum de anno 1535. in qua confirmato praedicto urbario et reliquis Monasterij documentis additur: comunitatem Rhenaugiae nullo jure contradicere, aut contrarium agere posse, nisi quatenus ex gratia aliquid à Domino Rhenaugiae obtinuerit. |h| denique condemnantur cives in expensas, addita tamen comendatione, si mongeros atque quietos se futuros spoponderint. h.

Ab Appellatione desistunt.

Cives ab hac sententia ad Cantones ipsos appellarunt: Sed Praeses novus Turgovie

---

|h| das ein gemeind von Rinaw in keinen weg nit darwider reden, noch zu thuen, fueg und gewald haben, sie erlangen dan etwas us gnaden an einem herren von Rinaw.

govia Dominus Epp uraniensis apostolos negarit, nisi nomina Majoris partis civium qui litem prosequi vellent, scripto exhiberentur, uti cum sufficienti cautione, unde sumptus litis solverentur. Equidem nonnulli civium sanioris edocti à prosequenda appellatione destiterant, plures nihilominùs proposito inhærebant. Horum sexaginta die decima quinta octobris numerati, et Dneri vocati; illorum verò quatuor supra quadraginta Nolles dicebantur, non sine motuis rixis et contentionibus. Denique cùm determinata summa quinquaginta florenorum à singulis refractariis pro futuris sumptibus deponenda exigeretur, die undecima decembris, proponente ipso ac suadente Prætore Francisco Müller, tandem omnes appellationi renuntiarunt, Præside Turgoviæ istius renuntiationis publicum instrumentum signante. Sed turbæ Rhenaugiæ nondum omnes erant sopitæ, nam cives exigebant transumptum ex urbario juxta tenorem sententiæ: Econtra Abbas postulabat, ut transumpto tradito Littera urbarij ad amussim observaretur, et specialim, ut singulæ domus annuatim Monasterio duas gallinas præstarent. Diversa erant civium studia, multique magna contentione reposcebant transumptum, ne gallinis gravarentur præstandis. Cessit tandem pacis amore Abbas, et Gallinæ alterius præstationem ad dies vitæ suæ sine præjudicio Juris Monasterij remisit, et apographum prædictum, quantum nempe civium intererat, tradi jussit.

Altera Totalis Sententia in causa Fabricæ.

Inter hæc fervebat quoque Romæ processus contra curiam Episcopalem Constantiensem in causa Fabricæ Rheinheimensis, cujus libera administratio per primam sententiam Totalem Monasterio adscripta fuerat, verum parte adversa appellationem interponente executio suspensa. cujus ratio potissima esse dicebatur, exclusio Episcopi ab inspectione Fabricæ, quod illi tamen in priori sententia concessa erat; unde causam jam faciebat suam. Pugnandum igitur denuò fuit documentis et argumentis noviter utrò citroque impressis; idque ex parte nostra tam feliciter

Factum

factum, ut die duodecima Martij præsentis anni per secundam sacræ Rotæ sententiam. Prior illa ex integro confirmaretur, unico ex quatuor Judicibus voto suo contradicente. Adeò comotus hac infelici alea Celsissimus Dominus Episcopus fuit, ut die vigesima prima Julij literas terroribus plenas ad Abbatem nostrum daret, quibus contestabatur, processum non solùm Romæ, sed et Viennæ apud Romanum Ecclesiarum Protectorem Cæsarem fore instaurandum. Unde ex consilio Martij Apostolici res delata ad Comitem de Harrach, tunc unum ex Rotæ Auditoribus, qui operam suam adeò felici successu impendit, ut Cæsar aulæ Romanæ intercedere detrectaret.

Alia Controversiæ.

Verùm hoc ipso anno ex quibusdam accidentibus indignatio Celsissimi domini Episcopi magis aucta. obierat R. D. Franciscus Antonius Wilhart Parochus seu vicarius in Erzingen + sine prævia hæreditatis redemptione; unde Abbas jus obsignandi spoliaque prætendebat, salvo tamen beneficio inventarij. Post aliquas concertationes inventarium Monasterio traditum, quod tamen ob defuncti amicitiam hæreditatem proximis cognatis reliquit, reservatis duntaxat pro conservando jure quibusdam vini dolijs. Missus quoque R. P. Augustinus Durlauben, qui protestante licèt decano Parochiam administravit. Hæc per dominum Henfeler Parochum in Rheinheim Litium incentorem ad Curiam Constantiensem delata, quasi nova forent Monasterij molimina, ab immemoriali tamen jam tempore exercita. Accidit quoque, ut die vigesima Novembris Rheinauciam veniret Generalis visitator Constantiensis dominus De Retich, Parochialia Rheinaugiæ inspecturus; verùm permissus non est propositum sum exequi; unde instar hospitis habitus cum protestatione discessit, alta mente repositam servans repressam.

+ patriâ Tugi cusis.

obitus.

Eodem anno die Sexta Februarij piè præmunitus obijt Religiosus Frater Conversus Felix Ebbe ex Donäschingen oriundus ætatis Anno trigesimo nono, in oratione vocali, laboribus et observantia regulari assiduus

assiduus. Morientem inspexit R. P. Maurus Trautsch Monacensis Bavarus diuturna hectica afflictus, proximóque Mense Martij die itidem sexta felici morte insequutus est, cùm annos non plures, quàm octo et viginti vixisset, et ad iminentem mortem conscriptis precatiunculis se magno animo munisset, Musica præsertim choli præstantissimus. Sepultus quoque inter nostros anno
1737. sequenti Religiosus Frater Conversus Otto Weiss Professus Schwarzachij, qui cum sacram Eremum Helvetiorum inviseret, Cholica correptus in redita Cottstette obÿt. ex quo Monasterio per idem tempus Chenaugiæ Theologiæ operam dedit Religiosus Frater Placidus Gelinger. Vigesima secunda Januarij Dominus Heidegger Nomine Senatus Tigurini, aliique vocati, præsertim Schaffhusiani feuda more solito susceperunt. die vigesima secunda Maij Conventus Reverendissimorum Patrum celebratus fuit in Monasterio Murensi, ubi Abbas noster Benedictus visitator Electus, decretumque ut congregatio nostra Helveto-Benedictina ad exemplum aliarum, speciali sacro titulo uteretur, nimirum Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ. visitatio die decima nona septembris per Illustrissimos Abbates Nicolaum Einsidlensem, et Geroldum Murensem habita, cuig recessum illi ita inchoant: Statum disciplinæ Regularis invenimus undequaque commendabilem. Interea Abbas Benedictus pro infirmis, quorum maximè miseratione tenebatur, quatuor cubicula, interposito sacello ex antiquo Musæo aptari curavet: novumque fontem in conventum haud procul refectorio deduxit, aqua extra Insulam derivata, renovatis alÿs fontibg, præsertim majori in aulæ atrio, cui statuam deiparæ Virginis imposuit.

Lites alicæ. Neque desuêre pugnæ Benedicto Abbati hoc anno motæ. Eberhardus de Im Thurn Schaffhusianus dominus in Buesingen convenit dominam Mariam Dominicam de Waldkirch natam à Greuth, ratione pecuniariæ cuiusdam summæ

quater

quater millium florenorum in cancellaria nostra per sententiam à pretensione sua remotus. moverat eandem litem Sarer ipsius itidem Eberhardus nomine jam dicti Abbatis Basilio, qui cum à cancellaria ad Abbatem appellasset, prosequi appellationem omisit. factusis fuerat Catholicus à Schaffhusianis in carcerem deportatus, sed jussu Cæsaris in locum spolij et libertatem anno 1699. restitutus paucisque interjectis annis, mente capta, ut dicebatur, obijt. Eam litem nunc filius prosequi cupiebat, et in aspectum ad Foederatos, quos imploraverat, ad appellationem quoque admissus est, sed causâ iteratò elicidit. unde adoratores Frauenfeldae congregatos recursum cum instituissent, die decima octavâ Julij à limine Judicij repulsus fuit, et in expensas condemnatus, reservato Abbati jure satisfactionem quocunque modo exigendi, de sparsas à Thurnio calumnias, ac si denegata administratio Justitiæ fuisset. Alicui Controversiam movit Bernardus Holtzhalb Præco in Berg ad Iurassum montem ratione Competentiæ vini, cujus addidamentum quærebat. Pronuntiatum à Senatu Tigurino, id ei tribuendum esse, si decima ex vindemia ubertate sufficerent. Et hac quidem ordinatione contentus fuit Abbas: At Præco à Senatu ad Tribus et populum appellans impetravit decretum, ut si uno anno non sufficerent proventus, ex sequentibus annis refunderetur defectus, donec honorarium pro omnibus annis æquaretur, manente tamen obligatione petendi humiliter illud addidamentum, ut Præco sciret, illud ex gratia promanare. Molestior Eis Benedicto Abbati mota est ab ipso capitulo Rhenovensi. cum enim vacante Parochia Bühlensi plerique capitulares promovere ad eam cuperent Dominum christianum Egger vicarium Balterswilæ, ut in hunc locum substitui posset religiosus juxta pacta in fundatione hujus Parochiæ confecta, Abbas id tempori haud conveniens arbitrabatur, ne celsissimus Dominus Episcopus amplius irritaretur. Itaque

Dominum

Benedictus

Dominum Eggium inter eligendos à capitulo non proposuit. Persistente Abbate in sua sententia R. P. Romanus recursum instituit ad S. Nuntiaturam. Verum interea plerique capitulares partes Abbatis sequuti elegerunt R. d. Otmadeum Befelk comendatum à Serenissima Principissa de Schwarzenberg. P. Romanus ab Excellentissimo Domum redire jussus, primò quidem appellavit sedem Romanam; mox tamen à reliquis omnibus capitularibus destitutus Abbati se submisit ad aliquod tempus ad S. Blasium secedere

1738. jussus, donec sequenti anno instituta visitatione multum orare Theraugiæ admissus, pristinam quietem Monasterio reddidit.

Cives inquieti. Non quievère tamen primores ex civibus; unde abrogato Francisco Müller Prætor per Majora suffragia electus est Anselmus Schrettelen. Alius verò Frater Germanus Joannes cum juberetur taxam ex taberna pro vino sub mensura vendendo præstare, unacum Francisco Turegum, Lucernam, Bernamque adiit, atque falsis delationibus monitoria ad Abbatem impetravit, ne quid cum taberna ad signum Bovis innovaret usque ad futurum Syndicatum, quamvis Lucernates potiùs simpliciter hominem gratiæ Abbatis comendarent. At Benedictus egregiè confutatis apud Laudatos Cantones calumniis, peremptoriè memoratos cives jam sponte fugitivos citari fecit, atque Tiregi per Procuratorem Corrodi persequi; qui coram Senatu illos de genu ad revocationem adegit, cohibere tamen non potuit, quo minus comendatitiæ à Magistratu darentur. Reversi itaque ambo cives carceri quidem inclusi sunt, sed gratiâ factâ pœna duntaxat pecuniaria mulctati, postquam coram tota comunitate die decima octava Martij recantassent, à qua per aliquod temp̃ abstinere jussi sunt. Post limbio tamen non solùm restituti, sed etiam Joannes Müller ab Abbate in Senatorum ordinem adlectus.

Sententia tertia Totalis, Inter hæc R. d. Carolg. Henseler à Celsissimo Domino Episcopo ex Rheinheim ad solium Tiberij promotus fuerat;

cui

cui à Capitulo Rhenaugiensi ex Parocho indiessenhoven substitutus R. D. Josephus Franciscus Antonius Meris. Consistorium verò Constantiense ad subvertendam Rhenaugiæ causam à regimine Serenissimi Principis Schwarzenbergij in thiengen, tanquam dominii territorialis testimonium postulavit, quò doceretur, distinguendas esse posteriores dotationes à primævo fundo Ecclesiæ, illas enim saltem subtrahere administrationi Rhenaugiæ nitebantur. quod cum per dominum de Weinzirl regiminis consiliarium Rhenaugiæ innotuisset, permissum quidem eiusmodi attestatum, est, sed aliud simul impetratum, quò palam fiebat, administrationem omnium eiusmodi proventuum, hactenùs penes Monasterium fuisse, quin unquam aliquis ex parte Episcopi se ingerere attentavit. Itaque die septima Martij huius anni trigesimi octavi tertia sententia totalis prioribus plenè conformis emanavit, quæ tamen ob nova, ut dicebatur, documenta novo examini subjecta est, cum Procurator Episcopalis ad supremum tribunal signaturæ appellasset. ut enim Consistorium Constantiense tandem aliquid evinceret, aliud testimonium à dicasterio Thiengensi requisivit, quòd nimirum Decimæ cum reliquis Monasterij proventibus in Rheinheim per alium et distinctum procuratorem administrentur, quam illi redditus, qui ad Ecclesiæ fabricam spectant. Imò ut novæ argumenta invenirí possent, petebatur traditio rationum, aliorumque chartarum in cista fabricæ conservarum. Cum domini officiales in Thiengen postulata facere differrent, venit equitis veredarijs ipses Constantia dominus Guldinast, priora petita urgens. Sed ex Rhenaugiam comunicata, permissum gratis testimonium illud causæ adversæ nihil profuturum: At negata prorsus cista inspectio, quæ Monasterij juris tam ex Reversorio, quam ex itetalis sententijs esset, nec proinde adversarijs prodenda.

Per signaturam firmata. 1739. His non obstantibus die quarta Maij anno trigesimo nono prodijt Sententia sacræ signaturæ, præcedentium ex

Sacra

sacra Rota Confirmatoria; quâ proinde res tota confecta videbatur, cùm ab hoc tribunali non daretur recursus, nec ipse Summus Pontifex soleret se ingerere in causas per triplicem conformem Sententiam Rotæ, ac per Supremum Signaturæ tribunal decisas. Erat nihilominùs exequutio per novum Decretum urgenda, quod in alterum usque annum dilatum.

Naufragium. Interim hoc anno die septima Junij ingens naufragium Schaffhusij contigit; dum enim die dominica plures opifices peregrini Catholici audito Sacro in Paradysi cœnobio Schaffhusium, ubi stipendia merebantur, secundo Rheno reversuri appellere navem ad litus ob abundantis aquæ impetum non valerent, mox infra pontem allisa ad ripas navi, videntibus Schaffhusianis submersi sunt, ac postmodum per Cataractas delapsi, ad citora nostra inventi, et ad S. Nicolai Cœmeterium fuerunt tumulati, quorum octodecim libro Parochiali defuncto-rum inscripti. Duo duntaxat evasêre, qui voto nuncupato infrà Schaffhusium adnatantes, cum funes injectos aprehendissent, feliciter extracti sunt; quorum unus Stockacensis post biduum Rheinaugiam venit, tendens ad Eremum B. V. Mariæ pro voto exsolvendo, ostensis litteris patentibus ex cancellaria Schaffhusiana, quibus testatum reddebatur, eum in periculo submersionis extitisse, ac modo voti causa Einsidlam pergere.

1740. Decreto Exequationis Anno quadragesimo die vigesima prima Januarij alterum in sacro tribunali Signaturæ pro exequutione Sententiæ formatum est decretum, quæ Excellentissimo domino Nuntio Apostolico Bathi demandata. Hanc ut evitaret Consistorium Constantiense nullum non capiendem movit. et primò quidem amicam compositionem arbitrio Thiengensis dicasterij obtulit. Verùm cùm neque in præliminaribus convenire potuisset, concordia abrupta est, et in capitulo nostro concluſum, inhæren-

dum

dum simpliciter tot Romanæ aulæ sententijs, quæ magno ære, magno et periculo contra tam potentem adversarium steterunt. alia igitur via eludendam executionem Celsissimo Episcopo suasere nonnulli. Unde octava aprilis Abbati nostro significarit, alias causas à se ad Cardinalium congregationem Concilij Tridentini Interpretum delatas fuisse, quæ priùs discutiendæ essent, quàm Prior illa de administratione Fabricæ finita esse intelligeretur. Mandatum itaque Saltarello Procuratori nostro, ne pateretur causas confundere, sed has posteriores ad priorem instantiam Nunciatura devolvi curaret. At ille eapropter ad Tribunal Signaturæ, quod ultimam sententiam promulgarat Celsissimum dominum Episcopum citari fecerat, quò prior illa ad Tridentini Concilij Interpretes elisa fuit. Causæ porrò concernebant Exercitium Pontificalium Abbatis extra Monasterium; visitationem Episcopalem Parochi Ehenaugiensis; jura deliberandi obsignandi, Sponsij, ac providendi Parochias vacantes.

obstacula ingeruntur.

Mors Celsissimi Episcopi.

Has controversias cum interponeret principali causæ Celsissimus dominus Joannes Franciscus Schenk L.B. de Stauffenberg Episcopus Constantiensis et Augustanus, eodem anno in Festo SS. Trinitatis die duodecima Junij, cum secundis nuptijs adstitisset Serenissimæ Principis Föbronij de Fürstenberg, Meßkirch, et Mariæ Thereſiæ de Stubl, quorum primas ante quindecim annos benedixerat Abbas noster Basilius, Meßkirchij apoplexiâ tactus, post sacrum magna devotione lectum, subitò expiravit, cum sex supra triginta annos Episcopatui laudatissimè præfuisset, eique jura, ict experti sumus, propugnasset. Attingebat eum aliqua cognatione olim Reverendissimus Abbas noster Geroldus Zurlauben, quem etiam altera vice, licèt moderato cum comitatu invisit. Successor Eminentissimus dominus Damianus Hugo Cardinalis Comes de Schönborn Episcopus Spirensis, Epistolia data vigesima prima octobris stilo huc usque laconico Abbati concordiam quidem obtulit, aliud

+ Frobenij

tamen

tamen gravamen simul movit de consolationis taxa olim per Geroldum Abbatem alio debito compensata. Interea dilationem Executionis tam Domæ quam Lucernæ apud Nuntium Apostolicum petijt, causatus tum Multitudinem negotiorum ad initium sui Regiminis constantiensis, tum etiam motu Germaniæ ob mortem Augustissimi Imperatoris Caroli VI. ex Serenissima domo Austriaca quoad Masculinam propaginem ultimi, cui ex more Rhenaugiæ solemniter parentatum. Moram quoque negotio isti injecit ~~Abbas~~ obitus Summi Pontificis Clementis XII. quem excepit Benedictus XIV. Lambertini, non minùs Justitia, quàm Sapientia notissimus.

Novæ Civiles turbæ Compositæ.

Rhenaugiæ Joannes Müller Caupo ad Signum bovis hoc anno novas ingratulo turbas ciet, cum præscriptas tabernæ conditiones iteratò recusavit, quibus jubebatur, vinum ex cellis vindrijs Monasterij deprome re, atque decimum quemque obulum ex pretio refundere. itaque Signum appensum à domo ablatum, jussumque, ut fenicium Societatis opificum deportaretur ad alteram tabernam ad Signum Salmonis. At hi haud obscurè cum seditioso colludentes, maluerunt Societatem prorsùs dissolvere, Litteras publicas in Monasterium deferentes, quibus olim ea Societas data fuerat habita. Interim mandatum tribus locis affixum, nempe ad utrumque pontem, et superiorem Civitatis portam, quibus cuncti monebantur, ne hospicium, quod Signum bovis præsetulerat, frequentarent. Tandem humiliter deprecante Joanne Müller, cum nullum extra Rhenaugiam iniquæ suæ postulationis patrocinium reperisset, iterum ad clementiam conversus Benedictus Abbas, tabernæ usum ei restituit, cum sponsione, eam gratiam ad filios quoque ipsius, sed non ulteriùs, extendendam. Loco denarij duodecimum obulum ex vino mensurato penderet, eumque certo modo ex Monasterij vinarijs sumeret; articuli denique Societatis supradictæ petentibus opificibus novitèr confirmati ac restituti. Sic quievit paulisper

Sub

Abbas LIV.

Sub regimine Abbatis Benedicti ingens civium Rhenaugiæ turbatio, majori impetu sub successore Bernardo propediem erupturæ. quiete potitus Abbas novum tractum Majori cellæ vinariæ, cum superpositio ædificio, versùs Rhenum extra insulam adjecit, architecto Domino Michaële Beer tunc capitaneo in servitijs Austriacis, magnis sumptibus ~~tunc~~ tempori ac necessitati minùs convenientibus. Horreum quoque in Tuttikon extructum, ac duo fulcra ad inferiorem pontem reparata. Sequenti anno quadragesimo primo eodem Architecto à fundamentis ædificatum est novum Sacellum oppidi cum tribus Altaribus elegantì opere, quod picturis exornavit Dominus Hermann Junior; primum Lapidem non solùm ibi posuit Benedictus Abbas, sed etiam ad novam Parochialem Ecclesiam in Mettingen haud procul distantem, cum Parochus Constantia facultatem impetrasset.

ædificia.

1742.

+ Lampidarensis

Exequutio ationi Fabricæ postulata,

At Eminentissimus Cardinalis de Schönborn die decima sexta Januarij prolixum memoriale Summo Pontifici obtulerat, in quo, exposito Episcopatûs Constantiensis statu, multas querelas contra Abbates ac Monasteria istius dioecesis ingeminavit, quòd continuis ac iniquis Processibus fatigarent Episcopum, cogatq; ut sua Sanctitas omnes cites, et in particulari Rhenaugiensem, de plenitudine potestatis dirimere dignaretur, imposito Abbatibus in posterum silentio. Hoc memoriale Sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. Sacellario Agenti nostro legendum præbuit, qui monuit Abbatem, ut quandoquidem ipse Cardinalis ab amica concordia componenda recessisset, Exequutionem sententiarum per Nuntiaturam urgeret. Missus ea propter Lucernam R. P. Augustinus ad novum Nuntium Excellentissimum Dominum Carolum Franciscum Durini Archiepiscopum Rhodiensem citatorias adversæ partis obtinuit, quas reversus legaliter Keiserstulæ D. Henseler ibidem Parocho denuntiavit; qui respondit totum

negotium

negotium nomine Episcopi à se tractatum fuisse; unde similes citatoriæ Fiscali curiæ constantiensis insinuatæ. His Eminentissimus Cardinalis majori indignatione cōmotus die vigesima octava Martij graves ad Abbatem dedit epistolas, minis adjectis, nisi concordiam admitteret totam litem ab ovo ordiendam. Respondit Abbas die decima tertia Aprilis, decentissimis litteris, ab ipso Cardinale omnem spem pacis abruptam fuisse, cum proximè ad Summum Pontificem graves accusationes contra ipsum aliosque Abbatis detulisset; & interim coactum juribus Monasterij prospicere, atque exequi sententias curiæ Romanæ, quæ jam in Judicatum transiissent.

ab ipso Summo Pontifice Decreta,

Interim Summus Pontifex de causa plenius informatus, negavit negotium in Rota, et Tribunali Signaturæ discussum ac toties decisum ad aliud Tribunal Tridentini concilij Interpretum, ut volebat Cardinalis, trahendum esse, aut alias causas noviter delatas miscendas esse cum Rheinheimensi, cujus exequutionem nullatenus impedire intenderet; ac proinde per Auditorem suum proprium Reverendissimum Dominum Millium de novo Exequutionem sententiarum decerni præcipit, quod et factum die quarta Julij. addit in litteris Saltarellus, Sanctissimo optimè nota esse merita Congregationis Helveto-Benedictinæ, cui Justitiam contra quoscunque facere intenderet. Itaque Mense Augusto destinatus Lucernam R. P. Ildephonsus à Fleckenstein cum Patre Mauritio Hochenbaum Van der Meer, quem piissimus dominus Nuntius in ipso Festo Assumptæ virginis Presbyterum ordinavit, simul deferendas accepit proli-xas, ac peremptorias citationes exequutoriales. Has legaliter dementiavit R. P. Geroldus Müller Fiscali Constantiæ ac Parocho Henfeler; Coactusque tandem est Eminentissimus dominus Cardinalis, ut per dominum officialem et vicevicarium de-tich decretum ~~ederet~~ pro tradendis clavibus ad cistam Fabricæ Rheinheimensis, quas dominus Henfeler in manus d. +deret

Tandem opere Completa.

Decani

Decani Bentz, Parochi in obereggingen deposuerat. Accepit eas R. P. Geroldus per R. D. Meris Parochum in Rheinheim, ac simul liberam administrationem omnium reddituum dictæ fabricæ, exclusa omni ingerentia Episcopali et Monasterio asseruit. Movit quidem denuò in hac causa querelam Eminentissimus Dominus Cardinalis, sed novo decreto per mandatum ipsius Sanctissimi repulsam est passus, quo declaratur, constare de re judicata. Vexata est curia Romana acerrimam pugnam, plenamque victoriam, in re quidem non adeo ponderosa, sed quæ per omnia dicasteria jactata, extremis difficultatibus implicita, tantoque ardore agitata fuit, ut nulla causa ulterius progredi, nulla pluribus sententijs conformibus firmiùs decerni potuisset.

Celebratus fuit hoc anno die decima octobris Rhenaugiæ Reverendissimorum Patrum Conventus, in quo de rebus gravissimis actum est, provisumque contra persequutores Monasteriji. Aderant omnes ordinis intra Helveticam Abbates, excepto Principe dispertinensi Mariano de Castelberg; qui paulò post resignante, substitutus Abbas Berhardus de Frankenberg ex Monasterio S. Galli, qui disciplinam utramque tam literariam quam regularem egregiè restituit. Cæterùm ex nostris placeres hoc tempore ad æterna præmia, ut speramus, vocati sunt; Nam die decima septima Februarij obierat R. P. Ursus Duggelin Lachensis ætatis anno septuagesimo secundo, cum sæpiùs apoplexia tactus esset, et à novem annis lingua adeò impeditus, ut nec verbum, præter Sanctissima nomina Jesus et Maria pronunciare posset, obierat is strenuè, præter alia munia, sæpius officium Parochi, chorumque studiosè coluerat. Hunc decima Junij excepit R. P. Cœlestinus Schindler Lucernæ Patre Senatore natus anno 1654. et ipse chori egregius cultor, Musicæque Præfectus, ad extremum morbo, quem medici Ionam vocant, correptus, Chirurgorum secantium, urentiumque manus invicta patientia ipse excitavit, cedente tandem ferro spiritu vitali.

888. Benedictus

vitali. Eodem anno ex Junioribus R. P. Januarius Herter ab Herlee nobili constantiensi familia natus Patre Antonio Henrico Cæsareo vigiliarum præfecto, et Maria Cleophe de Buochenberg, præmatura morte anno ætatis vigesimo sexto abreptus est; vir planè religiosissimus, moribus integerrimis, modestiæ singulari, silentio, orationibus deditissimus, sui Corporis proceri per inediam, aliasque afflictationes hostis acerrimus: cùm hæmopthisi laboraret, accurrêre cum medico ejus Germani fratres Reverendissimi Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus, et alter in servitijs Regis Sardiniæ officialis, in quorum præsentia et Corona fratrum illachrimantium sibi præsentissimus expiravit die Decimadecima Septembris, Professionis suæ Monasticæ annua-
1742. segnenti anno quadragesimo secundo die trigesima prima Martij, maligna febri à moribundis contracta obÿt Parochus zelosissimus R. P. Augustinus Hurlauben, Reverendissimi Abbatis Geroldi ex fratre Beato Jacobo Nepos, ætatis anno quadragesimo sexto, robusto aliàs corpore cum interiret, sed doctrina et pietatis zelo maximè præstaret, unde Novitiorum Magistri et Theologiæ Professoris muneribus functus, assiduis pro Monasterio laboribus indefessus controversiam illam cum curia constantiensi ferè unus confecit; meritò proinde non solum à populo, sed etiam à confratribus deploratus. Brevi intervallo die decima nona Junij æternitatis iter prosequutus est R. P. Bonifacius de La Fina Helveto-Friburgensis, apoplexiâ tactus, sexaginta et duos annos cum religiosissimè transegisset, Parochus olim et Institutor fratrum, regularem observantiam rigidè exigebat, factus ipse exemplar exactissimum, qui ad omnes Canonicas horas tam interdiu quàm noctu alios prævenire solebat, orationi vocali præterea intentus, quotidie psalterium vulgare ad globulos numeratum, atque cursum Marianum, decem-

cultor

Cultor eximius recitabat. Denique R. P. Leontius Lienberger wilensis die decima nona octobris, ætatis anno sexagesimo septimo mortis debitum solvit, polypo per magno in pectore dum laboraret, diversis alias officijs obeundis adhibitus, nempe professorij, Granarij, Cellarij Majoris, ac demum subprioris à tempore regiminis Abbatis Benedicti, ubi se lectione assidua ascetarum ad extremam luctam optimè disposuit.

Professi. Cum tantos mors ex nostris religiosis abstulisset, monitus est Abbas in visitatione quam Illustrissimi Principes Cœlestinus S. Galli, et Nicolaus Einsidlensis instituerant, ut novum tyrocinium instituerat; susceperat enim unicum superiori anno fratrem Conversum Zaphaelem Bost ex dettingen ad Micarum oriundum.

1743. Admissi sunt ergò ad Novitiatum sequenti anno die vigesima tertia Maij Professi
R. P. Januarius Dangel Beronensis.
R. P. Maurus Werner Thenaugiensis.
R. P. Anselmus Negelin Klöklingensis.
R. P. Sebastianus Greuther ex monte Rotundo S. Gallensis.

Expensæ pro lite fabricæ frustrà urgentur. Ratione controversiæ cum curia Constantiensi restabant expensæ exigendæ, ad quas pars adversa condemnata erat, quasque Decanus S. Galli Reverendissimus Caltagirone, die prima octobris superioris anni determinaverat in partibus ad centum et quadraginta tres florenos Romæ autem ad trecentos Ducatos. decretum istud legaliter insinuatum Fiscali constantiensi per R. P. Priorem Bernardum Rueseoni, nec non Domino Hengeler per R. P. Gerboldum + Müller. verum sponte non solvente Eminentissimo domino Cardinale de Schönborn, ut qui respondit eas expensas à se non fuisse factas, difficillimè cogi posse videbatur, licet decisio totalis decrevisset, solutionem faciendam esse etiam de fructibus mensæ Episcopalis, invocato Brachio Sæculari. sed neque censuris Cardinalis cogi poterat, quæ nonnisi ob causas gravissimas easque publicas ab ipso Summo Pontifice ferri in talem personam consueverunt. Expectanda igitur erunt alia tempora, quæ reduxit mors Eiusdem Eminentissimi domini Cardinalis, die decima nona Augusti præsenti anno quadragesimo tertio Bruxellæ

defuncti.

defuncti. Electus die 4. Novembris Reverendissimus Dominus Casimirus Antonius L.B. de Sickingen, Cathedralis Ecclesiæ Præpositus, pacis amantissimus, spem integræ reconciliationis fecit. Eodem anno Serenissimus Princeps Augustus Marchio Badensis ex sacra Helvetiorum Eremo reduxit præsentia honoravit Rhenaugiam die vigesima quinta Julii, qui deinde Litterisgratiosissimis ad Abbatem datis petivit Badenam dimitti Reverendos Patres Mauritium et Henricum. Fervebat ea tempestate atrox bellum inter Serenissimam Mariam Theresiam Hungariæ et Bohemiæ Reginam Regemque Galliæ, qui hæreditatem Caroli VI. quondam Imperatoris divisam volebant. Carolus Dux Lotharingiæ, Magni Ducis Hetruriæ Germanus in Alsatiam impressionem fecerat, revocatus per iteratam irruptionem in Bohemiæ Regnum factam per Borussiæ Regem. unde Gallis ultra Rhenum progressis, Senatus Figurinus die vigesima secunda Septembris anno quadragesimo quarto monuit Abbatem Benedictum, ut transitum Rheni pontis custodire satageret. Aura ex Imperij Monasteriis Rhenaugiæ in tutum collocata sunt. Venerunt inter alios Reverendissimi Abbates S. Mariæ Canonicorum Regularium, et S. Petri Benedictus, ex sylva nigra, cum clarissimo Patre Philippo moderno Abbate dignissimo. ex quo posteriori Monasterio ex decem Religiosis, qui simul aderant, delecti Rhenaugiæ duo ad medium circiter annum, viri Religiosissimi Reverendi Patres Romanus Glentz, et Meinradus Berach, quicuncta Religiosa exercitia prompte nobiscum obierunt. Reverendissimus Dominus Bernardus Abbas Schwarzacensis cùm Rhenaugiam inviseret, secum abduxit P. P. Gallum Waldmann, qui Theologiam docuit.

Belli Motus.

1744.

Excles.

Tractatus de expensis-

Inter hæc Abbas Benedictus oportunè moneri curaverat Celsissimum Episcopum Constantiensem Casimirium, expensarum ob controversiam notam

Solvendarum

solvendarum: nec renuit Clementissimus Princeps, sed per sacram Nuntiaturam mediatam saltem taxata summe obtulit, ex quarta Episcopali successivè detinendam, si Abbas consensisset, ut ad rationes Ecclesiarum excipiendas Parochi saltem ad audiendum admittantur, sine jure disponendi aut sese ingerendi. Verum cùm Benedictus ab secundo hoc articulo abhorreret, die decimatertia Aprilis Reverendissimus dominus Generalis vicarius de Beuring per studitorem Nuntiaturae vignolium, qui instar mediatoris causam tractabat, aliud expediens suggessit, ut saltem visitatoribus Generalibus Episcopatûs, quoties ad Parochias venirent, rationes fabricae exponerentur. cui postulato cùm nullus pericolum subesse timeretur, abruptus - abruptus. fuit conventionis tractatus, maximè cum Reverendissimus dominus vignolius Lucernâ avocatus fuisset, transmisso tamen Thenaugiam testimonio, quô docebatur, nihilum ex parte Celsissimi Domini Episcopi postulari, ut nempe aliquid de meritis causae jam Judicatae remitteretur.

Benedicti Abbatis obitus. At Reverendissimus Abbas Benedictus, continuis curis fatigatus, seriò cogitare coepit æterna. ideò decima septima Augusti convocatis ad se superioribus ac senioribus Conventûs, consilium abdicandi se Praelaturâ aperuit. causam propositi sui praecipuè afferebat, continuam aegritudinem, quâ à multo tempore acutis doloribus afficiebatur; affectus erat haemorhoidalis, qui diu ex verecundia suppressus, rupta vena aurea, Chirurgos ad varias incisiones adegit. cunctis qui aderant, resignationem magnopere dissuadentibus, tentare ultimum remedium decrevit, Badenam Helvetiorum, ut aquis naturâ calidis lavaretur, delatus. At malo in deterius irritato Lectica redijt miserandum in modum non sedens, sed Genuflexus. Tum ingravescente mor-

- 60

bo, supplicationes à populo ad ædem Lauretanam pro eo habitæ. Invicto tamen animo inter affixiones maturè ad diem mortis se disposuit, in præsentia totius Conventûs morientium sacramentis munitus; ac tandem in festo S. Fintanè in corona Fratrum post brevem agonem piissimè expiravit. Meruit hanc gratiam singulari devotione quâ ferebatur in Sanctum Confratrem nostrum, cujus commemorationem quotidie post Litanias completorij subjungi voluit; festum invention is ejus, seu exhumationis, diu intermissum, die decima Maij restituit; vitam in vernacula per R.P. Teodatum compositam Typis imprimi curavit; privilegium perpetuum pro ejus ara impetravit; Denique ejus sacras reliquias decentissimè ornari, ac novæ capsæ includi fecit, quæ illa ipsa die cum solemni supplicatione ædi prædictæ impositæ fuerunt.

Eius Merita.

Erat præterea Abbas Benedictus Christi Patientis, præsertim quoad affixiones internas cultor eximius. vir integer moribus, procerus statura, gravitati singularem modestiam, humanitatem, atque affabilitatem admiscens; sacræ expertissimus, sacrandis animabus aptissimus, solitus pietatem Patris, atque Divini Magistri monstrare affectum. Ornatum domus Dei dixit, perfectis Altaribus in Basilica nostra, et Sacristia instructa; renovatoque quæ Altari summo, ac novo vestium ornatu pro officijs festivis celebrandis comparato. Ad aram denique B.V. Mariæ thronum quendam cum diademate multo pretio opere aurifabri elaborare curavit. Præter nova ædificia, quæ suis locis enumeravimus, quædam alia restauravit, veluti fornicem Caniariæ in Rhenum porrectum, murumque præaltum extra insulam, qui ripam eiusdem Rheni versus horrea coercet. Verum hæc ipsa ædificia, controversiæ sumptuosæ, annijs

præsertim

præsertim quoad vindemiam sterilis, effecerunt, ut Monasterium ære alieno gravatum relinqueret, aliàs in sumptus minimè profusus.

Sepultus fuit in choro S. Blasij infra monumentum Abbatis Bonaventuræ de Wellenberg, lapidique sequentia incisa:

Exuviæ Reverendi et Amplmi
D. D. Benedicti,
Abbatis Rhenoviensis,
15. Nov. 1744.
piè Mortui.
Hic me deposuit patientia longa dolorum,
Surgentem retrect vox: Benedicte veni!
Parieti aureis litteris inscriptum sequens Epitaphium.

Hic jacet,
Cujus
Nec Sæculi Infestatio
Dejecit Constantiam;
Nec agri et Vindemiæ sterilitas
Labefecit Beneficentiam;
Nec diuturnus Corporis infirmi Dolor
Confecit patientiam:
Rmus et Amplmus hujus Monasterij Abbas
Benedictus,
Congregationis Helveto-Bened. Visitator
abruptus, imò ad meliora assumptus,
die 15. Nov. Speciali Patrono suo Sedens,
Anno Christi 1744. ætat. 62.
Profess. 45. Sacerd. 36.
Regiminis 9.
Cui tu Viator!
Gratulare à tribulatione liberationem
Appreca post correptionem misericordiam
Augurare ex probatione Coronam!
Tobiæ III. Ver. 21.
R. I. P.

Bernardus II. Rusconi
Abbas LV.

1744. Electio.

Post mortem Abbatis Benedicti, in consueta sede vacante capitulis, decretus est dies electionis futurae primus Decembrium. Tum Electi R. R. Patres Geroldus atque Placidus, quorum ille ad S. Gallum, hic verò ad Muros et Lucernam se conferret pro impetranda Praesulum assistentia. Missus quoque confestim Schwarzachium Nuntius, qui ad Electionem reduceret R. P. Gallum, illic Professorem Theologiae agentem. die trigesima Novembris festo S. Andreae Apostoli Solemniter Excepitus est Excellentissimus Dominus Philippus Nereus Acciajuoli Archiepiscopus Petrarum Nuntius Apostolicus; qui ipsa die Electionis prima decembris Missam de Spiritu Sancto in Summa ara legit, singulisque Capitularibus Sacra Mysteria tradidit. Tum in Refectorium, Locum scilicet ob frigus Electioni destinatum iere omnes. Scrutatores Electi fuerant R. R. Patres Josephus, Geroldus et Hieronymus: verum primo Scrutatore subita infirmitate correpto, substitutus tunc fuit R. P. Joachimus: Suffragia P. Josephi postmodum per Notarium et Testes, nec non R. P. Joachimum nostrum excepta. Notarij munere functus est P. R. P. Leodegarius Mayer Decanus Murensis; Testium verò R. P. Hermannus Bautz Subprior Sangallensis, et R. P. Romanus Glentz ex S. Petro Chenaugia Legens. Eligentes denique sequentes erant numero viginti et octo.

P. R. P. Bernardus Rusconi Prior.
A. R. P. Joannes Baptista Wurmer Subprior.
R. P. Beda Lindau Senior.
R. P. Josephus Rogg.
R. P. Joachimus Letter cellerarius.
R. P. Fintanus Knopflin Oeconomus Mammerae.
R. P. Basilius à Greuth Custos.
R. P. Meinradus Vogler Granarius.
R. P. Martinus Zum stein Cellerarij Conventus.
R. P. Geroldus Müller Archivarius.
R. P. Hieronymus Nater Instructor Fratrum.
R. P. Romanus Effinger Parochus Mammerae.
R. P. Ildephonsus à Fleckenstein.
R. P. Carolus Besler Secretarius capituli.

Bernardus II.

R. P. Petrus Schedler Bibliothecarius.
R. P. Gallus Waldman Schwarzachij Professor.
R. P. Paulus Meichsner, Capellæ Magister.
R. P. Blasius Hartman Archimagirus.
R. P. Placidus Zelger Professor philosophiæ.
R. P. Dominicus Buechman Parochus Rhenaugiæ.
R. P. Beatus Mucs.
R. P. Deodatus Müller Professor humaniorum.
R. P. Mauritius Hochenbaum van der Meer Subparochus.
R. P. Henricus de Anethan Moderator Scholæ.
R. F. Januarius Jungel.
R. F. Maurus Werner.
R. F. Anselmus Negelin.
R. F. Sebastianus Greuther.

Præmissis præmittendis Scrutinium aliquoties repetitum; nam primitùs dispersa vota tandem in duos convenerunt, nempe R. R. Patres Bernardum, et Romanum, quorum suffragia cum æqualia persisterent, tandem Reverendissimi Præsides monuerunt, ut alia via scilicèt compromissi iniretur, ad terminandam denique Electionem. Condixêre Capitulares, nisi in proximo Scrutinio, semel adhuc repetendo, major pars votorum in unum collimaverit. Verùm Ecce! Cum quidam suffragia sua in alterum transtulissent, totidem tamen ex altera parte vota sua mutarunt, priorique indecisa æqualitas emersit. Compromissum itaque in Illustrissimos Præsides Dominum Nuntium, et Principes Cœlestinum S. Galli, atque Geroldum Murensem, ita duntaxat limitati, declaratione à Capitularibus facta, ut alterutter prædictorum designaretur. Revocati in Refectorium omnes denuò consenserunt, se agnituros Abbatem, qui ex duobus fuerit nominatus. Itaque promulgatus per Notarium P. R. P. Bernardus, et reliqua cuncta pro more observata.

Confirmatio. Sequenti die Secunda decembris Neo-Electus Abbas R. P. Dominicum destinavit Marisburgum ad Celsissimum Dominum Episcopum, à quo commissionem in Electum ex pacto obtinuit demandatam Illustrissimo Principi Murensi. Sequuta ipsa confirmatio tanquam à Sedis Apostolicæ delegato die decima eiusdem mensis persolutis de more præstandis. Benedictionem

Abbatialem

Benedictio. Abbatialem in Festo S. Thomæ Apostoli vigesima prima Decembris in Monasterio Petri domûs propè constantiam suscepit abs Reverendissimo domino suffraganeo Comite de Fugger, assistentibus Reverendissimo domino Alphonso Abbate domestico, et Illustrissimo Domino Antonio de Lewenburg Canonico Cathedrali, et Præposito Nellrato Bruchsalensi, in choro et foro splendidè et lautissimè habitus. Interea Bernardus Patriæ suæ Electionem significavit, à Magistratu Lucernensi perhumana gratulatione honoratus. Senatus quoque Schaffhusianus pro more die vigesima nona Decembris Senatorem ac Tribunum Dominum Murbach virum Eloquentem gratulatum misit. Die sequenti distributione officiorum facta, R. P. Gallum Loco sui Priorem constituit, qui Schwarzachium redire recusabat, supplente ibidem hucusque defectum R. P. Placido; R. P. Romanum verò Administratorem et Œconomum Dynastiæ Mamerensis denominavit.

Statiua Gallorum in Cleggovia. Occupaverant illa tempestate Galli constantiam, urbes Sylvestres, aliaqs loca ad domum Austriacam pertinentia. die septima Decembris, magno Regionis damno Legio Equestris Regia Cleggoviam occupavit, pro hybernis Statuendis, quod Princeps Schwarzenbergius Partis Austriacæ foveret, aliis Imperij Principibus et statibus neutralitatem colentibus. Monente denuò Senatu Tigurino auctior Custodia ad pontem posita, singulisque noctibus tabulatum pensile sublevatum; instaurata quoque Signa Helvetiorum in finibus pro securitate pagorum Jestetten et Altenburg, qui hac occasione nihil adversi fuêre passi; additus quoq; Monasterij ultrò permissi. Tolerabilia videbantur Stativa Gallorum, qui sæpè Rhenaugiam invisebant, nisi ingentem pecuniarum vim nomine tributorum bellicorum anno sequenti quadragesimo quinto à Cleggovinis exegissent. Patendum tamen fuit ob præsentem Executionem, et ne armenta omnia cum bobus et equis tota Regione amitterentur, quæ abigere Galli minati fuerant, nisi intra

1745.

paucos

paucos dies exacta solverentur. Deficiente Argento Dominus de Thirheim — electoria Archiprafectus pro mutuo aut fidejussione imploravit, quæ amicè à Monasterio præstita est; Tandemque Galli die decima Aprilis urgentibus Austriacis sine ulterioris damno abitum properarunt. Pellebantur enim victricibus Austriacorum armis Bohemia, Bavaria, totaque Germania Galli; mortuoque eodem anno die 20. Januarij, Carolo VII. Imperatore ex domo Bavarica, Electus est die decima tertia septembris Francofurti Cæsar Franciscus I. Lotharingiæ et Hetruriæ Dux, Maritus Serenissimæ Hungariæ Reginæ Mariæ Thereside, quos amboos Vindobonam reditueros Ulmæ ~~excepturi~~ Venati sunt R.R. Patres Martinus et Mauritius in Comitatu Reverendissimorum Præsulum Benedicti Zwifaltensis, et Francisci S. Blasij, unacum clarissimo Patre Domino Marquardo Hergott.

Protectio. Interea in Comitijs Foederatorum annuis Abbas Bernardus Mense Julio impetravit ab oratoribus octo Præcipuorum Cantonum litteras assuetas protectorias, missis Nuntijs R: P. Blasio Cellerario, et Domino Werner Archiprafecto. Solucta sunt pro more Honoraria, nec Præsidi Turgoviæ plura exigenti delatum, ne præjudicium ex eo nostro, aliisque Monasterijs crearetur, licèt ille repulsam aegre mente repostam servaret. die vigesima septima septembris celebrata est congregatio Reverendissimorum Præsulum nostri Ordinis Helvetiæ in Monasterio S. Galli, in qua Bernardus noster non solùm in cœtum religiorum susceptus, sed etiam visitator electus est; quam Spartam in pluribus Monasterijs strenuè obivit. Comendatum insuper impensiùs studium Theologicum; ac postremò statutum, ut Patroni Primarij singulorum Monasteriorum in Religiis quoque officio Canonico celebrentur. Mortuus est altera die vigesima octava septembris Rhenaugiæ febri maligna consumptus ætatis anno trigesimotertio Religiosus Frater Conversus Raphael Hoss Dettingensis, homo sedulus, pius,

et

et ad obedientiam, et ad obsequia promptissimus. Domus Prædij in Bulenried cum Hospicio omnibusque contentis die quinta eiusdem mensis flammis absumpta est, eiùm plerique pro cultu divino die dominico impendendo in Ecclesia detenti essent; quam proinde à fundamentis Abbas restaurare coactus est. Simile fatum Rhenaugiæ accidit horreo stabulóque antiquæ domûs Archiprafecti, quæ tamen industria accurrentium incendio erepta est.

Incendium.

Sopita est eodem anno die septima decembris diuturna controversia cum principali Monasterio S. Galli ratione dynastiarum Mamera et Neoburgi; quas feudali nexu constrictas, atque anno 1696. sine consensu prævio venditas fuisse ferebatur. Conventio quædam desuper sub Abbate Geroldo II. anno 1707. tentata fuerat, quam tamen Rhenaugienses ob documenta reperta respuebant. constabat enim ex quibusdam Authographis chartis feudum illud oblatum fuisse, non delatum, nec proinde communibus feudorum legibus accensendum, cùm expresso pacto ab omni caducitate exemptum fuisset. Cùm enim duo Alberti Nobiles de Castedis anno 1319. has illorum dynastias S. Gallo obtulissent, mox nomine feudi recepturi, hanc adjecerunt conditionem, ut eas vendere liceret, etiam non prælibato consensu, licèt significanda esset feudi translatio. Tenuit hæc Controversia usque ad Bernardum II. Abbatem nostrum, nec obtenta fuit investitura, licèt mortuis duobus Principibus Leodegario et Josepho, totidemque Abbatibus Geroldo et Benedicto, qui frustrà pro pace conciliandâ cum Germano suo R. P. Fintano S. Galli Decano magno conatu laboraverat. Tandem Laudatissimus Dominus Prior Carthusiæ in Ittingen Carolus Fanger subsyndicus, Deo pro Religione Catholica et Monasteriis conservandis notissimus, se mediatorem interposuit, properso quoque ad pacem Illustrissimo Principe S. Galli Cælestino XI. atque dictarum earum his pactis condi-

Conventio cum Monasterio S. Galli.

tionibus

tionibus composuit. Primò remittitur caducitas omnéque laudemium, sine praejudicio tamen, si in futurum ab aliis possessoribus dicta feuda alienari contigerit. Secundò vasallus substituatur Nobilis, aut alius S. Gallo acceptus, quo nomine intelligitur quilibet Monasterij nostri officialis primarius; post cuius mortem, sicut et utriusque Abbatis, feudum requiratur, soluta pro singulis mortuarijs taxa trium coronatorum. Tertiò utrobique dynastia pro uno feudo computetur, ijsdemque literis expediatur. quartò si tamen ad distinctos possessores devenirent, singuli tanquam pro distincto feudo tres coronatos pendant. quintò denique decessus de anno 1707. penitus cassatus, atque nullius roboris esto. Instrumenta huius Concordiae singulis contrahentibus data, munita sigillis utriusque Abbatis atque Conventus. Monéque nomine Monasterij nostri Dominus Lucas Adalbertus Werner Archiprofectus solemniter fuit investitutus.

Cives Inquieti Rhenaugiae

verùm acerrima Controversia Eodem anno quadragesimo quinto exagitare cœpit mitissimum cæteroquin ex genio suo Bernardum Abbatem, excitata à quibusdam inquietis Rhenaugiae civibus, quorum animi perdita sub Benedicto Abbate lite nondum penitùs conquieverant. Sacata quidem omnia sub initium videbantur, cùm cives conjunctum Romagium absque tumultu præstitissent: verùm cum Abbas ad reducendum, stabiliendumque ordinem mandatum quondam promulgari jussisset, id querelis ansam præbuit, et quibusdam captatam occasionem ad antiquam Cramben recoquendam. Præcipui Auctores erant jam noti Joannes et Andreas Müller, quibus et tertius Frater Franciscus olim Schuletetus se denique junxit. Hi cives demulcere facta persuasione, ac si nuper in lite sub Abbate Benedicto mota non omnia perdita fuissent, nitebantur, oratorum Frauenfeldae sententiam, quantum poterant, detorquentes. Timens igitur Ab-

bas

-bas antiquas turbas, jussit per Archipræ-
-fectum Werner dubia Comunitati dissolve-
-re, eo proventu, ut plerique ad paecmac sub-
-jectionem declinarent. At turbarum An-
-tesignani consilio Præsidis Turgoviæ abuten-
-tes persuasere concivibus, eos non teneri
mandatis cancellariæ parere, obtentu ur-
-barij propriam judicandi potestatem se-
-natui Civico competere. Itaque die vige-
-sima nona Augusti citati ad cancellari-
-am, se comparituros negant, cum ab Exe-
-quutione ordientes. quin imò bonorum
civium, quos molles vocabant, domos ac
personas verbis, factisque lacessunt, sub
noctis tenebris Lapidibus impetunt. Tur-
-bis adeò invalescentibus Abbas Bernar-
-dus ad Cantones Provisionales, ut vocant
Turegium nempe et Lucernam destinavit
P. Cellerarium Blasium cum Domino of-
-ficiali Werner, obtinuitque Mense No-
-vembri monitoria, quibus comunitati
prælectis, antesignati Laudatos Cantons
adierunt, excusationes frivolas obtenden-
-tes, addito tamen promisso, se morigeros
quietosque usque ad futurum Syndica-
-tum perstituros. † At Cives, qui dicebam- † Verùm
-tur Molles, quamvis paucióres numero
die vigesima octava Novembris ad Ma-
-gistratum Lucernensem protestationem
contra quascunque expensas interpose-
-runt, testati, nihil illis in hac re cum in-
-quietis civibus comune futurum. Sub-
-scripti nomine Reliquorum Anselmus
Schrettelin Prætor, Josephus Mayer Vi-
-carius et Balthasar Moser Senator, quos
clementi responsione die prima Decem-
-bris dignatus Magistratus Lucarnen-
-sis.

1746. Anno proximo quadragesimo sexto
die decima septima in ordinarijs comitijs,
Seditionem movent. prehabito Capituli consilio, Abbas ad Re-
-staurandam pacem, quas quasdam gra-
-tias Civibus sponte obtulit; quas duri-
-ores non solum rejecerunt, verum etiam
contra Electionem Prætoris in persona
Anselmi Schrettelin protestati sunt, li-
-cet ille suffragia numero majora obti-
-nuisset, nullum scrutinium occultum ad-
-mittere, qui per tumultum cuncta per-

† ficere

ficere malebant. Eo tandem proteruia
uuit Ioannes Müller, ut citatus in Cau-
sa ciuili ad cancellariam mense Febru-
ario comparuerit cum Septendecim eig-
dem Conditionis sibi adhærentibq, di-
cere non veritus, se minimè responsa da-
turum, nec aduenturum unquam sine huig-
modi prætoria custodia. Interea R. P. Toma-
nus administrator Mariæ in partes Mona-
sterij flexerat Turgoviæ Præsidem, qui acci-
tos ciues sibi familiares persuadere conatus
est, ut gratias ab Abbate oblatas acceptа-
rent, nunquam per viam Iuris tanta impe-
traturos. At illi non solum monentem hunc
dedignati sunt, verum etiam cum postea die
tertia Iehij Rhenaugiam aduenisset, concor-
diam conciliaturus, nullo tanti molimi-
fructu, præter unius ciuis Mathæi Luti-
man resipiscentiam. Nec magis feliciter
dominus Escher Tigurinus Successor in præ-
fectura Turgouiensi concordiam posthac
tentavit.

Sed per Senten-
tiam oratorum
causa cadunt.

Igitur Ciues conuenientibus promo-
re Frauenfeldæ oratoribus impetrarunt,
ut Litteræ expedirentur ad Abbatem die
Septima Iehij, queis significabatur, respon-
dendum esse per depictatos gravaminibus
oppositis. Memoriale obtulerant ad-
uersarij, quod præter alia falsa et calum-
nias, præsertim contra officiales spargas
sententiam Syndicatûs de anno 1536.
in eorum favorem torquebat. Eo die vi-
gesima eiusdem mensis coram Sessione
agitata, et quidem eo fervore, ut et
Diem alterum occuparet, qua tandem
in omnibus articulis pro Monasterio
decisum. Et quidem jurisdictio in op-
pido, jus tabernæ ac Mortuarij, tan-
quam res Iudicata, agnita ac confir-
mata; Telonij verò controversia plura-
litate suffragiorum in eum modum com-
posita, ut Ciues solvere taxam tenean-
tur pro mercimonijs negotiationi addic-
tis, ac nihilominùs vigilias ad transi-
tum Rheni omni tempore præstare. Ad-
dita denique condemnatio in expensas.

Appellant
Turegum.

Condemnati Ciues per procuratorem
Grob Turegum appellarunt. Vtebantur
autem præterea alio Litis incentore se-

natore

natore Schaffhusiano ott nuncupato, qui interea quatuor libellos procudit, omisso quidem Ebci nomine, sed tamen Schaffhusij apud Emanuelem Hurter impressos. His ut responderetur, primò obtenta dilatio causa vindemiarum allata, cum aliàs eodem tempore Turegi comparendum fuisset; deinde cum appellatum esset à sententia quasi intercoquctoria, apostolique Lucernam impetrati, negotium in alterum vespannum protelatum, revocante Apostolos Senatu, cui in respectum decentes delationem, cum non solum Abbas noster, sed et Magistratus Lucernensis significasset, spem certam ali, nihil fore in rebus jam judicatis mutandum, hortandosque Cives ad tranquillitatem, debitamque hactenùs subjectionem exhibendam.

Hoc anno vigesima prima May ex febri maligna defunctus est R. P. Basilius à Greith, ætatis anno sexagesimo sexto Riesenhovij natus, cuius ibi parens Paucius arcem inferiorem cum nobili jure ultimus eius familiæ possidebat. Vir plane pijssimus, ac disciplinæ observendissimus, studens aliis præsertim nocturnas ad vigilias prævenire; humanitate tamen ac candore animi nobili prosapia dignus; totius penè Conventûs Pater spiritualis ac Confessarius; perpetuus quasi Ecclesiæ Custos, ac aliquando etiam Juniorilem in disciplina Magister. Hunc,
1747. quem utrique diligebat, sequenti anno quadragesimo septimo die vigesima quarta Martij vitæ fatur sequutus est R. P. Beda Lindau, ex Patricia familia Rotvilæ natus, cum vixisset duos supra octoginta annos. Vir de Monasterio nostro optimè meritus; nam præter studia Theologica et Juridica, quæ Professor transegit, œconomiæ tum Chenaugiæ tum Mariæ et quidem per viginti annos utilissimè præfuit. Tum Prioratûs officium per decem annos magna prudentia sustinuit, ac denique celebrato Jubilæo sacerdotali anno 1740. Senior et emeritus diem ultimum expectavit, quem placidissimè deficiens viribus obiit.

Inter

Bernardus II.

In plerisque condemnantur.

Inter hæc Bernardus Abbas quam primum exemplar libellorum ex parte civium editorum nancisci poterat, submisit illud R. P. Romano administratori Mamerca qui confutaret. præstitit illud admodùm appositè, stilo acuto atque satirico hisce rebus convenienti. Ji Dies prima Januarij Partibus ad comparendum Turegi indicta fuerat; aderat ipse P. Romanus cum P. Geroldo, et domino +Hertich quondam Turgoviæ Præside, cui ille Præfecturam Rheinaugiæ ~~protulerat~~, ad resignandum persuaso domino Werner. Commissarij à Senatu primò deputati; apud quos cùm confutatio R. P. Romani præponderaret, cives et ipsi alteram dilationem impetrarunt quâ opponere replicam itidem typis impressam possent. Tandem die vigesima tertiâ eiusdem mensis finem sortita est, relatione facta ad Senatum, à Juribus Monasterij haud abhorrente. pugnandi nihilominùs etiam hic tribus diebus fuit. denique die secunda Martij, cum sexdecim ex civibus aviditate ducti præsentes essent, sententiam tulit Magistratus, quâ asseritur: In omnibus articulis à proximo Syndicatu benè decisum, et malè à civibus appellatum fuisse, præterquam in articulo telonium concernente, à quo præstando cives etiam quoad oblectimoniæ sua promuntiantur immunes. Postremo addicta severa increpatio adversus cives, quod contra morem in Helvetia usitatum, non solùm Libellos typis Communes fecerint, sed etiam contra jam factum prohibitionem durante Figurina comissione alios scomatibus plenos evulgaverint. Dilecta hac sententia Procurator noster Würth

+ Josepho Antonio Heinrich Egeritagiensi

i.

+ delulerat

ulteriùs

/i/ Cui titulus: warhafft und gründliche beantwortung der grund falsch und höchst ärgerlichen schmachschrifften, welche unter dem betrüglichem titel: standhafft &c. wider das Löbl. Gotteshaus Rheinau, als desorths rechtmäßige natürliche obrigkeit im namen dasiger unruhigen burgeren ein gewissenlose feder in offentlichen truck ausgesprengt.

ulterius provocavit Lucernam ob immunitatem Telonij civibus asseram.

Sententia Senatus Lucernensis.

Ibi primùm in Senatu die vigesima Martij, deinde sequentibus duobus diebus coram Comissione negotium discussum, ac vigesima secunda sententia lata in omnibus articulis pro Monasterio, ac condemnati cives ad expensas, quarum determinatio promoze ultimo Cantoni delecta. Licèt porrò Civium deputati per procuratorem Grobium statim Bernam provocaverint, nihilominùs antequam Lucernâ domum reverterentur, seu simulatè, seu verè sponderunt deferendam ab ipsis causam esse, atq; Abbati se ultrò submisseros, unde commendatitias elicuerunt, quibus rogabatur Abbas, ut benignè respiscentes susciperet. Verùm cùm illi coacto civium Conventu clementiam Lucernensium extollerent imò asserere non verecundarentur, telonij quidem praestationem decretam fuisse, reliquos tamen articulos non adversari ipsis Civibus, cum singulatim duntaxat decisi fuissent; Conquestus est ea de re apud Senatum Reverendissimus; unde declarationem die septima Aprilis scripto obtinuit, qua certum reddebatur, in omnibus et singulis articulis Cives causâ cecidisse asserto; que fuisse ad intentionem Monasterij; quam quidem Epistolam ad obdurandas obloquentium ora comunitati per secretarium praelegi curavit.

et Bernensis.

Bernam citatae partes ad diem decimam quartam Maij, ubi dati à Senatu Procuratores, qui et Comissarij ut meritis causae discussis sensa sua Senatui proponerent. Censuisse pro Monasterio feruntur; sed sententia die vigesima eiusdem mensis à Magistratu eum in modum lata, ut Mortuarium Taberna, officinae, aliaque huiusmodi, quae sub theotisca voce Ehafften comprehenderentur, Monasterio adscriberentur, jurisdictio tamen propria cum immunitate à telonio civibus relinqueretur; quibus cùm nec Monasterio nec civibus consultum esset, utraque pars appellavit ulteriam; ultrò enim fatebantur in libellis suis Cives, qui Mortuarium praestare cogentur, corporis

Monasterij

Monasterij homines esse, et sub eius omnimoda jurisdictione ex urbariorum tenore constitutos; proinde negata Monasterio juris dicendi potestate, eos pariter liberos à mortuario prorsus et tallos esse; praterquam quod alijs emolumentis hac sententia privati essent. Cum nihilominùs civium deputati metuerent, in reliquis Cantonibus se nequaquam tanta obventuros, quanta Bernæ, Apostolis in cancellaria pro sua parte petitis inseri curarunt declarationem, quâ protestabantur, aliorum Cantonum judicia nullius fore momenti, neque se responsuros cum comperissent, illos inappellabilitatem aliquandò Monasterio adjudicasse. quin et Senatui Figurino libellum supplicem obtulerunt, ut Instrumento publico eam declarationem ratam habere dignaretur, Copiamque documentorum ad manus præbere, quibus innotesceret, qua ratione oppidum Chenaugiæ ad Monasterium, utrumque autem ad Helvetios devenisset. verùm Senatus sapientissimè perspiciens quidem ingentis hac res offensionis esset, primum illud postulatum omninò negavit, concessa tamen facultate, ex cancellaria, archivoque Badensi petendi, siquid pro illorum causa profectum inveniri posset; sed nihil inventum; nam et Chenaugiam à prima fundatione Monasterio pleno jure subjectam, Foederatosque ex libera electione Abbatis atque Capituli Protectores effectos fuisse, ex diplomatibus Chartisque constabat.

uranienſis, Interea nostri citationem uraniâ obtentam ad trigesimam primam Maij adversæ parti intimari curarunt: sed fuit nonnemo unus ex civium deputatis qui Domino Landamanno memoriale Cohsignavit, in quo præter dilationis petitionem continebatur sæpè dicta declaratio. At præstituta die totius Pagi Senatoribus justissima indignatione commotis, negata primum dilatio, et nihil ultra opponente Civium delegato, sententia pronunciata, quia Telonium præstare coguntur Cives, et reliqui articuli omnes tanquam res judicata firmantur. Tum Civis ille, utpote

ubi deputatus

civis carceri addictg.

declarationi inter alios subscriptus, ad extremum carcerem, Latronibus paratum, condemnatus, commissarijs Electis, qui quæstioni ob Contumeliosum Scriptum oblatum eum subycerent. Pulgavit se ille Imperio Religiorum, atq; mentis simplicitate, quâ ignoraset, quidquam detrahendum Authoritati Cantonum per infaustam illam declarationem, cui ipse nullatenus inhærere cuperet, sed omnem paritionem Cantonibus præbere. Unde mitigatus post aliquot dies aliquandò Carcer, victusque melior concessus, donec rescripta à reliquis Foederatis Catholicis advenirent, quibus res communicata fuerat. Responderunt illi, negotium in proximo Syndycatu discutiendum, instructis desuper oratoribus. Itaque dimissus urania ille, jurejurando tamen præstito, redditurum se, si postularetur, solutis quoque Carceris expensis, ac venia de Gente conceptis verbis petita, quod publicè in senatu die decima Junij factum.

Tugiensis.

At Monasterij nostri deputati, ut arte consueta Foederatorum comitia saltem pluribus, si non omnium reliquorum Cantonum, sententias pro Monasterio obtinerent, statim profecti sunt Tugium, ubi adversarij in persona trium Deputatorum die duodecima Junij Comparuêre. Sententia prospera prodijt, qualis Uranice. Appellarunt cives primò ad Cantonem Suitensem, quorsum se nostri abrupta mora contulerunt, licèt illi irrito conatu mox Glaronam præferre mallent. Die vigesima septima Junij, præmissis citationibus, non respondentibus tamen adversarijs Magistratus Suitensis, sententiam protulit in omnibus conformem prioribus. Decretum insuper, ut Elapsis viginti diebus quibus contumaciam purgare Licebat, Libelli cùm cruce impressi per Carnificem publicè cremarentur, quod die quinta Augusti postmodum Executioni mandatum, dignâ schedis famosis pœnâ, nec Auctoribus aut impressoribus suis honorifica. Impetrata igitur erant quatuor Cantonum, Lucernæ, Uranij, Schwitzij, et Tugij Conformes per omnia pro Monasterio

Suitensis

-sterio sententiæ, et ex parte quoqs Turegi ac Bernæ, cum alteruter factem horum Magistratuum addixisset Monasterio, quòd alter ex parte negabat.

Monitorium ab Syndicatu.

Mense Julio coactis pro more Frauenfelda comitijs oratores Catholici instructionem â Magistratibus acceptam mutuò significârint: remissam scilicèt totam causam protervi Memorialis â Civibus oblati Cantoni Uranensi; ut pro Meritis in delinquentes animadvertat. Coterum Abbas noster Bernardus, citatis scriptis instituit, ut quandoquidem jam pleraq Magistratuum suffragia obtinuisset in possessionem pristinam jurium restitueretur, in qua per seditiosos subditos turbatus fuerat. Increpiti igitur in publica sessione ab oratoribus Civium deputati: tum humanissimis ad Abbatem litteris datis decima quinta Julij, simul monitorium acre ad totam Communitatem Rhenaugiensem submissum, quò præcipiebatur, ut eadem subjectio præstetur Abbati, quæ antè mutatum citum præstita fuerat. Venerunt itaque die vigesima quinta Julij ad Reverendissimum quatuor seditiosorum primores, humillimè veniam petentes, ac simul tradentes chartam, qua nomine totius Communitatis fatebantur, se prorsus desistere â Controversia, atque Abbati se simpliciter submittere. Venêre mox Deprecatoriales â Cantone uranensi, quibus petebatur, Judicio fisti, quatuor Civium deprecati memoriali supra dicto subscripti. Comparuêre præfinita die duodecima Augusti, ubi coram majori Senatu demissi errorem deprecantes, mitiorem meruêre damnationem. Primò prælectum eis votum Inappellabilitatis anno 1716. Monasterio datum, quod agnoscere atque venerari cogebantur, quin præjudicium aliquod huic causæ inferret; deinde veniam publicè de Genu precari jussi; ducti quoqs ad locum, pœnitioni delinquentium destinatum, atque ijs præsentibus scriptum ipsorum per Carnificem igni traditum; denique mulctati in singulos Senatores, quorum nonaginta erant,

Pœna deprecatorum ~~uranic~~ Rhenaugiensium uranio.

totidem

totidem gallicis coronatis, panâ, quam metuebant, longè inferiori.

Sententia Glaronæ,

Ut verò reliquorum quoque Cantonum Glaronâ et Subsylvaniâ decreta pro Monasterio obtinerentur, R. P. Romanus cum socio R. P. Blasio citari curavit cives, qui Glaronæ quidem non comparuerunt, professi se à lite prorsùs desistisse, subjectione plenaria Abbati facta. Itaque die vigesima quinta Julij ibidem sententia syndicatûs simpliciter confirmata, cujus tenor de verbo ad verbum chartæ insertus. At Subsylvanie nihilominùs Joannes Müller cum duobus socijs in Sarnen superiori pagi parte adfuit: ubi cum reliqua opposituros esset, P. Romanus ostendit Magistratui subjectionis diethographum. Die igitur septima septembris formata sententia in eum modum, quò uraniæ, expresso telonij exigendi jure, reliquis articulis in rem judicatam declaratis. Addita gravis in seditiosos increpatio, cum condemnatione in expensas, quarum taxatio pro more delicta Subsylvaniæ Inferiori, utpote ultimo loco pronuntiaturæ. Ibi præsentibus adversarijs undecima ejusdem mensis duplex decretum promulgatum: unum quidem ex integro conforme sententiæ superiori, alterum autem determinabat, moderabatque expensas Monasterio resarciendas ad centum nempe aureos Majores Gallicos. denique additur prompta assistentia condictio, si pro executione sententiarum opus esset.

Subsylvaniæ.

Nihilominùs obdurati Cives,

Votis omnibus Cantonum Rhenaugia Protectorum collectis, ijsdemque in plerisque articulis ferè unanimibus, Reverendissimus Abbas Bernardus cives omnes die vigesima tertia septembris in aulam convocavit, atque sententiam postremam Subsylvaniæ inferioris loco reliquarum prælegit, paternè monens ut tandem resipiscant, et ad obedientiam redeant. Jesus Joannes Müller sigillum civitatis restituit Prætori, una cum scrinio chartarum ad comunitatem spectantium, quæ hactenùs toto duran-

te

te processu in potestate sua retinue-
rat. Cæterum Abbatis oratio adeò non pro-
fuit, ut etiam in Cantones Helvetios de-
belles effecti viderentur. Neque enim
à vino sub mensura vendendo abstine-
bant, quamvis pretio emptum, nec ex
propriis vineis collectum esset; taxamque-
que Selonij propria Auctoritate reduc-
erunt, medietatem duntaxat consueti
alias nummi solventes. quapropter
illorum unus, qui Cauponam publicè ex-
Carceri ercebat, cum nec desistere vellet, nec
Mancipantur. mulctam solvere, Carceri ad terrorem
aliorum mancipatus est. At trigesima
Septembris venêre plures Seditiosi cum
Antesignanis ad Reverendissimum po-
stulantes hominem Libertati restitui,
qui nihil egerit, nisi quod de jure cui-
que Civium agere liceret; Reliquos de-
inceps hoc quoque jure usuros; quorum
si quis idcò ad cancellariam vocaretur,
adfore toties sexdecim socios, cum defen-
suros. Die octava octobris memoriale
obtulerunt, quo Sententiarum explic-
cationem ~~Subsylvanià~~ postulabant,
quibus alia non data, quam quòd in-
singulis articulis controversis cedere
debeant Monasterio, atqs parêre non
minùs, quam ante Cetem motam tene-
bantur. At illi similem explicationē
Subsylvanià ultimo loco cum petiss-
sent, eis mandatum graviter reprehen-
sorium per specialem apparitorem al-
latum, ac publicè prælectum. Surdis
canebatur fabula, cum Joannes Müll-
er plerosque fascinasset. Itaqs Iube-
tur abrogata taberna, per septem Can-
tonum suffragia Monasterio adscripta,
Lignum bovis depositum in Monasterium
deferre. Nihil profuit D. P. Romani
acris et ad perpuadendum accomodata
hortatio; itaque in quodam cubiculo
Rhenum versus pro custodia detinetur;
Convocatique Cives universi, cum inter-
rogarentur, an monitorio subsylva-
nize morem gesturi essent. Respondē-
runt omnes, se juxta Syndicatus sen-
tentiam de anno 1756. noviter con-
firmatam victuros. Illam enim tor-

-quere

-quere nitebantur. itaque cùm responsio æquivoca, et Magistratui subsylvanico minùs honorifica videretur, perquirentur, an à singulis articulis, ac nominatim â vino empto sub mensura vendendo abstinere vellent. ad quod altum silentium, nec ulla responsio data, ut facilè perspici posset, obturatos in seditiosis propositis perstituros.

Abbas Lucernam se confert.

Cùm igitur Cives nullis monitis ad officium reduci possent, statuit Reverendissimus Executores sententiæ non solùm â Cantone subsylvanico, qui tales postremo loco spoponderat, sed etiam â primariis locis Provisionalibus, Turegoscicèt et Lucernâ expetere; atque ut celerior fieret postulatio, die vigesima secunda octobris venacum R. P. Adelphonso â Flekenstein, et domino Geroldo Werner, veteris præfecti filio, in Magistratorem constituto, ipsemet in patriam suam Lucernam se contulit. vix discesserat Abbas, cùm mine seditiosorum sparguntur: fore, ut proxima nocte Joannes Müller ex Custodia supericùs memorata per vim et manu armata eriperetur. unde circa illud cubiculum vigilia duplicatæ atque omnis adhibita diligentia. Verùm nihil ex ista parte tentatum, cùm econtra ex altera majus imineret periculum. Post

Incendium.

mediam noctem horâ prima, religiosis in Ecclesia matutinas preces recitantibus, subitò funesta lux, quæ omnem aerem complebat, horreum feno plenum cum stabulo in proximo pomario, cui Corbi nomen, indicabat conflagrare. Adhibitis vicinorum auxiliis prohiberi non potuit, quin cuncta armenta cum omni fœno absumpta flammis fierent. Suspicio erat â seditiosis civibus factum incendium, et ferebatur, â vigilibus qui circa ædificia nostra singulas noctis horas annuntiant, visos fuisse, qui scelus perpetrassent. Confestim nuntio missio â R. P. Priore de super monitus Reverendissimus, Protectores ad auxilium præsens ferendum eò citiùs permovere valuit. Sed et Joannes Müller paucis interjectis diebus è fenestra in Rhenum præceps evasit, ei-

-pso

pas enim Rheni subinde collotenus ponè ædificia conventûs relegens, et sub fornicibus Sacelli S. Mariæ Magdalenæ latitans, sibilo accivit piscatores, qui factionis eiusdem homines cum navicula, deinde pedes domum deportarunt. citatus mox edictaliter nunquam comparuit, sed occasionem reverendiss.mo probuit querelas apud Protectores ingeminandi; cum rebelles non nisi adhibito Brachio superiori ad parendum adigi posse viderentur.

Tueregi tandem ad omnimodam subjectionem compelluntur Cives.

Exceptus Abbas noster Lucernæ omni officiorum genere, promptam à Senatu manum auxiliatricem contra inquietos subditos impetravit. Tueregi pariter cum Primores Reipublicæ Consulem Acher, et ~~vicarium~~ + Stathalterum Fuesslin adjunxit, non invitos ad exequutionem præstandam reperit: quasdam tamen, ut per speciales litteras à Magistratu exequutores expeterentur. Vix domum reverfus Abbas die duodecima Novembris alterum à Civibus memoriale accepit, quò subjectionem quam quidem contestabantur, adjectis tamen huiusmodi conditionibus, quas si impetrassent, majorem nec ipsa victoriâ fructum nacti essent. Nam et jus dicendi, et tabernæ, et immunitatem majori ex parte à Telonio postulabant. Datæ sunt ergò supplices pro exequutoribus ad Cantores Primarios litteræ. quibus Tueregi die decima octava Novembris perlectis, cessit. Senatus, antequam ad extrema deveniretur, satius esse, si deputati Civium Rhenaugiâ avocarentur, ijsque plena subjectio omnibus modis jniungeretur. Commissarij ad negotium perficiendum denominati, quorum Præses ~~vicarius~~ + Proconsul Fuesslin vir omni humanitate præditus. Experti sunt autem et ipsi duram cervicem Rhenaugiensium; biduum integrum contentio tenuit; donec tandem obstinatis imminens Exequutio denuntiata, nisi eo momento se dederent. Franciscus Müller primus illachrymasse fertur; Compulsi metu reliqui cessêre. Felici eventu Senatui proposito, die vigesima quinta Novembris decretum,

ut

ut Abbati scriberetur: cives in omnibus articulis controversis pro nunc et pro futuro cedere ad mentem Abbatis, adiecta humili pro admissio civium deprecatione, adeòq; opus non esse ulteriori Executione locali augendisque denuò expensis. Comendant nihilominùs ad clementiam respicientes, rogantque, ut Joanni Müller Taberna ad signum Bovis relinqueretur ex mera gratia. His Litteris acceptis Abbas Lucernam scripsit rogans, ne Executores jam parati itideri committerentur.

Jam Chenaugia præstant.

Die autem quarta Decembrium tota civium communitas in Aulam Monasterij convocata est, singuliq; interrogati, an ab omnibus hactenùs controversis prorsùs desistant, juxta dictum, quod eorum primores Senatui Figurino fecerant. Respondent omnes, itaque. Tum mandatum dedit Abbas Joanni Müller, ut signum Tauri Taberne detractum Monasterio restitueret; constabat enim ex Litteris privatis, Senatum Figurinum propter importunitatem eam commendationem adjecisse; neminem verò eam gratiam omnium principi concedendam esse confuisse, quæ præcipua malorum causa fuerat. Id ægrè tandem per Joannem præstitum. Restabant expensæ, quæ tum Frauenfeldæ, tum Subsylvaniæ Monasterio assignatæ fuerant. Verum Cives multò pleraq; contraxerant debita, quæ tamen Abbas ex bonis communitatis dituere haud permisit, maximè quòd Civium singuli huic controversiæ impliciti propria subscriptione cavissent, solutulos se ex privatis bonis, quidquid deputati in eam Litem impendisse probarentur. Tandem die nona Decembris Datus per cancellariam consensus, ut aliquot Millia florenorum Schaffusio acciperentur mutuò, solvenda à civibus, qui consensum præbuerant, Innocentibus tamen prorsùs exemptis. Denique ex Senatu oppidali expuncti, qui causam contra Monasterium propugnaverant, morigeris subfitutis, novoque Prætore Creato Josepho Mayer.

Translatio S. Basilij Martyris.

Medias has inter turbas Reverendissimus Abbas Bernardus, ut Patrocinium superum in tantis Monasterij adversitatibus nanciscretur, statuit Jubilæum, ut vocant, seu Centesimum Annum à Translatione

tione sacri Corporis S. Basilij Martyris festiva solemnitate condecorare; quod de ipsa factum die secunda septembris, supplicatione publica per triumphales arcus instituta, aliisque in huiusmodi celebritatibus fieri consuetis. Invitavit hac occasione Reverendissimum dominum Alphonsum Imperialis Monasterij Petri domûs Abbatem, cui Ethicam Religiosam sequenti die publice disputationi exponitam dedicaverat S. Mauritius, ciùm ex gravi febri eiusdem S. Basilij invocatione subitò convaluisset. Huius Abbatis consilijs usus Bernardus noster, spem concepit Controversias cum Reverendissimo Consistorio Constantiensi restantes amicabili via componi posse. Celsissimus enim Episcopus Casimirus ad clementiam pronus erat, nec Reverendissimus Generalis Vicarius de Deuring â pace alienus. Huic ad Parochiam Batterswilanam per mortem domini Egger vacantem praesentavit Religiosum P. Joannem Baptistam; quem non respuit Vicarius, dummodo juxta literas fundationis eius Parochiae dimitteretur. Missus ea propter Constantiam P. Dominicus animum Reverendissimi Domini Vicarij per Abbatem Petri domûs jam praeparatum invenit, non solùm ad hanc, sed etiam ad ceteras controversias per mutuam concordiam terminandas. Agitur de concordia cum Episcopo.

Unde supplicatio ad Celsissimum directa, Cui ille Clementissimè die 18. Jan. immi- 1748.
nentis anni 1748. rescripsit, posse Conventum partium celebrari in Petri Domo ad sopiendas Lites Ecclesiasticas, reservatis tamen civilibus Marisburgi terminandis.

Consensu igitur Capituli nostri adhibito Reverendissimus Abbas noster cum P. Dominico et P. Mauritio constantiam perrexit, ubi in Imperiali Monasterio Petri domûs, Comparente nomine Celsissimi Episcopi, Reverendissimo Vicario Generali cum Domino Labhart Fiscali die secunda Aprilis intra paucas horas multa controversiae exortae sunt, quae coram Judicio forensi vix multis annis terminatae fuissent. Compositio sequentibus articulis Comprehensa: quae concluditur in Petri Domo.

Primò Conceditur Religiosus ad Parochi-

am

-am Balterswilanam exponendus, qui sit ad nutum Abbatis revocabilis, et officio constantiensi per litteras tantum praesentandus: praestanda verò ad mortem cuiusque Abbatis, non autem ad mutationem Parochi referuntur. Secundò obeunte Parocho Jestettensi, eadem Parochia regularis esto Loco Balterswilanae, eodem prorsùs pacto, quò haec conceditur. Tertiò confirmatur conventio olim facta ad viginti annos ratione administrationis Parochiae Mamerensis, ut jam deinceps per regulares provideri possit, donec, si Deus dederit, integer pagus Catholicae fidei restituatur. quartò Taxa consolationum, ùt vocatur, viginti quinque florenorum annuatim iterum pendatur Episcopo, cassata Conventione de anno 1724. sine consensu Capituli Cathedralis facta; additis tribus florenis pro primis fructibus Jestettä. Remittuntur item Episcopo expensa, ad quas Romae propter Controversiam Fabricae Ecclesiarum Incorporatarum Condemnatus fuerat; Consistentibus nihilominùs in suo robore Romanae curiae sententijs, nisi quòd Parochus loci ad rationes audiendas, et necessitates Ecclesiae proponendas admittatur, sine ulla tamen ingerentia aut subscriptione rationibus perceptis faciendâ. quintò visitatio Episcopalis quoad Parochialia duntaxat Renaugiae admittitur juxta Bullam novissimam Benedicti XIV. de anno 1744. sextò Provisio Parochiarum vacantium post mensem decanalem per Religiosos quinque clericos Monasterio admittitur, ut tamen officio per litteras administrator praesentetur. Septimò privilegium Pauli III. Abbatibus nostris concessum, quoad usum Pontificalium in Ecclesijs incorporatis admittitur, quoad alias restringitur. octavò Parochis sine redemptione spolij decedentibus permittitur Monasterio jus Conobsignandi hereditatem. Nonò singuli Parochi seu Vicarij Curales obligantur pro tertio tectis aedificiorum Parochialium conservandis, ratione desuper exhibita, annuatim conferre octo Florenos, Balterswilanus quinq. Pro ratificanda hac compositione accessit

Consensus

Consensus Reverendissimi Capituli Cathedralis, datumque Instrumentum vigesima quinta Julij, cui impressa quatuor sigilla Episcopi, Decani, Abbatis et Conventûs. denique ratione Parochiæ Jestettensis, quæ deinceps Regulario cenenda erat, petitus, et die decima Augusti obtentus annuetus Serenissimi Principis Schwarzenbergensis, Supremi Cleggoviæ Domini.

Et Mariaburgi. Controversiæ Civiles cum Celsissimo Episcopo discutiendæ Marisburgum deservatæ fuerant. Illuc igitur destinatus R. P. Dominicus die decima septima Aprilis cum secretario fuerit. Postulabat Episcopus quædam feuda particularia, nomine Abbatiæ Augiensis, in dynastijs Stamerea et Neoburgi, quæ à centum fermè annis requisita quidem, sed non collata fuerant, consistentia in duobus prædijs, aliqua domo, et piscina, nec non cella vinaria et frumentaria, quæ tamen amplius designari non poterant. dicebantur duobus distinctis Litteris recipienda, solutis pro singulis duodecim florenis. exigebantur quæ tam taxa, quam mortuaria hactenùs non soluta, factem à tempore, quò Monasterium illas Dynastias possidebat. Conventum igitur amicabiliter, ut numeratis septingentis et quinquaginta florenis integer nexus feudalis extingueretur, Ciberumque Monasterium ab omni onere feudi in perpetuum pronuntiaretur. Data habita Conventio à Reverendissimo Capitulo Cathedrali die duodecima Julij expedito instrumento cui impressa Sigilla Episcopi, Propositi, atque Decani.

Conventio ratione offringen. Non adeò prosperè cessit Conventio cum Serenissimo Principe Fürstenbergio ratione venationis in offringen, ubi feræ Sylvestres miserandum in modum depasci dicuntur ruricolarum Labores. Venerunt Litteræ à regimine in Donäschingen ad Abbatem nostrum, quibus significabatur mandatum exinpontanum, ut cuncta feuda Austriaca in statum integrum atque pristinum reponantur. Cum igitur Landgraviatus stühlingensis inter eiusmodi feuda numeretur, necesse esse, ut Venatio

+minor

-tio+in offtringen sub Abbate Basilio anno 1683. et 1686. Monasterio pro Mille flo-
-renis olim cessa, ad manus Principis restitu-
-tuatur; qua de re offertur amicabile col-
-loquium Stühlingæ celebrandum. Verum
Abbas deputandos Rhenaugiam invitavit
ubi comparuêre dominus Antonius de Tem-
-penbach consiliarius Aulicus, et dominus
Ignatius Meris Præfectus in Stühlingen.
Conventum in præsentia aliquorum Pa-
-trum, et domini Præfecti Heinrich, ut con-
-firmata Monasterio dynastia offtringen-
-si cum minori Iurisdictione, taberna, capi-
-cidina, comeatu Libero, ad normam anti-
-quæ conventionis cum Comitibus de Lup-
-fen initæ, venatio ex integro restituere-
-tur Principi, Mille florenis restitutis.
At verò cum Capitulum Rhenaugiense trans
-actionem ratam habere differret, quòd No-
-bilis dominus Carolus de offtringen propri-
-am dynastiæ eam venationem asseruisset,
nec nisi ob redimendam vexam, ut dicere
solemus, ex superabundanti Mille flore-
-ni dati fuissent. novum colloquium in
ipsa arce offtringensi die vigesima quinta
Junij institutum, quod non majori fortu-
-na cessit; redditio enim florenis, feras
pati cogimur.

Congregatio. Celebrata est hoc anno die duode-
-cima septembris Congregatio Reverendis-
-simorum Patrum in Monasterio Einsidl-
-lensi; ubi inter alia singuli moniti, ut ad
initium cuiuscunque anni sacrum appli-
-cent pro defunctis Congregationis Lotha-
-ringicæ, quæ nostræ est confœderata. Lu-
-stravérat ex eadem congregatione Mo-
-nasteria nostra Celeberrimus Abbas Cal-
met cum suo Nepote ac Coadjutore Fanget,
et Rhenaugiæ quidem à die decima Julij
per quinque dies divertit, Castratis, quan-
-tum per tempus licuit, Manuscriptis nostris,
de quibus aliisque memorabilibus nostris
honorificam descriptionem fecit in Itine-
-rario suo Helvetico. Cæterum ex nostris
hoc anno quatuor mors dira sustulit.

Obitus. Primus fuit R. P. Fintanus Kropflin Tugiensis, filius cas-
Tugiensis, qui die octava Martij ætatis sua septuagesimo quarto ad meliorem vitam
transiit, vir ad agenda et exequenda ar-

= Caluariæ Rupis, cujus avunculus erat Godofr. Knall Episcopus Lausanensis. P. Finlanus die

dua idoneus, postquam temporalia cuncta fuisset, extremos vitæ annos in æternorum contemplatione consumpsit, solitus in ubertes fletus resolvi. cum hic sepeliretur, eadem maligna febri correptus est Religiosus Frater Conversus Fridolinus Freüler Glaronensis, atque post decem dies decima nona Martij anno vitæ quinquagesimo primo resolutus; homo licèt ex patricia familia, humilitate tamen ac obedientia promptissimus. Tertius R. P. Josephus Zogg Frauenfeldensis piè obijt die vigesima nona Aprilis, Jubilæus sacerdos, cum vixisset annos septuaginta et novem, doctrinâ domi forisq; clarus, qui animi jucunditatem cum eximia pietate sociavit, ad extremum usque lectioni sacræ scripturæ ac sanctorum Patrum deditus. cujus consortium adeptus est die vigesima quarta Septembris condiscipulis ac pari ter secundo Neomysta R. P. Joachimus Letter Tugiensis, eodem ætatis anno, qui cum per viginti annos sub Geroldo Abbate Fibratis officium Summi cum honore ac disciplinæ profectu sustinuisset, deinceps œconomiæ tum Mariæ, tum Jenatiæ præfectus est. Tandem Granarius cum in cloggoviam et ostringam negotiorum causa profectus esset, subitâ infirmitate correptus, et Exhomologesi expiatus decessit, sepultus in medio Ecclesiæ Parochialis Regernawensis.

Civis Rebellis denuò,

Inter hæc Joannes Müller haud diu quievit; licèt enim signo Tabernæ primitus; cauponariam tamen exercere cœpit, pretiisque cancellariæ monitorijs hospites quoscunque pro pretio recipere. Tandem per Dominum Præfectum Steinrich, et R. P. Dominicum Parochum multis persuasus, se destiturum profus à taberna spopondit, si uterque illi stipulato pretio emerentur. Admissa conditio, contractus concluses, litterisque mandatis, pro mille et octingentis florenis, quorum posterior nucherus statim solutus. verum cum charta à Cipso exigeretur, quâ olim tabernam precariò impetraverat, ut ea tradita et ipse resilueos Mille florenos reciperet; negavit ille insolenter,

se

Se eam traditurum. quapropter ad Cancellariam citatus die vigesima quarta Septembris, cum Contractum Venditionis sua manu subscriptum denegare non posset, in custodiam paulisper semotus est. Hispusque Secretarius ad eius Domum, qui effracta cista suprà dictam chartam tulit, Monasterio consignandam. Mox ille dimissus recta Frauenfeldam adequitat; verum à Præside ad Cantones Provinciales amandatus, Turegum iter instituit, pergens interea Domi vinum sub mensua Vendere. Senatus Figurinus, recepto à Joanne Müller memoriali factis referto die decima sexta octobris rem promore Lucernam communicavit. Ast hic Magistratus vicissim monuit, ut audita Monasterij relatione, efficax tandem remedium contra obstinatum decerneretur. Die Duodecima Novembris coram Commissione Tigegi Rebellis de impudentia propria manu convictus, jussus est stare contractui, cedere proscis Tabernæ fieri, veniamq; de admissis flagitare, quæ homq versatilis se facturum ultrò spopondit.

1749. Tumultum excitat.

Verum pœnitentia aut ficta aut inconstans fuit; nam anno imminente quadragesimo nono, cum ad conventum Civium die vigesima Secunda Januarij in Domo Societatis Missi R. P. Placidus Reichsmagirus, et Dominus Geroldus Werner novus Præfectus /. nam Dominus Heinrich officium resignaverat./ monerent, ut pro diluendis diuturna litis expensis taxam in singulos, qui participes fuerant, distribuerent; tumultus ingens subitò factus, classicum Canente Joanne Müller, eiusque Fratre Andrea: debitum ex bonis communibus oppidi expungendum, aut nullos à tributo hoc eximendos, cum negotium totius comunitatis gestum fecisset; denique Litteras ab Imperatoribus oppido concessas ne quidem abomnibus Fœderatis Cæsari potuisse; quibus tamen, cum à Joanne restitutæ fuissent imeritò signum nullitatis inustum. Ad Gladios et fustes procurrebant Rebelles quibus præcipuè impetebant innocentes Cives, quos vocabant Molles. Itaque

oppositionè occurrente ac tumultui se
interponente tertio Fratre Francisco cMül-
-ler, partis separatæ, infecta de disce-
-dentibus bonis, unacum officialibus
nostris. Ast cum creditor Schaffhusia-
-nus solutionem comodatorum quater
cMillium florenorum urgeret, aut sal-
-tem censum annuum jam pridem solven-
-dum præstari postularet: vocati sunt
primores civium, quos débitum illud
concernebat, ad cancellariam; simul
Joannes cMüller jussus exhibere chyro-
-graphum, quò plerique ad expensas
ex propriis refundendas, et quidem in
solidum, manu propria se obligarunt.
Parueere omnes, illo uno excepto, usus
verbis, quibus satis indicabat animum
in pristina obstinatione obfirmatum.
Conquestus est deinper Abbas Secunda
Junij apud Senatum Lucernensem, quòd
cum tolies Joanni pepercisset, ille de-
-nuò nullis mandatis obtemperaret. Re-
-scriptum Lucernâ: utendum vi coacti-
-va pro administranda liberè Justitia
esse; oratores in proximo Syndicatu
cogendo debitam protectionem præsti-
-turos. Itaque Joannes cum citatus non
ab Armatis protectus. Comparuisset, in ponte cMonasterij â Custo-
-dibus, ut jussi erant, tenetur, jubetur-
-que in custodiam ire. At ille ex eorum
manibus se propipiens ad Ecclesiam ad-
-volavit; mox que per Germanum eius
Andream acciti ex oppido circiter vi-
-ginti ad Ecclesiam concurrerunt, para-
-ti Joannem libertati restituere. Erat
tunc præsens Reverendissimus Dominus
Comes de Fugger Suffraganeus Constan-
-tiensis pro consecrandis sacellis tum
infirmorum, tum ostringæ, et tunc die
vigesima tertia Junij in Pontificalibus
egrediebatur Ecclesiam pro conferendo
Sacramento Confirmationis. Cum hoc
igitur simul egredientur illi, medium
protegentes Joannem, quem frustrà
Præfectus cum secretario subsistere
jussit, contumelijs etiam ab illo ex-
-ceptus, innumera multitudine, no-
-bisque ex aula fenestris prospicien-
-tibus. Udalricus cMüller olim in servitijs

Regis

Regis Hispaniarum ex comendatione Abbatis Locumtenens primus Rebellium agmen duxit, manu prehendens gladium: alius in ponte Insulæ strepitum sclopeto manuali soluto quasi victor edidit, ne lateret turbam armatam fuisse. Ita cum summo despectu legitimæ potestatis erupit, evasit, civium plerorumque auxilio fretus, domi securus degens, ubi cauponam exercere non destitit, et quoscunque Monasterio devotos injuriis lacessere.

à Foederatis proniendus traditur.

Opportunè instabant Comitia annua à Foederatis Frauenfeldæ celebranda, quibus Bernardus Abbas decima Julij per-scripsit intollerandam Joannis Müller insolentiam, cui coercendo sine Brachio Protectorum par esse non posset. Citatus ad diem decimam septimam ejusdem Mensis memoriale obtulit consueto more falsis refertum. Verum per P. Dominicum Granarium et Secretarium Suentz præhabita speciali comissione, edocti oratores decreverunt, hominem Rebellem ad Justam pœnam subeundam esse Abbati suo superiori legitimo tradendum. Itaque Frauenfeldæ in Maleficorum Carcerem detrusus, requisitoque transitu à Præfide Liburgi, per duos apparitores missus est Rhenaugiam, additis Literis ad Abbatem, quibus ipsius Judicio tradebatur. ibi pariter in custodiam, quo fures detineri solent, inclusus die vigesima prima Julij, ac sequenti die examinatus, demum prælecta sententia Rhedæ impositus fuit una cum Custodibus. Tum per diversa territoria, datis Reversalibus, Zavenspurgum deportatus, in domo publica, hominibus nullius frugi coercendis destinata, decem plagis, licèt aliàs viginti quinque infligi solerent, exceptus, et ad Rhedendum Brasilianum lignum condemnatus. Victus quotidianus cum aliàs parcissimè præberetur, mitius tamen cum homine melioribus assueto agi jussum, et condonatis deinceps omnibus plagis, assignata quotidie media Mensura Viri, cibi quibuque Cocti, quos pro pretio solvendo postulavesit.

Reliqui

Seditiosorum pœna.

Seditiosi Rhenaugiæ Cives, qui aperta Rebellione delinquentem è Judicum manibus exemerant, puniti, et ad publicas operas condemnati; quorum antesignanus Joannes Udalricus Müller cùm pluries etiam edictaliter citatus non comparuisset; tandem die quarta Augusti Consilij inops Reverendissimo se sistit veniam deprecatus. Unde in Carcerem Civicum inclusus, examinatus, et sententia lata jussus est ante fores Ecclesiæ cum scheda obedientiam suadente dum populus transiret, consistere, ac deinceps perpetuo à congressibus civium abstinere. Idem inquietus homo cum postea ob aliud delictum citatus rursùm obedire detrectaret, captus, et in carcerem malefactorum truses est. Condemnatus fuit Ravenspurgum: sed Reverendissimus sententiam mitigavit, ut per quatuordecim dies ad opera publica adigeretur, atque de novo Excessus esset à civium Conventibus. Interim Joannes Müller Ravenspurgo Epistolam deprecatoriam ad Abbatem scripsit, rogans, ut intuitu liberorum pœnæ terminum imponere dignaretur spondens, se nunquam rediturum Rhenaugiam sed empta Coronæ taberna Melingam migraturum. Distulit Abbas gratiam, ne fraus petitis subesset: sed is more impatiens corruptis custodibus erupit, Egnoque jam parato evasit Schaffhusiam die sexta octobris, ac deinceps Melingæ, mortua ante sesqui annum prima uxore, nuptias contraxit cum Prætoris filia: tabernam tamen supradictam non est adeptus.

Indignatio Figurinorum sedata.

Illo temporis intervallo, quo Joan. Ravenspurgi detinebatur, rumor increbuit eum ibidem inter tormenta expirasse, nuntioque percepto ipsius uxorem subitò mortuam corruisse. Perscripsit hanc fabulam Præses Turgoviæ Turegum, ex Joanne propè Martyrem efficiens; simul questus de quodam Cathechismo à Parocho Rhenaugiensi edito, in quo is male Nomen hæresis contra leges pacis publicæ usurpasset. Magna indignatione id tulit Senatus, atque illicò detentionem proventuum Monasterij

in suo territorio decrevit. Abbas, relatione altera se ipsa evanescente, sine mora libellos omnes manibus Parochianorum, aliorumq; quorumcunque eripuit; tum ad Magistratum deprecatorias destinavit litteras, factum ipse reprobans, qui ideo Auctorem mox ab officio removerit; simul supplicans, ne indignationem, quam unus ob imperitiam factorum publicorum Commeruisset, reliquos omnes experiri permitteret. Privatos tamen Comones facere non omisit, quantis scomatibus nonnulli Protestantium Catholicos impressis libris proscindere soleant; cum contra religiosq; iste unico comate incircumspecti subscripto de offensa ne cogitavellet quidem. Nec difficultate non caruit. Tandem nihilominùs Mitigatus Magistratus, non solum indignationem cum detentione remisit, sed etiam pristinam protectionem litteris satis spopondit. At Joannes Müller Melingæ quoque non contentus saepiùs reditum ab Exilio, in quod se sponte conjecerat, tum apud Abbatem, tum apud Cantones, tum denique in conventibus omnium Fœderatorum quæsivit, cujus Citationem Abbatis postulare. + At ille à limine Judicij depulsus, decreto facto, cui et Tigurinæ subscripsêre, perpetuò deinceps quiescere est jussus. /K/ + Verum

Diploma Francisci I. Imperatoris.

Rememorato anno quadragesimo nono die trigesima Januarij datum est Vindobonæ diploma Augustissimi Imperatoris Francisci I. quo omnia Monasterij jura ac privilegia confirmantur, ac præcipua illorum per extensum recensentur, remisso quidem titulo Principis, in forma Gloriosissimorum in Imperio Prædecessorum, appenso consueto Sigillo Majestatico. cujus est Abbas noster Bernardus in hoc negotio opera Reverendissimi Domini Francisci Antonij Marxer Suffraganij Vindobonensis, patria Veldkirchensis, solo virtutis merito ad illum gradum evecti, qui autumno superiori cum voti causa ex gravi morbo non sine prodigio

/K/ das die begerte Citation abgeschlagen, und der Joannes Müller für ein und allemahl Ihrer Ruhe verwiesen sein solle.

digio convalescens, cum ad Taumaturgam Virginem Eremitanam Helvetiorum profectus esset, Rhenaugiam invisit, et hospitalitatem grato animo compensavit. Ipsum porrò diploma ad S. Blasium detulit Carissimus P. Marquardus Hergott, et die tertia Martij Rhenaugiam transmisit. In eodem celeberrimo Monasterio S. Blasij cum fato praematuro obijsset secundus S. R. I. Princeps Caelestinus Vogler, cuius Electioni nondum sesquiannò elapso interfuerat die Nona Augusti 1747. Abbas noster Bernardus, ad Electionem Successoris die vigesima octava Aprilis celebranda pariter vocatus est idem Abbas Electusque fuit Heinradus Vogler Rhenaugiæ amicissimus, ubi olim studiorum ac Religionis fundamenta posuerat, cuius solemni inaugurationi die decima octava Maij Bernardus denuò praesens adstitit. † Cum altero Monasterio Imperiali ac celeberrimo Petri domûs prope Constantiam die vigesima nona Novembris cum consensu Capitulorum inita est confœderatio, suffragijs pro decedentibus confratribus conditis, missis quoque alternis annis qui animi causa Confœderatos salutarent. Movit ad hanc amicitiam arctiùs colendam Bernardum nostrum eximia Beneficentia Laudatissimi Abbatis Ildephonsi in Monasterium nostrum exhibita.

Fœdus cum Petri domo.

† Ex eadem nobili milia Vogler Ura olim prodijt Hie nymus Abbas C rensis.

1750. Anno sequenti quinquagesimo die vigesima Aprilis pijssimè obijt R. P. Paulus Meichsner Engensis, aetatis anno trigesimo octavo, ex febri acuta à quodam moribundo contracta cum Parochiam ferventius administraret, à vino extra Sacrum perpetuò abstemius, ob dotes suas Principibus charus. Ut autem Bernardus Abbas jacturam plurium defunctorum resarciret, sequentes tempore Regiminis sui ad sacrum ordinem et Monasterium admisit, quorum Primus jam à Praedecessore in Tyrocinium susceptus fuerat.

Religiosi Professi.

1745. R. P. Benedictus Kahé Rastadiensis.
1746. R. P. Basilius German Lichtensteigensis.
1747. R. P. Aloysius Blättler Subsylvanus.

*

1747. R. P. Bonifacius Weiss Einsidlensis.
1747. R. P. Ludovicus Werner offenburgensis.
1748. F. Leopoldus Niderist Lutensis.
1750. R. P. Josephus Bossart Tugiensis.
1752. R. P. Fintanus Birchler Einsidlensis.
1752. R. P. Othmarus Vorster Diessenhovensis.
1752. R. P. Bernardus Mayer Lucernensis.
1752. R. P. Felix Fischer Engensis.

Iis mota Extraneis.

Inter hos undecim Religiosos à Bernardo Abbate susceptos octo fuêre ex Helvetia, et tres dumtaxat ex Imperio oriundi. Fuêre nihilominùs, meritò latere cupientes, qui oratoribus Foederatorum in comitijs ordinarijs conventicubus suadere niterentur, satiùs fore, si ad Monasteria deinceps, et eorum servitia exclusis extraneis, soli Helvetij admitterentur. non videbatur statim illa propositio rejicienda, sed ad Majorem tutiùsque à Legatis Domum referenda.

1751. Verùm Negotio, quod occultè tractabatur, vix ante Syndicatum proximi anni comperto, celeberrimus D. Carolus Fanger subsylvanus Prior Carthusiæ Ittingensis, nomine Reliquorum Monasteriorum tam Monialium quam Virorum, Catholicis Cantonibus perpendendum exposuit ingens periculum, quod ex tali ordinatione tam in spiritualibus, quàm temporalibus enasci posset. Jam aliquandò tale consilium ab urbano Papa VIII. et Scapio ipsius Nuntio fuisse reprobatum; exiguam verè partem extraneorum ali in Monasterijs; maximè in comparatione Helvetiorum, qui in Monasterijs Imperij, Parochijs et Beneficijs Ecclesiasticis etiam dignitate sublimati degunt; eos procul dubio domum rejicendos cum integris Collegijs, quæ pro natione Helvetica in alienis territorijs constituta sunt. Monasteria in provincijs extra Cantones, quæ antiquissimos Fundatores, eosque non Helvetios agnoscunt, destitui sufficienti numero Subjectorum Idoneorum, nisi ex vicinis Catholicorum terris aliquos admittant; denique proventus plerumque maxima ex parte recipi ex Imperij, vicinorumque Principum Domi-

nio

nio, quò si detinerentur, caritaros Eorũ filios necessarijs alimonijs potiùs quàm extraneos. Non posse igitur eadem lege censeri quamcunque provinciam, quæ in integro regno clausóque statu profitua esse posset. Prævaluit apud Magistratus Zelosissimi P. Prioris Consilium, qui unanimiter suis oratoribus in mandatis dederunt, vt à negotio tantis difficultatibus obnoxio, infisque Cantonibus periculoso, recessu desuper formato, JC/ planè abstineant. c.

Eodem anno die vigesima secunda septembris congregatis Fabariæ Reverendissimis Patribus, salubberrimæ leges pro observandis constitutionibg factæ sunt, Confirmato in munere visitatoris Bernardo Abbate nostro.

Renaugiæ verò diem extremum vidit nonum Augusti R. P. Carolus Besler de Wattingen, ætatis anno quadragesimo nono, ex Nobili urdniorum familia procreatus, cuius olim Mater Domina Anna Maria Margarita Buntener de Braunberg Benefactrix quoqs Ecclesiæ nostræ extitit. vir multæ lectionis, et chriseos in historicis. sanæ, qui antiquum Patronorum nostrorum cultum strenuè restauravit, et auxit, valetudine tamen minùs firma à multo tempore usus. Sequenti anno quinquagesimo secundo longa phthisi absumptus est R. P. Dominicus Buchmann ex Neukirch ditionis lucernensis oriundus, vir suma dexteritate in perficiendis negotijs præditus, atque in sua animarum secunda Zelosissimo obijt ætatis anno quadragesimo secundo, die decima sexta Januarij, quam sibi fatalem fore prædixerat, dispositis ab ipso omnibus

Obitus.

1752.

JC/ §. 26. Wir haben nach reiffer der Sachen überlegung und erdauerung befunden, das dises geschefft vilen bedenklikeiten unterworffen, und solches denen Löbl. Ständen grosse verdrieslikeiten nach sich ziechen könte; dahero hievon zu abstrahieren einmüttig bestes zu seyn ermessen.

omnibus pro sepultura, et adventuris hospitibus necessarijs, sepultus in Ecclesia Balterswilana, ubi per postremos duos annos Parochum egerat. Advenit Shenaugiam die tertia octobris Excellentissimus Dominus Philippus Nereus Acciajuoli Archiepiscopus Petrarum Nuntius Apostolicus, qui cum per aliquot dies hospitatus esset, secum ire jussit P. Mauritium pro visitando Monasterio Monialium Münsterlingano.

Nova Ecclesia SS. Felicis et Regulae.

Hoc ipso Anno destructa veteri Ecclesia in atrio insulae nostrae ad sanctos Felicem et Regulam, edificata est ex fundamentis nova admodum elegans, eaque ad apicem Insulae magis producta. Architecto usus est Bernardus Abbas Domino Beer Brigantino, Pictore verò Domino Hermano Juniore; qui et novum sacellum in arce Dynastiae Mamerensis eadem fermè forma posuerant. Praeter alia nova aedificia, quaedam etiam meliorem in formam restauravit Abbas; Nam coemptis quibusdam domibus, quae in vineam Sorb protendebantur, pomarium muro clausit; Tabernam in medio oppidi ex scuto Suo Leone rubro novae domui praefixit; Hortum Abbatialem, olerumque magno commodo ampliavit, novoque muro tam contra injurias hominum, quam Sheni clausit; singulas denique cellas fornacibus instruxit haud exiguo tam Corpori quam disciplinae Regularis emolumento. Tanta equidem Cura rem domesticam administravit, ut et in temporalibus magnopere profuerit Monasterio, et amplius profuisset, si cum pace diuturniori vita usus fuisset.

Obitus Abbatis Bernardi.

Laborabat Bernardus â multis annis calculo; unde fractis naturae viribus in tabem seu febrem quandam lentam incidit, quae tamen â Consuetis laboribus eum minimè detinuit. At cum ex Medici cujusdam vicini Consilio crudis fructibus etiam inani stomacho uteretur, atque in sui nominis festo S. Bernardi vigesima Augusti recentes abundantius degustasset, morbum dis-

-fenterium sibi fatalem accivit. Magno interim animo ad mortem se dispo-
-suit, atque vigesima quinta eiusdem
-mensis, cum omnibus sacris munireturr
totum praesentem Conventum ad pacem,
Concordiam, Regularemq; observantiam
paterne hortatus est. decessit pijs-
-me post triduum vigesima octava Au-
-gusti in corona Fratrum mane hora sex-
-ta, corpusque eius, cum praesentes Me-
-dici de statu morbi non conveniss ent
-ut jusserat, apertum, in quo reperti
-renes exigui, marcidi, et apostemate
affecti; viscera indurata, et operatio-
-nibus naturalibus inepta; fel in duo-
-decim capillos nigros angulares q; Con-
-cretum. Certe videbatur felle carere
aut vim intellisse naturae, adeo Benig-
-nus ac mansuetus erat, ut etiam ini-
-micos, aut sibi adversantes, amanter
Complecteretur. Statura procerus,
ac vultu decorus, nigris oculis mo-
-destus, ac palpebris jugiter palpitan-
-tibus, nec annum aetatis quinquage si-
-mum secundum, dum moreretur Super-
-gressus; Laboris denique patientissi-
-mus, praesertim in scribendo, quae ad
Monasterij utilitatem et historiam
pertinent, licet nonnihil de selectu
et sana Christi passus sit desiderari.
Extant praeter Diaria, quatuor volu-
-mina eius manu scripta, quorum pri-
-mo complexus est fata Monasterij a
fundatione ad sua usque tempora;
Secundo Catalogum omnium Abbatie
ac Fratrum nostrorum; Tertio ac quar-
-to denique diversas chartas ac Diplo-
-mata. ~~Mortem eius aliquibus pro-~~
~~-digijs pronuntiatam fuisse constat.~~
~~Nam et fragor super eius cubiculum~~
~~et in atrio ad novam Ecclesiam S. Feli-~~
~~-cis et Regula exauditus, pulsatoque~~
~~-que Signa quorundam Religiosorum.~~
Sepultus est sequenti die circa horam
Decimam magno concursu populi, in
choro S. Blasij Medius inter Abbates
Bonaventuram et Benedictum,
Lapidi sequens inscriptio incisa fuit:

Abbas LV.

Hic expectat Deum Salvatorem Suum
Rmus et Amplmus Dd. Bernardus II.
Monasterij Rhenovensis Abbas,
ano 1753. 28. Aug. æt. 52. Reg. 9.
Rè in domino defunctus,
donec retribuat Justo.
R. I. P.

Parieti proximo monumentum instar
reliquorum adnexum cum hoc Epitaphio.

Sta viator!
Hic rursus
de Forti egressa est Dulcedo. Jud. 14.
Nam
Rmus, Peritis, et Amplmus dominus D.
Bernardus II.
Hujus c Monij Rhenov. Abbas vigilantissimo
Helveto-Benedictinæ Congregationis Visitator,
In extruendis Deo templis,
In promovenda Disciplina,
In augenda re domestica,
In Conciliandâ civium pace,
Dum viveret, Fortissimus,
Post mortem
quæ a. 1753. æt. 52. Profes. 34. Regim. 9.
die 28. Augusti Contigit,
Salesianæ Charitatis
Dulcedinem emanavit,
Dum Corpus suum eo, quo ille, motivo
Anatomiæ concessit.
Verè
Mellifluus Pater.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ubi
reatum
tiùs hæc
Jejunio
in capitulo
tus est dies
Septembris
sides R. P.
Mauritius
tium impos
lanfi Illustr
bis postula
mum re fel
pitulo Elec
di Patres Ge
plonfus. Ca
R. P. Gall
R. P. Petru
R. P. Meira
R. P. Joañes Ba
R. P. Martinu
R. P. Geroldus
R. P. Hieron
R. P. Romanus
R. P. Idelphonsu
R. P. Blasius
R. P. Placidu
R. P. Beatus
R. P. Rodatus
R. P. Maur
R. P. Henrich
R. P. Januariu
R. P. Maurus
R. P. Anselmu
R. P. Sebastian
R. P. Benedict
R. P. Basilius
R. P. Aloysiu
R. P. Bonifaci
R. P. Ludovicus
R. P. Josephus
F. Leopoldus
F. Tiburtius Be
F. Othmarus
F. Bernardus
F. Felix Fise

[illegible] Regis in præs

Romanus Effinger
Abbas LVI.

1753. Ubi jam ad præsentia tempora ventum est, stylo temperandum duxi, latiùs hæc posteris exequenda relinquens, a/ Defuncto Reverendissimo Abbate Bernardo II. in capitulo pro more celebrato determinatus est dies futuræ Electionis undecimus Septembris, ac destinati ad invitandos Præsides R. P. Januarius ad S. Gallum, et P. Mauritius Lucernam, aliique quoque negotium impositum, ut ex Monasterio Einsidlensi Illustrissimum Principem, et ex Nuciis postularet Notarium. Deputatis Domum, re feliciter Gesta, reversis, in alio Capitulo Electi fuêre Scrutatores Reverendi Patres Geroldus, Hieronymus, et Ildephonsus. Capitulares porrò erant Sequentes.

Electio. a.

R. P. Gallus Waldmann Prior.
R. P. Petrus Schedler Subprior.
R. P. Meinradus Vogler œconomus Offringensis.
R. P. Joañes Bap. Wurmer Parochus Thenaugiæ.
R. P. Martinus Zum Stein Cellerarius Conventûs.
R. P. Geroldus Müller cancellariæ Director.
R. P. Hieronymus Nater Parochus Balterswilæ.
R. P. Romanus Effinger œconomus Mameræ.
R. P. Ildephonsus à Flekenstein Magister Conversorum.
R. P. Blasius Hartman Granarius.
R. P. Placidus Zelger Cellerarius Major.
R. P. Beatus Muos Secretarius Capituli.
R. P. Deodatus Müller Bibliothecarius.
R. P. Mauritius Hochenbaum Archivista.
R. P. Henrich de Anethan Parochus Mameræ.
R. P. Januarius Dangel Philosophiæ professor.
R. P. Maurus Werner Archimagirus.
R. P. Anselmus Negele Instructor Fratrum.
R. P. Sebastianus Greuter Vestiarius.
R. P. Benedictus Kahe Moderator Scholæ.
R. P. Basilius Germann Professor humaniorum.
R. P. Aloysius Bletler Subparochus.
R. P. Bonifacius Weiss Custos.
R. P. Ludovicus Werner Capellæ Magister.
R. P. Josephus Bossart.
F. Leopoldus Niderist.
F. Fintanus Birchler.
F. Othmarus Vorster.
F. Bernardus Meyer.
F. Felix Fischer.

/a/ Regino in præfatione ad Alberonem Episcopum.

Romanus

Advenêre Excellentissimus Dominus Philippus Nereus Acciajuoli Archiepiscopus Petrarum Nuntius Apostolicus, Coelestinus II. S. Galli, et Nicolaus de Flue Eremi Principes cum Socijs, nec non P. R. P. Leodegarius Meyer Decanus Murensis, qui Notarij munere fungeretur. Missa de Spiritu Sancto ab ipso Excellentissimo Domino Nuntio lecta, omnibusque Eligentibus Sacra communione refectis, in Superiori conventûs aula per majora suffragia primo in scrutinio electus est Abbas R. P. Romanus Effinger tunc Mamerae administrator†, aliaeque caeremoniae ex more peractae. Eadem die Missus est R. P. Henricus de Anethan Bolingam ad Celsissimum Dominum Episcopum Constantiensem Franciscum Conradum de Rodt, qui dignissimo huic avunculo Casimiro Antonio anno 1750. die nona Novembris in Episcopatu successerat. Impetravit P. Henricus commissionem pro examine instituendo delatam Principi S. Galli, seque ipsum eximijs hujus dotibus apud Praefatum Celsissimum Episcopum aequissimum aestimatorem insinuavit. Processu peracto etiam Confirmatio tanquam à Sedis Apostolicae specialiter delegato die decima quarta Septembris subsequuta, ipse Celsissimus Dominus Episcopus distinctis literis dignatus est gratulari No- Electo Abbati.

Confirmatio.

Benedictio. Benedictio Abbatialis proxima die Dominica decima sexta ejusdem mensis collata ab Attestato Domino Nuntio, Assistentibus Illustrissimo Nicolao Principe Einsidlensi, qui interea ob dedicationem Angelicam domum reversus, ac rursum Rhenaugiam regressus fuerat, et Reverendissimo Domino Nicolao Abbate Fischingensi. Pridie D. Nuntius quibusdam Sacramentum Confirmationis impertitus fuerat, consecravitque Ecclesiam novam Sanctorum Felicis et Regulae.

Tum Romanus Abbas novum Regimen magno animo aggressus, aurea Secula se reducturum promisit, largus in omnes atque munificus, splendoris, musicesque cultor addictissimus; vindex[que] nihilo-

† Einsidlo ex perantiqua familia nobili quae in proximis Helvetio Cantonibus florebat,

minus

minuè erratorum accerrimus; cuius Specimen paucis post Electionem diebus edidit, cùm civem quemdam ex Senatu dejecit, ob jocularе dicterium, quo jactitaverat, Cives carere Domino, quoniam hominium præstitissent; quem Carceri insuper mancipavit, ac palinodia publicè de Genu exacta, multâ pecuniâ mulctavit. quo terrore id assecutus

1754. est, ut ad proximum recurrentis anni initium subditi omnes promptissimè homagium præstarent. Joannem tamen Müller, quem aliquandò meritò infectatus fuerat, iteratis vicibus veniam et admissionem in patriam petentem gratiâ dignatus est, quòd neminem in rebellionem prolapsurum formidaret. vixit ille biennio integro cum familiâ Henaugiæ quietus, factorum pœnitudinem sinceriss-imo animo ostendens, et ad mortem paratus, quam obiit anno ætatis quinquagesimo

Protectio. nono. Instantibus Foederatorum comitijs Francofeldam destinavit R. P. Placidum cum Domino Præfecto Werner, facilèque Litteras Protectorias solutis taxis impetravit, honoratus ab oratoribus die octava Julij rescripto Gratulatorio. Eodem anno celebrata in Monasterio Murensi Congregatione die vigesima quarta Septembris comendata fuerunt singulis communia spiritualia exercitia, aliaque pro disciplina Monastica tam intra quàm extrà conventum salubriter constituta.

Venditio Pagi Martellensis. Verum Romanus Abbas cùm res œconomicæ minùs prosperè cedere viderentur, infausto sydere consilium agitare cœpit Pagum Martellensem, reliquis Majorem, et ab ipsis Fundatoribus à Mille jam propè annis Monasterio attributum vendendi cum omnibus juribus tam Ecclesiasticis quàm civilibus, censibus amplissimis ac decimis. Ansam exinde quærebat quòd à tempore Bernardi primi Abbatis integro jam sæculo continuis litibus cum eius Pagi incolis fatigaretur Monasterium nec solùm jacturam ultrà centum florenorum Millium passum esset, verùm etiam profundendum multum aeris in illis

juribus

juribus ac proventibus conservandis, quod ambo immediati Prædecessores eig experti fuerant. Negotium itaque proposuit Capitulo, à quo per Majora suffragia consensum demum obtinuit, ita duntaxat, ut id fieret facultate hūi Pontificis prahabita, pretio merci proportionato, idque in Evidens Monasterij emolumentum impenderetur. Emptores ipsi Martellenses erant, cum Magistratus Figurinus consulto pridem eig modi emptiones repulisset. Condicta triginta florenorum Millia, quæ vix sextam partem æstimationis explebant, quæ alias condicta fuerat. At Romanus Abbas uti præceps, ita tenax propositi, misit R. P. Ildephonsum Lucendum, qui per Excellentissimum dominum Nuntium Hieronymum Spinolam facultatem venditionis complendæ impetraret, cui conditio inseritur: dummodo evidens Monasterij utilitas appareat, et fructus correspondeat, et non aliter. Numeratum fuit die decima quinta Junij stipulatum pretium, quod Magistratus Figurinus Communitati Martellensi mutuo dederat sine censibus in decem annos, et invicem recepit Jurisdictionem Bassam, dominium directum, et jus Conferendi Beneficium. Abbas majorem pecuniæ partem in expungendis Monasterij debitis impendit.

1755. Piscina in Rheno infausta.

Sequenti anno quinquagesimo quinto reparanda erant utriusque pontis supra Rhenum fulcra; et illius quidem tectum longius produxit, hujus verò fundamenta magnis Lapidibus arcæ natatili imposuit, quæ sensim dehiscens molem fornicis Lapidei securè sustentat. Cum verò ex hac parte Rhenus navibus pervius non esset, constituit Abbas ex eo piscinam periculoso non minùs quàm mirando opere construere, ut pisces immissi inde evadere non possent. Claudit itaque eam partem Rheni Cratibus ex filo ferreo, quæ præactis ligneis trabibus in profundum defixis hitebantur. Jussit deinde in aquam plures pis-

ces

ces Maiores Esones immergi, ut vivi ad
ad verem usque futuri anni persisterent,
non attenta salmonum naturâ, qui pro
alimentis media hieme ad mare solent
declinare, unde æstate pingues et sagi-
nati revertuntur; itaque ad unum om-
nes suffocati. non destitit tamen Abbas
à proposito, sed piscatores omnes, adsci-
tis aliis, è servitio dimisit; cumque the-
nus solita profluvie ex calore æstatis
inundaret, ac supergrederetur, non solùm
cratem illam ferream, sed etiam disrum-
peret, iussit aggerem, qui aquas pro Mo-
lendino coercet, altiùs elevari, impositâ
mole saxorum, asperumque remota ligne-
is fuleris inniza. Lucrandum diu cum
ipsa natura; nam opus undarum impetu
sæpiùs dissuptum, sæpiùsque reparatu,
non sine laborantium vitæ periculo, quod
expertus Religiosus Frater Conversus Mi-
chaël Landwing patriâ Tugiensis, qui
vigesima sexta Junij cum duobus famulis
ed occasione Rheno miserandum in modu
fraustus fuit, unico evadente, quem crates
sæpè dicta exceperant. Erat is statura
admodum procera, vir pius, Industrius,
ac Monasterio multùm utilis, pauperi-
bus nihilominùs, cum dulce ministerio
per multos annos deputatus fuisset, et
subditis oppidò benevolus. Navicula a-
quarum impetu, quæ superiorem agge-
rem superarant, in pontis fuleorum lapide-
um impacta, omnes excussi fuerunt.
Frater Michaël aliquoties visus est rursum
apprehendere, tandem dehiscens interiit,
spectantibus multis etiam confratribus
nostris, qui periclitanti sacris verbis suc-
currere non omiserunt, cum opere non
possent. Sequenti mane ex profundo eru-
tus, sepultusque inter nostros est anno æta-
tis quinquagesimo quarto.

Verùm et alia pericula ex impor-
tuno hoc opere imminebant. Imprimis rui-
nam minabatur ingens ac pulcherrimum
ædificium Bibliothecæ et Archivi; cum
enim aquarum vis transitum ubique mu-
taretur, suffodit fundamenta prædicti
ædificij, quod validâ concussione treme-
re cæpit. Turbata quoque fuit publica

in Rheno navigatio, cum in alteram partem depulsa aquæ fermè alveum mutassent, ad Sylvam, veteri nomine Suaborum dictam, maiori ex parte declinante; unde et subducta ripa hinc inde in flumen ruit. quapropter Magistratus Schaffhusianus ad instantiam nautarum Litteris primùm monuit Abbatem; cumq; nihil

1756. proficeret, ablegavit die vigesima Maij anni sequentis Senatorem ac Tribunum Dominicum Davidem Mayer, cum rei nauticæ Præfectis, qui situm oculis usurparent. Datus est quidem aquis, major ex parte altera transitus, ripesq; in alveo excisæ: sed cum id non satisfaceret navigantibus, similis delegatio aliquoties repetita, donec post biennium inter primas curas Reverendissimi Successoris Januarij, fuit, totum opus illig piscinæ dejicere, ac Rheni fluxum in pristinum statum restituere.

Ingens grando hoc anno die vigesima nona Junij non solum fruges, sed etiam vineas perormedit, damno in plures annos producto. Abbas Romanus nihilominus elegantem Cathedram in Basilica nostra pro dicendis ad populum sacris orationibus fieri curavit. Sacram quoque Suppellectilem ex integro lustravit, ac renovavit, tam in vasis aureis et argenteis, quam vestimentis, comparato integro ornatu Pontificali. obierat hoc

obitus. anno plenus dierum verè Religiosus Frater Conversus Gabriel Weniger Altorfensis vigesima Januarij, qui castitate, pietate, hilarique animi candore ad extremam usque ætatem nonaginta et quinque annorum pervenit, nullo unquam morbo vexatus, sine dolore viribus tandem deficiens, quas olim peritiliter in aula infirmorumq; Ministerio impenderat. Anno

1757. sequenti ad Beatam, ut speramus, vitam sequutus est die decima tertia Julij R. P. Heinradus Vogler Engensis, apoplexiâ tactus ætatis anno septuagesimo sexto, vir admodum doctus ac pius, laboriosque deditissimus, quem impendit non solum philosophicis ac Theologicis studijs juniores imbuendo, sed etiam

economicis rebus, Granarij et renovatoris officio diutius functus, relictis urbatiorum, redditumq; ex arte Geometrica descriptionibus; ultimos tamen annos soli Deo animoque suo impendit, praesentiens eum, quo tandem occubuit, tactum. Denique Septima Decembris ad meliora transijt R. P. Geroldus Müller ex perantiqua Tagiensis civitatis Patricia gente natus, filius Wolfgangi Damiani Müller, capitanei in copijs Helvetiorum apud Regem Christianissimum Ludovicum XIV. et postea Prafecti Mendrisij, et Mario Jacobea Fraschen, quae soror Geroldi nostri secundi Abbatis fuit. Is studiorum ergo cum Salisburgum amandaverat; nec sine fructu, cum studia severiora tum Theologica, tum Schwarzachij iteratis vicibus docuerit; chartas postea Archivi universas in meliorem ordinem redegit, ac solidissimis notis tum ex historia, tum ex jure illustravit. tandem viribus exhaustis toto Abbatis Romani regimine solis spiritualibus in solitudine se addixit, lenta tabe consumptus, ad ultimum usque spiritum sibi praesentissimus, cum quatuor ac sexaginta annos vixisset.

Religiosi professi.

Defectum religiosorum ut supleret Reverendissimus Abbas Comitatus sequentes praenotatis annis ad sacrum ordinem adlegit, qui sunt

1754. del. F. Conv. Joannes Hinna Altenburgensis.
1754. del. F. Conv. Nicolaus Beroldinger Subsylvanus.
1756. R. P. Eberhardus Liechtenauer Wolfachensis.
1756. R. P. Theobaldus Kiestand Beronensis.
1756. R. P. Bonaventura Lacher Einsidlensis.
1756. del. F. Conv. Antonius Muskensturm Constantiens.
1756. R. P. Conradus Weniger Subsylvanus.
1756. del. F. Conv. Aegidius Zittel Dahgstettensis.

Congregatio.

Die vigesima nona Augusti anni quinquagesimi septimi ad Monasterium nostrum Thenogiense confluxere omnes Reverendissimi Congregationis Helveto-Benedictinae Abbates, exceptis Disertinensi, et Murensi, qui posterior nempe Illustrissimus Princeps Fridolinus Lopp paulo ante obierat. Excepti omnes et habiti honore convenienti, nec quidquam seu ad servitia seu ad splendorem congruum deerat. Promulgata populo indulgentia; Missam de Spiritu Sancto Abbas noster sub Missa tenuit; prandium semel regulariter in

aula

Aula majori conventûs perorante R. P. Mauro; reliquæ cæremoniæ pro more observatæ. In hoc conventu Instructiones particulares officiorum pro observatione disciplinæ approbatæ, Abbasque nostri visitator electus. Subjuncta porrò visitatio conventûs nostri ab Illustrissimis Principibus Cœlestino S. Galli, et Nicolao Einsidlensi.

1758. Resignatio Abbatis Romani.

verùm enimverò cùm regimen Abbatis Romani tam in spiritualibus quàm temporalibus minùs prodesse videretur Monasterio, res per superiores atque seniores delata est ad obtestatio. Reverendissimos dominos visitatores, qui post maturam deliberationem, præconsulto Excellentissimo domino Joanne octaviano Ruffalini Nuntio Apostolico, specie negotiorum Abbatem Romanum die sexta Junij anno proximo quinquagesimo octavo vocarunt in aulam oppidi Wilensis, eidemque suaserunt, ut ob bonum comune Monasterij Abbatiam sponte dimitteret. Nec respuit Romanus consilium, quod se jamanimo præconcepisse dicebat. Mox Nuntius pro confirmatione resignationis licernam ad S. Nuntiaturam destinatur, et alter Rhenaugiam, qui factum significaret Capitulo, juberetque præstolari visitatores pro nova Abbatis Electione propediem adventuros. Rhenaugiæ consueto more Camera Abbatialis sigillo Conventûs obsignata. Tum confirmatione ab Excellentissimo domino Nuntio percepta, Abbas resignatus ad Monasterium S. Joannis in valle thuræ se contulit, visitatores verò die duodecima Julij Rhenaugiam: ubi sequenti die convocato capitulo per secretarium congregationis R. P. Basilium Balthasar Monachum S. Galli prælectum est utrumque Instrumentum tam resignationis, quam confirmationis; in quorum priori Abbas Romanus scribit: Diu præconceptam hanc ipsius fuisse voluntatem, sicque sponte ac liberè cedere Abbatiæ,

ponderata

ponderata virium deficientium infirmitate, quâ nec spirituali nec temporali Regimini utiliter præesse posset, ut in piam et religiosam quietem se recipere, et opus æternæ salutis unicè perficere valeat. Prælecta est etiam in eodem capitulo commissio, quâ visitatores in hac re Auctoritate sedis Apostolicæ agere valerent. unde injunxerunt, ut congrua portio pro sustentatione Abbatis Resignati determinetur, ac propediem reliqua ad Electionem proximè celebrandam disponantur, additâ salubri monitione, ut Deus solus, utilitasque Monasterij præ oculis habeatur.

Digressis ex capituli loco Illustrissimis Dominis visitatoribus lecta est epistola Abbatis Resignati die undecima Junij ad capitulum data. In hac præmissa narratione suæ resignationis ait: sibi nihil reservasse, nisi quæ pro honore Monasterij Abbatibus libere resignatis reservari solent; renuntiat deinde pro hac vice voto suo Capitulari, ut eo absente liberè eligi possit futurus Abbas; denique veniam petit, si quem scienter vel ignoranter offenderit simulque omnibus omnia ex corde dimittit. Decretum itaque à capitulo est, ut debita cum observantia respondere-tur. assignata deinde decem pecuniæ summa, quæ annuatim eidem pro congruo victu, vestitu, servitijs, aliisque necessarijs abundè sufficere posset. Tum dies decima nona præsentis Mensis pro futura Electione constituta, missique ad Excellentissimum Dominum Nuntium R. P. Hieronymus, qui simul ex Monasterio Murensi Notarium postularet. Denique Illustrissimis dominis visitatoribus pro laboribus in hoc negotio exantlatis oblata est Comunio Bonorum operum, promissorumque singulis, si decesserint, obsequium Defunctorium, prout Abbatibus propriis peragi solet. Diebus proximis usque ad imminentem Electionem singuli Religiosi ad dominos visitatores vocati, atque examinati sunt, prout in ordinarijs visitationibus

fieri

fieri solet. unde Emersit recessus à Domino Nuntio superveniente Ratificatus, in quo inter alia restituitur Capitularibus modus in comunibus Capitulis suffragia occulta per calculos promendi, ne libertas impedimenti patiatur, quem modum fixerat Abbas Romanus; Vir planè ad summa natus, si consiliorum patiens, imò sui ipsius potens semper fuisset; qui tamen deinceps in Monasterio S. Joannis quietè ac religiosissimè vitam traduxit, expletis in regimine non integris 5. annis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Januarius Jangl,

Abbas LVII.

1758. Electio.

Licèt dies Electionis à venerabili Capitulo indicta fuerit ad decimam nonam Junij, rescripsit tamen Lucernâ R. P. Hieronymus, Excellentissimum Dominum Nuntium Joannem octavianum Arcsalini ante diem vigesimam praesentem esse non posse. venit itaque pridie serò post horam sextam, et in conclavi mox Praelatitio habitu indutus, post Completorium à conventu solemniter exceptus est. Tum in Ecclesiam introductum in medio festiva oratione salutavit R. P. Placidus, respondente ex sella sub Baldachino per quam oppositè eodem Excellentissimo Nuntio, reliquis caeremonijs pro more subjunctis. Interim Scrutatores Electi fuêre. Reverendi Patres Joannes Baptista, Ildephonsus et Petrus; Testes Socij Illustrissimorum Principum visitatorium S. Galli et Eremi; Notarius denique R. P. Geroldus Mayer ex Monasterio Murensi. Electores fuêre sequentes:

R. P. Januarius Jangl Prior.
R. P. Joannes Baptista wurmer Subprior.
R. P. Martinus Dumstein.
R. P. Hieronymus Vater celerarius Conventûs.
R. P. Ildephonsus à Fleckenstein.
R. P. Petrus Schedler Granarius et Archivista.
R. P. Gallus Waldmann Parochus Thenaugiae.
R. P. Blasius Hartman cellerarius Major.
R. P. Placidus Zelger Professor Theologiae.
R. P. Beatus Muos.
R. P. Deodatus Müller.
R. P. Mauritius Hochenbaum aconomus Mamerae.
R. P. Henricus de Anethan Parochus Baltersweilae.
R. P. Maurus Werner Bibliothecarius.
R. P. Anselmus Negele aconomus offringae.
R. P. Sebastianus Greuter Parochus Mammerae.
R. P. Benedictus Lahe Secretarius Capituli.
R. P. Basilius German Capellae Magister.
R. P. Aloysius Bletler Custos.
R. P. Bonifacius Weiss.
R. P. Ludovicus Werner.
R. P. Josephus Bossart Moderator Scholae.
F. Leopoldus Niderist.

Januarius.

F. Firotanus Birchler.
F. othmarus Vorster.
F. Bernardus Meyer.
F. Felix Fischer.
F. Eberhardus Liechtenauer,
F. Theobaldus Hiestand.
F. Bonaventura Lacher.
F. Conradus Weniger.

Sequenti die ipse Excellentissimg Dominus Nuntius Missam de Spiritu Sancto assistentibus omnibus Capitularibus celebravit, quos et sacra communione refecit. Postea in Loco Electionis, habita oratione Pathetica, in Secundo Scrutinio feliciter per majora absoluta Electus est Abbas, P. D. P. Januarius Prior. Cætera deinceps ex more peracta. Ad Seram cum Electionis Instrumento P. Mauritius, quem postea Neo-Electus Successorem in Prioratu constituit, Mannerdam se conferre jussus est, iterum Constantiam ut à Reverendissimo Domino vicevicario Generali de Zurich commissionem Examinis instituendi obtineret. Erat enim eo ipso tempore defuncto Benedicto XIV. Romæ pro electione Summi Pontificis absens Eminentissimus Cardinalis de Rodt, cum Reverendissimo vicario Generali de Deuring. Processus formatus per Illustrissimum Nicolaum Einsidlensem; cuius instrumento iterum Constantiam delato, Confirmatio subsequuta est in forma usitata die vigesima tertia Junij, et eadem die per dictum P. Mauritium Thenaugiæ prælata. Instabat enim Dies Benedictioni Abbatiali præstitutus, festus S. Joannis Baptistæ, quam Retefatus Dominus Nuntius solemniter impertitus est, assistente prater Einsidlensem, Illustrissimo Principe Bonaventura Murensi, quem Reverendus P. Anselmus acciverat, præsentibus quoque præter alios hospites, Domino Neo-Electi Parente Dangel officiali Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Beromensis, eiusque aliis filijs Sacerdotibus Beneficiatis. Die sequenti Dominus Nuntius quibusdam Fratribus nostris Sacros ordines est impertitus, ac vigesima secunda Junij Lucernam comitante R. P. Hieronymo Recessit.

Confirmatio.

Benedictio.

-sit. Die quinta Julij. Schaffhusio Gratulatie ñ e Magistratu destinatus venit Dominq David Mayer Tribunus et Senator, cum tribus Nobilibus, duobus de Payer et tertio Stoker. Vigesima septima eiusdem Mensis vicissim ex More Schaffhusium missi R. P. Placidus Cellerarius Major, et Dominus Praefectus Werner, qui simile honoris officium deferrent Neo-Electo Consuli Domino de Payer. Instantibus demum Foederatorum Comitijs ijdem Legati Frauenfeldam destinati sunt, qui ab octo Cantonibus Monasterij Protectoribus consueta tutelae Litteras obtinuerent.

Contributio Bellica.

Fervebat hac tempestate acerrimum Bellum inter Augustissimam Reginam Hungariae, Borussiaeque Regem, funestum magis, quam ulli parti proficuum, cum aequalibus viribus, arteque pugnandi, alternante fortuna certaretur: videbatur Religionis causa in controverti. quapropter Summus Pontifex jam superioris ani Mense Aprili Augustissimo Imperatori facultatem impertijt, ex cunctis Ecclesiasticis redditibus per Imperium Decimam partem in sumptus belli colligendi. In Diaecesi Constantiensi Constitutus Commissarius Caesareus Perillustris Dominq Vicarius Generalis de Deuring, qui sicut ad caeteros, ita et ad Reverendissimum Abbatem nostrum Januarium die Nona Novembris Requisitorias dedit, pro bonis scilicet in terris imperij sitis. Missus die sexta Decembris P. Mauritius Prior ad exemplum aliorum negotium confecit cum saepè Laudato Domino Vicario Generali, fruitq taxa in sextum usque annum praestanda, licèt anno 1763. pax Mota jam restituta fuisset. Anno quin-

1759. quagesimo nono Senatus Figurinus die Secunda Julij misso Senatore ac Tribuno Domino Henrico Heidegger Feuda Praefecturarum in Berken, Flach, et Volken Decepit; Licèt aliorum Feudorum collationes in aliud tempus dilata fuerint.

1760. Anno Sexagesimo die trigesima Augusti Diutina hydropisi confectus mor-

obitus. tem magno animo subijt R. P. Beatus Mecos Tigienfio, quadragesimo sexto

aetatis

ætatis anno. Cathedram tam sacram quàm Scholas-
Ecclesiasticam olim eruditè ornavit, edi-
_ditque opuscula Theologica et Juridi-
_ca de vocatione Divina, et Jure advoca-
_tiæ Tutelaris, in quo tamen posteriori
_historicam notitiam nonnihilquam desi-
_deres. Mense Novembri solemniter paren-
_tatum P. R. D. Ignatio Benz Exdecano
et Parocho quinquaginta annorum in ober-
_eggingen, qui solius amicitiæ causa, et,
_ut ajebat, ob percepta beneficia, Cœnobium
_sterilium inter legatarios numeravit, nu-
_merandus et ipse inter Benefactores.
1761. Parentandum quoque anno sequenti solem-
_niter fuit Eminentissimo Cardinali Do-
_minico Passionei, olim in Censum Fratrū
conscriptorum adlecto. Neque exiguam
jacturam intulit mors præpropera R.
P. Henrici de Anethan, qui natus anno
1717. Parentibus Nobilibus Joanne A-
dolpho Supremo Regiminis Cleggovien-
_sis Præfecto, et clara Theophe de Rotl-
_berg, suasu Matertera sua pijssi-
_mæ Mariæ dominicæ, Sanctimoniæ
fama claræ Prioriss. vallis S. Catha-
_rinæ, factus Theologiæ Religiosus, pi-
_etate ac Zelo animarum non minus, quàm
Linguæ Hebraicæ, Astronomicæ ac Geo-
_metricæ peritia insignis, omnibusque cha-
_rus fuit, ac præprimis Eminentissimo
Cardinali de Rodt, cujus ad Aulam pro
_conficiendis Geometricis delineationi-
_bus sæpè vocatus, ab eoque post mortem
quoque cæteris ad Abbatem Datis fuit
_Laudatus. Decessit die vigesima secun-
_da Martij ipsa dominica Resurrectionis
post octiduanum febris acutæ morbū
Baltersvilæ, ubi Parochum agebat, se-
_pultus in ejusdem Ecclesiæ Parochialis
medio. |6| vigesima octobris annua fermè 6.
Pietis Zelotes est Religiosus Frater et
Conversus Franciscus Schiel Aichensis Ba-
_varus, qui vitam suam ad quinquagesi-
_mum nonum annum innocueris fermè ci-
_bis compingendis quietè piègs produxit.
Renovatum est hoc anno Sacellum S. M.
Magdalenæ in horto Conventūs in prepi

|6| die 8. Jan. 1760. Sequentia Eminentissimi

Cardinalis

Insula ad Rheni confluxeum, tribus Altaribus ex ~~Conchis~~ conchiis tum naturalibus, tum petrefactis, aliisque mineralibus exornatum.

Die vigesima Secunda Septembris Congregati Reverendissimi Patres Helvetiæ ordinis nostri in Monasterio Fischingensi Ritus ac Cæremonias in divinis officijs comendarunt, monuerunt[que], ut declinentur tam in philosophicis quam Theologicis scientijs tradendis opiniones novæ, curiosæ, ac nimium in Laxitatem propensæ. Anno Sequenti Sexagesimo Secundo, mortuo R. D. Christophoro Haberstak, decano venerabilis Capituli Neukirchensis, et Parocho Septettæ Zelosissimo die vigesima quarta decembris, 1762.

Parochia

---

cardinalis ad Abbatem Scripsit: Zu ausnemendem vergnügen, und besonderer dankbarkeit haben wir uns gereichen lassen, das dem herren Prælaten beliebig gewesen, dero P. Heinrich von Anethan, dessen ganzes betragen bey dem dahiesigen aufenthalt so auferbaulich und tugendsam als der umgang angenem, geschickt, und jedermann gefällig ware, uns so wohl in dem abgewichenen, als neu angetrettenen Jahr auf einige Zeit zu überlassen; wir haben den selben in der feldmesserey, geometrie, und anderen Mathematischen wüssenschafften, auch Sonstigen angelegenheiten, jedesmahl mit besonderer Zufridenheit gebraucht, auch ihme dermahlen aufgegeben, uns eine charte über eine unserer herrschafften zu verfertigen. &. Post mortem vero P. Henrici hæc Scripsit Cardinalis 29. Martij 1761. Mittelst des herren Prælaten beliebigen erlass vom 24. dises haben wir mit vilem bedauren entnomen, was massen dero professs P. Heinrich Anethan den 22. aus disem Zeitlichen in die verhoffendlich glückselig ewikeit übersetzt worden; nun tragen wir mit dem herren Prælaten über den verlurst eines solchen mañes umb so mehreres wahres beyleid, als uns dessen besondere geschiklikeit, tugend und auferbaulicher wandl wohl bekand, und der selbe wegen solchen eigenschafften von uns sehr gesehätzt worden &.

Parochia illa, Locō Baltersweilanæ, vi concordatorum cum Celsissimo Domino Episcopo Constantiensi de anno 1748. Parochia illa Regularis effecta est, exposito primo Parocho R. P. Anselmo Vegelin, qui hactenus non solum curam animarum sedulò administravit, sed etiam domum Parochialem
1763. restauravit. Anno sexagesimotertio die vigesima octava Aprilis ex peregrinatione Eremitana reversa Serenissima Principissa Josepha de Fürstenberg, nata de Scheer, Rhenaugiam invisit. Advenit quoque ex Petri domo R. F. Alphonsus Albertin per aliquot annos chori nostri ac Musices strenuus Cultor; nec non R. P. Isidorus Graw ex Principali Monasterio Fuldensi, olim Theologiæ Professor, abscessitque anno sequenti ter-
1764. tia Februarij. quō cum Francofurti Augustissimus Josephus II. ex Romanorū electus esset, Serenissimus Princeps Schwarzenbergius Josephus ex eius comitatu primus eius ~~Familiæ~~ landgraviatum Leggoviæ invisit, cui Reverendissimus Abbas noster Januarius in aree Rheingensi se ac Monasterium enixè commendavit. obierat paulò ante ipsius filius Princeps Antonius tertiò natus, cui Rhenaugiæ solemniter parentatum. defunctus est quoque in Feurthalen omnibus Sacris ritè provisus Illustrissimus Comes Josephus Ferdinandus Schenk, de Castell, ætatis anno trigesimo Secundo, cuius funus Condecenti pompa curatum est in Ecclesia nostra ad S. Nicolaum intra chorū die vigesima quinta Maij, gratias referentibus eius Illustrissimis Fratribus et Conjuge nata de Levenhiller. Jam tertius eius Familiæ Rhenaugiæ conditus est, quorum primus Laudatissimus quondam Abbas noster Joannes Henricus.

+ Prosapia

Cultus S. Benedicti.

Inter hæc Reverendissimus Abbas Januarius de promovendo cultu SS. P. N. Benedicti, asserendaque sacrate animarum extrema tuta periclitantium solicitus, instituit, restauravitq; , libello desuper edicto,

Sacram

Sacram confraternitatem agoni zantium pro qua eadem facultates obtinuit, quibꝫ Zomlæ fruitur primarium eiusmodi sodalitium. Inauguratio solemnis facta octava Julij, dominica cultui Sanctorum Angelorum Custodum dicata, proximaque festo Commemorationis SS. P. N. Benedicti, quam pro primario festo quotannis celebrari constituit. Habita quoque fuerat hoc anno nona Maij visitatio Regularis Rhenaugiæ ab Illustrissimis visitatoribus S. Galli et Einsidlensi: die verò decima nona Augusti Convenêre in aulam Wilensem plerique Reverendissimi Præsules de disciplina Monastica conservanda tractantes. Ex nostris pijssime diem extremum clausserat Sexta Maij R. P. Martinus Zum Stein Helveto Rudensis diuturno morbo oppressus ætatis anno septuagesimo primo, quorum plerosque in sacra Musica Choróque impenderat. Die 15. octob. Electioni et 11. Nov. inaugurationi factæ ab Eminentissimo Cardinali de Zoldt, interfuit Abbas Noster Martini Gerbert Principis S. Blasij, cuius nomen erudito orbi notissimum.

1765. Anno sexagesimo quinto die tertia septembris solemne officium celebratum fuit pro Augustissimo simul et pijssimo Imperatore Francisco, qui exoptati celebratis nuptijs Serenissimi Petri Leopoldi Magni Hetruriæ Ducis cum filia Caroli Regis Hispaniæ habitis magnoque cum luctu extinctus fuerat. Interim

Romani Abbatis designati Labores.

Reverendissimus D. Romanus Abbas designatus degebat in Monasterio S. Joannis in valle Thuræ, ac priora tempora transegit in pingendis sacris iconibus; erat enim eius artis haud vulgariter peritus, cuius specimen exhibet pictura Majori Deiparæ Virginis cum puero Jesu, ac sponso Josepho, quam ad Reverendissimum nostrum in Conventu appendendam transmisit; Reliquis annis reliquioribus, ac prorsus ascetici Laboribus se occupavit, ediditque Typis S. Gallensibus elapso anno librum verè pium ac doctum sub titulo: Scientia Sanctorum, compendium bonæ voluntatis. Publici juris olim olim fecerat opus philosophicum de Prædicamentis, aliudꝫ Theologicum, quod inscripsit Judicium Divi Thomæ, quô notum Prämotionis ac Prædesti-

nationis

nationis multis dissolvere conatur. Alium quoque prelo paratum reliquit, inter Manuscripta nostra asservatum, qui continet Meditationes ex revelationibus excerptas. Huic studio Ascetico hoc tempore indefessam impendit R. P. Deodatus Müller Parochus Mamerae, cujus inter plura opera publici Juris facta praecipuè laudantur bidiuana Spiritûs Benedictini Exercitia: nec non Spiritus S. Benedicti seu Meditationes ex Regula S. Benedicti, duobus tomis pro diebus totius anni comprehensa, quas non Nemo ex Congregatione Bavarica dignas censuit, ut in vernaculam converteret linguam. Historiam Biblicam, à P. R. d. P. Carolo Loder decano Collegij canonicorum regularium ordinis S. Augustini Treverensis olim inchoatam, pluribus tomis prosequutus est. Vulgavit quoque Catechismum Tridentinum cum approbatione ordinarij ad usum Parochorum accommodatum.

Reditus, At Romanus Resignatus Abbas, cum ingenti desiderio in patriam remeandi teneretur, petijt factum, ut mutandi aëris gratia Rhenaugiam revisere sibi liceret. Venit nona Julij et postridie ostringam prope acidulas se contulit. ibi vehementer fatigavit Reverendissimum, ut in Monasterio suae Professionis extremos vitae dies complere posset. Conditum, si venerabile Capitulum consensum praebebat. Propositae Conditiones, quas non solum admisit, sed etiam Illustrissimi visitatores ratas habuerunt. vixit itaque per annum propè integrum juxta vetus Sacellum dulcem, quietus semper et solitarius, vitas sanctorum perlegens, quandoque tamen conventum, decretionem, et chorum ad officium et vesperas adijt. Luctabatur saepè cum calculi doloribus, atque sensim sensibiliter viribus deficiebat. Tandem lenta tabe in hydropisin degenerante ad extrema perducta, omnibus sacris ritè munitus, sanctissima Nomina et Hymnum trium Puerorum iugiter ingeminans, atque ad ultimum usque Spiritum sibi praesens, die trigesima Julij mane hora quinta placidissimè expiravit. Sepultus est in Basilica nostra extra chorum ante cancellos propè monumentum Reveren-

1766. Mors.

1767.

Dissimi

dissimi Abbatis Joannis Theobaldi de Greiffenberg, cum Lapide Sepulchrali, cui superio opere ex metallo praeter insignia haec inscriptio imissa, ea fermè specie, quam ex altera parte refert monumentum Reverendissimi Abbatis Bernardi X.

Hic jacet
Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. Romanus Effinger.
Huius Loci Abbas
Electus die 11. Sept. a. 1755.
Resignavit Abbatiam 7. Junij a. 1758.
Mortuus die 30. Julij a. 1766.
Anno aetatis 65.
R. I. P.

Eodem anno die octava Julij prima vice juxta praesentia Ehenaugiam dignatus est Excellentissimus Dominus Nuntius Apostolicus Aloysius Valenti Gonzaga reduce è S. Gallo, in cuius toto fermè territorio Sacramentum Confirmationis contulit, aliaque Pontificalia exercuit. Gratia sua ac favore ex illo tempore dignatus est P. Mauritium Priorem, ict est singulari humanitate praeditus, atq bonarum artium auctor eximius. Sequenti
1767. anno sexagesimo septimo, cum Illustrissimus Princeps S. Galli Caelestinus XX. die vigesima quarta Februarij pijssimè obijsset, cui Ehenaugiae uti Patri conscripto specialia justa persoluta, Reverendissimus Abbas noster ~~Abbas~~ Januarius ad Electionem Successoris vocatus est, qui fuit Illustrissimus Dominus Beda, à subditis omnibus magno cum gaudio exceptus; cuius solemnissimae inaugurationi die octava Septembris praesens quoq fuit Reverendissimus noster cum P. Priore Mauritio, quem attestatus Dominus Nuntius, pro visitatione Münsterlingae instituenda expetierat; qua peracta Ehenaugiam Secundò die vigesima prima Septembris invisit. obijt hoc anno quinta Maij R. P. Ildephonsus à Fleckenstein, anno aetatis sexagesimo quinto, ex Nobili Lucernensi familia natus Francisco Laurentio Reipublicae Praetore, et Barbara Pfiffer. Fuit is continuò valetudinarius quidem, at nihilominùs in solicitudine laboribus

deditus

dedictus, ut testantur plura eius Manu-
scripta, præsertim ad historiam Patriæ,
et totius Helvetiæ pertinentia.

Lis cum S. Blasio per laudum composita.

Die octava Julij Prænobilis ac Eru-
ditissimus Dominus Josephus Koller de
Sandholz et Zunderberg, Supremus Cleg-
goviæ Præfectus, Regiminisque Schwar-
zenbergici Director, controversiam, quæ
ultrà sesquisæculum duraverat, inter
Monasteria S. Blasij et Rhenaugiense
feliciter terminavit. Concernebat illa
quosdam census frumenti annuos, quos
Rhenaugia ex decimis villæ Halkhn ad S.
Blasium pertinentibus postulabat. cùm
partes tanto temporis intervallo conveni-
re non possent, tandem Moderni Præsules
cum consensu capitulorum citem per lau-
dum decidendam, compromisso facto, lau-
dato Domino de Koller detulerunt. Pro-
nuntiavit ille pro Rhenaugia tam quoad
futuros, quàm præteritos census reddi-
dendos, Regressu tamen S. Blasio permisso
ad comunitatem Kyburgensem, à qua
decimæ illæ coemptæ fuerant. Ita ne-
gotium integrum brevi spacio confectum.

1768. Verùm sequenti anno sexagesimo octavo
die vigesima tertia Julij memorato Prin-
cipali ac celeberrimo Monasterio S. Bla-
sij admodùm infausta fuit, cùm circa un-
decimam meridianam exorto fortuitò in-
cendio, totum cum Amplissima aula, Ba-
silica, et Bibliotheca refertissima in Ci-
neres redegit. Nimis idcirò exhorrenda
œconomus R. P. Placidus, qui dolorem
testaretur, et officia offerret. Concredita
nobis ex capitularibus Reverendi Pa-
tres Anselmus Vögele, et Marquardus
Marxer, qui cum altero converso per
triennium nobiscum in conventu amicè
comorati sunt, donec ab Illustrissimo
Principe Martino II. ædificia in inte-
grum restituerentur, qui et ipse animi
reficiendi gratia ad aliquot dies Rhe-
naugiam ipsi acceptissimam secessit.

1769. Celebratus est hoc anno Conventus Con-
gregationis nostræ in Monasterio S. Gal-
li, ubi Reverendissimus Abbas noster
Januarius visitator electus est.

1769. Anno proximo ad Melioa tran-
sijt Religiosus Frater Conversus Lau-

Rentius

Abbas LVII.

obitus. Laurentius Baumgartten Wolmirstettensis in ducatu Magdeburgico natus anno 1701. qui cum itinerans in dubia Religionis incidisset, tandem post diuturnam pugnam à Missionarijs Societatis Jesu ad fidem Catholicam conversus, Monastica disciplinae se adeò dedidit, ut virtutibus veri conversi, obedientiae, humilitatis, pietatisque praefulgeret, in curandis infirmis sedulus pietatisque minister. Verum cum arte Geometrica non vulgariter praestaret, ad metiendos fundos adhibitus est, plures chartas seu Mappas Geographicas non solum Dynastiarum nostrarum, sed et exterarum exaravit certatim ad id munus expetitus. Tandem cum ab Illustrissimo Principe Nicolao Einsidlensi postulatus fuisset, pro dimetiendis finibus Arcis Feldkonis, in febrem maligniam incidit, quâ omnibus sacris munitus consumptus est die decima tertia Septembris, sepultus in Ecclesia Parochiali Reichenbacensi. Proximus obijt

1770. R. P. Hieronymus Nater Bildsteinensis disciplina Relator indefessus, Instructoris Subprioris, ac Parochi munere aliquoties functus; quem cum Balterswila ageret, instituit ibi cum superiorum facultate Sodalitium pium sub titulo Sanctissimorum Nominum Jesus, Maria, et Joseph. Tandem ex nimio capitis, oculorumque dolore caecus omnino factus, patienti ac hilari animo orationibus continuis se dedit, hernia denique morbo confectus die vigesima prima Septembris Septuagesimo quarto aetatis anno transacto. Horum defectus, ut supplerentur, sequentes à Reverendissimo Abbate Januario ad S. Professionem admissi sunt.

Professi.

1762. R. P. Gregorius Moos Tugiensis.
1762. R. P. Michaël Wey Reichenbacensis.
1762. R. P. Beda à Schwanden Uranensis.
1762. R. P. Joannes Nepomucenus Beck Surlacensis.
1762. R. P. Augustinus Wepfer Aenigensis.
1763. Rel. F. Conv. Jacobus Altenburger Altenburgensis.
1767. R. P. Januarius Frey Durlachensis.
1767. R. P. Romanus Fischer Horbensis.
1773.

Januarius

Eodem anno die vigesima quinta Maij transactio quaedam ratione quartae decimarum in Wilchingen et Trasendingen ad Mensam Episcopalem pertinentium, à Magistratu Schaffhusiano rata habitaest in cuius territorio res controversae sitae erant. die vigesima sexta Augusti solemniter introducta est devotio in Ecclesiam filialem Altenburgensem, ergà Beatam Elisabetam Bonam Reuthinsem, cuius cultus Auctoritate Pontificia in dioecesi Constantiensi, ac praecipuè Altenburgi et Stammerae cum concursu populi vrgeidem sumpsit incrementum. Caeterum Reverendissimus noster, cùm domus frumentaria nimis angusta esse videretur, aliam è regione percommodam aptari jussit, renovatis etiam stabulis pro negotiatorum equis, venère enim multa plaustra, cùm pretium in dies augeretur, ac proxima sparganda indicenda frumenti detentio. Sequuta est illa prohibitio proximè adeò, ut toto ferè anno sequenti septuagesimo primo vacuum propemodùm esset illud frumenti promptuarium, magnumque negotium faceseret Monasterio, ex omni parte impedita frumenti illatione. Tanta increvit totâ Germaniâ annonae Caritas, quanta nullo unquam tempore extitisse legitur, ut frumenti modius duobus supràviginti florenis Rhenaugia venerit, qui tamen decennio nondum exacto tribus florenis Emebatur. Helvetia frumentum ex Italia et Africa, Regno nimirum Marocano, gravissimis expensis illatum. Reducta est panis expensio, victuique quotidiano nonnihil subtractum, ad exemplum aliorum, quò indigentibus uberiùs succurri posset. Non solùm autem ex Imperij terris defijt annonae illatio, sed et Cantones Proximi Turegum et Schaffusium detinebant Monasterij decimas, censúsque frumentarios. Et Magistratus quidem Turicensis facta necessitatis demonstratione, decimas quidem clementer indulsit, census verò pro Eig aequo arbitrio taxandos, spontéque oblatos gratanter accepit. Et Senatus Schaffhusianus

1771.
Annonae Caritas.

-husianus ne his quidem conditionibus
-fecerit potuit; quamvis detentiones huiq-
-modi non de propriis, sed de exponendis
pro pretio frugibus aliàs intelligerentur.
quin imò cum ex parte Monasterij sestetta
quoque et Alterburgi prohibita esset pa-
-menti dimissio; ne nimirum soli nostri
subditi duplici damno subjacerent, et
propriis spoliarentur, et extranea non
congregarent; Schaffhusiani id magna-
cum indignatione tuleruent, cum illis quo-
-que non exigua censuum quantitas debe-
-retur. Res ad regimen Cleggovie delata
quod Thenaugiam jure suo ut declara'-
-vit. Remisit tamen Reverendissimus in
respectum cantonis illos census sub spe, di-
-mittendos esse et redditus Monasterij exter-
-ritorio Schaffhusiano: verum spes fefellit, do-
-nec abunde illis provisum esset. Duravit
haec annona caritas in alterum usque an-
-num, donec miserante Deo uberiori messe
subsequuta et penuria, et detentio ubique
expiraret.

Die undecima Augusti Ingens terra
motus ubique factus. Et Thenaugiae quidem
cum post horam octavam Dominico die po-
-pulus verbum Dei auscultaret, tantus tre-
-mor, rumorque exauditus, ut omnes Concio-
-ne relicta extra portas Ecclesiae prorumperent,
nullo tamen notabili damno subsequuto.
Mense octobri P. Prior Maurilius Com-
-missione accepta ab Excellentissimo domino
Nuntio Apostolico Valenti Gonzaga Monaste-
-rium Münsterlingense visitavit, Patre Mauro
Cellerario Notarij munus obeunte. Secesserat
Antefatus Dominus Nuntius Mantuam suam
1772. patriam; unde anno sequenti reversus The-
-naugiam die decima quinta Julij pertransijt.
Incendia. At Annus iste admodum fatalis ex-
-titit Monasterio nostro bino incendio cum ae-
-dificiorum, feni, frumentique damno ingen-
-ti. Die decima octava Julij conflagravit do-
-mus Praelij ac Taberna in Buckerried, quin
contenta ulla eripi flammis possent. Jam
tertiò illa domus huic fatb succubuit, sub
utroque Abbate Bernardo, ac novissimè
sub Januario. Alterum incendium multò
funestius Mamerae decimo octava Novem-

-bris

962.

Januarius

Cris nocte adhuc obscura fortuitò exortum, quod bina horrea, stabula, habitationem Parochi, cum Parte aedificiorum absumpsit. Fructus omnes illius anni in cineres redacti. Domus tamen aconomi cum sacello accurrentium vicinorum ex utraq; parte Lacûs acroniani auxilio erepta praesentissimo periculo. Proximarum Dynastarum ex Monasteriis Einsidlensi, Murensi, et Petri domûs subsidia sibi sensit proficua R. P. Blasius aconomus. Reverendissimus verò Abbas Januarius quam primùm reparandis aedibus in utroque loco sumam curam impendit; qui Congregationi Reverendissimorum Patrum undecima Septembris in Monasterio Einsidlensi habitae interfuit; et eodem anno seriem Abbatum Praedecessorum suorum Symbolis scutisque adumbrari curavit, praemissis tribus Fundatoribus, quibus sequentes subscriptiones adjecit.

Series Abbatum depicta.

Wolfehardus Avus,
Dux Alemanniae,
Welphicae Gentis Sator,
Fundator Primus.
anno 778.

Ethico Pater
Princeps
Egregiae Libertatis,
Fundator Secundus,
anno 820.

Wolvenus Filius,
Vir Nobilis et Illustris,
Postmodum Abbas,
Fundator Tertius,
anno 850.

I.
Gozbertus I.
Diplomate Ludovici
Regis Germaniae
In Concilio Moguntiae
Confirmatus. 852.

Abbas LVII.

II.

Adtwarth.
S. Fintano Eccluso,
Cellâque Alba Accepta,
Memorandus
856.

III.

Wolvenus I.
Ex Fundatore Abbas,
Et Restaurator Amplissimus,
&, Ruisque Ehenaugia donatis,
Regia dote Auctus 870.

IV.

Wichram
Fœdus Fraternitatis
Cum Monasterio S. Galli
Tabulis publicis junxit
885.

V.

Gozbertus II.
Ex Comite Abbas,
Et Benefactor Præcipuus
ovva, Rheinheimio, Reckbergâ &.
Donatis 892.

VI.

Cupertus
Recepta Hasela 912.
Hungarorum vastatione
Monasterij excidium
vidit 925.

VII.

S. Conradg Episcopus Constant.
Restituerat Monasterium 934.
Fovet Conventum 963.
Restituit Abbatiam 973.
Diplomate Ottonis M. impetrato.

Januarius

VIII.
Wipertus
Ex Benefactorum
In Frutticon progenie Monachus,
Auctoritate Ottonis II.
Abbas 974.

IX.
Sigehart
Seculum Ehenaugiæ tertium
Cum Monasterio S. Galli
Renovato foedere
Inauguravit 978.

X.
Adalbertus
Ex Milite Conversus,
Et Abbas 992.
victor occumbens
Paradysum occupat.

XI.
Notkerus
Diplomate Ottonis III.
Bona recuperat
Ab Episcopo usurpata
995.

XII.
Burchardus I.
Campidonâ Ehenaugiæ junctâ
â SS. Henrico et Chunegunde Imppp.
Weissenburgo Donatur
1023.

XIII.
Birthilo
Ehenaugiæ substituitur,
Campidonam
Ernestus accipit
1026. /a/

XIV.
Richardus
Diplomate Henrici III.
1049.
Relatisque Ierosolyma S. Reliquijs
Clarus 1054.

/a/ verba sunt Hermanni Contracti in chronico.

Abbas LVII.

XV.
Gerungus
Ab Henrico IV. expulsus,
Sed restitutus a. 1067.
Imò Beneficijs auctus
1071.

XVI.
Rumoldus de Bonstetten
Episcopus Constant.
Invitus ab Imperatore Intrusus
1065.
Sponte Gerungo cessit 1067.

XVII.
Chuno
Rotu Hirsaugiensi capto,
Petri Domum, unde erat,
Averso flumine remeavit,
Circa annum 1095.

XVIII.
Wolvenus II.
Denuò Foederatus S. Gallo,
Nomen, omenque
Fundatorum tenuit,
Circa annum 1100.

XIX.
Otto
S. Wilhelmum Magistrum,
Henricum V. Beneficum 1107.
Persequutorem 1116.
Pœnitentem expertus
1123.

XX.
Diethmarus
Honorij Papæ Bullâ,
Regioque Lotharij Diplomate
Comites de Lenzburg
Coercuit. 1123.

XXI.
Othmarus
Conradi III. Diplomati,
Aulam sequutus,
Ulmæ subscripsit
1146.

966.

Januarius

XXII.
Diethelmus de Huvilare
à Fratribus Electus,
Præcepto Friderici I. Imp.
Instantia Hermanni Episcopi Const.
Et S. Blasio datus a. 1158.

XXIII.
Henricus I.
Pacem cum S. Blasio,
Hermanno de Fridingen Episcopo Const.
Conciliante, init
a. 1196.

XXIV.
Henricus II. de Wartinbach,
S. Blasij et Mauritij M. M. Cuctor,
Diplomate Ottonis IV.
Cum Dynastis de Krenkingen
Compositus a. 209.

XXV.
Burchardus II.
Princeps Imperij,
Concessisque Regalibus,
Monasterium Liberum et Imperiale
Bulla aurea declaratur a. 241.

XXVI.
Eberhardus I.
Domitis Krenkingensibus,
Subacto Thenaugia oppido,
Fundos Alsatiæ
Cessit Murbaco a. 243.

XXVII.
Henricus III. de Tann Episcop. Const.
Princeps optimus
Cui Innocentius IV. Pont. Max.
Thenaugiam regendam
Comisit a. 246.

XXVIII.
Bertoldus de Falkenstein
Abbas S. Galli,
Ab Innocentio et Alexandro IV.
Comissam Thenaugiam
Strenuè defendit a. 249.

Abbas LVII.

XXIX.
Joannes I. de Krenkingen,
Ab æmulo pulsus,
Armis et Auxilio
Præpotentis Familiæ
Restitutus i260.

XXX.
Conradus II. ab Herten
Rudolphi I. Defensione i281.
Hartmanni Naufragio,
Alberti I. Donatione
Celebris i298.

XXXI.
Henricus IV. ab Eitlingen
Advocatis Habspurgicis,
Multisque Beneficiis
Ipse Benefactor
Felix Regimen cepit i303.

XXXII.
Henricus V. de Newenburg
Nobilis Nobilium Fautis i330.
Ludovici Bavari Diplomate i332.
Et Joannis I. de Habspurg fato i337.
Nobile produxit Regimen.

XXXIII.

Henricus VI. de Eitlingen II.
A Rudolpho de Habspurg conciliatg i366.
A Ducibus Austriæ
Principum Prærogativis
Honoratus i374.

XXXIV.
Conradus III. Meyer de Jestetten,
Cur-Asinus Dictus;
Nam Domini animal erat,
In Deum et Sanctos devotus.
i380.

XXXV.
Conradus IV. De Geisingen,
Mortuo Joañe IV. de Habspurg,
Fridericum IV. Austriæ Ducem,
Advocatum elegit,
i408.

Januarius

XXXVI.

Henricus VII. de Botmaringen,
ortus simul et mortuus,
Modico tempore spem magnam
Solo sui desiderio explevit
1409.

XXXVII.

Hugo ab Almishoven
Acerbis Majoz Fatis,
Prævalentibus comitibus de sultz,
tempori ac loco cessit,
non animo 1434.

XXXVIII.

Joannes II. Kumbaz
Eugenio IV. et Concilio Basileensi
Rhenaugiæ favent ibus,
Cum aliunde intrasset,
Alio sum relegatus fuit
1439.

XXXIX.

Eberhardus II. Schwager,
Erepta à casu Rhenaugiâ,
veteres Helvetiæ Fœderatos
Protectores elegit
1453.

XL.

Nicolaus Riegger
Gerendis rebus aptissimus
Scriptis simul et Actis,
Posteris se commendavit,
Electus 1467.

XLI.

Laurentius â Rischach,
Strenuus ac Nobilis
Nobiliter struxit,
Et Amplificavit Rhenaugiam
Electus 1478.

XLII.

Joannes Conradus de Grieſsen
Maximiliani I. Diplomate,
Foederatorum Protectione,
Bonisque pluribus coemptis,
Inclytus Abbas 1482.

XLIII.

Henricus VIII. de Mandach
Magnificus aedificijs,
Fide Magnanimus,
Primum novi dogmatis Impetum
Fortiter eliſit. Electus 1498.

XLIV.

Bonaventura à Wellenberg,
Blanditijs spretis et minis,
Favente Carolo V. et Paulo III.
à Foederatis Catholicis restitutus,
Monasterij Conservator Invictus.
Electus 1529.

XLV.

Joannes Henricus Schenk de Castell,
obtentis à Ferdinando I. Privilegijs,
Structuris et Emptionibus
Compendium Regiminis fecit.
Electus 1555.

XLVI.

Michaël Herster,
Cum diutino laboraret morbo,
Sana Libertas Monasterij
Foederatorum decreto probata.
Electus 1559.

XLVII.

XLVII

Joannes Theobaldg Werlin de Greiffenberg,
Diplomate Maximiliani II.
Firmato Cimite abbe Iurisdictionis,
Et Adificijs Illustris.
Elects i565.

XLVIII.

Geroldus I. Zurlauben
De Thurn et Gestellenburg,
Reformator disciplinæ Monasticæ,
Ex Instituto novæ Congregationis,
Abbas Zelosissimus.
Electus i598.

XLIX.

Udalricg Koch, t
Catholica fide oppido restituta,
Projecit Caves,
quas invitus acceperat.
Electus i607.

L.

Eberhardus III. à Bernhausen,
Incolis charus et Acolis,
Monasterium, Exemptione obtenta,
Reddidit Florentissimum.
Electus i62i3.

LI.

Bernardus I. à Freiburg,
Ab Urbano VIII. Confirmatus i643.
Reparatis Belli spoljs,
à Cardinale de Baden Pater,
à Nobili de ostringen hæres
Dictus.

LII.

Abbas LVII.

LII.

Basilius Itten,
Doctrinæ fama celebris,
Mariani cultûs Promotor,
Mameram cum Neoburgo emit.
Electus á 1682.

LIII.

Geroldus II. Zurlauben,
de Thurn et Gestellenburg,
structis ædibus et ornatis,
Aucto incolarum numero,
Nulli Secundus.
Electus á 1697.

LIV.

Benedictus Ledergerw,
optimus Rector,
Nisi cum cive Discolo,
Agro sterili, corpore ægro,
Ei luctandum fuisset.
Electus á 1735.

LV.

Bernardus XI. Buscoui,
Mellifluus Pater,
Pacem reddidit Civibus,
obtinuit Constantia,
Laboris Patientissimus.
Electus á 1744.

LVI.

Romanus Egginger,
Scientiâ præstantior,
quam œconomiâ
Electus á 1753. Resignatus á 1758.
Piè Mortuus á 1766.

LVII.

Januarius Dangel
Antecessorum Abbatum Seriem
His tabulis comisit á 1772.
Electus á 1758.

Januarius

1773. Poloni Exules.

Anno septuagesimo tertio cùm diu in Regno Polonica post mortem Regis Augusti III. Saxonici Electoris luctatum esset, tandem Primores Confœderationis pulsi in exteras Regiones, Monachio ex Bavaria Venaugiam Mense Aprili venerunt. Inter quos Michael Hieronymus Comes in Krasne Corvinus Krasinski, et Michaël Joannes Comes Pac, Marescalli; nec non Generalis Dwornicki eminebant. Lopuski, et Suchodolski Consiliarij ad aulam Abbatialem admissi, nobili sua indole, et vera christiana pietate desiderium sui reliquerunt, quando post trium hebdomadarum moram cum pluribus Comitibus, et Baronibus Badenam Helvetiorum migrarunt. At Reverendissimus Abbas noster Januarius, uti superiori anno seriem Abbatum, ita hoc præsenti in grati animi memoriam Fundatores Benefactoresque nostros singulis Majoribus tabulis historica adumbratione depingi curavit, quibus sequentes notitiæ jubscriptæ.

Fundatores et Benefactores depicti.

I.

Wolfehardus et Ethico, Avus et Pater,
Welphicæ Gentis Satores,
Cœnobium Monachorum, Einava nuncupatum,
ob Laudes, et Regulares Disciplinas,
In honore S. Mariæ construxerunt,
Fundatum a. 778. Sub Carolo M.
Perfectum Sub Ludovico Pio.

II.

Wolvenus Filig, vir Nobilis et Illustris,
Monasterium ab Inimicis pœnè destructum,
ob amorem D. N. Jesu Christi,
Restauravit 850.
Abbas factus anno 858.
S. Fintano, quem Monachi sari ibi fecit,
Monasticæ perfectionis normam,
Præsentibus injtiante et Fictoris.

III.

III.

Ludovicus Germaniæ Rex, Fundator Alter,
Abbatum et Advocatorum Electionem
In concilio Generali Moguntiæ concessit 852.
Regiam Defensionem et Mundeburdium
cum immunitatis tuitione præstitit 858.
Cleggoviam denique cum Rheni tractu
De sua proprietate attribuit 870.

IV.

Kinlos inter Benefactores Primus
quidquid habuit in Laucheringen 844.
Meginhart Presbyter curtem in Mettingen 855.
Hiat alter Sacerdos mox Monachus
quod habuit in Waldkilchun 857.
Monasterio, quod Rhinaugia dicitur,
tradiderunt.

V.

Vir Nobilis Sigemar 856.
Pro se et filio suo Luthero Monacho,
Cellam Albam in Algigowe,
quæ nunc dicitur S. Blasij,
Rinaugiæ sub Confirmatione tradidit,
Annuente Domino Wolvene,
Ad stabiliendum inibi servitium S. Mariæ.

VI.

Landfrid et Adilbrecht Comites,
quorum ille Alaspin in Algigove 856.
Pro amore Patriæ Cælestis,
Hic verò Gurtwilam 873.
Recepto in Italia ad dies vitæ Gaves,
Monasterio Rinaugiæ cessit.

VII.

Nanger et uxor eig Adalnin
Ad Monasterium Wolvenj, quod vocatur Renaugia,
In honore B. M. S. V. aliorumque
Innumerabilium ibidem requiescentium
Terras, sylvasque in Algigowe donavere 862.

Januarius

VIII.

Winithere salidisera compunctione pertractus
In villa Bazmundinga 875.
Engichart in Hierolzwilare 876. ambo postea Monachi,
Thieterat Nobilis vidua in Scate 876.
Pro Remedio animæ domini sui Danchradi,
Monasterio Benefecerunt,
cui Præfuit Venerab. Abba Wolvene Fundator.

IX.

Othram tradidit hæreditatem suam
In Wizwila et Azzinga;
Amilger Prædium in Tullinhoven,
ut inde singulis annis
In Festivitate S. Benedicti prandium paretur Monachis.
Actum in Renaugiensi Insula 876.

X.

Uadalger cum Irmā conjuge 888.
Bona in appidinhusin et Lezinwilare;
Guadheke Casadam in Mundichingen,
Coram Gozberto Comite 892.
In villa Hetinburch, Cleggovia pago;
Herluith agrum cum censu in Wiechsa 898.
Contulerunt.

XI.

Gozpertus Comes Monasterio Deiparæ S.V.
Et S. Petri Principis Apostolor.
In decem cleggovia villis, owa, Zinheim, Rechberg &.
Decimationis integritatem,
Et quidquid dici aut Nominari potest,
Cum semetipso, et Filio suo Folkero,
Tradidit, Factus Abbas 892.

XII.

Thueto pro Wiperto Nepote suo,
qui fuit Monachus Zhenaugiensis, postea Abbas,
Tradidit ad Mensam Fratrum

Prædium

Praedium cum ubere censu in Marcha Trullinhova,
Coram praesentia Domini Chuonradi Episcopi,
qui Rhenaugiam ab Hungaris vastatam curabat,
Cum consensu Monachorum 963.

XIII.

S. Conradus Episcopus Constantiensis,
Ex Fundatorū, prosapiâ, Monasterij Rhenaugiensis
Ab Hungarorū vastatione, Restaurator secundus;
Ab amore Conventūs, Pater optimus;
A Resignatione Abbatiæ, Restitutor integerrimus;
A Renovatis per Ottonem Imp. privilegijs,
Patronus singularis 973.

XIV.

S. Henricus Imperator Augustus,
qui per Interventū, et petitionem suæ Conjugis
S. Chunegundis Virginis Imp. Aug.
Monasterio Rhenaugiæ castrum Weissenburg,
in pago Cleggowe, in comitatu Radebotonis,
Cum omnibus pertinentijs, venationibus &c.
Liberaliter donavit 1023.

XV.

Avus hic, Pater hic, Filius isthic, [a] a.
Henricus III. IV. et V. Imperatores,
omnes miro fato, Rhenaugiæ Benefactores;
Pius Avus Diplomate dato 1049.
Discolus Pater Fundis Ensisheimij concessis 1074.
Filius denique Ecclesiæ conciliatus,
Monasterio in integrum restituto 1123.

XVI.

Friderun Eggingen propè Ulmam;
Bertholdg de Flacho Ostrolvingen;
Landfridus de Gisingingen Boltzhausen;
Arnoldg de Gudtmuotingen Bulacium;
omnes Nobiles Benefactores,
Reservatis in Monasterio mansionibus,
Sponte obtulerunt circa 1110.

---

[a] Ista inscriptio Monumenti coram Spirae, apud Conradum de Liechenau Abbatem Urspergensem ad initium part. II. sui Chronici.

Januarius

XVII.

Honorius II. Pontifex Max.
qui suscepta in sedis Apost. Tutelam Henaugia,
Tam per se, quam per Cardinalem legatum
Monsiet Lotharium II. Hortatg est Episc. Const.
Terruit Comites de Lenzburg,
Ne Castro in fundo Monasterij constructo,
Porrò nocere pergerent A. 1126.

XVIII.

Bernardg de Griesheim, et Liutholdg de Weissenburg
Ille Ecclesiasticam Donationem in Griesheim,
cum Prædijs in Riuthi et Spreitenbach;
Hic Riedlingen, Buchberg &c.
Cum hominibus militaribg et Rusticanis
Dei Genitrici in loco Zinova tradidit A. 1126.

XIX.

Fridericus II. Imp. Bellâ Aureâ
ob Redemptam â Krenkingensibg Advocatiam,
Servator Augustus;
ob Restitutas pleraqs possessiones,
Restaurator Fertilis;
ob Suma Regalia, cum Principis titulo, attributa,
Benefactor Supremus A. 1241.

XX.

Albertg I. Imp. Filig Rudolphi I. Rom. Regis
qui arcem Krenkingen, Henaugiæ infestâ, everitit.
Frater Hartmanni Henaugiæ Naufragi;
Vallem Flaccensem cum jure dicundo,
In præmium Fidelitatis concessit 1298.

XXI.

Hugo de Tannegge,
Ulricus et Walterus de Hetenkhingen
Fundos in Munolfingen, et decimas in Benken,
Solius Dei Respectu,
Pro remedio animarum suarum,
Henaugiæ tradiderunt circa 1310.

XXII.

Abbas LVII.

XXII.

Henricus de Freienstein
Arcem Cognominem, cum censu annuo,
Ad Solemnitatem S. Mauritij præstando,
Rudolphus de Radegge Doctor celebris Scholæ Eremitarū,
Domum Thenaugiæ cum Pomario,
obtulerunt circa 1330.

XXIII.

Agnes Comitissa de Habspurg, cum Filijs suis,
Joanne, Rudolpho et Gottfrido,
Pro Joanne Marito suo, Thenaugiæ Advocato,
In Prælio Grinovicensi occiso,
Totaq; ~~gente~~ Augustissima Gente Habspurgica,
Monasterio Benefecit 1348.

XXIV.

Joannes de Rosenegg, ducū Austr. in Turgoviâ Præses,
Abbati Principis Titulum,
Monasterio Regalia Fori, Monetæ, Telonij,
cum Jurisdictionis integritate,
Auctoritate publica conservavit 1374.

XXV.

Margaretha de Bettmaringen, nata de Oettingen,
Miserata Monasterij vastationem,
Jem Ecclesiasticam, cum Decimis in Jestetten,
Magno Beneficio opportunè donavit;
Confirmante Martino V. P. M.
Et Parochias in Erzingen, et Theinheim adjiciente 1426.

XXVI.

Eberhardus XI. Abbas,
Eversa Thenaugiæ arce, Feudo Advocatorū sede,
Antiquioribus Helvetiæ Fœderatis
Thenaugiensis Monasterij tutelam,
â vicinis Comitibus usurpatam,
Reservatis Juribus ac privilegijs,
Sponte detulit 1458.

XXVII.

Paulus III. Pont. Max.
qui restituto in Monasterij possessionem
Abbati Bonaventura cum Monachis,
ob invictam Fidei avitæ Constantiam,

Pristinis

Pristinis Confirmatis privilegijs,
Novas et Eximias prærogativas
adjecit i547.

XXVIII.

Joannes Fortmann Lucernensis,
Filio Rhenaugiæ Emancipato
Prædia Bucholtz et Baltzeuthi,
cum omnibus tam mob. quàm imob. Bonis
Eximia pietate
Testamento tradidit Monasterio
Corpore Rhenaugiæ sepulto i623.

XXIX.

Bernardus Gustavus S.R.E. Cardinalis,
Marchio Badensis et Hochberg;
Princeps Fuldensis et Campidonensis &.
Tyrocinio ord. S. Ben. Rhenaugiæ posito,
Eximius Benefactor evasit,
Filius simul et Pater Abbatis,
Fratrumque Confrater i668.

XXX.

Carolus ab Stettingen,
Cum Conjuge Margarita Keller de Schleitheim,
Raro posteris sæculis exemplo,
Sola pietate in Deum motus,
Rhenaugiæ Monasterium
Dynastiæ Cognominis, omniumq; Bonorum,
Hæredem ex asse constituit.
i676.

8. Sep. i773.

980

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

982

982 P + Inv. 1 Lbl.


34,5 × 21 cm.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

34,5×21 cm



Baden-Württemberg
BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK